p̃ma pars Jacobini de sancto

1467

liber olim mgri petri de Brzezini p̃posti p̃mislien canonici Sand et capellaꝝ regiaꝝ mgri serenissimi dni kazimiri regis polonie magni ducis lithwanie russie prussie dni et heredis donatus p eund vniusitati Crac et p libraria collegii artistaꝝ erit p eo

Prima pars Jacobini de Sancti

Vestigia
eius secu
tus est
pes meus
viam eius
custodivi
et non
declinavi ab ea Iob xxiiii°
Sunt qui deum sequuntur per fidem. sed
ab eo recedunt per operacionem. uno pede
fidei deum sequentes. sed gressu operis
dyabolum imitantes De quibus dicitur
iii° Re. xviii° Usquequo claudicatis in du
as partes. si dominus est deus sequimini
eum. si autem Baal sequimini illum.
Tit. i° Confitentur se nosse deum.
factis autem negant Alii sequuntur deum
per fidem et operacionem. sed non per finalem
consumacionem quia cito a dei via rece
dunt Iosue ii° Cito deseruerunt viam
per quam ingressi sunt patres eorum Horum
autem quidam recedunt errore seducti.
Sap. v° Erravimus a via veritatis Quidam
voluntate depravati Iob xxi°. qui dixe
runt deo recede a nobis. sciam viarum
tuarum nolumus. Beatus autem Andreas
xpm secutus est. non tantum per fidem.
sed eciam per vite perfectionem Et ideo dicitur
vestigia eius secutus est pes meus
et non tantum per vite perfectionem. sed eciam
per finalem consumacionem. et hoc. quia
nec via dei perdidit per errorem Et ideo
dicitur via eius custodivi. Nec ab ipsa
declinavit per voluntatis depravacionem
Et ideo subditur nec declinavi ab ea Se
cutus est igitur xpm per vite perfectionem
ut dicitur vestigia eius secutus est pes
meus Vestigia autem xpi sunt virtutes. et
sunt immacula. ita quod virtutes perfectionem
faciunt. immacula perfectionem ondunt Habuit
autem xpus ea que perfectionem faciunt. et ea
que perfectionem ondunt habuit enim perfectam
puritatem Ideo dicitur Sanctus sanctorum Sanctum
enim idem est quod purum Dan. ix vngatur
sanctus sanctorum perfectam caritatem Ioh. xv
Maiorem hac dilectionem nemo habet. ut animam suam
ponat quis pro amicis suis. perfectam
mansuetudinem et humilitatem Mat. xi

Discite a me. quia mitis sum et humilis corde
perfectam misericordiam et pietatem Mat. ix° Mise
ricordiam volo. et non sacrificium Ista ergo sunt
vestigia xpi. que beatus Andreas secu
tus est. que notatur in antiphona que de ipso
cantatur Concede nobis hominem iustum
redde nobis hominem iustum Ne mittas
ab hominem deo carum iustum et mansuetum
et pium Habuit itaque perfectam puritatem
et sanctitatem Et ideo dicitur Redde nobis
hominem sanctum Est autem sanctum uno
modo quod agios id est sine terra Voluit enim esse
sine terra. quando Petrus dixit in persona
sui et aliorum Mat. xix Ecce nos relin
quimus omnia et secuti sumus te Noluit
quidem adherere terrenis. sciens quod in
quinat. onerat et cruciat Abacuk ii°
Ve ei qui multiplicat non sua usquequo
aggravat contra se densum lutum
Ideo autem adherere. quod non potest avelli
a mente sine cruciatu et dolore mentis
Ista tria que tangit Aug. ponit et Bern.
dicens Beatus qui post ea non abiit. que
amata inquinant possessa onerant a
missa cruciant Secundo habuit perfectam
caritatem Ideo dicitur Ne mittas ho
minem deo carum Caritas enim dei dicitur
ex eo. quod deo hominem carum facit Qui
autem habet magna caritate est magnus
et deo carus qui parva parvus quam nullam
nullus. i. Cor. xiii° Si caritatem non
habuero nichil sum Beatus autem Andreas
habuit caritatem magnam. et ideo fuit magnus
et deo carus Cuius magna caritas ap
paruit Et in eo. quod thezaurum inventum
id est xpm mox fratri suo communicavit. d.
Ioh. i° Invenimus messiam qui interpretatur
xpus. i. Cor. xiii° Caritas non querit que
sua sunt Et in hoc. quod omnia temporalia propter
xpm reliquit Cant. viii° Si dederit
homo omnem substanciam domus sue pro dilectione.
quasi nichil despiciet eam Et in hoc
quod nec adversitatibus nec morte vinci
potuit Cant. viii° Fortis est ut mors
dilectio dura sicut infernus emulacio
Aque multe id est tribulaciones. non poterunt
extinguere caritatem. nec flumina obru
ent illam Et in hoc quod amorem et cra
gestam tantum videre desideravit Unde dice
bat alloquens crucem Accipe me ab
hominibus et redde me magistro meo ...

oione eaa qua in aiae fecit · int ce-
tera sic dicit · vt ait Aug9 in lib°
de pnia Comeda tūc corpus meum
vt me amplius vigilāc nō optrat
ꝛ libē ad te fontem indefitietis gau-
dii tendere anxiatem nō iam tethat
nec impediat Tercio hūit pfectam
masuetudiez ꝛ humilitate pu sbdit
in Anth Masuetu ideo sigti pt per
Moysen · qui sicut fuit ex aqs assup-
tus · sic iste de mari vocatus · De
quo Moyse dicit Nūi xii Erat moy-
ses vir mitissim9 sup omnes hoīes
qui morabat in terra Erat aut ma-
suetus · ideo masuetum inuenit i xpm
Inquantum eni Andreas erat masuet9
erat agnus · xpus etia erat agnus · ꝛ
ideo agnus meruit inuenire agnu
Eccii xiii° Omne eni aial diligit sile
sibi ꝛ omnis caro ad simile sui congret
Et quia masuetus fuit ideo alios at-
trahere potuit vnde mox fratrem suu
Petru ad xpm adduxit Masuetudo
eni instar Adamantis vtutem hz attra-
ctiua Ecce iii° In masuetudie opera
tua pfice ꝛ sup hom glam diligeris
Propter hac masuetudiez xpus simili-
hūit vtutem attractiua Cant(?) super
Cam primo ppter masuetudine tuam
curim9 post te bone ihu Quia eciā fuit
masuetus ideo xpo vocati mox obe-
diuit Masueti eni ꝛ mites sut valde
dociles ps Docebit mites vias su-
as vnde masuetus quasi manu assue-
tus Eccii v · Esto masuetus ad audi-
endu verbum dei Jac i° In masue-
tudine suscipite insitu verbum Quar-
to hūit veram miaz ꝛ pietate Ideo sb-
dit in Anth Et primū Eius aut pie-
tas precipue ondit in eo · qr tribus via
bus lacrimas fudit Primo nāqz fleuit
ex nimio aore sic qn fleuit ppt Ma-
thei incarcatioez Scdo ex nimia com-
passioe · sic qn fleuit ppter iuuenis
a septem demonib9 excruciatez Tercio
ex nimio dolore · sicut qn fleuit ppter
nicolai senis miserabile odicoez Et sic
hūit lacrimas amoris · compassio et
doloris Ista aut qtuor in quib9 xpm
secutus est · accipiūt penes qdrupli
interpretacoez huius nominis qd e Andre-
as Interpretat eni decorus ꝛ quatum
ad hoc accipit primū salz vtutis pulcritu-
do quia hūit decorem morum Can i°
Ecce tu pulcer es dilecte mi ꝛ decorus
2° interpretat vilis ꝛ quatum ad hoc
accipit 2m · s vtutis caritatis · quia adeo
vilis ꝛ forcis extitit · qa omnia tormen-
ta constant sustinuit i Cor xiii° Cari-
tas omnia suffert 3° interpretat re-
spondes pabulo · ꝛ quatum ad hoc
accipit ternu · sz vtutis pietatis Sic
eni oleum ē pabulu luminis · sic pie-
tas est pabulu ope spualis Tunc
aut quis reddet pablo · qn compassio
q est in corde reddet effectus compassio
nis ope Quarto dicit Andreas · qsi
Antropos i sursum conuersus ꝛ quatu
adhoc accipit qrtum sz vtutis humilitat
quia ad supiora conuertit ꝛ eleuat
Luc xiiii° Qui se humiliat exaltabit
Secundo vestigia xpi sunt miracula xpi
que etsi pfectioez non faciunt · tamen
pfectioz ostendunt Sicut eni dicit Greg
Miracula sanctum nō faciunt · sed ondut
Circa aut hec miracla aliqn xpus
ostendebat suam sapiam · sicut quado
collirium sapienc fecit ex quo ceco na-
ti oclos illuminauit sic hec Joh ix Ali-
qn suam miam Mt viii° Misereor
sup turbam · quia ecce iam triduo su-
stinet me ꝛc Aliqn suam iusticiam
qn sua iusticia prohibebat ne inter
aliquos miracla faceret Mt c(?) Non pote-
rat ibi vtute vlla facere nisi pau-
cos infirmos impositis manib9 cura-
uit xiii° Et non fecit ibi multas vir-
tutes ppter incredulitate eoz Aliqn
sua potenciam · sicut pz in copulsioe
demonu ꝛ resuscitacoe mortuoru
Ista eciā vestigia xpi secutus ē btus
Andreas fecit eni qdam miracla · que
attestat sue sapie · sicut pz in tribus
sapientissimis responsis · que fecit dua°
in forma mulieris posito vt epm deci-
peret Queda que attestat sue com-
passioni ꝛ mie sic pz in miraclo Nico-
lai senis Queda q attestant sue in-
sticie · sicut pz in miraclo matris q filium
turpit accusabat · q orate aplo a ful-
mine est concussa Queda q attestat
sue potencie Ostedit eni se hre pote-
stam super ecclies · qn eos fugauit
Sup morte qn qdraginta mortuos

suscitavit. Sup clementem qui in apulla
ignem extinxit. Super corpa. qui
multos infirmos sanavit. Sup dia
qui innumerabiles ad fidem convertit
et peccata absolvit. Secundo btus Andre-
as viam dei non perdidit per errorem. Ubi
notandum cum dicitur viam eius custodivi.
Circa quod notandum quod quatuor consueve-
runt esse inveniendibus occasio perdendi
viam. Primum est tenebra. Joh. xij°
Qui ambulat in tenebris nescit quo
vadat. Secundum est nebula que instar
pulveris sive cineris oculos itinerantis
excecat ne viam videat. Ps. nebulam
sicut cinerem spargit. Tercium est nimie-
tas nivium. Nix enim instar albe lane
totam terram occupat et viam occultat. Ps.
Qui dat nivem sic lanam. Quartum densi-
tas herbarum. Herbe enim que succrescunt
in via occultant viam et tunc via videtur
lugere, quando ex defectu itinerantium
nascitur ibi densitas herbarum. Tren. j°
Vie Syon lugent eo quod non sint qui ve-
niant ad solempnitatem. Quidam ergo amit-
tunt viam dei propter tenebras. Opponunt
enim terram inter se et solem iusticie idest deum.
Et ideo sunt in tenebris sive in nocte
quia radius plus divine gracie ad eos
non potest pervenire. Sap. v. Iusticie
lumen non luxit nobis et sol intelli-
gencie non est ortus nobis. Deliciosi
amittunt propter nebulas. Sicut enim
nebula ex aquis vaporibus exurgit
que viam itinerantes perdere facit. Sic
et in homine voluptuoso quedam fumositas
malarum concupiscentiarum scaturit que viam Christi
amittere facit. Ps. Semite tue in aquis
multis et vestigia tua non cognoscentur.
Aug. in libro confessionum. Exalabat nebule
de limosa concupiscentia carnis et scatebra
pubertatis et obnubilabat atque obfusca-
bant cor meum ut non discerneret sere-
nitas dilectionis a caligine libidinis.
Superbi amittunt eam propter nimietatem
nivium. Per nivem que lucida est
et cito liquescit. significatur gloria mundi que
admodum lucet et cito evanescit. Ille
igitur qui est vane glorie cupidus viam
dei agnoscere non potest. Joh. v. Quomodo po-
testis credere qui gloriam ab invicem queritis
et gloriam que a solo deo est non queritis. Joh.
xij°. Non confitebantur ihesum ut de synago-
ga non eicerentur. dilexerunt enim gloriam hominum

magis quam gloriam dei. Pigri amittunt
eam propter densitatem herbarum. In corde enim
pigri sepe nascuntur spine et urtice vi-
ciorum et malarum concupiscentiarum. Prov. xxiiij°
Per agrum pigri hominis transivi et ecce
totum repleverant urtice. Nullo istorum
modorum btus Andreas viam Christi amis-
sit quia nec tenebre cupiditatis, quia
omnia reliquit. Mat. xix. Ecce nos reli-
quimus omnia et secuti sumus te. Nec
nebula voluptatis quia corpus suum
compescuit et maceravit. Sicut Augus.
in libro de penitencia recitat enim dixisse
in cruce. Recordor domine quantum in
portando onerosum. in domando sibi.
in fovendo infirmum. in coherendo le-
tum laboravi. Nec nivee mundane
glorie quia totam suam gloriam in cruce
Christi posuerat unde dicebat. Amator
tuus semper fui et desideravi amplecti
te o bona crux. Nec densitate herbarum
pigricie. Non enim piger fuit quia
totam Achayam ecclesiis Christi implevit.
Sicut autem sunt quatuor que sunt causa
amittendi viam. Sic econverso sunt quatuor
que sunt causa inveniendi et custodiendi
viam. Primum est vestigiorum et ferramentorum
precedentium in terra impressio. Unde dicitur
vulgo. Tene viam ferratam si non vis er-
rare. Secundum est autem erectio. Solent
enim in bivijs vel in trivijs cruces e-
rigi. ut que sit via recta possit cognos-
ci. Tercium est platanorum et ramorum re-
flexio. Solent enim homines platanos
et ramos arborum in modum corone re-
flectere ut ex hiis signis itinerantes
viam rectam possint cognoscere. Quartum
est lapidum aggregacio. Solent enim homines
erigere cumulos lapidum ut ex hoc cognos-
catur rectitudo vie. Quia igitur in
via dei multi errabant, ideo Christus
nobis factus est via. Joh. xiiij°. Ego
sum via veritas et vita. In quo quidem
quatuor signa predicta fuerunt. Fuerunt enim fer-
ramentorum idest clavorum impressiones. Unde
dixit Thomas. Joh. xx°. Nisi videro
in manibus eius fixuram clavorum non
credam. Fuit crucis erectio. Joh. xix°
Et baiulans sibi crucem etc. Hebr. xij°
Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem.
Fuit ramorum idest spinarum in modum corone
reflexio. Joh. xix. Milites plectentes
coronam de spinis imposuerunt capiti
eius. Fuit lapidum aggregacio qui saltem

iudei voluit ipm lapidare sic habet Joh
viii° Avari quos si nolunt eciam respi-
ciat ad vestigia 1 ad stigmata xpi
Cruenta si xpus in effundendo sangui-
ne fuit largus Non debet quis dando
temporalem substanciam esse avarus. Superbiosi
respiciat ad crucem. ut sic xpus fuit
cruci affixus corporaliter sic et ipse cruci-
figat se spiritualiter Gal. v. Qui autem
sunt xpi carnem suam crucifixerunt
cum viciis et concupiscenciis Superbi respici-
at ad coronam spineam Cum a si xpus
pro illam coronam spineam sic voluit illudi
et despici Nos debemus aliquis velle exal-
tari quia despicitur dominus non debet exal-
tari servus. Aug. Quid intumescis
o homo, o pellis morticina quid ex-
tenderis, O sanies fetida quid inflaris
princeps tuus humilis et tu superbus caput
humile et membrum superbum Non decet sub
capite spinoso membrum fieri delicatum
Pigri et duri respiciat ad lapides 1
ad cor suum lapideum Cor enim pigrum
et durum ad bene operandum lapis quidem
est quo xpus lapidatur Ideo cor lapi-
deum converti debet in cor carneum Eze-
chiel xi° Auferam cor lapideum de carne
vestra et dabo vobis cor carneum Qui sic
cor lapideum modo lapidat xpm sic
et in futuro lapidabitur a demonibus
in inferno Eccli xxii° In lapide lu-
teo lapidatus est piger Ipse enim
piger habet cor lapideum 1 durum et
luteum 1 immundum quia est durum ad
bene operandum et immundum propter pravitati-
bus peccatorum. Piger ergo lapidabitur 1
durus a demonibus proicietur in lapidos
lutos 1 penas quas habet cor lapideum
et immundum. Tercio beatus Andreas a
via dei non declinavit per voluntatis
depravacionem. Ubi notandum quod dicit Et
non declinavi ab ea. Homo a rectitudine
vie declinat vel errore seductus vel
timore perterritus vel cupiditate illectus.
Errore seductus sic cecus declinat vel
ille qui rectam viam ignorat tales sunt
qui nec deum nec seipsos cognoscunt Tren.
iiii° Erraverunt ceci in plateis. Non enim
mirum si errat qui in deserto sunt ubi
nullos habent directores In deserto sunt
pagani et infideles qui non habent qui eos
dirigat vel viam ostendat Mirum autem est
cum quis errat in plateis ubi multos

habet perite ductores. Ceci ergo sunt in pla-
teis ubi via vite dirigitur et monstratur
Prover. i° Sapiencia foris predicat in pla-
teis dat vocem suam Sed mirabilius
quando quis errat in propria domo Ceci
enim sunt in domo dei Et ideo cum a via
declinat valde mirum videtur Unde Apostolus
quendam platinum informat dicens .i. Thi. iii°
Scias quo te oporteat in domo dei con-
versari que est ecclesia dei vivi columpna
et firmamentum veritatis Sed adhuc ma-
gis mirabilius est cum quis errat in lecto suo.
Religiosi sunt in lecto contemplacionis
ubi tunc errant quando contemplacionem
dimittunt et ad tumultum secularium se con-
vertunt Cant. iii° In lectulo meo per
noctes quesivi quem diligit anima mea
quesivi illum et non inveni Non est
ergo mirum si errant ceci sed valde mirum
cum errant ductores cecorum Ceci sunt lay-
ci ductores sunt prelati Roman. ii° Con-
fidis te esse ductorem cecorum etc. Secundo de-
clinat quis a rectitudine vie timore
perterritus cum scilicet aliquod adversum tre-
mit passurus si per illam viam incesserit
Tales sunt qui timore aliorum a spirituali
a via bona recedunt timentes mala
umbratica et non vera sic equi um-
bratici umbram vie timent et pericula
vie vera non timent Mala enim presencia
sunt velut umbre verorum malorum
Sap. v° Transierunt omnia tamquam
umbra. Tercio declinat quis a rectitu-
dine vie cupiditate illectus cum scilicet
sperat se aliquod lucrum habiturum si per illam
viam incesserit tales sunt qui presencia
bona cupiunt et ideo hec a via recedunt
que tamen non sunt vera bona Tum quia
promittunt saciatem et habent vacuitatem
Eccli v. Avarus non implebitur pecunia etc.
Tum quia promittunt perpetuitatem et
habent labilitatem Sic habetur Luc. xii Stul-
te stulte in hac nocte demones repe-
tent animam tuam Tum quia promittunt
delectacionem et dant afflictionem Eccli v. Di-
vicie congregate in malum domini sui pereunt
enim in afflictione pessima Et quia non
attendunt quod promittunt Ideo mendacia
appellantur Joh. xvi° Vere mendacium
possederunt patres vestri Ista enim duo
scilicet timor et amor sunt causa omnium
peccatorum. Unde Aug. super illud ps. Incensa
igni et suffossa dicit Incensa 1 peccata
que veniunt ex amore male incendente

z suffossa i. pcta que ex timore malo hu-
miliat. Omnia eni pcta sunt vel pter
cupiditatem vel pter timore. quem
non capit cupiditas vincat timor.
Dic etiam amor dei z timor eius ducit
ad omne bonum. Amas enim ut bn sit t
times ne male sit tibi hoc age in seculo
non in scelo. utrumque amor incedit. utrumque
humiliat. sed aliter z aliter. De bono a-
more dicit. fodia circa eam z mittam
stercora. fossa signat pia humilitate
mentis. aliter stercora sordes utiles
penitentis. De igne boni amoris dicitur
Ignem veni mitte in terram. Hic Aug^s

Homo quem. Item sermo secundus.
Rex honorare cupit. dz indui ve-
stibus regis z poni sup equum qui
de sella regis est. z accipe regium dia-
dema sup caput suum. hester vi^o. Ex
his omnibus potest. Ut xpus beatum An-
dream fecit suum familiarem in hoc q eis-
dem vestibus cum secum induit. Se-
cundo collateralem in hoc. q sup equum
suum posuit. Tertio eandem in hoc. q coro-
na regni sibi dedit. fecit enim eum
suum familiare in hoc. q eisdem vestib
cum secum induit. Quod nota ut dicitur
debet indui vestibus regis. Vestis au-
tem regis i. xpi fuit sanguine tincta. De
qua dicitur Apoc xix^o vestitus erat
veste aspsa sanguine. Ysaie lxiii. Quare
ergo rubrum est indumentum tuum. Ista
igitur veste regali indutus fuit An-
dreas in sua passione. que quidem
vestis fuit multum similis vesti regis.
Prima passio Andree multum similis
fuit passioni xpi. fuit enim in aliquo
similis z in aliquo dissimilis. Dissi-
milis quidem fuit. quia xpus crucifi-
xus est rectus. petrus reuersus. An-
dreas transversus. xpus namque tamquam
caput obtinuit superiora. petrus tam-
quam alter princeps obtinuit inferiora
sedes convenientes fuit ut Andreas teneret
media. ut scilicet manum dextram porrigeret
sursum ad xpm. aliam deorsum incli-
naret ad Petrum ut a xpo peteret au-
xilium ascendendi in celum z a petro
peteret sibi aperiri regnum celorum. xpus
in cruce potius est rectus ut aspiceret
mundum quem redimebat. petrus potius
est reuersus ut celum aspiceret cuius cla-
ves tenebat. Andreas transversus

ut cum una manu peteret redemptionem
a xpo. cum alia peteret claues a petro.
Similis autem fuit quantum ad quinque. Pro-
quia xpus spontanee z voluntarie
crucem sustinuit. Ysa. liii^o. Oblatus est
quia ipse voluit. Et beatus Andreas
videns crucem parata dixit. Securus
z gaudens venio ad te etc. Item dixit
cum crucem vidisset. Amator tuus
semper fui z desideraui amplecti te. Se-
cundo ideo crucem sic amabat quia per
eam redemptum se sciebat. quia amorem
suum in ea pependisse nouerat. quia
per eam tamquam per viam compendiosam
se peruenturum sperabat. Tertio xpus vo-
lentes eum a sua passione auertere
aduersarios reputabat. unde cum petrum
ut dicitur Mt xvi^o. quando auertere vellet
sathana eum appellauit. Similiter
dum populus passionem beati Andree vel-
let impedire z egeam lapidare. ne
hoc facerent rogavit. Tertio xpus
de cruce descendere noluit unde Judeis
dicentibus Mt xxvii^o. Si filius dei es
descende de cruce. acquiescere recusat.
Similiter dum egeas Andream deponere
vellet ait. Egeas. quia ego viuus de
cruce non descendam. iam enim video
regem meum qui me expectat. unde
etiam in cruce positum omnibus nemo de cru-
ce ipsum viuum deponi permittebat. Quarto
xpus de cruce multa documenta do-
cuit. sicut pro persecutoribus orare. de
parentibus in morte curam gerere. animam
suam deo recomendare. Similiter beatus
Andreas de cruce populum docebat. unde
dicitur. biduo viuus pendebat in cruce
pro xpi nomine beatus Andreas z doce-
bat populum. Quinto xpus per crucem
ad gloriam suam peruenit. Luce xxiiii^o.
Oportuit xpm pati z ita intrare glo-
riam suam. Similiter beatus Andreas crux
salutas ait. Accipe me ab hominibus
et redde me magistro meo etc. Per ista
autem dantur nobis intelligi. q homo
prius crucem ascendes. dz ad ipsam peni-
tencia spontaneum amore currere. hoc
enim signo xpus suos agnoscit. Bar
v^o. Qui autem sunt xpi carnem suam cru-
cifixerunt etc. volentes a penitencia auertere
dz inimicos reputare. Sed dictum est
Mt x. Inimici hominis domestici eius

Per istum modum debemus odire parentes quando a deo nos volunt avertere. Luce xiiij° Siquis venit ad me et non odit patrem suum et matrem suam propter me non est me dignus. Non solum sed etiam animam usque ad mortem contempnere. Hic est enim lectus in quo Christi discipulus debet mori. Quem lectum suum dimisit Christus discipulis suis. Quicumque ergo vult cum illo quiescere in celo. in isto iaceat lecto. moriatur in cruce. si vult crucifixum placatum videre. Debet etiam vos alios informare. quia non sufficit quod quis salvet se ipsum. nisi etiam alios trahat ad deum. Apoc xxij° Qui audit dicat veni. Debet ad gloriam pervenire. Mt iiij° Penitenciam agite appropinquabit enim regnum celorum. Secundo fecit eum suum collateralem in hoc quod super equum suum eum posuit. Quod notatur cum dicitur. Posui super equum qui est de sella legis. Equus Christi fuit crux. Christus namque usus est cruce tamquam equo. quo contra demones militavit. Apoc xix Ecce equus albus et qui sedebat super eum vocabatur fidelis et verax. et cum iusticia iudicat et pugnat. Eundem quando ecce equus albus et qui sedebat super eum habebat arcum et data est ei corona. et exivit vincens ut vinceret. Modo tamquam regali solio. in quo inter hominem et deum iudicium diffinivit. Prov xx° Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo. Ps. Iudicabit in nationibus etc. Tercio tamquam mensa in qua fideles refecit. Prov ix Bibite vinum quod miscui vobis. Tunc enim vinum in mensa crucis miscuit cum sanguinem et aquam effudit. Refectio istius mense valet contra omnes adversitates et tribulationes. Ps. Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. Quarto tamquam ara in qua pro sacrificium obtulit. Quod figuratum est Gen viij° ubi dicitur Edificavit Noe altare domino et obtulit holocaustum odoratusque est dominus odorem suavitatis. Igitur ergo Christus usus est cruce tamquam equo. fecit enim commilitonem suum. Et ideo Andreas enim in equo regali tamquam regem miles associat. Apok xiiij° Hii qui sunt in celo sequebantur eum etc. Iudicium usus est tamquam solio.

fecit enim assessorem suum. Mt xix° Sedebitis super sedes duodecim etc. Quoniam usus est tamquam mensa. fecit enim commensalem suum. Luc xxij° Edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Quando usus est tamquam ara. fecit eum sacrificium suum ex quo odorem suavitatis percepit unde cantatur de eo Dilexit Andream dominus in odorem suavitatis. Gen xxvij° Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni etc. Tercio fecit enim suum coheredem in hoc quod coronam regni sibi dedit. quod notatur cum dicitur Et accipe regni dyadema super caput suum. Preter enim coronam essencialem quam Andreas habet cum ceteris beatis triplicem alia coronam specialem. Ipse enim fuit doctor predicator martir dei et pauper Christi. Inquantum fuit doctor habet gloriam specialem que est immensa claritas. Dan xii Qui ad iusticiam erudiunt multos fulgebunt quasi stelle in perpetuas eternitates. Inquantum fuit dei martir. habet gloriam specialem que est nimia cum deo familiaritas. Ie xv. Si separaveris preciosum a vili. quasi os meum eris. Martir enim inter preciosum a vili separat. dum animam preciosam a vili carne dividit et eam pro Christo ponit. Inquantum vero fuit pauper et mundum contempsit habet gloriam specialem que est iudiciaria potestas. Job xxxvi° Iudicium pauperibus tribuit. Mt xix Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israhel.

### Sermo de eodem tercius

Sic honorabitur quemcumque rex voluerit honorare. Hester vi° Deus honorat omnes sanctos communiter. Sap ult. In omnibus domine magnificasti populum tuum et honorasti. Apostolos autem honorat specialiter. Ps. Nimis honorati sunt amici tui deus. Sed beatum Andream honoravit singulariter. de quo honore dicitur Sic honorabitur etc. Hoc autem quod dicit Sic. dicit modum. Tota enim vis honoris consistit modo honorandi. Ut autem modum quo Christus ipsum honoravit intelligere possimus. notandum quod quantum ad triplicem statum ipsum multipliciter honoravit. Primo scilicet quantum ad primordium sue conversionis in quo quidem statu quadrupliciter ipsum honoravit. Primo quia fecit enim suum primicerium. ex eo scilicet quod ipsum ante ceteros apostolos et discipulos ad se vocavit. et hic in

prima vocatione qua vocavit ipsum ad sim-
plicem cognicionem de qua habetur Joh 1o
Ipsum ergo xpus tamquam primicias sue future
messis elegit Exo xxiiio primicias
frugum terre tue deferes in domum domini
dei tui. Et potest esse vox patris ad filium
qui tres aplos qui fuerunt de patria sua
i de Galilea scilicet Andream Petrum et Phi-
lippum. quasi primicias suarum frugum primo
ad fidem vocavit ut habetur Joh 1o. Racio
autem quare istos tres primo vocavit. Hec
assignari potest xpus namque erat agnus
in cruce ymolandus Joh 1o Ecce
agnus dei. Isti tres apli similiter erant
agni in cruce patibulo ymolandi. ceteri
vero apli non erant agni sed oves Mt
xo Ecce ego mitto vos sicut oves in
medio luporum. Non enim fuerunt in cruce
ymolati. sed luporum morsibus laniati
Racio ergo xpus erat agnus. prius vo-
luit colligere agnos et postea oves. Ysa.
xlo In brachio suo levabit agnos.
Nam sicut dicitur Ecc xiiio Omne animal
diligit simile sibi. Noluit xpus ut a-
gni sui in herbis putridis. sed in herbis
virentibus et in pascuis pinguibus pa-
scerent. Secundo ipsum honoravit. quia fecit
eum suum mediatorem et nuncium. in hoc
quod Petrum ad eum vocavit et ad ipsum
adduxit. O quantum petrus Andream
tenetur diligere. per quem xpm meruit in-
venire. O quanta est iste nunc apud deum
qui principem aplorum meruit convertere
et ipsum ad xpm adducere. Nonnulli autem
quasi Juda ad ihm venerunt et alios addu-
cunt. qui sunt qui et bene vivunt et alios ma-
los exemplo corripiunt. De quibus dicitur
Mt xxiiio Claudite regnum celorum
ante homines vos enim non intratis. nec
intraventes sinitis intrare. Quidam autem
venerunt. sed non adducunt. qui sunt a domino
talentum acceptum absconderunt. De quibus
Mt xxv Inutilem servum mittite in te-
nebras exteriores. Hec enim non sufficit
maxime prelato. Primum quia est pastor
Je xiiio Ubi est grex qui datus est tibi
Secundum quia est venator. cui dicitur
Gen xxviio Affer michi de venacione
tua ut comedam. Tercium quia est pisca-
tor cui dicitur Joh xxio Afferte de
piscibus quos prendidistis nunc. Ter-
cio. quia fecit eum familiarem et amicum
et hoc in secunda vocatione. qua vocavit
eum ad suam amiciciam et familiaritatem

De quo habetur Dn v. Ideo tractat Dilexit
Andream dominus in odorem suavitatis
Item tractat de eo Amicus dei appellatus
est. Plinius quidam interrogatus quid
esset amicus. Respondit Alter ego. Amicus
dixit. quod perfecta amicicia erat idem vel-
le et idem nolle. Amicus loquens de amicicia
dixit. quod erat tantum equalium. Vera autem
amicicia est inter deum et sanctos. Primo
quia efficiuntur idem. i Cor vio. Saule
Saule quid me persequeris. ubi membra
denominantur ex persona capitis. Ps
dixit Nolite tangere xpos meos. Et
Ego dixi dii estis etc. 2o quia idem sunt
velle. Nam sancti idem volunt quod deus
Ps In mandatis eius volet nimis. Et
in lege domini voluntas eius. Et deus
idem vult quod sancti Joh xiiiio Quodcumque
pecieritis patrem meum in nomine meo
hoc faciam. Ps Voluntatem timencium
se faciet. Deus etiam non vult primo odit
malum culpe. et sancti similiter illud odi-
unt. Ps Qui diligitis dominum odite
malum. Tercia vero condicio amici-
cie ibi non invenitur. quia deus est summus
et homo infimus. tamen deus non dedi-
gnatur homines vocare amicos Joh
xvo Vos amici mei estis si feceritis que
ego precipio vobis. Primo quanto homo
est minor. tanto magis eum diligit
Si autem magnum se facere vellet. vix
a longe eum respicit. Ps Excelsus
dominus et humilia respicit et alta a longe
cognoscit. Tercio fecit eum suum le-
gatum et discipulum et hoc in tercia voca-
tione. de qua habetur Mt iiiio Quem
enim non tantum vocavit ad suum consortium
vel suam familiaritatem. sed etiam ad suum
discipulatum. quia ei postmodum semper
adhesit. Ut vero esset verus discipulus
servavit illud quod dicitur Luc xiiiio Qui
non baiulat crucem suam et venit post
me. non potest meus esse discipulus. Ha-
buit etiam carnis mortificationem. et ideo
dicitur qui non baiulat crucem habuit in se
spontaneam assumptionem. et ideo dicitur
suam id est non ab alio impositam. sed a se
assumptam. habuit in hiis sinceram intencionem
Et ideo dicitur et venit post me etc. 2o ipsum
honoravit quantum ad progressum sue
conversationis et hoc quadruplicater. Primo
quia fecit eum suum aplum. et hoc in
quarta vocatione In qua vocavit ipsum non tantum

ad sui cognicionem vel familiaritatem
vel discipulatum· sed eciam ad aplatum
De qua vocatione dicit^r mr^c iij^o vo-
cauit ad se quos voluit ipse etc. ffuit
igit^r aplus et dignus aplus sicut de
eo cantat^r Andreas xpi famulus di-
gnus dei aplus etc. Ideo dignitas bn
data fuit digno Aliqn em dignitas
dat^r digno et tunc bene conueniunt
Eccl. x^o. Da illi honorem sm meri-
tum. ps. Rectos decet collaudacio
Aliqn indignitas dat^r indigno· et tunc
similit^r bene conueniunt Ra sed dicit
Augus. lauo pulcrius sedet in sella qm
in cathedra Aliqn dignitas datur
indigno· et tunc male conueniunt prou.
xx vj Sicut qui mittit lapides in
aceruum mercurij· ita qui tribuit insipi-
enti honorem Romi^s ad palmachium
Egregie de cesare tullius· cum quosdam
ornare vellet· dixit non ipos hone-
stauit· sed ornamenta ipa decepauit
Aliqn vero indignitas dat^r digno·
et tunc similit^r male conueniunt de hys
duobus dicit^r Eccl x· Posicium vidi stul-
tum in dignitate sublimi et diuites
sedere deorsum Quia g^o dignitas
Aplica fuit data digno sal3 sto Andre
Ideo ipa dignitas sibi bene conuenit Et co
recte dicit^r dignus dei aplus Secdo
quia enim secretarium et consiliarium fecit
quia de turba sacianda cum eo consilu-
it· vt hetur Joh vj^o. Ergo quid hba
multa erat xpus philippum tem-
ptabat· Philippus non confidebat· s3
Andreas xpi virtutem et potenciam plo
vocabat dicens· Est puer hic qui h3
quinque panes etc. N. d. licet hec mo-
dica sint· tu tamen domine supples
quod deest Prou. vj^o Amicus in do-
mesticis fiducialit^r agit· xpus quina
turbe manifestabat sicut dei precepta
et que pertinebant ad salutem omnium· specia-
lia vero manifestabat discipulis sicut erat ex-
posicio parabolarum· sed domestica pripue
manifestabat amicis et aplis· sicut
fuit sua transfiguracio· ut hetur mt
xxvij et plura alia q tamen aplis
manifestauit Tercio· quia fecit eum
portarium Sicut p3 Johis xij Nam cum
quidam ihm loqui vellent dixerunt phi-
lippo et philippus Andree Ipi autem
ambo dicentes ad ihm ipum introdux-
erunt sed sigt^r conti Et xij^o vbi dicit^r

Accedunt portam salutat Philippus et Ia-
cobus et Andreas et intimauit in pa-
lacio regis intrinsecus Quarto quia
fecit eum suum legatum inquantum fe-
cerit eum suum predicatorem et Cor. v^o
pro xpo legatione fungimur ffuit autem
predicatio Andree multum conformis pre-
dicationi xpi. habuit enim xpus in
sua predicatione sapientiam Col. ij^o In quo
sunt omnes thezauri sapie et sciencie
dei absconditi habuit eloquenciam
Joh vij^o Nunquam sic locutus est homo
sicut hic homo loquitur habuit consta-
nciam· quia maiorum vicia constanter
reprehendebat· sicut patet mt xxiij
vbi multa phariseis comminat^r habuit
sanctam vitam· quia ea que predica-
bat ipe primus faciebat Act. 1^o Cepit
ihus facere et docere habuit finalem
perseueranciam· quia vsque ad mortem
a predicatione non desistit ymo eciam
in morte pro suis persecutoribus orauit
Sic Andreas in sua predicatione
habuit sapienciam· vt patet in misterio
crucis quod tam sapienter exposuit
habuit eloquenciam de hys duobus
dicit^r Luc xxj^o Ego dabo vobis os et
sapienciam etc. habuit constanciam· quia
Egeam proconsulem constanter arguit
et reprehendit· Luc xij Nolite timere
ab hys qui occidunt corpus etc. ha-
buit vitam sanctam vnde cantat^r de eo
Vir iste in populo suo mitissimus appa-
ruit sanctitate et et gratia plenus ha-
buit perseueranciam quia vsque ad mor-
tem non desistit ymo eciam in morte
a predicatione non cessauit vt dicit^r
de eo biduo viuens pendebat in cruce
beatus Andreas et docebat populum Secdo
ipm honorauit quantum ad statum
sue consumationis Et hoc quadrupl^r
primo· quia eadem passione secum
ipm consumari voluit Sap. iiij^o Si-
mili pena seruus cum domino afflictus
est Secdo quia corpus eius maiorum
gloria illustrauit vnde eciam manna
in modum farine et oleum cum odore
suauissimo conuenit de eius tumulo
emanare Tercio· quia iudiciaria
potestatem sibi concessit mt xix Sedebitis
super sedes xij iudicantes duodecim
tribus israel Quarto quia principatum celi et

teur sibi dedit ps Constitues eos prin-
cipes super omnem terram. Sermo quartus

Stabat Johannes et ex discipulis
eius duo et respiciens ihesum am-
bulantem dixit Ecce agnus dei etc. Joh
jo Circa hanc primam vocacionem beati
Andree tria tanguntur. Unum est ex parte
Johannis, aliud ex parte Andree, tercium
ex parte xpi. Nam in Johanne comme-
datur fidelis testificacio cum dixit Ecce
agnus dei. In Andrea prudens interro-
gacio cum dixit Rabi ubi habitas. In
xpo benigna invitacio cum dixit Ve-
nite et videte. Primo ergo commendatur in Jo-
hanne fidelis testificacio cum dixit Ec-
ce agnus dei. Que quidem testificacio
fuit causa conversionis et salutis in Andrea
quia inter apostolos primum vocatus est. Ex quo
patet quantum valet bona societatem
habere et verba dei libenter audire. Multum
valuit Andree habere societatem cum
Johanne quia per eum meruit imitari
xpm. Eccli xxxvii Cum viro sancto assi-
duus esto quemcumque cognoveris habere timorem
dei. Decet enim tamquam mortuus ad vivus
potius attenditur. Ut peccator ex bonorum
communione vel conversacione ad dei amorem
inflamatur. Multum eciam valuit Andree
verbum a Johanne audire quia fuit
occasio salutis sue. Prov. xiii Qui cum
sapientibus graditur sapiens erit. Amicus
stultorum similis efficitur. Johannes ergo
exemplo et doctrina adeo beatum An-
dream ad bonum disposuit quod inter xpm
secutus fuit. Circa quod notandum quod
Johannes disposuit Andream ad xpm
tamquam lucifer ad solem per quandam
vicinam demonstracionem, lucerna ad lucem
per quandam imperfectam radiacionem, facula
ad ignem per quandam imperfectam infla-
macionem, precursor ad regem per quandam
preparacionem. Johannes ergo erat lucifer
Job xxxviii Numquid producis luciferum
in tempore suo. Xpus autem erat sol. Ma-
lach. iiii Vobis timentibus nomen meum
orietur sol iusticie. Lucifer autem di-
sposuit ad solem per quandam vicinam de-
monstracionem. Alii quidem prophete fuerunt
stelle quia annunciaverunt xpm sed de lon-
ginquo. Iste autem fuit lucifer quia annun-
ciavit xpm sed de propinquo dicens Joh jo
Ecce agnus dei. Ita quod Andreas sic
dispositus de lucifero transivit ad solem
et de discipulatu Johannis transivit ad
discipulatum xpi. Secundo disposuit
eum tamquam lucerna ad lucem. Johannes
erat lucerna ardens et lucens. Xpus autem
erat lux Joh. i Erat lux vera que il-
luminat omnem hominem etc. Lucerna autem
disposuit ad lucem per quandam imperfectam
radiacionem. Johannes ergo tamquam lucerna
lucebat sed imperfecte lucebat per lucem
tamen suam imperfectam disposuit beatum
Andream ad lucem perfectam. Ergo Andreas
de lucerna transivit ad lucem et de im-
perfecta illuminacione Johannis transivit
ad perfectam illuminacionem xpi. Tercio
disposuit eum tamquam facula ad ignem.
Johannes enim erat facula sicut in pa-
ralypomenon dicitur Eccli. xlviii Verba illius
quasi facula ardebant. Xpus autem erat
ignis Hebr. xii Deus noster ignis
consumens est. Facula autem disposuit ad
ignem per quandam semiplenam infla-
macionem. Johannes ergo tamquam facula
inflammabat sed imperfecte et semiplene
per suam tamen inflammacionem imperfe-
ctam disposuit Andream ad veri ignis
inflammacionem perfectam. Et Andreas
dispositus transivit de facula ad ignem
et de imperfecta inflammacione Johannis tran-
sivit ad perfectam inflammacionem veri ignis.
Quarto disposuit tamquam precursor ad
regem. Johannes erat precursor Luc. i
Preibis ante faciem domini. Xpus autem
erat lux Apoc. xix Rex regum et dominus
dominancium. Precursor autem disposuit
ad regem per quandam preparacionem.
Johannes ergo tamquam precursor preparabat viam
ad regem dicens Joh. jo Ego vox cla-
mantis in deserto dirigite viam
domini etc. Et sic beatus Andreas preparatus
de preparatore vie transivit ad terminum vie,
de precursore transivit ad regem, de
milicia militis transivit ad miliciam
imperatoris. Secundo in Andrea com-
mendatur prudens interrogacio cum dixit
Rabi ubi habitas. Nolebat enim interrogare
et in publico dicere sed in domo familia-
ris morosius et secrecius audire. Xpc
enim in vicis et in plateis non invenitur
prout illud Can. iii Surgam et circuibo ci-
vitatem per vicos et plateas querens quem
diligit anima mea. Quesivi illum et non
inveni. His verbis alludens Ambrosius dicit

in libro de virginibus Non est tibi co
forancus xpus. xpus enim pax est in
foro lites. xpus iusticia est. in foro
iniquitas. xpus operator est in foro ina
ne ocium. xpus fides est. in foro fraus
atque perfidia. Et ideo merito querunt
Andreas et Iohannes Rabi ubi habitas. Ad hanc
questionem potest videri quod xpus est lumi
nosus ps. Amictus lumine sicut vestimento
Et ideo habitat in domo lucida per sapientiam
et veritatem prov. viii. Ego sapientia
habito in consiliis et eruditis intersum co
gitacionibus. Est speciosus ps. Speciosus
forma pre filiis hominum Et ideo habitat in do
mo munda per puritatem ps. Tu autem
in sancto habitas laus Israel. Sanctum enim
idem est quod mundum Sap. i. Non habita
bit in corde subdito peccatis Est quietus
et tranquillus Sap. xii. Tu autem do
minator virtutis cum tranquillitate iu
dicas Et ideo habitat in domo pacifica
per concordiam et uniformitatem ps. Fa
ctus est in pace locus eius. et habitacio
eius in Syon. Mat. xviii. Ubi duo vel
tres congregati fuerint in nomine meo
ibi sum in medio eorum Est excelsus
et immensus Job xi. Excelsior celo est
et quid facies Et ideo habitat in domo
alta per caritatem Eccli. xxiiii. Ego
in altissimis habito ps. Quis sicut
dominus deus qui in altissimis habitat
Est stabilis et perpetuus Eccli. xliii. Do
minus omnipotens stabilis in gloria sua
Boecius Stabilisque manens das cun
cta moveri Et ideo habitat in domo
firma per adversitatem Sicut enim incus
fabri firmatur pacionibus et adversita
tibus Et in tali domo xpus moratur
ps. Cum ipso sum in tribulacione. Hoc
figuratum est Dan. iii. ubi Nabuchodonosor
cum tribus pueris in camino positis
vidit quartum. cuius species erat similis
filio dei. Tercio in xpo commendatur
benigna invitacio. cum dixit Venite et
videte Ad duo enim invitat. scilicet ad veni
endum et ad videndum Sunt autem quidam
qui non veniunt. sed fugiunt. et tamen fu
giendo deum currunt ad deum Sicut enim
siquis vellet fugere a celo curreret et ap
propinquaret ad celum Sic eciam qui
fugit deum placidum. currit ad deum
iratum qui fugit deum miserantem. cur
rit ad deum torquentem Sic patet in

Nona qui volunt fugere deum parcentem
et currunt ad deum punientem ps. Quo
ibo a spiritu tuo. et quo a facie tua fu
giam Sunt eciam quidam qui non ve
niunt nec fugiunt. sed subsistunt Hii
sunt pigri et tepidi. qui nec fugiunt
per apertam maliciam nec veniunt per
operacionem sollicitam. sed subsistunt per
torporem et negligenciam Apoc. iii. Uti
nam frigidus esses aut calidus. sed
quia tepidus es incipiam te evomere
ex ore meo Frigidus est. qui ignem
divinum fugit Calidus est. qui venit
tepidus est qui subsistit Bernardus In
in via dei non progredi regredi est
Sunt eciam quidam. qui nec fugiunt nec
veniunt. nec subsistunt. sed portari
se faciunt Tales sunt peccatores qui per se
accedere ad deum digni non sunt Et
ideo aliorum sanctorum suffragia et oraciones
petunt Pauli enim viri sepe primam
graciam peccatori acquirunt Hoc signatum
est Mat. ix. ubi quidam xpo paraliticum
offerebant Et subditur videns autem Ihesus
fidem illorum dixit Confide fili remit
tuntur tibi peccata tua Glossa Quantum
valet apud deum fides propria apud
quem tantum valuit aliena ut hominem
intus et extra sanaret Sunt autem
quidam qui veniunt. sed horum quidam ve
niunt cum flagellis coacti instar ma
lorum servorum et pigrorum equorum ps.
Multiplicate sunt infirmitates eorum
postea accelerarunt Osee xi. In fu
niculis Adam traham eos Funiculi Ade
sunt penalitates inflicte ex peccato
Ade Gregorius Mala que nos hic premunt
ad deum ire compellunt Quidam
vero veniunt voluntate propria inclinati
quos deus benigne alloquitur dicens Venite
filii audite me timorem domini doce
bo vos Secundo invitat ad videndum cum
dixit Et videte Deum autem Augustinus
videre summum est omni sensu unde ait
in libro confessionum Dicimus non solum vide
quid luceat. sed eciam vide quid sonet.
vide quid oleat vide quid sapiat. vi
de quam durum sit viderunt ergo qui eius
graciosam faciem conspexerunt Hester
xv. Valde mirabilis es domine et facies
tua plena est graciarum i. Pet. i. In
quem desiderant angeli prospicere ps.
Ostende faciem tuam et salvi erimus

Viderut qui eius verba dulcissima
audierut/ tercio/ sic iiio rg. Beati viri tui
et beati servi tui qui stant cora te sep
et audiut sapientiam tuam Ps Audia
quid loquatur in me dominus deus De
hiis duobus dicitur Can ii Vox enim
tua dulcis et facies tua decora De
hiis duobus dicit luc x Multi reges
et prophete voluerut videre que vos vi
detis et non viderut Et audire que
vos auditis et non audierut Vidert
qui odorem paradisi quo plenus erat
persenserut Can io Trahe me post te
curremus in odorem unguentorum
tuorum Viderunt qui amorem eius
dulcissimum gustaverut Eccli xxxiiii
Qui edunt me adhuc esurient etc
Ps Gustate et videte quoniam sua
vis est dominus Viderunt qui bra
chiis fidei et amoris eum semper te
nuerut et amplexati sunt Can iii
Tenui eum nec dimittam Prov iiii
Glorificaberis ab ea cum ea fueris
amplexatus Omnes enim quodammodo sesi
in dei amore delectantur Unde Augustinus in
libro confessionum ait Cum amo deum me
um amo quandam lucem quandam
vocem quendam odorem quendam cibum
et quendam amplexum interioris hominis
mei ubi fulget anima mea quod non
capit locus et ubi sonat quod non capit
tempus et ubi olet quod non spargit
flatus et ubi sapit quod non minuit e
dacitas et ubi heret quod non divellit
societas Sermo quintus de eodem

Ambulans ihesus iuxta mare ga
lilee vidit duos fratres Symonem
qui vocatur petrus Et Andream fratrem
eius mittentes rethe in mare etc Vo
cacio istorum apostolorum et precipue beati An
dree comendabilis est ex quatuor
scilicet ex parte vocantis ex parte vocatorum
ex parte modi vocandi et ex parte officii
iniungendi Ex parte siquidem vocantis
comendabilis est cum dicitur Ambu
lans ihesus De quo tria dicuntur scilicet quod am
bulavit quod vidit et quod vocavit
Ambulavit autem sine expensis usque
ad esuriem Mt xiio Ambulavit ihesus
per sata discipuli autem eius esurientes ce
perunt vellere spicas et non tantum
discipuli sed etiam ipse esuriit Mt xxio
Mane autem facto revertentes in ci
vitatem esuriit Ambulavit sine equo

usque ad lassitudinem Ioh iiiio Ihesus
fatigatus itinere sedebat sicut sic supra fontem
Ambulavit sine pompis et scutiferis
usque ad extremam humiliationem luc xxiio
Ego autem in medio vestrum sum sicut
qui ministrat Istomo similiter discipulos
suos ire voluit Nam expensas eis ab
stulit cum dixit Mt xo Nolite posside
aurum neque argentum neque pecuniam etc
Equos etiam eis abstulit cum etiam
sine calciamentis ire precepit Mt xo
Neque calciamenta Scutiferos et alias
pompas ipsis abstulit cum dixit luc
xxiio Qui maior est in vobis fiat sicut
minor et qui precessor est sicut ministra
tor iio vidit Videre autem dei aliquando
dicit effectum miseracionis ut ibi Exo
iiio Videns vidi afflictionem populi mei que
est in egipto etc Aliquando dicit effectum
approbationis ut ubi Gen primo Vidit deus
cuncta que fecerat et erant valde bona Ps
Oculi domini super iustos Ioh io Priusquam
te philippus vocaret cum esses sub ficu
vidi te Aliquando dicit effectum divine di
gnationis ut ibi luc io Respexit hu
militatem ancille sue Christus ergo vidit
beatum Andream oculo miseracionis cum
ipsum de statu mundi vocavit Oculo ap
probacionis cum ipsum apostolum suum fecit Oculo
dignationis cum similem sibi penam
crucis eum sustinere voluit Tercio vo
cavit Non autem vocavit per angelum vel
per aliquem nuncium sed per seipsum et in hoc
ostenditur magna dignatio salvatoris
Magna quidem dignatio est aliquem
vocare generaliter quod fit per exteriorem
exhortacionem qua vocantur boni et
mali Prov io Sapientia foris predicat
Maior vocare specialiter quod fit per interna
na inspiracionem qua vocantur soli
boni Apoc xix Beati qui ad cenam
nuptiarum agni vocati sunt Maxima
vocare personaliter per quem modum Apostoli
vocati sunt ore scilicet proprio salvatoris Hebr
io Multipharie multisque modis olim
deus loquens patribus in prophetis Novis
sime diebus istis locutus est nobis in filio
Super maxima vocare singulariter sic
vocatus est Andreas quia non solum
ore sed etiam ante ceteros est vocatus
Secundo comendabilis est ex parte vocatorum

Vocati eciam sunt insimul quatuor fratres
vt in hoc euangelio patet z hoc bini z bi-
ni Quod fecit xpus triplici de causa Prima
est vt plena consolatio eis daretur Si
enim aliqui fuissent relicti alii fuissent
tristicia z merore confecti z ideo non
fuissent perfecta consolatione repleti Sic
autem mundus dat consolationem deceptorum
ria Sicut patet in illo diuite qui de-
cepit qui dicebat Luce xij° Anima
mea habes multa bona comede z bibe
etc Aut consolationem vacuam Jeremie 4°
Aspexi terram z ecce vacua erat z nichi-
li Aut consolationem semiplenam Ps. Vi-
ri sanguinum z dolosi non dimidiabunt
dies suos Aut consolationem mixtam
Ysa. primo Vinum tuum mixtum est aqua
Sed deus semper dat consolationem veram
plenam perfectam z paratam Joh. vj° Pe-
tite vt gaudium vestrum plenum sit Ideo
ergo sic erant coniuncti non fuissent ple-
ne consolati si aliqui fuissent relicti Ch
super illud Et vocauit eos Erant
enim bonitatione tunc dilectione concordes
artificio pares firmitate pietate co-
niuncti Ideo simul vocauit eos Nec tot
homines coniunctos dissimiles vocatione se-
paret Secunda causa est vt specialiter
vitam commendet Et ideo vocati sunt bini z
bini Ad specialem autem vitam ducendam
z conseruandam quatuor requiruntur Primum
est recognitio infirmitatis proprie Et ideo
ponitur ibi petrus qui agnoscens Qui
enim suos defectus cognoscit qui ab aliis
portantur facilius alienos portat Gal. vj
Alter alterius onera portate etc Sed
sicut dicit Crisostomus Omnia illi desunt qui
sibi nichil deesse putat Secundum est confor-
mitas voluntatis mutue Recte enim est
vt sua voluntate vincat z voluntati
aliorum submittat Sicut dicitur de apostolis
Act. iiij° Multitudinis credentium erat
cor vnum z anima vna hoc autem valde
difficile est Prouerbiorum xvj° Melior pa-
ciens viro forti z qui dominatur animo suo ex-
pugnatore vrbium Et ideo ponitur ibi an-
dreas qui interpretatur virilis Tertium est sup-
plantatio vel refrenatio ire z ideo ponitur
in illa combinatione Jacobus qui inter-
pretatur supplantator Nam sic dicit Prouerbiorum
xv Vir iracundus prouocat rixas q̄
paciens est mitigat suscitatas z ideo
ira debet refrenari z cohiberi Vnde dicit

Prouerbiorum xij° Fatuus statim indicat iram
suam Glosa Nam ire est vt prolata
magis feruescat occulta languescat Quartum
est perfectio diuine gratie Inter malos
enim pax z specialis vita esse non pot-
test dicit Eccli. vj° Qui metuit deum
inueniet illum scilicet verum amicum Amb.
Inter dispares mores z studia repugnantia
beniuolencia esse non potest Et ideo ponitur
Johannes qui interpretatur gratia dei
Tertia causa est vt firmitas fidei z gratie
noui testamenti insinuaretur Fides enim
habuit triplicem gradum primus est in statu
legis nature post peccatum z tunc fides
fuit multum debilis quia fundata fuit
super vnum scilicet super Abraham Sicut debi-
lis esset domus illa que fundata es-
set super vnam pilam Secundus est status
legis scripte z tunc fides fuit fortior quia
initium veteris testamenti fundatum fuit
super vnam firmitatem scilicet moysen z aaron
sicut fortis esset domus illa que fundata
esset super duas pilas sed non vsque
quaque fortis Tertius est in statu legis
euangelice z tunc fuit fortissima quia
initium noui testamenti fundatum fuit
super duas firmitates scilicet petrum z an-
dream Jacobum z Johannem Sicut fortis-
sima esset domus illa que fundata esset
super quatuor pilas Vnde ait Crisostomus
super Matheum Initium veteris testamenti edificat
deus super vnam firmitatem scilicet moysen
z Aaron Initia ergo noui testamenti
edificauit super duas firmitates z ideo
habundancior est quam veteris testamenti
Tempore enim passionis Christi noui testa-
menti fundatum fuit tantum super vnam
pilam scilicet super virginem mariam que
omnibus apostolis a fide recedentibus
in ipsa sola fides remansit Sed tamen
fortior fuit omnibus precedentibus pilis
quia z ab initio fundata fuit z nunquam
cum caderet non potuit Eccli. xxiiij° Ab
initio z ante secula creata sum z vsque
ad futurum seculum non desinam etc Valde
commendabilis est horum vocatio ex parte
modi vocandi cum dicit post me
non enim dixit post mea quia non vult
vt temporalia diligamus sed contempnamus
Matheus xix° Vade z vende omnia que habes
z da pauperibus Ideo dicit Eccli. xxxj°
Beatus diues qui post aurum non abiit Nec
dixit Ante me quia non vult vt eum pre-
damus id est vt propriam voluntatem vel propriam

sensum habeamus. sed ut sue voluntati
nos subiciamus. Mt xvi^o. Si quis vult
post me venire. abneget semetipsum.
Petrus voluit enim precedere. Ideo audi-
uit Mt xvi^o. Vade post me sathana.
Similiter primus homo ante deum ire vo-
luit. dum voluntatem suam voluntati
divine preposuit. et ideo corruit. Nec dixit
mecum. quia non vult ut ei equamur e-
quari. sed humiliter subici. Ps. Non ha-
bitabit iuxta te malignus. Lucifer ei
in potencia adequari voluit. Cum dixit
Ysa. xiiii^o. In celum ascendam et similis
ero altissimo. sed turpiter corruit. unde
subditur. Ad infernum detraheris in pro-
fundum laci. sed dixit Post me scilicet
humilem. Mt xi^o. Discite a me. quia
mitis sum et humilis corde. Et post
me scilicet misericordem. Luce vi^o. Estote mi-
sericordes. sicut et pater vester misericors est.
Xpistus ergo dixit. Venite post me. quia
non vult ut habeamus rerum affluenciam.
Nec ante me. quia non vult ut habea-
mus voluntatem propriam. Nec mecum. quia
non vult ut habeamus secularem potenciam.
Sed post me. quia vult ut habeamus
humilitatem et misericordiam. Ista quatuor tangit
Apostolus i Cor. i^o. Videte vocationem vestram
fratres. sed non multi sapientes secundum
carnem. hoc refertur ad propriam sensum
sive voluntatem propriam. Non multi po-
tentes. hoc ad secularem potenciam. Non
multi nobiles. hoc ad rerum affluen-
ciam. quia divites in hoc mundo no-
biles reputantur ut quidam scriptum est
Qui gloriatur in domino glorietur. In domino
scilicet humiliter et misericorditer. hoc refertur
ad humilitatem et misericordiam. Beatus ergo
Andreas ambulando post Xpistum non ivit
post sua. quia omnia mundana contempsit.
Nec ante eum. quia voluntatem suam
dei voluntati non opposuit. Nec ivit secum
quia mundana exaltationem reliquit.
sed ivit post eum. quia misericordiam et humili-
tatem dilexit. Quarto commendabilis est hec
vocatio ex parte officii iniungendi. cum
dixit Faciam vos fieri piscatores hominum.
Magnum est. ad quod apostoli vocantur. Ceteri
sancti vocantur ad ecclesie unitatem. quod
fit per fidem [illegible] et operationem. Ro. viii^o.
Quos vocavit [illegible] scilicet per fidem. hos et iu-
stificavit scilicet per operationem. vocat eciam
ad eternam felicitatem. i Petri v^o. Deus

autem gracie qui vocat nos in eternam
suam gloriam etc. Apostoli autem specialiter
vocati sunt ad Xpisti societatem. Ysa. viii^o.
Ecce ego et pueri mei quos michi dedit
dominus. Ad iudiciariam potestatem. Luce xx
secundo. Sedeatis super thronos iudicantes
duodecim tribus Israel. Ad predicandum
aliorum sanctitatem. sic dicitur hic Faciam
vos fieri piscatores hominum. Notandum
autem quod deus habet piscatores. venatores
et vindemiatores. id est predicatores moder-
nos. primitivos et ultimos. predicatores
primitivi sunt piscatores. quia sicut pi-
scator uno tractu rethis magnam
multitudinem piscium capit. Sic ipsi
in una predicatione aliquando tria milia.
Aliquando quinque milia capiebant. Sed mo-
derni predicatores sunt venatores. quia
vix cum magnis laboribus et clamoribus
possunt comprehendere unam feram id est unam
animam. Jeremie xvi^o. Ecce ego mitto
piscatores multos et piscabuntur eos.
Et post hec mittam eis multos venatores
et venabuntur eos. Ultimi autem predicatores
qui erunt in fine mundi erunt vindemi-
atores. qui cum falce divini eloquii uvas
maturas a putridis separabunt. Et isti
vindemiatores erunt angeli. Apoc. xiiii^o.
Misit angelus falcem suam in terram
et vindemiavit vineam terre. Sed modo
dyabolus est vindemiator. Xpistus autem
racemorum collector. Michee vii^o. Ve michi
quia factus sum sicut qui colligit in au-
tumpno racemos vindemie. Sermo vi^us.

At illi continuo relictis rethibus
et navi secuti sunt eum. Ex hiis
verbis ostenditur quod conversio beati An-
dree fuit utilis et strenua. cum dicitur
Relictis rethibus et navi. Et eciam presens sicut
dicitur de filiis zebedei. Honorabilis et digna.
cum dicitur Secuti sunt eum. Fuit ergo
utilis et strenua. quod notatur in eo quod dicitur
Illi. scilicet Petrus et Andreas. Interpretatur
autem Andreas virilis. Sed notandum quod quidam
ad aliquid fuit utilis et strenuus. quidam
ad aliquid fuit mollis et languidus. et quidam
ad aliquid fuit medie temperatus. Fuit
enim utilis et strenuus in agendo. in cer-
tando. et in sustinendo. Primo id est Ps. Expecta
dominum viriliter age et confortetur cor tuum et
sustine dominum. Maxima autem eius utili-
tas in passione apparuit. propter quod grano
synapis merito comparatur. Luce viii^o. Si
habueritis fidem ut granum synapis etc.

pisccatores
venatores
vindemiatores

Bernhardus in sermone de eodem. Plane be-
ati Andree granum synapis est fides que
tam in spacium ubi teri cepit excrescere cepit
proferre fervorem. quod si paulo am-
plius tereret quis fervorem illum animi
eius verba illa posset sustinere audi-
tus. Dum enim minatur Egeas adhuc
granum synapis despicabile videbatur
integrum erat nesciebamus quid intus
lateret. Christus inquit misit me ad istam
provinciam in qua non parvum populum acquisi-
vi. Accedat comminationis pistillum loque-
tam cito sapiet constancius loquetur
terrendum eum putat Egeas de suppli-
cio comminans sed accenditur magis in hoc
verbo et libere clamat Ego si patibuli
crucis expavescerem crucis gloriam non predi-
carem. At ubi longinquis sibi paratum intuitus
est ex hoc plane ignescens applaude-
bat et blandiebatur ei et in eius pre-
mio gloriabatur clamans magis affectione
quam voce Salve crux etc. Secundo quan-
tum ad aliquid fuit mollis et benignus
scilicet quantum ad afflictorum compassionem.
Sicut enim molle in se recipit omne
durum. Sic beatus Andreas intra viscera
pietatis omne recipiebat adversum dicens
cum Paulo 2 Cor 11o Quis infirmatur
et ego non infirmor etc. Et hoc patet in illo
Nicolao pro quo flevit et ieiunavit orat
et sibi veniam impetrat. Fuit molle
ad facile suscipiendum dei verbum quia ad
unius missionis vocem statim obedivit
Sed durus et firmus ad retinendum quia
Christo postmodum adhesit. Item est aliquid
molle ad recipiendum et ad dimittendum
Sicut patet in aqua et in terra que sigilli
impressionem de facili recipit et de faci-
li perdit. Tales sunt qui verba dei cito
recipiunt et cito perdunt. De quibus
dicitur Luc viiio Ad tempus credunt et
in tempore temptacionis recedunt.
Est etiam aliquid durum ad recipiendum
et forte ad retinendum Sicut patet in scul-
ptura que fit in silice seu marmore
Tales fuerunt discipuli qui fidem resur-
rectionis tarde receperunt sed postmodum
eam semper conservaverunt. Ezech iiio Ut
adamantem et ut silicem dedi faciem
tuam. Est aliquid molle ad recipiendum
sed durum ad retinendum sicut patet in va-
se fictili quod dum recens est formam
sive figuram de facili recipit sed igne
excoctum semper retinet et conservat.

Talis fuit beatus Andreas qui in-
star terre mollis vel vasis fictilis de
facili divinas impressiones recipiebat
sed postmodum igne caritatis excoctus
semper retinebat. Ps Factum est cor
meum tamquam cera liquescens scilicet ad di-
vinas inspiraciones recipiendas sed a-
ruit tamquam testa virtus mea scilicet ad recep-
tas semper conservandas. Est aliquid
durum ad imprimendum sed facile ad per-
dendum sicut patet in glacie sive luto
congelato in quo si aliquid signatur dif-
ficile recipit sed adveniente sole liquatur
et totum amittit. Tales sunt qui difficili-
ter inducuntur ad bonum sed postmodum
in peccatis iniectam revertuntur sicut canis
ad vomitum Prov xxvio Sicut canis qui
revertitur ad vomitum suum sic imprudens
qui iterat stultitiam suam. Tercio
quantum ad aliquid fuit medie temperatus
scilicet quantum ad aliorum correctionem
et reprehensionem. Ibi enim nec erat mollis
per nimiam remissionem nec vilis per nimiam
severitatem sed temperate incedens per equitatem
Equitas autem ut dicit Tullius Est iu-
sticia dulcore misericordie temperata. Unde sicut
dicit Gregorius faciendum est quoddam
temperamentum ut nec nimia austeritate
exulcerentur subditi nec nimia levitate
solvantur. Istud temperamentum servatur b. An-
dreas circa Egee comminationem. Unde audi-
fili mortis et stipula eternis incendiis de-
putata. Ecce severa increpacio. Sed
eidem a cruce eum volenti deponere
ait Quid ad nos venisti Egea si pro
venia ipsam consequeris. Ecce dulcis et benigna
admonicio et promissio. In hoc imitatus
est magistrum suum. De quo dicitur in Ps
Virga tua et baculus tuus ipsa me
consolata sunt. Virga enim percutimur sed
baculo sustentamur quia ipse Christus et
peccatores percutit per severam increpacionem
et ipsos sustentat per benignam exhor-
tacionem. Secundo eius conversio fuit
velox et festina. Quod notatur cum dicitur
Continuo. Nulla enim fuit procrastinacio.
Prov iiio Ne dicas amico tuo [illegible]
Vade et revertere cras et dabo tibi
[illegible] Nulla delibacio [illegible] sommus
Perfecta obediencia est [illegible] imperfecta
relinquit nulla excusacio. Unde [illegible]
ille qui se [illegible] operum excusabat

dicens Mathei octavo. Domine per-
mitte me primus sepelire patrem meum &c.
cui dictum est Sequere me et dimitte
mortuos sepelire mortuos suos. Her-
ant tam velox et festina conversio causata
est a quinque. Primum est verbi dei virtuo-
sa operatio. Verbum enim dei quo ipsos
vocavit dicens. Venite post me &c cor-
dium medullitus penetravit et proximius
ipsos commutat. Hebreorum iiij. Vivus est ser-
mo dei et efficax et penetrabilior omni
gladio ancipiti. Psalmus. Dedit voci sue vo-
cem virtutis. Ideo verbum dei comparatur
surculo arbori insito. Jacobi primo. In mansuetudine suscipi-
te insitum verbum &c. Sicut enim sur-
culus insitus trahit ad sui gratiam.
Alia vero quatuor ponit Crisostomus sup-
er textum verbum propositum. Et est primum
divina inspiratio. Istam causam tangit cum
dicit. Arguit Porphirius et Julianus Au-
gustus. vel imperitia hystorici menti-
entis. vel stulticia eorum. qui statim
secuti sunt salvatorem. quasi irrationa-
biliter quemlibet vocantem hominem sint
secuti. Quilibet autem homo vocat tan-
tum exterius. Et ideo irrationabile esset. post
quemlibet vocantem ire. Christus autem vocavit
interius. Et ideo eum sequi non erat
irrationabile. sed utile. De hac vocatione
interiori dicitur in psalmo. Audiam quid
loquatur in me dominus deus. Apocalypsis tercio
Sto ad hostium et pulso. Secundum est miraculorum
illustratio. Unde subdit. Enim tante vir-
tutes tanta que signa precesserunt que apostolos
antequam crederent vidisse dubium non est. Mi-
racula enim sepe infideles commutant. j Cor.
jo Judei signa petunt. Ideo miracula fue-
runt in primitiva ecclesia. modo autem
non sic indigentur fiunt. propter fidei
firmitatem. Hanc racionem tangit Gregorius
dicens. ut ecclesia ad fidem cresceret mira-
culis fuerat nutrienda. quia cum nos ar-
busta plantamus. tamdiu eis aquam
infundimus. quousque ea in terra conva-
luisse videamus. atque semel radicem
fixerint. irrigatio cessabit. Tercio propter
unum sale mundi exemplum. Hanc racionem
tangit Augustinus dicens xxii de Civitate Dei
Cur inquiunt illa miracula que predicatis
facta esse non fiunt. Possem quidem dicere
necessaria fuisse prius quam crederet mundus. Sed
quis autem prodigia ad hoc ut credat

inquirit. magnum est ipse prodigium qui
mundo credente non credit. Tercio propter
fidei maius meritum. Ille enim qui non
vult credere. nisi per rationes et miracula. meritum
sibi fidei evacuat. Qui autem miracula
nec rationes inquirit. sed acquiescit. ipse
prime veritati meritum multum habet. Hanc
rationem tangit Gregorius dicens. Fides
non habet meritum. cui humana ratio prebet
experimentum. Tercium est mirabilis in
eius facie irradiacio. unde subdit Jeronimus
Certe fulgor ipse et maiestas divi-
nitatis occulta. que eciam in humana
facie relucebat. ex primo ad se videntes
trahere poterat aspectu. Facies enim sua
erat speciosa ad intuendum j Pe. jo In
quem desiderant angeli prospicere. Et Re-
gis vero ix. Universa terra desiderabat videre
vultum Salomonis. Erat graciosa ad diligendum
Hester xv. Facies tua plena est graciarum.
Erat eciam luminosa ad illuminandum. Psalmus Il-
lumina faciem tuam super servum tuum. Non
fuit igitur mirum si visio facie sue tam
facile attrahebat. que sic erat speciosa
sic graciosa. sic luminosa. Quartum est
eius potens attractio unde subdit. Si
enim in magnete lapide hec esse virtus
dicitur. ut annulos et festucas sibi copulet
quanto magis dominus omnium creaturarum
ad se trahere poterat quos volebat. Augustinus
super illud Johannis vj. Nemo potest venire
ad me. nisi pater qui misit me traxerit
illum. Quem trahat et quem non trahat
noli velle indicare. si non vis errare
Nimium trahens. ora ut traharis. Illa
autem tractio non fit per coactionem. sed
per quandam inductionem et desiderii inflam-
mationem. Et hoc ostendit Augustinus ovi ramum
viridem et ovi nuces et pellicia ovo pell.
Ovi inquit ovi ramum viridem. et
trahis eam. ostendis nuces puero. et
trahis eum. Non trahis violentiam
inferendo. sed per ramum et nuces ostensionem
appetitum eius et voluntate puer alli-
ciendo. Pellipparius eciam ostendit pl-
uras pelles ad emptorem et trahit
ipsum ad emendum. non inferendo violenciam
sed alliciendo voluntatem suam. Deus
ergo dicitur nos trahere. ostendendo ra-
mum viridem i. promittendo sua dele-
ctabilem visionem. ostendendo nuces i. gloriam
celestem. que dicitur nux. quia dulce-
do illius glorie est circumdata cortice dura

i. pma amara. Trahit etiam ostendendo
nobis celum depictum i. stellatum.
tanquam pellem variam sive depicta
vt ex hoc alliciat nostrum affectum
ad desiderandum. quia si tam pclara est
pellis exterior. que est quasi velamen
quam preciosus est thesaurus qui intus la-
tet. Sub hoc sensu loquitur ppheta dicens
Extenda celum sicut pellem. Ezech. 3o
vt adamante et vt silicem dedi faciem
tuam. xpus autem scilicet natura attamat
in attrahendo et natura silicis in re-
tinendo. Tercio eius conversio fuit v-
niversalis et perfecta. Quod notatur cum dicit
Relictis rethibus et navi etc. Reliquit
enim omnem illicitum amorem terrenum
amorem domesticum et amorem privatum
Amorem quidem terrenum reliquit. Quod
notatur cum dicit Relictis rethibus et na-
ui. Mat. xix. Ecce nos relinquimus omnia
Crisostomus. Relinquentes apostoli rethia nos
docuerunt. quia nemo potest terrena possi-
dere et ad celestia pervenire. Amatores
etiam terrena sunt in multiplici ama-
ritudine amatores celestia in mentis
iubilatione. Hinc est quod licet inter
celum et terram media sint aqua et
aer. Aqua tamen adheret terre. aer
celo. quia amatoribus terrena est la-
crimatio et tribulatio. Amatoribus autem
celestia inest mentis serenitas et iubilatio.
Secundo reliquit amorem domesticum
i. amorem parentum. Quod notatur in hoc
quod in vocatione filiorum zebedei additur
Et patre. Mat. xo. Qui amat patrem plus
quam me. non est me dignus. Augustinus
Amandus est generator. sed preponendus
est creator. Glossa super predictum locum
Perfecta est conversio vbi cum cupiditate
rerum carnalis quoque rumpitur dilectio.
Tercio reliquit amorem proprium. quod
notatur cum dicit Secuti sunt eum. Non
sequitur ipsos. Johannis xiio. Qui amat animam
suam perdet eam. De hiis tribus amo-
ribus relinquendis dicitur Luc. xiiiio
Siquis venit ad me et non odit pa-
trem suum et matrem. hoc quantum ad a-
morem carnalem et domesticum. Adhuc autem
et animam suam. et hoc quantum ad amorem
proprium et privatum. Et qui non baiulat
crucem suam et venit post me scilicet pauper.
hoc quantum ad amorem terrenum. non
potest meus esse discipulus. Quarto eius
conversio fuit honorabilis et digna. Quod

notatur cum dicit Secuti sunt eum. Va-
sicut dicitur Eccli. xxxiiio Magna gloria est
sequi dominum. Secuti sunt ergo eum tanquam
lucem. tanquam sodalem. tanquam ducem.
tanquam regem. Qui ergo vadit post talem
lucem non potest offendere. Joh. xio
Siquis ambulat in die non offendit
quia lucem huius mundi videt. Qui vadit
post talem sodalem non potest deficere.
Si enim aliqua difficultas in via exigerit
xpus tanquam bonus sodalis ei manum
porrigit et auxilium impendit. Ps. Te-
nuisti manum dexteram meam. Qui va-
dit post talem ducem non potest errare.
Joh. viiio Qui sequitur me non ambulat
in tenebris. Augustinus Ambula post xpi
humilitatem vt venias ad claritatem.
Deus xpus patria est quo imus. xpus
homo via est. qua imus ad illum. imus
per illum. imus non timeamus ne erre-
mus. Qui vadit post talem regem
non potest gloria carere. Dat enim coronam
fideliter decertantibus. Apok. secundo.
Esto fidelis vsque ad mortem et dabo tibi
coronam vite. Beatus ergo Andreas
secutus est xpum tanquam lucem in sua
conversione. Erat enim in tenebris per
ignoranciam. sed xpus eum illuxit per
graciam. ii Cor. iiiio Deus qui dixit
de tenebris lucem splendescere illuxit
cordibus nostris. Secutus est eum tanquam
sodalem in sua conversatione. in qua xpo
sicut bono sodali adhesit. et xpus dextra
sua eum duxit. Ps. Adhesit anima mea
post te. me suscepit dextera tua. Secutus
est enim tanquam ducem in sua passione
vnde cantatur de eo Et in ligno crucis
dux fuisti. Secutus est enim tanquam
regem in sua glorificatione. a quo
coronam accepit vnde dixit dum esset
in cruce. Iam enim video regem meum.

# Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Prov. xxviiio

Iste iustus potest dici sanctus
seu beatus Nicolaus. De quo cantatur
Iuste et sancte vivendo. Et iste fuit leo
propter nobilitatem generis et virtutis. leo
enim est animal nobile et magnanime. Vnde
dicitur Nobilissimis siquidem natalibus
ortus. Ecce nobilitas generis. Velut
lucifer Nicolaus emicuit. Ecce nobi-

tas z magnanimitas. Iuste iustus et
leo absque terrore in morte fuit. Exeo
quod ad eum morientem angelos venire
aspexit. In hiis ergo verbis beatus Ni-
colaus a tribus commendatur. Primo a per-
fectione vite cum dicitur iustus. 2o a
generis z nobilitatis virtute cum dicitur
quasi leo confidens. Tertio a fiducia
z securitate cum dicitur absque terrore erit.
Dicta primum notandum quod beatus Nicolaus
dicitur iustus. Sicut autem dicit Augustinus
Iusticia consistit in innocentia beneficentia
z humilitate vera fuit ergo beatus Ni-
colaus iustus quia nulli nocuit omnibus
benefecit z veram humilitatem servavit.
Ipse enim nulli nocuit unde legitur de eo
puerilibus annis innocentem vitam duxit.
Item dicitur de eo omnibus se affabilem
exhibuit. Ideo poterat dicere Act xxiiii
Studeo sine offendiculo conscientiam habere
ad deum z ad homines semper. I Cor x
Sine offensione estote ecclesie dei sicut
z ego per omnia omnibus placeo. 2o
omnibus profuit quia z aurum virginibus
dedit z triticum famelicis populis impe-
travit. Ps. Dispersit dedit pauperibus iusticia
eius manet in seculum seculi zc. Hinc du-
as partes iusticie scilicet declinare a ma-
lo z facere bonum. Tertio humilitatem
veram servavit de qua iusticia hu-
militatis dicitur Mt iiio Sic decet nos
implere omnem iusticiam. Nam sicut de ipso
legitur factus episcopus eandem quam prius
humilitatem servabat. Tria sunt que homines
maxime mutare consueverunt scilicet etas
I Cor xiiio Cum essem parvulus sa-
piebam ut parvulus cum autem
factus sum vir evacuavi que erant
parvuli. Dignitas unde dicitur honores
mutant mores. Prosperitas unde dicitur
Deut xxxii Et tamen succedentibus prosperis
oblitus est impietatis sue. Sed beatus
Nicolaus ab humilitate non est mutatus
nec propter etatem quia ut parvus
ita magnus eam servabat. Deut
xxxiiio Sicut dies iuventutis tue ita
z senectus tua. Nec propter dignitatem
quia eam servabat in prelatione sicut in
subiectione. Eccl xxxiio Rectorem te
posuerunt noli extolli zc. Nec propter pro-
speritatem quia sicut in adversitate
ita z in prosperitate eam servabat. Eccl
xxviio Homo sanctus in sapientia manet ma-
net sicut sol. Secundo commendatur
a nobilitate generis z virtutis cum dicitur
quasi leo confidens quia leo est animal
nobile z magnanime. Istam duplicem
nobilitatem habuit beatus Nicolaus unde
cantatur de eo Confessor dei Nicolaus
nobilis progenie sed nobilior moribus.
Notandum autem quod est quadruplex
nobilitas sicut distinguit Gregorius
Nazanzenus in prologo Apologetico. Quarum
prima causatur ex divine ymaginis
impressione de qua dicitur Act xviio Ip-
sius enim genus sumus. Genus ergo
sumus dei zc. Quantum ad istam nobili-
tatem omnes homines sunt equaliter
nobiles. Ista ymago a nobis est ho-
noranda. Si enim honoramus ymaginem
dei pictam multo fortius debemus hominem
ymaginem dei nobis impressam. Eccl x
In mansuetudine serva animam tuam
z da illi honorem secundum meritum suum. Ista
ymagine peccatores in se sic obfuscant
ut in iudicio minime cognoscantur. Mt xxv
Amen dico vobis nescio vos. Luc
Nescio vos. Tum propter ignotas fa-
cies vestras. Tum propter odibiles
malitias vestras. Secunda causatur ex
carnis propagatione z istam habuit beatus
Nicolaus. Ista autem nobilitas modicum
est bona nisi quantum valet cum vita sancta
testatur sicut fallacia. Prov. xviio
Non enim decent stultum verba composita
nec principem labium mendax. Ideo dicitur
Prov. Ecce est vir dei in civita-
te vir nobilis. Omne quod loquitur absque
ambiguitate venit. Sed sunt qui a
sua nobilitate degenerant de quibus dicitur
Prov xxvo Nubes z ventus z pluvie
non sequentes vir gloriosus promissa non
complens. 2o detestatur immunditiam.
Porci delectantur in luto sed nobilia
animalia in locis mundis commorantur.
Unde cum quidam immundus cum quodam philosopho diceret
se libentius cum mulieribus quam cum philosophis
commorari. Ille videns z sues libentius
in ceno. Ephe vo Fornicatio z omnis
immunditia non nominetur in vobis zc. Sed
quidam degenerant de quibus dicitur Thren
iiiio Sordida nobilis quidam nimium
Et licet sit nobilis est tamen sordida
propter peccati immunditiam. Et ideo erit grandi
mitia pro maiore pena. Tertio dete-
statur avaritiam. Solent enim nobiles

esse ad dona plurimum liberales. unde
cum alexander cuidam potenti dari
precepisset urbem / ille sibi urbem
non convenire diceret. Non considero quid
te deceat accipere. sed quid me deceat
dare. Sed multi degenerant qui non
solum non dant. sed etiam calumpniose ex-
torquent unde Johannes baptista mi-
lites instruebat dicens neminem concu-
tiatis neque calumpniam faciatis etc. Luce
xxvj° Statue tue nobiles in terra cor-
ruent. id est in terrena cupiditate decrev-
erunt. Tertia nobilitas causatur ex a-
nimi virtute. 2° Mach. xiiij° Eligens
nobiliter mori quam subditus fieri pecca-
toribus. Sapiens non est. quod aliquis
sibi de nobilitate generis blandiatur
si ex meliori parte sui serviat. sic
multo indignius est servire mente
quam corpore. De hac nobilitate dicit
Dominus Ille apud deum potior
est. Non quem genus nobilitat. nec
dignitas seculi. sed quem devotio fi-
dei deo et sancta vita commendat. Seneca
Hic liber et magnus est. qui nulli
cupiditati servit. Cum enim vincatur
a dyabolo vel peccato. servus est. 2
Pe. 2° A quo quis superatus est. eius et
servus est. Sicut autem in istis
mundialibus accidit ut dicit Crisostomus
super Mt. Primo in potestate populi est facere
regem. sed postquam confirmatus est. non
potest populus iugum eius de sua cervice
repellere / et voluntas populi in necessitatem
convertitur. sic et homo postquam peccat
habet liberum arbitrium utrum velit
sub iugo esse dyaboli. Cum autem vult
exire non potest. quia voluntas in
necessitatem mutatur. Et hinc est quod multi
dicunt volo esse bonus et non possum.
Verumtamen est quod dicunt. sed excusa-
tionem non habent. quia potuerunt si vo-
luissent non esse sub potestate dyaboli. Cum
autem fuerint nemo potest eos eripere nisi deus.
Quarta nobilitas causatur ex legali a-
doptione. Sicut patet Exodi ij° ubi
filia pharaonis moysen in filium ad-
optavit. dicitur tamen in hystoria Sco-
lastica. Cum rex coronam in qua erat
ymago ydoli pharaonis puero impo-
suit. sed puer eam in terram proiciens

confregit. Et cum sacerdos eum interfi-
ciendum esse diceret. quidam sapiens ad
innocentiam pueri comprobandam prunas
afferri fecit. quas puer in os ponens
linguam combussit etc. ut dicitur impedite
lingue postmodum fuit. Istam nobilitatem
habuit beatus Nicolaus. et ceteri servi dei
in dei filios adoptati. Ro. viij° Non enim
accepistis spiritum servitutis. sed accepi-
stis spiritum adoptionis filiorum dei. Debet
ergo detestari superbiam. hoc significat cum moy-
ses coronam fregit. Ysa. xxviij° Pedibus
conculcabitur corona superbie Effraym.
Avaritiam. hoc significat quod confregit coronam
in qua erat ymago ydoli. Ephe. quinto
Avaritia que est ydolorum servitus. Debet
habere caritatem succensam. hoc significat
quod carbones in os imposuit. Ro. xij°
Si esurierit inimicus tuus ciba illum.
si sitit potum da illi. Hoc enim faciens
carbones ignis congeres super caput
eius / locutionem moderatam. hoc significat
quod impedite lingue fuit. Prover. xvij°
Qui moderatur sermones suos doctus ac
prudens est. Tertio commendatur a sancti-
tate. dicit Absque terrore erit. Ipse enim
sanctus fuit in vita. in morte. et post
mortem. In vita propter sanctam conversationem.
Prover. xv. Secura mens quasi iuge con-
vivium. Sicut autem bona conscientia securat
et delectat. ita mala conturbat et cruciat.
Ambrosius Que pena gravior quam interius
vulnus conscientie. Nonne hec magis fugienda
quam mors. quam dispendium. quam dolor. Securus
fuit in morte propter gloriam revelatam.
Angeli enim in morte sibi apparuerunt et
sibi suam gloriam revelaverunt. Sicut enim
deus aliquando in morte reprobis mani-
festat eternam penam. ita sanctis decede-
ntibus revelat eternam gloriam. Ysidorus in
libro de summo bono. In exitu anime
electorum nimie terrentur metu. metu utrum
ad premium vel ad supplicium transeant.
Quidam autem electi in fine suo purgantur
a levibus quibusdam peccatis. Quidam vero
in ipso suo fine hilarescunt eternorum con-
templatione bonorum. Fuit sanctus post
mortem triplici de causa. Primo propter
miraculorum affluentiam. quod significat habun-
dantia olei. in quo corpus eius enata-
bat. hinc est quod virgines sapientes. sic
dicitur Mt xxv° Sancte dormierunt. quia

oleum mixtorum in vasis suis receperunt
Ad ista mixtorum affluenciam post morte
habenda inducimur Ecci. ix. Quodcumque
potest manus tua facere instanter operare
quia nec opus nec racio nec ratio alle-
gandi nec sapiencia penitendi quia illi qui
sensum amiserunt penitere non possunt
nec sua laudi erunt apud inferos quo
tu properas Secundo propter recommendacionem
devotam Ipse enim in morte animam suam
in manus dei recommendavit dicens In manus
tuas domine commendo spiritum meum Et
ideo scriptum fuit Sapie. iii. Iustorum
anime in manu dei sunt et non tanget il-
los etc. 3o propter celestem armoniam angeli
enim eius animam in celum cum laudibus
adduxerunt Nam sicut dicitur in eius legenda
Dum in celum eius anima duceretur celestis
cantilena a terrestribus est audita Ysa.
xxiiii. A finibus terre laudes audivimus
gloriam iusti Eiusdem lv. Montes et colles
cantabunt coram nobis laudem et omnia
ligna regionis plaudent manu Per
montes intelliguntur maiores angeli per
colles minores per ligna regionis intel-
liguntur anime sanctorum que sunt de numero
illorum lignorum de quibus dicitur in psalmo
Erit tamquam lignum quod plantatum est secus
decursus aquarum In ascensu igitur beati
Nicolai ad celum montes et colles
cantaverunt et ligna regionis plauserunt
quia omnes angeli maiores et mino-
res et omnes anime sanctorum ipsum cum leticia
et laudibus receperunt Sermo secundus

Thesaurus desiderabilis et oleum
in habitaculo iusti Prov. xxi. Iste
iustus est beatus Nicolaus de quo cantatur
Et inventus est iustus Iste iustus ha-
buit habitaculum thezaurum et oleum Vi-
denda ergo sunt quatuor in verbis pre-
missis Primo videndum est quare dicatur
iustus 2o quod est eius habitaculum 3o
quis est thezaurus qui est in eius habita-
culo Quarto quod est oleum Circa primum
sciendum quod dominus loquens de iusticia
Mt. v. Attendite ne iusticiam vestram
faciatis coram hominibus ut videamini etc.
Iusticiam vestram ipsam comprehendit in
tribus Sicut Augustinus ostendit in libro de
perfectione iusticie in hec verba Cum dixisset
dominus Nolite facere iusticiam vestram coram
hominibus non est in exposicione iusticie
ipsius nisi ista tria scilicet ieiunium ele-

mosinas et oraciones Ieiunium videlicet
corporis castigacionem signat Elemosinas
benivolenciam et beneficenciam vel ignoscendi
vel dandi et oracione insinuavit omnes re-
gulas sancti desiderii Hec Augustinus Hec
eadem summa ponitur in glosa super predictum
locum Ex hiis ergo habetur quod iusticia con-
sistit in ieiunii observacione in elemo-
sinarum largicione et in devota oracione Istas
tres partes iusticie beatus Nicolaus
habuit Et ideo multum iustus fuit Primo
namque habuit ieiunii observacionem ipse
enim dum adhuc esset infans ieiunium
observabat Dum tantum semel feria
quarta et sexta lac sugebat Ideo multo
sibi convenire potest quod dicitur Tren. iii.
Bonum est viro cum portaverit iugum
domini ab adolescencia sua Et dicit
bonum non quale vel quantum bonum Ad
significandum quod est inestimabile et inextimabile
premium Cor. 2o Quod oculus non vidit et
auris non audivit etc. Et dicitur viro non
puero quia licet beatus Nicolaus fuit
puer per etatem vir tamen fuit per
virilem operacionem Omnino taliter multi
qui per etatem sunt viri et per operaciones
pueri Ysaie lxv. Puer centum annorum
morietur et peccator centum annorum male-
dictus erit Senectus plerumque est non
tamen presencia sed quod gravius est puerilitas
remanet cum senectute Et hoc quidem
est peius quam auctoritate vel maturitate
hominis senum et vicia puerorum Et dicit
Cum portaverit non qui portare fecerit
Contra illos de quibus dicitur Mt. xxiii.
Alligant onera gravia et importabilia
imponunt humeris hominum etc. Item dicit
Cum iugum portaverit non quem iugum
portavit sicut sunt illi qui in senec-
tute volunt penitere qui penitenciam non
portant sed pena eos portat Unde
dicit Augustinus peccata tunc eos deserunt non
ipsi peccata Et dicit Iugum domini non dyaboli
Unde iugum dyaboli deprimit Treno. i.
Vigilavit iugum iniquitatum mearum in manu eius convolute sunt et inposite
collo meo Iugum autem domini elevat Mt. xi.
Iugum enim meum suave est et
onus meum leve Et dicit Ab adolescen-
cia sua non a senectute sua portaverit enim
iugum domini ab adolescencia sua bonum
est pure sine gloria sine pena portare a senec-
tute sua bonum est mixtum scilicet gloria cum
purgatorii pena Ysa. 1o Vinum tuum mix-
tum est aqua Non portare in aqua

etate sua. erit mali pueri. i. pena e-
terna. Ps Calix in manu domini vini
meri. Est boni pueri illius qui por-
tavit ab adolescentia sua. plenus
mixto. Est boni mixtum illius.
qui portavit a senectute sua. Verumtamen
fex eius non est exinanita. Est ma-
li pueri illius. qui non portavit
in aliqua etate sua. Secundo habuit
elemosinarum largitatem. quia divitias pau-
peribus dedit. et dedit de meliori. non
de deteriori. quia autem Gen iiij° dicitur
quod abel obtulit agnos bonos et pin-
gues Caym vero ut dicitur in historia
scolastica. obtulit spicas corrosas
et scalis vicinas tritas. et respexit deus
ad munera Abel. et non caym. dedit
pauperi. et non diviti. Luc xiiij° Cum
facis convivium voca pauperes etc. dedit
de proprio. non de alieno. Eccli xxxiiij°
Qui offert sacrificium de substantia pauperum
quasi qui victimat filium in conspectu pa-
tris. dedit ob honorem dei. non favo-
rem populi. Ideo occulte autem dabat Math
vi° Te autem faciente elemosinam nesciat
sinistra tua. quid faciat dextera tua
Tercio habuit devotam oracionem vacavit
enim oracionibus et in sua iuventute ut
legitur Ecclesie sancte frequentans limina
Et in reliqua sua etate ut dicitur in
legenda. cum factus episcopus in oratione
vigilabat. et in morte sua. quia tunc
Psalmum In te domine speravi devote
dixit. Luc 18° Oportet semper orare et
non deficere vere iste non defecit. quia
in iuventute et in reliqua sua etate
et in morte semper oravit Circa secundum
Notandum quod habitaculum eius quadruplex
est. Primum est corpus. quod est habitaculum
anime Job octavo pacatum reddet ha-
bitaculum iusticie tue etc. Tunc deus cor-
pacatum reddit. quando sensualitas ra-
tioni non contradicit. Secundum est anima
que est habitaculum dei et spiritus sancti Ephe
secundo In quo et vos coedificamini in ha-
bitaculum dei et in spiritu sancto Tercium est
monumentum. quod est habitaculum corporis
Ps Sepulcra eorum domus illorum in
eternum. Quartum est celum. quod est habita-
culum anime et corporis. sed anime ut nunc.
corporis post resurrectionem. Circa tercium
notandum. quod in primo habitaculo i. in cor-
pore habuit thezaurum virginalis mundicie

De quo thezauro dicitur Job xxxviij°
Nunquid ingressus es thezauros nivis
propter candorem. aut thezauros gran-
dinis aspexisti. Virginitas dicitur thezau-
rus propter eius preciositatem Eccli xxvi°
Non est digna ponderatio continentis
anime. Secundo dicitur nivis propter candorem
et sinceritatem. quia gloria est ardor lu-
xurie Et dicitur grandinis propter crebra
demonis temptaciones i Cor vij° Tri-
bulacionem carnis habebunt huiusmodi. De hoc
thezauro dicitur Math xiij°. Simile est
regnum celorum thezauro abscondito
in agro etc. Virginitas absconditur
in agro. i. in corpore terreno ij Cor
iiij°. Habemus thezaurum istum. i. in vasis
fictilibus sed invenitur per oracionem Sap
viij° Non possum esse continens nisi deus
dederit. Aug. Domine continenciam
iubes. da quod iubes et iube quod vis.
Absconditur per occasionum vitacionem
Greg. Depredari desiderat. qui thezau-
rum in via publice portat. Vendit omnia
emit per aliorum terrenorum despectionem Ergo
vendidit omnibus comparat. qui volu-
ptatibus carnis renunciat et terrena
desideria calcat. In secundo habitaculo scilicet
in anima habuit thezaurum divine sapientie
De quo Sapie vij° Infinitus est
thezaurus hominibus etc. Est autem the-
zaurus tam de rebus caris. raris et per-
manentibus Sic sapientia est cara. et
rara. De hiis duobus Job xxviij°
Nescit homo precium eius nec invenitur
in terra suaviter viventium. Est et perpetua
Sap viij° Inextinguibile est lumen
Eiusdem vj° Clara est et que numquam mar-
cescit sapientia. In tercio habitaculo scilicet
in monumento. est thezaurus preciose
margarithe i. corpus suum preciosum
De quo potest exponi illud Math vj°
Thezaurizate vobis thezauros in celo.
ubi nec erugo. nec tinea demolitur
et ubi fures non effodiunt nec furantur
Ubi notandum quod iste thezaurus est inve-
terabilis Et ideo dicitur Neque erugo.
Est incorruptibilis Et ideo dicitur Neque
tinea Est inamissibilis. Et ideo dicitur
fures etc. Circa quartum notandum quod
in primo habitaculo habuit oleum exterioris ma-
suetudinis per quam fama ubique se dif-
fundebat. et alios ad se trahebat. per
quam ceteri ipsum diligebant. et ad ipsum
currebant Cant i° Oleum effusum

nomen tuum ideo adolescentule dilexerunt
te nimis. Trahe me post te et curremus
in odorem unguentorum tuorum. Res dura et
rigida oleo efficitur mansueta. Sic ho
rigidus si oleo hoc inungitur primus in
mansuetudine commutatur. In cuius figura
legitur Gen. xxviii° Jacob oleo lapidem
inunxisse. Ambrosius in libro de officiis dicit
Ut in senibus gravitas, in iunioribus
alacritas, ita in adolescentibus verecun-
dia commendatur. Non fuit ergo mirum si beatus
Nicolaus tam amabilis conversatione
extitit, quia habuit verecundiam cum ado
lescentibus, unde dicitur de eo: Pudore
bono repletus et alacritate cum iuvenibus.
Unde legitur de eo quia gravitate in omnibus
sectabatur et maturitate cum senibus.
Valde ergo fuit in conversatione gratus
qui sic fuit verecundus, sic iocundus, sic
maturus. In secundo habitaculo scilicet in anima
habuit oleum caritatis, unde dicitur de eo: copi-
ose caritate etc. Et dicitur caritas oleum
quia superat omnibus virtutibus sicut oleum
omnibus liquoribus. Sicut ostendit apostolus
i Cor. xiii° Adhuc excellentiorem viam
vobis demonstro etc. Vel significatur caritas per
oleum, quia oleum nec a calido inspis-
satur ut lac, nec a frigido congelatur ut
aqua, sed utrumque impinguat. Sic et caritas
non mutatur nec a calido prosperitatis
nec a frigido adversitatis, sed inter prospera
ostendit virtutem temperancie, inter ad-
versa virtutem sue pacientie. De hoc oleo
caritatis dicitur ysa. xvii° Erit sicut ex-
cussio olee duarum aut trium olivarum sive
quatuor aut quinque. Hoc oleo beatus Nicolaus
que excutimus quando ipsum rogamus
veneramur et imitamur. A quo aliquando du-
as olivas rapimus, quando eius mandata
duo precepta caritatis servamus. Aliquando
tres possidemus, quando tres modos diligen-
dum eius virtutis obtinemus, qui sunt
ut dicitur Mat. xxii° Ex toto corde, in tota
anima et in tota mente. Aliquando quatuor
excutimus quando quatuor obiecta caritatis
amamus, que sunt secundum Augustinum: quod est supra
nos, quod nos sumus, quod iuxta nos, quod
infra nos. Aliquando quinque accipimus quando
quinque gradus caritatis habemus, qui sunt
ut dicitur in 3° sententiarum: diligere deum, ani-
2° nosipsos, 3° parentes, 4° domesticos,
quinto inimicos. In tercio habitaculo scilicet in
monumento habuit oleum pietatis quod ad-
huc perseverat nec est diminutum scilicet aug-

mentata. Totus enim mundus adhuc plenus
est doctrinis suis, gratiis suis, gratiis suis
et miraculis suis. Ps. A fructu frumenti
vini et olei sui multiplicati sunt. Multi-
plicatus est pane sue doctrine, a vino gratie
et oleo misericordie. Dicitur autem opus pietatis
per oleum, quia oleum lucet, pascit et
ungit. Est lux, cibus et medicina. Sic
elemosina valet proximo videnti, quia reci-
pit inde edificationem. Et ideo dicitur lux.
Mat. v° Sic luceat lux vestra coram
hominibus. Valet pauperi recipienti
quia recipit inde sustentationem. Et ideo
dicitur cibus. Proverbiorum xx Qui pro-
nus est ad misericordiam benedicetur. De panibus
enim suis dedit pauperibus. Valet danti
quia recipit inde peccati remissionem. Et
inde dicitur medicina. Eccli. 3° Ignis ar-
dentem extinguit aqua et elemosina resistit
peccatis. In quarto habitaculo scilicet in celo
habet oleum eterne iocunditatis. Ysa. lxi°
Daret eis coronam pro cinere, oleum gau-
dii pro luctu, pallium laudis pro spiritu me-
roris. Sancti enim viri in presenti sunt in
humilitate, in luctu, in merore. Pro ci-
nere igitur humiliationis habebunt regalem
sublimitatem, pro luctu habebunt mentis
iocunditatem, pro merore habebunt
pallium i. stolam immortalitatis, pro qua spe
deum laudabunt. De isto gaudio quod
habebunt sancti dicit psalmus: Unxit te
deus deus tuus oleo leticie etc. Joh. xvi°
Petite ut gaudium vestrum plenum sit.
Item Mat. xxv° Intra in gaudium do-
mini tui. Ad verbum hoc dicit Anshelmus dicit:
pleno quippe corde, plena mente, plena
anima, pleno toto homine gaudio illo
adhuc supramodum superest gaudium.
Non ergo totum illud gaudium intrabit
in gaudentes, sed toti gaudentes intrabunt
in gaudium. Sermo 3us de eodem.

Quemcumque elegerit dominus ipse erit
sanctus. Num. xvi° Verba ista con-
veniunt de beato Nicolao exponi primo,
qui et fuit sanctus et miraculose electus. Qua-
cumque habuit sanctitatem, ideo sublimari me-
ruit in pontificalem dignitatem. Com-
mendatur ergo a sanctitate vite, cum
dicitur Erit sanctus. 2° a miraculosa ele-
ctione cum premittitur Quemcumque elegerit
dominus. Fuit autem sanctus, quia habuit san-
ctitatis effectum consumatum et consumens.
Effectus autem sanctitatis complex est, sicut dicit Ezechiel
super Mt. scilicet cordis mundicia, sancti perfectione

z bonoꝝ opeꝝ opulencia/ Primi ergo
est cordis mundicia vnde sancti est id
q mundum Beatus aut nicolaus habuit
hanc mundiciam propter qd amicus dei
appellatus fuit Prou xxij° Qui dili-
git cordis mundiciam propter graciam la-
bioꝝ suoꝝ · habebit amicum regem/ Ha-
buit aut z mundicia carnis · quia virgo
fuit Et mente quia nulli vnqꝫ mor-
ti pctō consensit · ij Cor vij° Emundem9
nos ab omi inquinamento carnis · et
spus pficientes sanctificationem in timo-
rem dei Scdm est spus sancti preuencia
Ro j° Scdm spm sanctificationis · i · ef-
fectum sanctificationis Ipe enim gras
spus sancti habuit in suo inicio · quia
gloriose incepit z a domino in sua pueria
in benedictionibus dulcedinis preuentus
fuit ps Domine preuenisti eum in be-
nedictionib dulc · Et in suo medio
quia gloriose amicabiliter vixit · Prou
xviij° vir amicabilis ad societatē
magis amicus erit q frater Et in
suo vltimo · quia gloriose finiuit ps
In manus tuas domine commendo spm
meum Tercium est bonoꝝ opm affluen-
Jac ij° videtis quoniam ex opib iusti-
ficabitur homo/ habuit aut opa primo qo
ad se · quia multo ieiunio maceabat
corpus j Cor ix° Castigo corpus meū
z i seruitutem redigo/ Misericordie
qo ad proximū vn erat Erat enim valde
compaciens z Job xxxj° Ab infancia
creuit mecū miseratio z/ Gratie qo
ad deum · quia vigilabat in oronib
j Pe · iiij° vigilate in oronibus/ 2°
habuit sanctitatis conseruatiū · quod explere
primi carnis mortificatio ij Cor xij°
virtus in infirmitate pficitur Istud btus
Nicolaus habuit · qui statim in sua pu-
ericia carnem maceauit Voluit enim
carnem suā condire sale primo · qm cetera
vetusta sed quando fuit recens z tenera ·
In huius signum magi mirra puero ob-
tulerunt/ hoc eciā signatum est iiij° Re 2°
vbi dicitur Afferte vas nouum non vetu-
stum z mittite in illud sal Nec cum es-
set sicca igne concupiscencie Jac j° vnusquisque
temptatur a concupiscencia sua z Nec quando
esset infecta p pctī consuetudinem
ps Innueteraui inter omnes inimicos
meos Nec quando esset putrida p pctī
fetorem Joel j° Computruerunt iume-
ta in stercore suo Tales enim ad pu-
cheliam sunt apti · nisi vt pciat · i · stipu-

lum infernale Jeremie viij° In stipu-
linum super faciem terre erunt Scdm
conseruatiuum est consortij mulieꝝ vitatio
Eccli xlij° De vestimentis procedit ty-
nea z a muliere iniquitas viri Perdit
enim aliquis ex incauto aspectu vel af-
fatu Eccli 9 Speciem mulieris aliene
multi admirati reprobi facti sunt · col-
loquium illius quasi ignis exardescit
Secundo ex incauta appropinquatione et
tactu · Eccli 9 Cum aliena muliere
ne sedeas omnino nec accubas cum ea
super cubitum Aug Temptacionib
subiacet cui femina est comita · i · qua
nichil aliud est · nisi qd feriat proxi-
mantem/ Aculeus est forū femina · et
mortis condicio non a longe fuerit
Istud conseruatiū habuit btus Nicolaus
quia mulieꝝ consortia fugiebat/ Tercium
conseruatiuum est deuota oratio ps Ora-
ite dnm · s in oratione z confirmamini
Istud similiter habuit · quia oronib insta-
bat · non tantum in die · sed eciā in
nocte · quia ad matutinum semper i-
bat · z non post alios vel saltem cū
alijs · sed ante alios preueniebat vt habet
in legenda/ Tercio habuit sanctitatis o-
stensiuum · quod quidem triplex est/ Pri-
mum est mundi despectio Istud habuit beatus
Nicolaus · de quo dicitur Olim mundi
spreuit z Jac iiij° Quicumqꝫ voluit
amicus esse secli huius · inimicus dei
constituitur Ex quo sequitur a contrario
sensu · eū qui non est amicus scli · est
amicus dei Scdm est verbi dei deuo-
ta auditio Istud eciā habuit · qa de eo
dicitur Ecclie sancte frequentans limina
sacro pectore condebat dei mandata ·
Joh 8 Qui est ex deo vba dei audit
Tercium est miraculoꝝ frequens operatio
Istud eciā habuit · quia de eo dicitur Deꝰ
qui beatum Nicolau innumeris decorasti
miraculis · per quod ostenditur quante
fuerit potencie aput deum · qa mira-
cula facere potencie dei attribuitur Mt xxj°
In qua ptate hoc facis z Oratur fidei
apud sapiens · luc xvij° Si habueritis
fidem · sicut granum synapis z Caritatis
caritatis erga proximū · que indu-
cere ad bonū sathagebat vbis exēplis
et miraculis ij Cor vj° Omne mente
exhibeamus deo miracula faciendo · sine
sobrij simus vbis vā sic · z erā pbendo
Non est ergo mirum si multum potest

apud deum in patria quod fuit tante pote-
state tante fidei et tante caritatis in via
unde cantatur Namque meritis eius
precibus nos posse salvari / 2o commenda-
tur miraculosa electione cum dicitur Quem-
cumque elegerit. Circa electionem quedam
requiruntur ex parte eligentium quedam
ex parte electi. Et quedam ex parte
modi eligendi Et ista determinantur
extra de elec. Et hic vjo in electione Apostolorum
Ex parte namque eligentium primo re-
quiritur devota oratio Unde Christus apo-
stolos electurus exivit in montem orare
Item in electione Mathie apostoli oran-
tes dixerunt Act. jo Tu domine qui cor-
da nosti omnium ostende quem ex hiis
duobus elegeris etc. Non dixerunt Qui
verba nosti omnium Nec qui nosti opera
exteriora omnium sed qui nosti corda omnium
Nam ypocrite habent bona verba et videntur
habere bona opera sed tamen habent
mala corda Et ideo ipsa verba vel opera
nisi radicentur in corde non sunt deo ac-
cepta verba enim et opera ypocritarum
non radicantur in corde sed in exteriori
ambitione In hoc eciam quod dicitur Qui
nosti corda omnium. Unde ex hoc datur intelli-
gi quod electores circa electiones plus de-
berent attendere ad condiciones spirituales
quam temporales scilicet plus ad bonitatem
quam ad nobilitatem. j Cor. jo Videte vo-
cationem vestram fratres quia non multi
nobiles etc. Non est ergo querenda di-
gnitas homini sed homo potius di-
gnitati. plus ad scienciam quam ad potenciam
unde subditur Non multi potentes
Baruch 3o Gigantes statura mag-
ni scientes bella. Non hos elegit dominus
plus ad existenciam virtutis quam ad appa-
renciam corporis jo Reg. xvjo Neque re-
spicias vultum eius neque altitudinem
stature eius quoniam abieci eum etc.
plus ad populi utilitatem quam ad carnem
et sanguinem Ideo Christus prefecit Petrum
extraneum et non Johannem consanguineum
Quartum est discretio matura ut scilicet
discrete et diligenter bonum inquirant
Non enim indiscrete est eligendus sed
cum discretione et maturitate querendus
Quod notatur cum dicitur Et erat Christus
pernoctans in oratione dei. Per quod
electores insinuantur quod die ac nocte
debent esse soliciti qualiter bonum prelatum
invenire possint Qui enim ydoneum
quesierit ydoneum inveniet Et fuit deo
ydoneum et invenit. dominus Inveni da-
vid servum meum Quesierunt electores
Mirrene civitatis et invenerunt su-
per divinam revelationem Nicolaum ob hunc
meruerunt Tercium est intencio recta
quia non debent intendere nisi honorem
dei et utilitatem populi. hoc notatur in
Marco ubi dicitur vocavit ad se id est ad
suum honorem quos voluit ipse Si
tamen electores hoc intendunt et peccata
contrarium sequitur Non est eis impu-
tandum Nam et Christus Judam elegit
qui pastor malus fuit Multi enim eli-
guntur de quibus speratur quod gregem
pascerent qui tamen nolunt nisi tondere
vel emungere Qui cum deberent esse
veri pastores efficiuntur mercenarii et
lupi rapaces Aliud enim est officium
pastoris veri Aliud mercenarii Aliud
lupi Officium pastoris est oves pascere
Officium mercenarii tondere et emungere
Officium lupi rapere et occidere Multi
alii sunt mercenarii qui tantum curant
de lana id est de temporali Multi lupi qui
rapiunt per violenciam et occidunt per
malam vitam Pauci vero veri pa-
stores qui pascunt verbo et exemplo Et
tamen Christus dixit beato Petro ter
Pasce et nulla vice dixit Tonde vel
emunge vel occide Non enim dixit
Occide quia non erat lupus Nec tonde
vel emunge quia non erat mercenarius
sed dixit Pasce quia pastor verus
verum est tamen quod semel dictum fuit
beato Petro occide qui scilicet vidit
lintheum de celo submitti in quo
erant quadrupedia et volatilia et
serpentia Et facta vox de celo dicens Sur-
ge Petre occide et manduca ut habetur
Act. decimo In illo enim lintheo non
erant oves sed erant animalia immun-
da scilicet quadrupedia per que signantur
luxuriosi quia luxuria maxime com-
pletur in corpore quod compositum est ex
quatuor elementis Erant volatilia
per que signantur superbi qui volunt semper
volare super alios Erant et serpentia
id est avari qui semper terrenis adherent
per sollicitudinem et studium et terrena co-
medunt per aviditatem et affectum Ista tria
animalia sic immunda prelatus debet per
conversacionem occidere et manducare id est

i. ecclesie incorporare. Secundo quidam requiruntur ex parte electi. Et primum eminencia vite quod notatur cum dicitur Ascendit in montem Prelatus enim debet esse in eminencia vite. quia est speculator Ezechielis iii° Speculatorem dedi te domui israel Gregorius. Cui aliena cura committitur speculator vocatur ut in mentis altitudine sedeat. et volubilium nominis ex virtute trahat actionis Cura pastor. Gregorius Cui aliena cura committitur vel Tantum debet actionem populi actio transcendere presulis. quantum distare solet a grege vita pastoris Cura pastor. Gregorius Cultum sanctitatis populi presul suscepit. qui ad egrum medicus accedit. quia ergo presumptione passim mederi properat qui in facie vulnus portat. Hanc eminencia vite beatus Nicolaus habuit qui a sui puericia sancte vivere incepit. Secundum est splendor sciencie quod significatur in hoc. quod licet dominus in monte pernoctasset. tamen non nisi in die elegit. quia prelatus non debet habere tenebras ignorancie. sed lumen sciencie Gregorius Nulla ars doceri presumitur nisi intenta prius meditacione discatur Ab imperitis ergo pastorale magisterium. qua temeritate suscipitur cum ars est artium regimen animarum Istam scienciam habuit beatus Nicolaus. De quo dicitur Quicquid de scripturis intelligere poterat. armariolo condebat pectoris Tercium est firmitas constancie quod notatur in hoc quod dominus symoni quem ad hoc perficere intendebat. imposuit nomen Petrus. quod a petra dicitur Qui enim infirmus est. non debet prelacionem appetere Ecclesiastici vii° Noli fieri velle iudex nisi virtute valeas irrumpere iniquitates Et si perficiat videtur quod sit potius dei amatio quam salutaris provisio. ysaie iii° Dabo pueros principes eorum etc. ymo si potest deo resignare Deut. xx. Quis est homo formidolosus et corde pavido vadat et revertatur in domum suam etc. Istam firmitatem beatus Nicolaus habuit. qui tres pueros iniuste morti adiudicatos eripuit. et constanter iudicem viciam reprehendit Secundum est recognitio infirmitatis proprie. hoc significatur per hoc quod postquam dominus Apostolos in monte elegit. mox ad campestria eos reduxit. quia prelatus non debet intumescere. sed in humilitate se tenere Ecclesiastici xxxii Rectorem te posuerunt. noli extolli etc. Ideo beata virgo postquam concepit salvatorem se ancillam vocavit Ideo et petrus cecidit ut ex infirmitate sua disceret non superbire. sed humiles esse Quintum est decor bone fame i Thi. iii° Oportet autem illum bonum habere testimonium. ab hiis qui foris sunt Debent enim prelati habere bonum testimonium. ab hiis qui foris sunt i. a populo suo per sedulam doctrinam Et ab hiis qui intus sunt i. a clero suo per sanctam vitam Et ab hiis qui intrinsecus sunt i. a corde suo per securam conscienciam vel sic funiculus triplex difficile rumpitur Sextum est assiduitas doctrine. hoc significatur per hoc quod apostolos electos. mox ad predicandum misit dominus Alias enim non essent pastores dei. nisi populum doctrina reficerent Jeremie iii° Dabo vobis pastores iuxta cor meum et pascent vos sciencia et doctrina Nec canes dei nisi lupos latratu arceant Unde de quibusdam dicitur ysaie lvi° Canes muti non valentes latrare Nec precones dei. nisi mandata iudicis populo intimarent Unde Noe precepta dei populo intimantem petrus preconem vocat ii Pe. ii° Octavum Noe iusticie preconem custodivit Circa prelatos atque electos sive eligendos Notandum est quod prelatorum quidam sunt valde boni. qui scilicet habent eminentem vitam et eminentem scienciam Quidam valde mali. qui scilicet carent utroque Quidam mediocriter boni. qui scilicet habent tollerabilem vitam et tollerabilem scienciam Quidam mediocriter mali. qui scilicet habent bonam vitam. sed nullam scienciam Omnes autem istos deus in iudicio in statera sui examinis instar campsoris ponderantis monetas. ponderabit Aliquibus dicetur quod legitur Dan. v° Appensus est in statera et inventus est minus habens. Ponderabuntur quidam valde et dicetur cuilibet ipsorum Appensus es in statera et inventus es nimium habens Istos deus in thezauro reponet Ponderabuntur valde mali. et cuilibet eorum dicetur Appensus es in statera et inventus es nichil habens Istos proiciet deus in fornacem infernalem Appendentur mediocriter boni et cuilibet ipsorum dicetur Appensus es in statera et inventus es satis habens Istos deus reponet. et si quid minus fuit expiabit in purgatorio

Appendent mediocriter mali · et autem ipsi
dicitur Appensus es in statera · et inventus
es minus habens Istos proiciet deus in
fornacem purgatorii Tercia enim habuerunt
bonam vitam · non dampnabuntur · sed quia
non habuerunt sanctam · quia hec defuis-
sent · purgabuntur Tercio considerandum
quedam ex parte modi eligendi · quia
scilicet ipsa electio debet esse canonica
ut scilicet prelatus sit canonice electus
non tyrannice vel scismatice intru-
sus · Hoc notatur exemplo · quod dominus apostolos
electurus sponte eos ad se vocavit ·
non alios invasit · Hebr. quinto Nec
quisquam sumit honorem · sed qui vocatur
a deo tamquam aaron Sicut beatus Nico-
laus canonice fuit electus · quia per
compromissum et dei inspiracionem Secundo
debet esse pacifica Istud notatur 3° ca°
Marci ubi dicitur vocavit ad se quos
voluit ipse et venerunt ad eum Nulla
enim resistencia ex parte aliorum · qui
non fuerunt vocati vel divisionem habuerunt
sed unusquisque pacifice obedivit Nec
Nathanael qui fuit cum Andrea et
Philippo vocatus murmuravit Nec Yozeph
iustus xpi consanguineus contradixit E-
contrario in electionibus prelatorum fiunt
multe divisiones et altercationes dicitur
Gen. xxv° Cum in utero rebecce par-
vuli collidebantur Rebecca que impregnata
multum accepit · significat ecclesiam · que tunc mul-
tum accepit · quando ut dicitur Ysa. ix°
Parvulus natus est nobis et filius datus
est nobis In huius utero filii colliduntur
quando clerici et prelati pro beneficiis et
dignitatibus altercantur Electio autem
beati Nicolai pacifica fuit · quia nullus
reclamavit Tercio debet esse discre-
ta Tunc enim est discreta quando si in
Collegio est persona ydonea · de ipso
legitur Si extra collegium magis ydo-
nea inde assumitur unde dominus apostolos
non aliunde quesivit · sed de ipso colle-
gio discipulorum eos elegit · eo quod nusquam
potuissent magis ydonei reperiri · 4
Re x° dicitur Eligite meliorem de filiis
domini vestri Non dixit Eligite bonum
vel optimum · sed meliorem Ille potest
dici bonus · qui habet sanctitatem vite
sed non perfectionem sciencie Ille meli-
or · qui habet vitam sanctam · et scienciam bo-
nam Ille optimus · qui nullum habet defectum
Nec in vita nec in sciencia nec in fama Ille

aut vix aut numquam in presenti vita reperiri
potest Electores ergo non tenentur
eligere optimum · quia inveniri non pos-
sunt sed debent eligere · aut bonum · aut
meliorem Si ergo in collegio est bonus
et extra collegium est melior bonus est
melior ponendus Et ideo dixit Eli-
gite meliorem de filiis domini vestri

Invenit graciam **Sermo quartus**
coram oculis domini Istud cantat ecclesia
ad honorem sancti Nicolai · et con-
fessoris et est sumptum de Ecclesiastico
ca° xlv° Gracia dei amisit primus
homo · et remansit perdita per multa milia
annorum Beata autem virgo primo hanc
graciam invenit · cui dictum est In-
venisti graciam apud deum · Post ipsam
alii sancti invenerunt de quibus fuit beatus
Nicolaus · de quo dicitur Invenit graciam
coram oculis domini Vere enim coram oculis
domini graciam invenit · quia tota vita
et mors graciosa fuit Ipse enim fuit gracio-
se natus · graciose educatus · graciose electus ·
graciose conversatus · graciose mortuus
graciose sepultus · et graciose assumptus Gra-
ciose quidem fuit natus · et ex parte
utriusque generantis Fuit graciose natus
quia mox ut natus fuit · licet geni-
tores eius essent iuvenes · tamen deo
perpetua continencia devoverunt Ex
quo manifeste patet · quod matrimonialiter
caute iuncti Non ut libidini deservirent
sed ut prolem educandam ad dei famulatum
generarent Quatuor enim de causis
possunt aliqui matrimonialiter iungi Aut propter
carnalis voluptatis expletionem Aut
propter carnalis indigencie suppletionem
Aut propter prolis propagacionem Aut propter
fraterne societatis conservacionem Primam
tangit Thob 6° In eos qui ita coniu-
gia suscipiunt ut sue libidini vacent
sicut equus et mulus · habet super eos potestatem
demonium Terciam autem ponit Augustinus in libro
de sermone domini in monte · dicens Potest pa9
cum coniuge concorditer vivere Sive indi-
genciam carnalem cum ea supplens · quod
secundum indulgenciam · non secundum imperium dicit
apostolus Sive filiorum propagacionem · quod
potest esse laudabile Sive fraternam societatem
sine ulla corporum commixtione habens uxor-
em tamquam non habens · quod est in coniugio
christianorum excellentissimum · atque sublime
Prima ergo causa et secunda coniugium non fuit
in parentibus beati Nicolai Tercia fuit ante
filii nativitatem quarta fuit post nativitatem

Fuit etiam gratiose natus ex parte geniti
quod patet ex duobus. Primo quia cum
adhuc ad vbera matris penderet. feria
quarta et sexta tantum semel mamas
sugebat. Hoc enim tante strictitatis in-
tuitu non habuit a natura quia tunc in
ceteris paruulis semper idem contingeret vel
frequentur. Nec a casu siue fortuna. quia
tunc feria a feria non distinguitur. Nec
a proposito. quia tunc vsum liberi ar-
bitrij non habebat. sed fuit a singulari
dei dono. psalmo. O domine singulariter in spe con-
stituisti me. et est mirabile in oculis nostris. secundo
eo quod tamen prima die balneatur
erectus stetit in pelui. Illa enim talis
erectio significabat in eo futuram rectam in-
tentionem. per quam semper stabat in
deum. Cant. 1o. Recti diligunt te. Ideo
bona sua temporalia stultissime volunt
distribuere. ut mundanam gloriam perfectius
posset cauere. Significabat recti iudicij
excentionem Iohannis octauo. Iustum iu-
dicium iudicate. Taliter beatus Nicolaus
iudicauit. qui tres iuuenes innocentes
morti adiudicatos eripuit. Significabat
etiam rectam vitam et operationem. quia
numquam per peccatum cecidit. sed semper rectus
vsque ad mortem stetit. Psalmo cxviijo. Recta
in testimonio tuo et in opere mandatorum
tuorum veritas. Econtra mali non stant
sed cadunt. Prouerbiorum xja. In impietate
sua corruet impius. Ecce gratiosa nati-
uitas. quia tam gratiose dei seruitio mancu-
pauit. Treni iijo. Bonum est viro cum
portauit iugum domini ab adolescentia
sua. Quod verbum tractans Ambrosius
super beati immaculati dicit. Bonum est viro
cum tollit iugum a iuuentute sua.
Qui autem post decursum iuuentutis
annos iugum tollit. non est statim libe-
rum perfectum. stimulat enim peccata sua. co-
agitat consuetudo peccandi. et vsque
errorem instabile facit. Ecce iste pue-
rulus nullis peccatis obnoxius a cibo
abstinebat. bis in ebdomada ieiuna-
bat. Quod dictum sunt in iudicio bar-
bari multi cum sibi etiam a superfluo ab-
stinere noluerunt et numquam semel in ebdo-
mada ieiunare assentiunt. Fuit etiam
gratiose natus ex parte modi generandi
quia videtur eius natiuitas omnibus
fuisse impetrata. Ita tamen eius parentes
non habent prolem rogauerunt dominum
vt filium eis concederet. quia non tam diui-
ciarum qui mori habent heredem. quorum
preces dominus exaudiuit. Et in hoc
eius natiuitas similis fuit natiuitati
Iohannis baptiste. de quo dictum fuit ad
patrem Luc. 1o. Exaudita est oratio tua et cetera.
Rogauit igitur pater vt posset ei competere
illud quod dicitur Gen. xxvo. Deprecatus
est Ysaac pro vxore sua eo quod esset sterilis
quem exaudiuit enim rogauit etiam mater
vt posset ei competere illud quod dicitur Io
Reg. 1o. Pro puero isto oraui et dedit mihi dominus
petitionem meam. Rogabat autem vt non
tamen esset heres diuiciarum quam morum. Ioh.
viijo. Si filij Abrahe estis. opera Abra-
he facite. modicum enim esset. si filius
succederet in bonis patrum diuicijs. nisi
succederet in moribus bonis. Ita sicut
refert Aug. Scipio affricanus non re-
putabat rempublicam esse feliciorem stantibus
menibus et ruentibus moribus. 2o fuit
gratiose educatus. primo scilicet vt mulierum
lasciuias deuitaret. Credebat enim quod
dicitur Eccli. 13. Qui tetigerit picem inquina-
bitur ab ea. Non enim dixit qui viderit. sed
qui tetigerit. Qui enim videre posset cru-
stam pectoris nigriorem pice et carbone
numquam eam tangeret. sed si se conseruaret. sed
horribile conuersus refugeret. Treni iiijo.
Denigrata sunt super carbones facies
eorum. et Nec dixit inquinabit eam
sed inquinabitur ab ea. Manus enim non
inquinat picem. sed pix inquinat manum.
Sic et bonus malo sociatus. non inqui-
nat malum. sed malus inquinat bonum.
Ista autem inquinatio dicitur fieri instar pel-
lium linei. Inquinatio enim lini de facili
tergi potest. Inquinatio autem pellis cum
sit valde adherens non sic de facili
potest tolli. quia vicia quibus quis ex
malorum societate in adolescentia im-
buitur. cum difficultate tollitur. quia
quo semel est imbuta recens. seruabit
odorem testa diu. 2o vt ecclesiam fre-
quentaret. vnde dicitur de eo. Ecclesie sacre
frequentans limina et cetera. De hoc enim
habemus in Christo. qui cum vrbem veniret
primo in templum ibat. vnde glossa super
illud Mt. xxjo. Intrauit Ihesus in tem-
plum dei dicit. Ingressus vrbem templum
adijt. dans formam religionis. vt quo-
cumque imus. primo domum orationis adea-
mus. si ibi est. et postquam omnes deo comen-
dati. sic ad agenda negotia secedamus.
Tertio vt verba dei libenter audiret
et seruaret vnde dicitur de eo. Quicquid
de scripturis audire poterat. armariolo
pectoris recondebat vnde poterat dicere.

cum pphta · Adolescentulus ego sum
z tam contemptus i despectus p hu-
militatem · que in adolescente mira-
bilior solet esse Et licet sim adolesce-
tulus · tamen insticationes tuas
i precepta tua · ex quib homo iusti-
ficatur non sum oblitus Sz tamen
adolescentuli facere consueuerunt Pu-
9 Beatus homo qui audit me · z q
vigilat ad fores meas quotidie · Fo-
res sapie sunt doctores · p quos intel-
ligencia sacre scripture intramus
Quarto · vt corpus suu ieiunijs ma-
ceraret Unde dicit Beatus Nicolaus
adhuc puerulus multo ieiunio ma-
cerabat corpus Quinto vt opibus
pietatis se assuefaceret vnde affluens
mie visceribus · dato auro tum vginu
stupri nephas prohibuit Job xxxj°
Ab infancia creuit mecu miseratio ·
z de vtero egressa est mecu Libenter
em pietatis opibus insiste debemus
Ipa em pietas nos maxime deo gra-
ciat Aug Non est qd ita aabilem
deo nos faciat vt pietas · Item de dya°
maxime triumphat Unde Glo sup
illud misericordia mea z refugiu me-
um De nulla re sic vincit dyabolus
sicut de mia · Item a periculis liberat
Unde dixit beatus Nicolaus quibusda
quos a naufragio liberauat · libent
paupibus subuenite Nullum bonu
homini in periculo constituti sic deo applicat
vt pura elias Tercio fuit gloriose ele-
ctus ffuit em electus pmissa oratione
exemplo aplorum Act j° Orantes apli
dixerunt Tu domine qui nosti corda
om · ostende que elegeris zc Pedo
diuina inspiratione · quia vox de celo
lapsa est · vt eligeret Nicolau · Hebr
quinto Nec quisq sumat s' honorem
sed qui vocat a deo tanq aaron · lic
em quidam eligant p hominem sine
deo vt intrusi · quidaz p hominem et
deum · ut canonice electi Quida a se
ipis sine homine vt ambiciosi Iste ta
fuit electus a deo sine homine vt fuit
apli Tercio fuit electus om consensu
et approbatione · quia sz nullus dissen-
sit · sed omnibus placuit vnde legitur
ey quando viderunt eum · omnes lau-
dauerunt dei magnalia Prou · xxviij°
In exaltatione iustorum multa gloria
est regnantibus impijs ruine hom

Nam in exaltatione bonorum hom pla-
torum · z deus hz glam · z ipi habet
gloriam · z subditi habent gloriam
quia mag gloria est etiam subditis
quando gaudent bonis platis Quarto
fuit electus inuitus z al quada coactione
exemplo xpi qui dicit vt Johis septio
fugit dum vellet eum facere regem
Greg Cum enim regiminis culmen
impatur · si iam bonis prouentus est qz
alijs preest · debet quisq ex corde fuge ·
et inuitus obedire Ideo btus Nicolaus
poterat dicere cum pphta Exaltatus
autem humiliatus sum z conturbatus
Multi quando exaltant efficiunt nimis
elati z nimis iocundi Iste aute non
fuit elatus Et ideo dicit humiliatus
sum Nec iocundus Ideo dicit Et contur-
batus Quarto fuit gloriose conuersatus
habuit em laudabilem conuersationem
quantum ad proximu · quia pauit ipm
verbo ey legit q eat efficax in lo-
quendo z Thi · iiij° Argue · obsecra
increpa Orationis suffragio · quia i
oratione vigilabat Istis duobus apli
dediti erant Act vj° Nos autem ora-
tioni z ministerio verbi instantes cum
Nam platus orando loquit cum deo
legendo deus loquit cum eo · Cum g°
sit inter deum z pplm medius constitutus
orando porrigit deo petitiones ppli · legen-
do annunciat pplo voluntatem dei Tercio
exemplo Unde legit ey eande qua
prius grauitatem seruabat pa Thi · iiij°
Exemplum esto fidelium · in verbo in
conuersatione Quarto tpali subsidio
vnde cum pplus fame deficet · ei sub-
venit · z tritica procurauit Ideo fuit
laudabiliter conuersatus quantum ad deu ·
ffuit em in cultu dei ampliando soli-
citus vnde cultu dyane euacuauit
z dei cultu ampliauit Ipse etia Nice-
no concilio interfuit z multa ibi vti-
lia ad dei cultum ordinauit · ffuit i
dei iniurijs vindicandis valde seuerus
Unde legit · q eat seuerus in corripi-
endo · sicut patet i iudice · qui tres i-
nocentes occidere volebat · q seuere
eum redarguit Cris In pprijs iniu-
rijs esse quempiam patientem lauda-
bile est · dei aut iniurias dissimulare im-
pium est · ffuit in oratione valde deuotus
Act · xxxix° Rpcu z os suu in oratione
Tercio fuit laudabiliter conuersatus ·

quatum ad se. Ipse enim vt legitur corpus maceratbat. i Cor. ix° Castigo corpus meum etc. Mulierum consortia fugiebat. Eccl. xlij° De vestimentis procedit tinea et a muliere iniquitas viri. Humilitatem seruabat. Eccl. xxxij° Rectorem te posuit noli extolli. esto in illis quasi vnus ex illis. Prelatus namque debet esse minor subditis. quantum scilicet ad humilem reputationem. quia debet reputare se illos. quibus preest. Eccl. iij° Quanto maior es. humilia te in omnibus. Phil. ii° In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Ideo summus pontifex Seruum seruorum se vocat dei. Aliquando debet esse equalis subditis quantum ad iocundam et socialem conuersationem. Contra illos. De quibus dicitur Eccl. iiij° Noli esse sicut leo in domo tua euertens domesticos tuos etc. Aliquando debet esse maior subditis quantum scilicet ad correctionem et ad instructionem. Ideo dicebat Apostolus ad Titum secundo Argue cum omni imperio. Istam regulam seruabat Apostolus. qui modo vocat se paruulum. modo socium. modo patrem reuerendum. Dicens prima Thess. ii° Facti sumus paruuli in medio vestrum. Ecce quia vocat se paruulum per humilitatem. Deinde subdit Vos estis testes et dominus. quoniam sancte et iuste et sine querela vobis qui credidistis affuimus. Ecce quia vocat se iocundum et pacificum socium. Deinde subdit Qualiter vnumquemque vestrum. tamquam pater filios suos deprecantes et consolantes etc. Ecce quia recognoscit se patrem et superiorem. Quinto fuit gratiose mortuus. Est enim mortuus cum gratia dei vt legitur. et omni virtutum carismate replebatur. Apocalipsis xiiij° Beati mortui qui in domino moriuntur. Ideo vocatur amicus dei. sicut cantatur. Amicus dei Nicolaus etc. Cum bona fama populi. Vnde dicitur Omnibus se amabilem exhibuit. Item legitur quod crescebat quotidie fama bonitatis eius. Prou. xviij°. Vir amicabilis. ad societatem magis amicus erit quam frater. Cum bona consciencia sui. Bonam enim consciam habere potuit. qui a cunabulis Christo seruire incepit. Prou. xv°. Secura mens quasi iuge conuiuium. Propter ista tria potest sic conueniri quod dicitur Gen. xxv° de Abraham Mortuus est in senectute bona. Et ideo cum bona fama

populi. plenus dierum. Et ideo cum bona consciencia sui. Sancti enim viri. habent dies suos plenos virtutis et operibus. Congregatusque est ad populum suum. Et ideo cum gratia dei. Nullus enim populo beatorum adiungitur. nisi qui dei gratia repletur. Sexto fuit gratiose sepultus. In sepulcro enim suo tria miranda continebat scilicet margaritha corporis emanatio olei et emanatio aque. Vnde de eius tumba vt legitur emanabat fons a capite olei. a pedibus fons aque. Per margaritham notatur fulgor mundicie que in eius corpore relucebat. Hec est illa margaritha de qua dicitur Mt. xiij° Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas. inuenta autem vna preciosa margaritha etc. Iste mercator est Christus. qui de celo in mundum veniens. hanc margaritham inuenit. et dedit omnia que habuit. scilicet carnem sanguinem et animam. ipsam emit. In oleo autem notatur habundantia misericordie. que fuit in ipso. Sicut enim oleum supernatat aliis liquoribus. sic pietas eminet ceteris virtutibus. In aqua vero notatur habundancia gratie. que similiter fuit in ipso. de quo dicitur Ioh. iiij° Aqua quam ego dabo fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Septimo fuit gratiose assumptus. Fuit enim assumptus in celum confidenter. Non enim demones vel aliquos laqueos mortis timuit qui sanctos angelos custodes habuit. Vnde sicut legitur de eo rogauit dominum vt ad se morientem angelos mitteret. quibus visis tradidit animam in manus sanctorum angelorum. Ps. Angelis suis deus mandauit de te. vt custodiat te etc. Secundo honorabiliter. quia non tantum misit deus vnum angelum. qui eum deferret. sed etiam multos. qui eum honorabiliter associarent. Sicut etiam misit in occursum Lazari. Luc. xvj° Factum est vt moreretur mendicus. et portaretur ab angelis in sinum Abrahe. Tertio letanter. quia sicut legitur de eo. dum in celum portaretur. melodia celestis audita est psallentium. In leticia egrediemini. laudabat angeli deum. qui sibi in socium dederat talem virum. Job xxxviij° Cum me laudarent simul astra matutina. et iubilarent omnes filij dei. Vel potest dici quod fuit assumptus cum societate angelica.

Cum protectione diuina · et cum celesti melodia. Angeli quidem eum associauerunt iuxta illud ps Angelis suis deus mandauit de te etc. Anima quidem egreditur a corpore tria timet · a quibus angeli eam secura reddunt · scilicet viarum multiplicitatem · quia quedam ducitur ad limbum · quedam ad purgatorium · quedam in infernum · quedam in paradisum sed angeli qui animam associant · ab hiis viis custodiunt Et viam celi ostendunt Et ideo dicitur vt custodiant te in omnibus viis tuis. Secundo timet peccatorum suorum immanitatem ne scilicet peccata sua eam opprimant et grauent Ideo dicit Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Peccata enim sunt lapides · que faciunt animam ponderosam · duram et frigidam Tercio timet demonum malignitatem sed angelis eam protegit · et vilem facit · adeo · vt eos non timeat · sed eos superet et contempnat Et ideo dicit Super aspidem etc. Secundo fuit assumptus cum protectione diuina quia animam suam in dei manibus commendauit Deus quidem habet animas sanctorum in manu sua · Sap · iii · Iustorum anime in manu dei sunt Habet in sinu suo ysa xl Jn brachio suo congregabit eos · et in sinu suo leuabit · Habet in corde suo · ysa · xlvi · Qui portamini a meo vtero Phil · i · Testis est michi deus · quomodo concupiscam omnes vos in visceribus ihesu christi / Habet quidem eos in manu · quia tangit eos per perpetuam securitatem Illud enim quod deus habet in manu est securum Joh · x · Non rapiet eos quisquam de manu mea / Habet in sinu suo · quia eas sibi coniungit per amicabile familiaritatem Habet in corde suo · quia eas sibi coniungit per intima caritate Tercio fuit assumptus · cum celesti melodia · ysa · lv · Jn leticia egrediemini · et in pace deducemini / montes et colles cantabunt coram vobis laudem · et omnia ligna regionis plaudent manu Per montes intelligitur altitudo diuina / per colles altitudo angelica Per ligna regionis sanctitas humana / peccatores sunt ligna siluarum quia sunt siluestres et inculti Sed sancti ligna regionis / qui sunt domestici et mansueti Quando ergo sancti in celum assumuntur · est triplex leticia scilicet. Nam et ipsi gaudent Et ideo dicitur Jn leticia egrediemini · et tota trinitas gaudet / et ideo dicitur montes / et dicitur in plu-

rali montes · propter tres personas Et omnes Angeli gaudent Et ideo dicitur Et colles Et omnes sancti · qui sunt in celo gaudent Et ideo dicitur ligna regionis:

Non est inuentus similis Sermo quintus
illi qui conseruaret legem excelsi
Sumptum est hoc de Eccl. xliiii · et cantatur ad honorem Sancti Nicolai · et aliorum confessorum / et de quolibet etiam sancto valeter potest dici Nullus enim sanctus in aqua virtute eminuit · in qua nullus ei similis fuit · et in hoc apparet mirabilis sapiencia dei · quod in tanta multitudine ac varietate sanctorum tantam ponit dictam mixtorum quidem mixtorum diuersitas licet nobis sit incognita · deo tamen est nota Tunc autem beatus Nicolaus aliquas virtutes habuit · que nos latent · in quibus nullus sibi similis est inuentus / possumus tamen dicere quod habuit quatuor priuilegia que in quolibet sancto non inueniuntur Primum est festina sanctificatio / quia tempestiue valde sanctus fuit · ex eo quod ab vberibus matris sue sanctitatem incepit felix qui dicere potest cum propheta Spes mea a iuuentute mea · Sicut fuit beatus Dominicus Benedictus et Martinus · qui in sua iuuentute sancti esse inceperunt Sed felicior qui dicere potest · spes mea ab vberibus matris mee / sicut fuit beatus Nicolaus · qui ab ipsis matris vberibus sanctus fuit / dum feria quarta et sexta · tantum semel vbera matris accepit Sed felicissimus qui dicere potest Spes mea ab vtero matris mee Sicut Johannes baptista qui dicere potest In te proiectus sum ex vtero de ventre matris mee · Sed super felicissimus · de quo pater dicit Ex vtero ante luciferum genui te Nullus vero est ausus dicere Spes mea a senectute mea · Sed tamen Ne proiicias me in tempore senectutis Qui enim tempus suum vsque ad senectutem vane viuendo consumpserit · non potest ex suis meritis de dei misericordia confidere · sed tantum · ne a diuina misericordia proiiciatur debet orare / Beatus autem Nicolaus de suis meritis sperare poterat qui a sua adolescentia primo pueticia deo seruiuit Tren iii Bonum est viro cum portauit iugum domini ab adolescencia sua · Ambrosius in libro de viduis ·

Suscipite iugu xpi Nolite time
quia iugu est festiuate qa leue est.
Non conterit colla. sed honestat. no
alligat auctem vinculis. sed mentem
gratia coplat. no necitate ostringit
sed voluntate boni opis dirigit hoc
iugu pme btus Nicolaus suscepit
Non vt pgaret. cu innocens esset
sed vt ornaret. Est em pnia pur-
gans. vt magdalene. Est pnia or-
nans vt beati Nicolai vnde dicit
Bonodius de quoda sacto Pontifice.
Pnia in eo. est non inuenit quod
purgaret. inuenit tamen qd orna-
ret pp confessionem et decorem indui-
sti. Augus. Confessio peccatoris pur-
gat. iustum ornat. Est et pnia ma-
clans vt Iude. que ipm no pgauit
Nec ornauit sed maclauit. De q
dicitur act. xxvijo Est iterum pnia cu-
tias vt damnator. Sap. quinto Dic-
tes intra se pniam agentes. Ideo aut
btus Nicolaus non indiguit pnia
purgate. sed ornate. quia tempesti-
ue se ad dei obsequium mancipauit
Ecci. xxxix. Cor suum tradidit ad vi-
gilandum ad deum. qui fecit illu.
et in cospectu altissimi deprecabitur
Et signat dicit Cor suu. Sunt em
quida. qui deo tribuunt bona sua. qd
magnu est. qui dicere possunt illud act
xixo Ecce nos reliquimus omnia. et
Alij qui tribuunt corpa sua. qd maius
est. Ro. xijo Exhibeatis mebra vra
hostia viuentem. et Alij qui tribunt
corda sua qd maximum est. Ecci. ijo Qui
timent dominum pparabunt corda sua. Bte-
dictus Nicolaus tradidit bona sua ad
dispergendum. quia dispsit dedit pau-
peribus. Tradidit corpus suu ad ma-
cerandum. quia multo ieiunio corpus
suu macerabat. Tradidit cor suu ad
intelligendum. quia sicut dicit de eo.
Ecclie sacre scripturas limina. sacro
pectore condebat mandata. Item ad de-
precandum. vnde sequitur In cospctu
altissimi deprecabitur. et hec no fecit i
senectute. sed in iuuentute. Ideo dicit
Dulcedo. Qui q vult de facili cotinue-
re se in sanctitate costituare. ex beati
Nicolai remoueat manu luxurie. scilz
diuitiaz habundantia. Ra et filius pdigus

vt dicit Luc. xvo. Habita hereditate vi-
uit luxuriose. vnde dicit Non lz vnde
sum paupertas pascat amore. Diuicijs
aliter luxuriosius ador. Condiat carne
suam mirra pnie. Can. quinto Digiti
mei pleni mirra probatissima. Vngat
mentem sua balsamo sapie. Ecci. xx-
iiijo Qui uat balsamum no mixtu odor
meus. Petat qd adeo assiduitate orois
deuote. Sap. octauo Sciui qr no possu
esse continens. nisi deus dederit. et hoc
faciat in iuuentute. Prou. xxijo Ado-
lescens iuxta via sua. et cu senuerit
no recedet ab ea. Secundum priuile-
gium est miraculosa electio. Ipse em
miraculose scz per voce de celo lapsa
electus fuit. hac aut reuelationem ha-
buerunt ex eo. qr instabant ieiunijs.
orationibus et vigilijs. Per hec em ta-
menur a deo bonu nobis dari platum.
De ieiunijs hemus exm. Act. xiijo de
Paulo et Barnaba ab aplis electis
vbi sic dicit ministrantibus illis domino
et ieiunantibus. dixit spiritus Segregate
mi Barnabam et Paulum et De orationi-
bus exm hemus in Mathia. qui p orones
electus est De vigilijs exm hemus
in xpo. qui vt dicit luc. vjo Elegit
Aplos pnoctauit in oratione dei Dign-
est ergo. qr electores sti Nicolai ydo-
neum platum habere volebant.
quem sic orationibus ieiunijs et vigi-
lijs requirebant. Non em debent ele-
ctores aliquem eligere. qr propinquus
sed magis. quia ydoneus. Vnde
dicit Exodi. xij. Et postes domus ag-
sanguine tingebantur. quia no debet
aliquis introduci in domum dei respectu
sanguinis proprij. sed respectu sanguinis an-
tifici. Sed dicit Iohis xviijo Et ancil-
la hostiaria Petrum in atrium prin-
cipis sacerdotu introduxit. Ancilla c
caro. que debet animo deseruire. hec
sepe hostiaria efficitur. et Petru in
atrium pncipis sacerdotu introducit.
quando affectio carnalis aliquem ad Eccla-
sticam dignitatem introducere satha-
git. Iste aut amor carnalis in clericis
e valde periculosus. qa in Iuda fuit
occasio proditionis. Nam xpm vendidit
vt vxorem et filios ditaret. Ideo Iudas
a domino est dyabolus appellatus. vt dicit
Iohis vjo. ex eo qr bona et vt filius sui

datur fundebat. et xpm predicabat. Ti-
medium est ergo ne ille prelatus possit
dyabolus appellari. qui bona preitibus tri-
buit se. et per mala vita sibi gehennam
facit. Tertium est immensa miraculorum
operatio unde dicitur in oratione Deus qui
beatum Nicolaum innumeris decorasti mira-
culis etc. Horum autem miraculorum quedam atte-
stantur sue potentie. quia habuit super ele-
menta super corpora. super animas super
mortem. et super demones. Habuit enim
posse in quatuor elementa. Ita nautis
mare tranquillavit. ab aere tempestatem
fugavit. Oleum dyane in mari ardere
fecit. et tamen silicem scindavit. Habuit
posse super corpora. quia multorum corpora
a diversis languoribus liberavit. Habuit
posse super animas. quia multos ab infi-
delitatis errore revocavit. et cultum
dyane evacuavit. et ad viam veritatis
multos reduxit. Habuit posse super mor-
tem. quia a multis mortem expulit. et
eos resuscitavit. Habuit posse super demo-
nes. quia de corporibus eos expulit. Tante
ergo potentie nunc existit in gloria glo-
riosus. qui tante fuit in via peregrinus. Se-
cunda attestantur potentie simul et sapientie.
sicut miraculum de multiplicatione gra-
ni. quod quidem et multiplicatur quod fuit potentie.
et distribuit sapienter. quod fuit sapientie.
Tercia attestatur sue iusticie vel consta-
tie. sicut patet in miraculo illius qui frau-
dulenter in baculo totum aurum posuit.
qui postmodum mortuus fuit. Quedam
attestantur sue constantie. sicut patet in libera-
tione trium innocentum. Quedam attestatur
sue clementie. quia quibusdam misericorditer
subvenit a tribulatione. quam patiebatur
a dyabolo. sicut quando patri tribulato
suscitavit filium a dyabolo strangulatum. Qui-
busdam a tribulatione. quam iniuste patiebantur
a deo. sicut patri restituit filium in mari
cum cypho submersum. Quibusdam a tribula-
tione. quam patiebatur a tyranno. sicut
patri mirabiliter reddidit filium a deo da-
tum et a Soldano detentum. Quibusdam
a tribulatione quam patiebatur in rebus. sicut
iudeo qui ymaginem fecit in domo. Qui-
busdam a tribulatione. quam patiebatur a per-
sonis sicut tribus principibus apparens Con-
stantino. Quartum est olei in monu-
mento emanatio. per quod datur intelligi
quante fuit nunc in mundo. et quante nunc
constat in celo unde potest dici illud Job
xxix Petra fundebat michi rivos

olei. Ipse enim fuit Petra. quia se durum
primo asperitate. sed tamen aliis oleum
effudit per compassionis lenitatem Et se
fundebat quia sponte et liberaliter miraculum
ostendit Quedam autem non effundit
sed ab eis multis precibus violenter ex-
primunt. Cum tamen dicatur Proverbiorum xxii
Qui pronus est ad misericordiam benedicetur
Et dicit rivos olei Aliud enim est effun-
dere flumina olei. quod ad solum deum
pertinet. quia misericordia superfluente Ecclesiastici
ii Secundum magnitudinem illius. sic et mi-
sericordia ipsius cum ipso est. Ps. d.
Quantum est magnus. tantum est pius.
Aliud est fundere rivos olei. quod faci-
unt sancti viri. qui etsi non habent misericordiam
effluentem. habent tamen misericordiam congruentem
Ecclesiastici xviii Misericordia hominis circa pro-
ximum suum. Ecce rivus olei. misericordia autem
dei super omnem carnem. ecce flumen
olei. Aliud est fundere guttam olei. quod
faciunt avari Osee vi Misericordia vestra quasi
nubes matutina. et quasi ros mane per-
transiens Sapientie xi Sicut momentum
statere. sic ante te est orbis terrarum
et tamquam gutta roris antelucani que
descendit in terram. sed misereris omnium
quia omnia potes Aliud est. nec flumina
nec rivos nec guttam olei fundere. quod
faciunt crudeles et impii. Talis erat ille
dives. qui nec micam lazaro por-
rigebat de quibus dicitur Ecclesiastici x Ava-
ro nichil est scelestius hic et animam
suam venalem habet. qui in vita sua proiecit
intima. Aliud est fundere rivos vini
quod faciunt crudeles prelati. qui nimium
sunt severi et parum pii. Cum tamen
sicut dicit Luc x. Samaritanus vinum
et oleum effudit sauciato. Ecclesiastes vii
Noli esse iustus nimium. Oculus inter
cetera membra est nobilior et tamen passi-
bilius. ipsius enim est mala videre et flere
Sic prelatus cum sit oculus ecclesie. quanto
est dignior. tanto debet esse ad compassionem
pronior Jeremie ix Quis dabit capi-
ti meo aquam et oculis meis fontem lacri-
marum etc. Quanto enim amplius mala
cognoscit. tanto eis magis flere compellitur
Ecclesiastes primo Qui addit scientiam addit et do-
lorem. Sed oculus iste quodammodo in cartila-
gineum versus est. quia pulvis terrenorum
ipsum a deo excecavit. quod enim videre
non sunt [in cap.] [de sancta Lucia virgine sermo primus]

De sancta lucia virgine sermo primus

**Mulierem fortem quis inveniet. Prov. ultimo**

Sicut Salomon tempore suo
nulla forte potuit inveni-
re mulierem. Tempore tamen gratie in-
venta est una mulier fortissima scilicet
virgo beata. Iuncte sunt multe fortes
scilicet beate virgines. quarum una fuit
beata lucia. que adeo fortis fuit quod vi-
cit blandimenta viciorum. violenciam
hostium et seviciam tormentorum. Blan-
dimenta viciorum quidem vicit. scilicet
avaritia luxuria et superbia. Avari-
tia quidem vicit per liberalitatem
quia totum patrimonium pauperibus
erogavit. Ipsa enim dedit pauperibus
sicut habetur in legenda. Dedit in vi-
ta unde matri volenti post mortem
dare dixit Quod moriens das. Ideo das
quia tecum ferre non potes. Dedit omnia
unde sponsus postquam audivit. quod omnia
dedisset. ad iudicem eam traxit. Dedit
se ipsam unde ait. Nunc michil ultra
habeo. me ipsam sibi deo offerendam.
Quia ergo dedit pauperibus. habebit ce-
lestem thezaurum Mat. xix° Vende
omnia que habes et da pauperibus et habebis
thezaurum in celo. Quia dedit in vita
premisit ad locum securum Mat. vi° The-
saurizate vos thesauros in celo. ubi
nec erugo. nec tinea demolitur etc. Quia
dedit omnia. recepit centuplum Mat.
xix° Omnis qui reliquerit domum
vel fratres. aut sorores etc. centuplum
accipiet etc. Quia dedit se ipsam id est cor-
pus suum passibile et mortale recepit
ipsum glorificatum Phil. iii° Sal-
vatorem exspectamus dominum nostrum
ihesum christum. qui reformabit corpus hu-
militatis sue. configuratum corpori
claritatis sue. Secundo vicit luxuriam
per virginitatem. Ideo dixit ei beata
Agatha Iocundum deo in tua vir-
ginitate habitaculum parasti. Ex quo
datur intelligi quod habitaculum mentis
sue fuit iocundum. purum et paratum
Fuit iocundum. quia nunquam ibi spiritum sanctum
per peccatum aliquod contristavit. Ephes.
iiii° Nolite contristare spiritum sanctum
dei. Fuit purum quia puritatem mentis
et corporis servavit. Ideo dixit. In tua
virginitate. Ipsa enim ait. Corruptores
mentis et corporis nunquam sensi. Ps. Domum
tuam domine decet sanctitudo. Immun-
die magnitudo. Cant. vi° Dilectus
meus michi. qui pascitur inter lilia id est
in carnis et mentis munditia. Fuit para-
tum. quia se omnibus ornatibus preparavit.
Ideo dixit parasti. Eccli. secundo. Qui timent
dominum preparabunt corda sua etc. Ps. Et vos
parate corda vestra domino etc. Tale
habitaculum sic iocundum. sic mundum. sic pa-
ratum non habuerunt virgines fatue, de
quibus dicitur Mat. xxv° Fuit enim oleo
iocunditatis vacue. De quo Ps. Unxit
te deus deus tuus oleo exultationis etc.
Et ideo non habuerunt habitaculum iocundum.
Fuerunt fatue. ideo non habuerunt habita-
culum mundum. Fatue enim non mundat
se. sed in luto immundicie se iactat Pro-
verbiorum Circulus aureus in naribus eius
mulier pulchra et fatua. Fuit impa-
rata unde ille que parate erant ad nuptias
intraverunt. et alie foris remanserunt. Tertio
vicit superbiam per humilitatem. unde se hu-
milians dixit Ancilla christi sum. Ali-
quando anima est ancilla peccati Iohannes viii°
Omnis qui facit peccatum. servus est
peccati. Aliquando mundi Mat. vi° Non pote-
stis deo servire et mammone. Aliquando diaboli
ii Petri ii° A quo quis superatus est.
huius et servus est. Aliquando corporis ipsius
Roman. xvi° christo domino nostro non
serviunt sed ventri suo. Hec autem virgo
noluit esse ancilla peccati quia hoc esset
dampnabile. Nec mundi. quia hoc esset
vituperabile. Nec diaboli. quia hoc esset
periculosum. Nec corporis sui. quia hoc
esset ignominiosum. Sed tantum christi.
quia hoc est gloriosum. Propter hanc
triplicem superiorem victoriam. tria
dicuntur de ea. scilicet quod ipsa sit templum
dei. columpna paradisi. et quod habeat coronam
regni. Quia enim vicit luxuriam per
virginitatem. Fuit templum dei. unde
ipsa dixit. Illi caste vivunt. templum
sunt spiritus sancti. Quia vicit avariciam
per libertatem. facta est columpna pa-
radisi unde cantatur Columpna es immo-
bilis etc. quia enim fuit columpna in
mundo sustentando pauperes elemosi-
nis suis. Ideo deus fecit eam columpnam
in celo sustentatricem nobis meritis suis
Apoc. iii° Qui vicerit faciam illum co-
lumpnam in templo dei mei. Quia vicit
superbiam per humilitatem. accepit coronam
regni unde cantatur Omnis plebs te
exspectat ut accipias coronam regni
Ps. lxi° Dabit eis coronam pro cinere
Secundo fuit fortis. quia vicit violenciam

hostiu. Unde cantat. In tua patria pos-
sedisti animam tuam lucia sponsa christi. Odisti
que in mundo sunt et cho[r]uscans cum a-
ngelis. sanguine pro inimicum vicisti.
Ipsa quidem vicit hostem interiorem Et
ideo dicitur in tua patria possedisti ani-
mam. Aliud autem est animam possidere.
aliud est ab anima possideri. Ille possi-
det animam. qui sensualitatem dominatur Pro.
16. Melior est paciens viro forti. et qui
dominatur animo suo expugnatore ur-
bium. Ille vero ab anima possidetur. qui
a sensualitate vincitur. Ideo dicitur Eccli. xviii.
Post concupiscencias tuas non eas. et a vo-
luntate tua avertere etc. Ipsa vicit ho-
stem exteriorem Ideo dicitur Odisti que in
mundo sunt. Sancti enim viri odiunt mun-
dum. et mundus odit eos. Gal. vi. Michi
mundus crucifixus est et ego mundo Ipsa
vicit hostem superiorem Ideo dicitur Sa-
nguine christo inimicum vicisti Valde ad-
mirabile fuit quod fragilis femina vicit
hostem tam robustum. Prima Cor. i.
Infirma mundi elegit deus ut confundat
fortia Judith xvi. Dominus omnipotens tra-
didit illum in manus femine et confudit
eum. Omnino in sexu fragili victoriam
contulit. Puella immacula vicit ho-
stem antiquum De quo dicitur Apocalipsis
Proiectus est draco ille magnus
serpens antiquus. j. Johannis secundo Scribo vobis
adolescentes. quoniam vicistis malignum.
Puella delicata vicit hostem expertum
et astutum. illum scilicet. qui sua astucia de-
cepit evam. ij Cor. xi. Timeo autem
ne sicut serpens evam seduxit sua astucia
etc. Gregorius in sermone loquens de sancta
felicitate Cum ad illud examen terribi-
le venerit iudex districtus. quid nos vi-
ri dicemus. cum tenuis femine gloriam vide-
rimus. de debilitate mentis nostre. que
tunc nobis viris excusatio erit. quando
hec ostendet. que cum seculo et sexum
vicit. Tercio fuit fortis. quia vicit se-
vitiam tormentorum quod patet quia virtus
et violencia hominum et bovum amisit virtutem
trahendi. ignis virtutem comburendi. fer-
rum et gladius virtutem secandi. mors
virtutem occidendi Virtus quidem
hominum et bovum amisit virtutem trahendi
quia tanto pondere effectus eam fecit.
ut mille homines nec plura paria bovum
trahere eam possent. Licet enim esset levis
quia erat sine pondere peccati Hebr. xii.
Deponentes omne pondus et circumstans nos

peccatum. trahi tamen ad lupanar non potuit.
quia non erat conveniens. ut membra
christi fierent membra meretricis. Prima
Cor. vi. Tollens membra christi. faciam
membra meretricis. absit. Ignis amisit
suam virtutem comburendi Ita appo-
situs est circa eam ignis. cum pice oleo
et resina nec ipsam lesit Eccli. li. In
medio ignis non sum estuata. Nec
mirum quia desuper habebat rorem salutife-
rum. qui ipsum ignem refrigerabat.
De quo dicitur Et sub roris intima asper-
sione scandet etc. Eccli. xviii. Nonne
ardorem refrigerabit ros unde dixit
Agatha Si ignem adhibeas de celo
michi. angeli rorem salutiferum michi
ministrabunt Interius habebat ignem divi-
num qui ignem exteriorem superabat de hoc
dicitur Luc. xii. Ignem veni mittere
in terram etc. Extra habebat corpus
virgineum. quod a combustione immune
esse debebat. Debuit enim eius corpus
ab ignis combustione esse exemptum
sicut ab igne concupiscencie fuerat alienum.
Ysaie xliii. Cum ambulaveris in igne
non combureris et flamma non ardebit
in te. quia ego dominus deus tuus sal-
vator tuus. Danielis tercio Illos at-
omnino non tetigit ignis propter corpus
virgineum Nec contristavit propter rorem
salutiferum nec quicquam molestie in-
tulit. propter ignem divinum Gladius
amisit virtutem secandi. quia percussa
in gutture gladio necari non potuit.
sed quamdiu voluit semper vixit unde
ait Inducias impetravi martirii
mei etc. Voluit autem istas inducias
impetrare multiplici racione ut in le-
genda habetur Prima sumitur ex parte
sui. ut scilicet dominicum corpus reciperet Ipsum
enim decebat ut sponsa. atque sponsa pre-
sencia ad aliam patriam transiret.
Secunda ex parte dei. scilicet ut se deo re-
commendaret. quod cum fecisset. et omnes
amen induxissent. spiritum tradidit Tercia
ex parte populi. et hec est multiplex Prima.
ut bonis timorem et malis insultacionem
tolleret. sicut ipsa dixit Secunda ut advo-
catam se eis promitteret. dicens. Sicut civi-
tati Cathanensi soror mea Agatha est
data protectrix Sic et ego civitati
Syracusane sum intercessatrix Job. xvi.
Ecce in celo testis meus. Tercia ut
pace reddita nunciaret unde ait Annun-
cio vobis pacem ecclesie redditam Dyo-

dicitur de Regno celesti. Maximi-
anus hodie mortuus. Et sicut sponsus
verba sua in pace terminavit. Joh.
xiiij° Pacem relinquo vobis etc. sic
et ista ultima verba in pace finivit
Mors amisit virtutem occidendi. Mor-
tem enim ipsam non occidit. sed potius ipsa
de morte triumphavit. Occidit autem
triplicem mortem. Eternam scilicet mortem
que consistit in pena sensus. De qua
Mt xxv° Ite maledicti in ignem
eternum. Hoc signatum est per extinctio-
nem ignis materialis. Secundam spiritua-
lem. que consistit in pena damni. que
duplex est. una que consistit in caren-
cia visionis divine. De qua ysa. xx-
vi° Domine exaltetur manus tua
ut non videant. Ista vincitur per munde-
ciam cordis Mt v° Beati mundo cor-
de quoniam ipsi deum videbunt. Hanc
autem munditiam ipsa habuit. que dixit
Corruptores mentis et corporis numquam
sensi. Alia que consistit in separatione
a consortio beatorum. que secundum Aug.
omnem vehementer superat cruciatum. Ista
vincitur per meritum bone operationis.
Luc. xvi° Facite vobis amicos de ma-
mona iniquitatis. ut cum defeceritis
recipient vos in eterna tabernacula.
Istam mortem ipsa vicit. quia ele-
mosinis et aliis bonis operibus vacavit.
Et ideo in consortio beatorum glorificata
consistit. Unde dicitur de ea. Vidisti que
in mundo sunt. et choruscas cum angelis.

Sapiencia edificavit **Sermo secundus**
sibi domum. et excidit columpnas
septem. prov. ix. Christus domus sa-
piens architector. quandam domum
sibi edificavit. in cuius mente habitavit
per graciam. et in utero per humane
carnis sumpcionem. Ista domus fuit gloriosa
virgo maria. Edificavit eciam alias
particulares domos. in quibus per graciam
habitare dignatur. Quarum particularis fuit
Beata lucia. in qua ut esset firma
et ornata domus septem columpnas
excidit. quia in ea septem virtutes
posuit. Quarum prima fuit fidei ma-
gnanimitas. Racione meriti sue fidei
sanitatem matri obtinuit. Unde dixit ei
Agatha. Fides tua matri tue sub-
venit. Et ecce sanata est. Ista autem
columpna fidei in domo anime nostre
est valde necessaria. Deus siquidem est in-
accessibilis. prima Thi. vj° Lucem habitat
inaccessibilem. Est invisibilis. i Thi.
primo Regi autem seculorum immortali invisi-
bili. Et immortalis. Est eciam invinci-
bilis. quia est robustissimus. cum sit
omnipotens. Job ix° Si fortitudo queritur
robustissimus est. Est igitur fides nobis
necessaria tamquam scala. per quam ascendamus
ad inaccessibilem. Ro. v° Per quem
accessum habemus per fidem in graciam
istam in qua stamus. Est tamquam
lumen. per quod videamus invisibilem.
Hebr. xj° Fide reliquit egiptum. non
veritus animositatem regis. invisibilem
enim tamquam videns sustinuit. Est ta-
mquam virtus fortissima. per quam vincamus
omnipotentem. sic victum christus se
asseruit dicens Mt xv° O mulier
magna est fides tua. fiat tibi sicut
vis. Ista tria tangit Bernhardus dicens.
Quid non inveniat fides attingit
inaccessa. deprehendit ignota. com-
prehendit immensa. Secunda est vir-
ginitas. Unde dixit ei Agatha. Per
te civitas Syracusana decorabitur
quia iocundum deo in tua virginitate
parasti habitaculum. Ista autem colump-
na cito frangitur. nisi diligenter custo-
diatur. Ad cuius custodiam necessaria fuit
ea que prudentes virgines habuerunt
De quibus habetur Mt xxv°. Primum est
custodia quinque sensuum quod notatur in hoc
quod fuerunt quinque. et principue custodia
visus. Racio quia david visum suum
non custodivit. in adulterium cecidit
Jeremie ix° Ascendit mors per fenestras
nostras. Secundum est vitatio occasionis
quod notatur in hoc quod fuerunt prudentes
Vitare enim occasionem peccandi. magna
prudencia est. Sepe enim occasio et op-
portunitas peccandi. est via ad peccatum
Ideo ut habetur ij° Re. xiij° Thamar
corrupta fuit. quia oportunitatem non
servavit vel vitavit. Eccl. xviij° Pro-
stes in omni loco circa regionem. Bernhardus
Solent virgines que vere virgines
semper esse pavide et numquam esse secure
ut caveant. ut caveant timida. et secura
pertimescat. Tercia est affluencia caritatis
quod notatur in hoc quod in vasis suis
oleum acceperunt. Oleum enim in vase
est caritas in corde. Bernhardus in epistola. Ca-
stitas sine caritate lampas est sine oleo. Et

the oleu lapas no luz. Tolle caritate castitas no placet. Quartu e recognitio ppe infirmitatis. Qd notat in hoc qd dicit. Cum lapadibus lampas licet sit lucida tamen est fragilis. sic virginitas licet sit fulgida. est tamen in vase fictili posita. .2. Cor. iiijo. Habemus thezaurum istum in vasis fictilibus. Aug. Non solum predicanda est virginitas vt amet. sed etia monenda est vt no inflet. Quintum est ex caritate boni opis. Qd notat in hoc qd dicit. Et dormierut z postea surrexerunt. Debent enim interdum dormire p ociu contemplationis. et interdum surgere ad laborem actionis. Tales enim qui parum se peccasse recognoscut. sepe tepide deo seruiunt. Aug. De puritate anime tua omnio amissum. quicquid a nobis non est illo regente comissum. Talis tepiditas z tale ociu est valde periculosum. Ezechiel xvjo. Hec fuit iniquitas Sodome. supbia. saturitas panis. z ociu ipius. Tercia virtus est ad parentes magna pietas. Qd habet ex hoc qd matre ad sepulcrum sancte Agathe duxit. z e' sanitate obtinuit. Ad hec aut cura parentu dominus nos inducit precepto. exemplo. promissione. et comminatione. Precepto cum dixit Exo. xxo. Honora patre tuu et matrem tuam. z hoc debet sufficere cu quilz teneat preceptis domini obedire. Sed quia multi sut. qui facilius inducunt exemplis. q verbis. Et ne xpus paper. et in se contrariu faciat. ideo quod precipit verbo. manifestauit opere. De matre sua cura in morte curam habens. z Johanni ea recomendans. Johis xixo. Ecce mat tua. Quia vero sunt plerique. qui facilius inducunt donis q verbis. z exemplis. Ideo precepto de honore parentu. addit remunerationem dicens. vt sis longeuus sup terram. qua dominus deus datur est tibi. Et intelligitur non tantum de vita corporali. sed etia de vita eterna. Eccli. 3o. Qui honorat patre suu vita viuet longiori. Quia vero sunt multi duri z superbi. qui z precepta despiciunt. z exempla contempnunt. z promissa vilipendunt. Ideo dominus comminationem addit d. Exo. xxjo. Qui maledixerit

patri suo vel matri morte moriatur. Et intelligitur non tantum de morte corporis. sed etia anime. Prou. xx. Qui maledicat patri suo. z matri. extinguetur lumen eius in medijs tenebris. Et morietur in peccatis suis. Qui ergo honorauerit parentes. a quibus habet vitam deus illis conseruat vitam z corporalem. Qui vero inhonorauerit. deus aufert vitam ab illis. tanqm ab ingratis. Quartu est ad paupes magna liberalitas. Totum enim patrimoniu vendidit z pauperibus erogauit. vn pt ei dici illud quod dicitur de muliere forti. Manum sua aperuit inopi z palmas suas extendit ad paupes. Sinistram autem mulier fortis manum aperit z extendet si vacua habet. Habet ergo mulier fortis manum aptam extensam z plenam. Aptam qr semp dat. Extensam quia omnibus dat. plena. quia habundanter dat. Sic bta lucia habuit manum aptam. quia semp dabat. Eccli. iiijo. Non sit porrecta manus tua ad accipiendu. z ad dandum collecta. Habuit manu extensum. quia omnibus dabat. Secundum illud omni te petenti tribue. Habuit manu plena. quia habundanter dabat. Thob. iiijo. Si multu tibi fuit habundanter tribue. Quinta est eius humilitas. q apparuit in hoc qr se ancilla xpi nominabat. Noluit aut se nominare filia dei. Ratio e qm filius dei quis efficitur p gram. Joh. primo. Dedit eis potestatem filios dei fieri zc. Nemo aut scit pro certo se habere gratiam dei. z ideo nemo scit se esse filiu dei. Eccli. nono. Nemo scit vtrum odio vel amore dignus sit. Sponsa aut xpi efficitur aia in presenti p quedam fidei sponsalia p verba de futuro. Osee sedo. Sponsabo te mihi in fide. Ista aut sponsalia sepe per mortalia peccata dimittunt. vsa. iijo. Dimisisse eam z dedissem ei libellum repudij. Ancilla vero dei est anima in quantu est ab ipso sanguinis precio empta. .1. Cor. vjo. Empti estis precio magno. licet ergo sciatis certa ee potat. q erit in ipa gratia dei. Et ideo filia dei. q erat in ipa plena z pfecta fides dei. z ideo sponsa dei. Noluit tamen arrogant sibi ista attribuere. q no nisi p diuinaz reuelationem sciunt. sed id de quo certa erat fidenter confitebatur se scz em-

ptam esse sanguine dei Et ideo aal-
lam se esse asserebat. nō filia vel spo-
sam dei. licet verisimile esset. sed hu-
militatis causa hoc fecit. Bern9 nō
est magnum in abiectione esse humilem; sʒ
mag̃ probitas z rara virtus ē humilitas
honorata. Idem. Res scio quo na pa-
cto virtus humilitatis maior in maio-
ribus z clarior in clarioribus compaca.
Hec in humilitas in hoīe hoc hoīe est
Sexta est pseuancie firmitas vn ipa
ait Nunq̃ volumtate mea ad consen-
sum poteris reuocare Adeo quidem
fuit firma z constans q; licet triplex
martirium passa fuerit. tn̄ in nullo de-
fecit/ Passa est quippe martiū in car-
ne p sanguinis effusionem/ quia ob amo-
rem sponsi sui sanguine suum fudit.
Exodi iiij° Sponsus sanguinum tu m es.
Aliud in mente p afflictorum compassionem
qua quidē afflictionē mentis ostendit
p exhibitionem operis. quando scilicet
bona sua pauperibus dedit. Aug9 Qui
compassionem exhibet in aliena ne-
cessitate. aucam ptat in mente. Tan-
tum in carne z in mente p carnis et
omnium viciorum mortificationem Ps ppter
te mortificamur tota die. Septima
est corporis imobilitas. quia tanto
pondere ea fixit spiritus sanctus vt nulla-
tenus moueri posset Vnde solum at
ipa fuit ponderosa in corpe p imo-
bilitate. sed etiam in corde p sensus
maturitatem Sap iiij° Cani sunt
sensus hominis z etas senectutis vi-
ta inmaculata Et per cordis stabilitate
Hebr xiij° Optimum est gratia stabi-
lire cor In ore p sermonis pondero-
sitatem Eccli xxi° Verba prudentium
statera ponderabuntur In corpe per
morum grauitatem Thi 2° In omnibus
te prebe exemplum in doctrina in in-
tegritate in grauitate In ope p con-
summationem Eccli xxvij° Homo sanctus
in sapientia manet sicut sol. Nam stultus
sicut luna mutatur. Sermo tercius.

Lucerna splendens sup candelabrum
sanctum. z species faciei sup mu-
lieris sup etate stabile Eccli
xxvj° Per lucerna q luce dictam
intelligi pt beata Lucia nomine
insignita. q fuit lucerna ardens z lu-
cens Ardens p caritate. p qua omnia
bona sua consumpsit z pauperibus dedit
Lucens p veritate. p qua omnes exemplo
bonorum operum illustrauit Et autem lu-
cerna adeo semp luxit. q numq̃ fuit
extincta p cursum/ quia lucē fidei
semper seruauit. prov. plus Non
extinguetur in nocte lucerna eius Nunq̃
abscondita p timorem/ quia morti
se tradidit. Luc xj° Nemo accendit
lucernam z in abscondito ponit &c
Nunq̃ opta p carnalem amorem/ quia
ppter amorem sponsi sui seipam despe-
xit. Luc xviij° Nemo lucerna accen-
dens operit eam &c De hac quidem
lucerna i. de beata lucia in verbis
premissis quatuor dicuntur. Primo q fuit
luminosa/ Cum dicitur lucerna splendens.
Secundo q famosa. cum dicitur Super
candelabrum sanctum Tercio q specio-
sa. cum dicitur Species faciei s. mulieris
Quarto q fuit firma z virtuosa. cum di-
Sup etate stabilem Fuit ergo lumino-
sa a parte superiori z inferiori A parte
superiori per diuine gratie refulge-
ciam Job xxviij° Cum splendebat lu-
cerna sup caput meum &c De hac
luce superiori dicitur Act ix° Subito
circumfulsit eum lux de celo. A parte
inferiori p virginale mundiciam Sap
iiij° O quam pulchra est casta ge-
neratio cum caritate Propter hanc
lucem. dixit ei beata Agatha So-
ror mea lucia virgo deo deuota In
hoc. q vocat eam deuotam notatur
q habuit lucem superiorem In hoc q
vocat eā virginem notatur. q habuit
lucem inferiorem Secundo fuit luminosa
a parte interiori et exteriori A parte
interiori p munda consciam 2 Cor iiij°
Deus qui dixit de tenebris lucem
splendescere. illuxit in cordibus nostris.
A parte exteriori p conuersationem ho-
nestam Math v° Sic luceat lux
vestra coram hominibus &c Propter hanc
duplicem lucem ipa vocat se templum
dicens. Pascasio Templum dei sum
si me probasti ardere. si no probasti
bis te Templum enim dei erat fulgidum
interius z ext. iij Reg vi° Nichil erat in tem-
plo. qd non auro tegeretur. p qd intelligitur
lux interioris consciencie Et erat exterius
2° Machab vi° Ornauerunt fa-
ciem templi coronis aureis/ p qd in-
telligitur. lux conuersationis honeste/
Tercio fuit luminosa a parte posteriori. et

anterori A parte posteriori dei benefi-
cia recogitando A parte anteriori fu-
tura preca(v)endo · et presentia ordinando iste
enim est tripler actus prudencie vi-
ait Seneca Si prudens inquit es
animus tuus tribus temporibus dispe-
set · preterita cogita futura precave ·
presentia ordina De hijs tribus di-
Deut° xxxij° Utinam saperent · preterita
scilicet recogitando · et intelligerent presentia
bene ordinando · ac novissima providerent
futura pre(c)avendo Sic beata lucia dei
beneficia recogitavit quando Pascasio
dicenti Ista sunt maleficia · respondit,
Ista non sunt maleficia · sed dei bene-
ficia · presentia ordinavit quando suas
divitias pauperibus dedit · futura
providit · quando dixit Annuntio vobis pa-
cem redditam ecclesie etc Tercio fuit
luminosa a dextris et a sinistris · quia
inter prospera servavit temperantiam
licet enim multas haberet divitias · tamen
inter illas divitias pauper fuit Prov.
xiij° Est pauper cum in multis divi-
tijs sit A sinistris quia inter adversa
servavit patientiam unde cantatur De ea
In tua patientia possedisti animam tuam ·
Sexto fuit famosa · ut dicitur Super
candelabrum factum Non enim abscondi
potuit · sed super candelabrum ecclesie posita
omnibus in exemplum fuit Notandum
autem quod aliqui fuerunt famosi propter sua
sapientiam sicut Salomon iij Reg. x° Regina
saba audita fama salomonis etc Nam
sicut dicitur Luc. xj° Ipsa venit a fi-
nibus terre audire sapientiam Salo-
Aliqui propter suam potentiam · sicut
Alexander et alij reges · qui propter sua
potentia fuerunt famosi · Alij propter sua
fortitudine · ut gigantes Gen. vj°
Erant autem super terram gigantes
Isti sunt potentes a seculo viri famosi ·
Aliqui propter sua sanctitatem sicut Ju-
dith Judith octavo · Hec erat omnibus
famosissima · quoniam timebat dominum
valde · Nec erat qui loqueretur de ea ver-
malum Templum etiam propter ipsius sa-
nctitate dicebatur famosum 2° Mach. 2°
famosissimum toto orbe templum Ali-
qui propter sua pulcritudine sicut Hester
Hester 2° Erat Hester formosa valde
et incredibili pulcritudine omnium oculis
amabilis videbatur Unde dicebatur de Io-
zeph Gen. tante pulcritudinis erat · quod imbe-

res muros ascendent · ut ipsum tran-
seuntem viderent Gen. xlix Filie
discurrerunt super murum etc Ex omnibus
istis causis beata lucia fuit famosa
Primo propter sapientiam · que paruit pre-
sertim in responsis · sicut in legenda habetur ubi
inter cetera dixit Non coinquinatur
corpus · nisi de consensu mentis Nam
si me in vita violaveris · castitas mihi
duplicabitur ad coronam Luc. xxj° Ego
enim dabo vobis os et sapientiam · cui non
poterunt resistere et contradicere omnes
adversarij vestri 2° propter potentiam
que apparuit in miraculis · quia et matrem
sanavit · et copiosum ignem extinxit
et mortis inducias impetravit De
operatione miraculorum potentie attestatur
Mt x° Dedit eis potestatem spirituum im-
mundorum ut ejicerent eos et curarent
omnem languorem et omnem infirmitatem
Tercio propter sanctitatem · que apparuit in
exemplis habuit enim exemplum pro
ad parentes · largitatis ad pauperes
caritatis ad omnes j Thi. iiij · Esto
exemplum fidelium in verbo · in conver-
satione in caritate · in fide in casti-
tate Quarto propter pulcritudinem · que
apparuit in decore pulcritatis · quam
habuit in corpore et in mente unde ipsa aut
Corruptiones mentes et corporis mihi
sunt Ps. Astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato · quo ad pulcritu-
dine corporis · circumdata varietate · quo
ad pulcritudine mentis Quinto propter
fortitudine que apparuit in tormentis
Prov. ultimo Mulierem fortem quis in-
veniet Ibidem Manum suam misit ad for-
tia Thobie vij° Forti animo esto
filia · dominus celi det tibi gaudium
in celestibus premijs · pro tedio quod per-
pessa es · in terrenis supplicijs · Tercio
fuit speciosa · cum dicitur Species facie
scilicet mulieris Que autem facies sit spe-
ciosa · sive pulcra Ita dicit Aug.
libro de trinitate Bona facies est
dimensa pariliter affecta decolorata · et co-
lorata lucentem facies quoque animi
tunc est pulcra · quando est pariliter dimensa
sive taliter proportionata · hec autem propor-
tionem equalem faciunt fides · spes · cari-
tas · et bona operatio Apoc. xxj° Civi-
tas in quadro posita est Ubi sic dicit
Glo. Quatuor latera · i. fides · spes caritas

et operatio· que sunt equalia Et quia quantum
quis credit· tantum sperat· quantum
sperat tantum diligit· quantum operatur
Nunc quadro cuius porta est· quia ro-
busta fide· longanimi spe· ampla
caritate· efficaci ope Ista quatuor latera
habuit beata lucia Habuit enim fidem·
qua matrem sanavit Spem· qua de au-
xilio beate Agathe confidit Caritatem
qua propter xpi amorem in morte se tra-
didit Operationem· qua bona sua pau-
peribus tribuit Vel ista parilis dimen-
sio attenditur in quatuor virtutibus car-
dinalibus· de quarum parilitate sic dicit
Gregorius super ezechielem Unusquisque tantum
prudens est· quantum temperatus fortis et
iustus· tantum temperatus· quantum prudens
fortis et iustus· tantum fortis· quantum pru-
dens temperatus et iustus· tantum iustus
quantum prudens fortis et temperatus· Octo
facies anime est pulcra quando est hilari-
ter affecta· 2 Cor ix° hylarem dato-
rem diligit deus Hac hylaritate
habuit Beata lucia· quia gaudebat
de conservata virginitate· Unde dixit ei
Agatha Jocundum deo in tua virgini-
tate habitaculum parasti Mt xiii° Simile
est regnum celorum thesauro abscondito
in agro· quem qui invenit homo abscondit·
et pre gaudio illius etc De conscientie
puritate 2 Cor i° Gloria nostra hec
est testimonium conscientie nostre· Prov xv°
Secura mens· quasi iuge convivium De
penarum pro xpo acerbitate Iuxta id
Act v· Ibant gaudentes a conspectu con-
cilii· quoniam digni sunt habiti pro
nomine ihesu contumelias pati· De glorie
expectatione Ro· v· Gloriamur in spe glorie
filiorum dei Ibidem xii° Spe gaude-
tes in tribulatione patientes Octauo
facies est pulcra· quando est luculenter
colorata candore scilicet et rubore Sic facies
anime est pulcra· quando habet candorem
puritatis et ruborem caritatis Cant v·
Dilectus meus candidus et rubicundus
Istum duplicem colorem habuit beata lu-
cia· Fuit enim candida per virginitatem
rubicunda per passionem Cant iiii° Gene
tue sicut fragmen mali punici Ma-
lipunicum secundum glossam exterius in genis
habet ruborem Hanc faciem sic pulcram
non habent male mulieres· que sibi eam
depingunt Contra quas sic dicit Jeronimus

ad Marcellam Ille nos oculos
scandalisant· que purpurissimo et quibusdam
fucis ora et oculos depingunt· quarum
facies gypsee nimio candore defor-
mes ydola mentiuntur quibus si forte
improvidens lacrimarum stilla erupit
sulco defluit quas nec numerus annorum
potest docere· quod vetule sunt· que ca-
pillis alienis verticem struunt Sexto
fuit virtuosa· cum dicitur Super etatem
stabilem Etate enim fuit fortitudinis
et virtutis Cum licet haberet etatem iuve-
nilem· tamen tam fortiter dimicavit· ut
haberet etatem virilem Etas stabilis
non est etas iuvenilis· quia nondum
ad perfectionem venit· sed crescendo ad
eam tendit Nec etas senilis· quia in-
cipit deficere et cultus Nec senium quia
incipit declinare et deficere manifeste·
Virilis autem etas stabilis est· quia
in quodam statu stat quia operis incrementum
perfectionem attingit Etatem ergo stabilem
intelligere possumus etatem mentis
que dicitur per perfectionem virtutis Ista
stabilitatem mentis habuit beata lucia·
que a fidei firmitate moveri non po-
tuit Nec precibus monitis Mt x· Qui
amat patrem vel matrem plus quam me
non est me dignus Jeronimus Non
agnosco matrem meo domino disple-
centem Nec sponsi blandiciis Hester i°
Parvipendunt imperia maritorum Nec
iurgantis obprobriis quando scilicet dixit ei
iudex patrimonium tuum cum corruptoribus
expendisti· Ps Obprobrium insipienti
dedisti me Nec illatis minis· quando
scilicet dixit Ego faciam te duci ad lu-
panar etc Nec adhibitis suppliciis
2° Mach vi° voluntate preibat ad
supplicium Nec appositis molestiis
quia trahi non potuit Nec violentiis
ignium Nec virtute boum Ideo columpna
immobilis est vocata De sancto Thoma

## Apostolo sermo 1

Ut sapiens
architectus funda-
mentum meum posui·
Prima Cor iii° Perfecta domus est
quando est firma et pulcra· Si enim
pulcra esset· sed debilis· vel firma·
sed turpis perfecta non esset Beatus
autem Thomas apostolus ad regem yndie
missus ut ei palatium edificaret Ista

Duos seruauit · ut scilicet domum faceret firmam z pulcram vnde ipse ait / Colloco fundamenta · que numquam commouent · edificia in quibus exterius habeant decorem · intus tamen totam habent pulcritudinem / Ista autem duo in verbis premissis inquantum de beato Thoma intelliguntur per ordinem / Primo namque fecit domum firmam / Cum dicitur fundamentum posui / Secundo pulcram cum dicitur vt sapiens architectus / Sapientis enim est opera pulcra facere / Circa primum Notandum quod domus efficitur firma ab inferiori per stabile fundamentum · z a superiori per columpnarum fulcimentum / Sic z domus spiritualis scilicet ipsa anima que est domus dei efficitur firma quando fundata est super fidem · spem z caritatem / fides enim est fundamentum instar petre · spes instar anchore · caritas instar radicis firmissime / De fundamento fidei instar petre · dicitur Mt xvi° Super hanc petram edificabo ecclesiam meam / i Cor iii° Fundamentum aliud nemo potest ponere · preter id quod positum est · quod est xpus ihesus / De fundamento spei instar anchore dicitur Hebr vi° Confugimus ad tenendam propositam spem · quam sicut anchoram habemus anime tutam ac firmam z incedentem vsque ad interiora velaminis / Ex quibus verbis constat quod spes instar anchore tenet animam tutam / Nec procellis tribulationum inuoluatur / z flua Nec ventus temptationum quatiatur / sed tandem ad portum interioris securitatis z eterne tranquillitatis ingrediatur Crisostomus in libro de reparatione lapsi · Spes est salutis nostre anchora · vite nostre fundamentum · dux itineris · quo itur ad celum / De fundamento caritatis instar radicis dicitur Eph iii° In caritate radicati z fundati / z quia caritas est nobis sic necessaria utpote anime nostre radix z fundamentum / Ideo Apostolus per ipsa habenda precipit · orat z concupiscit / Vnde ait Augustinus in libro de correctione z gratia ad Valencium monachum / Precipit apostolus vt habeat caritas / concupiscit quia non habet caritas · orat vt habundet caritas · Deinde subdit · O homo in preceptione recognosce · quid debeas habere / in correctione cognosce te tuo vicio non habere / In oratione cognosce · vt accipias quod vis habere / Domus autem quando est bene fundata · non timet violenciam fluminum / Nec impetum ventorum / Nec inundacionem aquarum pluuiarum / Mt vii° Omnis qui audit verba z facit ea · assimilabitur viro sapienti · qui edificauit domum suam super petram · z descendit pluuia · z venerunt flumina z flauerunt venti · et irruerunt in domum illam · z non cecidit / fundata enim erat supra firmam petram / Per pluuiam que de celo descendit · intelligitur aduersitas · quam deus venire permittit / Per flumina que per terram fluunt · intelligitur aduersitas · quam tyranni terreni infligunt / Per ventos · qui ab aere veniunt · intelliguntur temptaciones · quas demones in aere existentes immittunt · Sed qui est fundatus supra petram fidei · non timet ventum temptationis dyabolice / quia omnes temptationes superat per fidei constanciam / Eph vi° In omnibus sumentes scutum fidei · in quo omnia possitis tela nequissimi ignea extinguere / Qui sic est fundatus super anchoram spei non timet flumen aduersitatis mundane quia eam vincit paciencia / Ro xii° Spe gaudentes in tribulatione pacientes / Qui sic fundatus est super radicem caritatis / Non timet pluuiam correctionis diuine · quia scit talia procedere a diuino amore / Apoc iii° Ego quos amo arguo · z castigo / Taliter fundatus fuit beatus Thomas apostolus / Ipse enim passus est temptacionem a dyabolo suggerente / z hec fuit ventum / z hoc tempore dominice passionis · quando ipse z ceteri apostoli a fide ꝯ corruerunt / hanc temptacionem dominus Symoni in persona ceterorum predixit / Luc xxii° Symon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum etc / Secundo passus est dubitacionem deo permittente / z hec fuit pluuia / hanc autem passus est quando ceteris discipulis credentibus · ipse solus dominice resurrectioni credere recusauit / Tercio passus est afflictionem a tyrannis seuientem / z hec fuit flumen / hanc passus est · quando super laminas ignitas ambulauit · z in fornacem ardentem proiectus fuit / Sed quia forte erat fundatus · obrui non potuit neque a vento dyabolice temptacionis · quia constanter contra temptacionem in fide sustinuit · tamen postmodum firma

fidem recepit Nec a pluuia diuine
animadversionis quia licet aquis du
bitauit tamen plenius confirmatus fuit.
Nec a flumine tyrannice persecucionis.
quia licet multa passus fuit tamen
de suis persecutoribus triumphauit.
Secundo domus efficitur firma a su
periori per columpnarum fulcimentum. Circa
quod notandum est. domus ista quatuor
habet angulos qui sunt quatuor af
fecciones scilicet timor spes dolor et
gaudium Isti autem quatuor anguli a
liquando a vento temptacionis concutiuntur
ita ut domus corruat Job primo Ventus
vehemens irruit a regione deserti et
concussit quatuor angulos domus etc. Isti
quatuor anguli debent firmari quatuor
columpnis id est quatuor virtutibus cardina
libus Iusticia scilicet et prudencia fortitudine
et temperancia Est ergo primus angulus
timor de agenda penitencia Ps. Illic tre
pidauerunt timore etc. Sed dicitur Job 6
Qui timet pruinam id est penam peniten
cie irruet super eum nix id est pena ve
hemens Iste autem angulus est firmandus
columpna iusticie. cuius est de peccatis
offensis satisfacere Eccli xviij° An
iudicium scilicet extreme vindicte para
iusticiam scilicet penitencie. Prov. xviij
Iustus prior accusator est sui 29
angulus est spes de largiori vita.
Ysa. xxviij° Posuimus mendacium spem
nostram Ille enim mendacium spem suam
ponit qui longam vitam sibi promittit.
sed breuem accipit Sicut ille diues.
qui dixit Luc. xij° Anima mea habes
multa bona posita in annos plurimos etc.
Cui dictum est Stulte hac nocte re
petent animam tuam a te Iste angulus
firmandus est columpna prudencie cuius
est circa nouissima prouidere Prov.
xxiiij° Prudencia roborabitur domus
eius Deut° xxxij° Utinam saperent
et intelligerent ac nouissima proui
derent Tercius angulus est dolor de
aduersitate mundana. Eccli. quanto di
micie confirmatur in malum domini sui per
emit eum in afflictione pessima 2 Cor.
vij° Seculi tristicia mortem operatur
Iste angulus firmandus est columpna for
titudinis. cuius est aduersa fortiter tol
lerare Prov. xx. Domus iusti plurima
fortitudo Ideo de iustis qui tot adver

sa passi sunt dicitur Heb. xi. Fortes fa
cti sunt in bello. Quartus angulus
est gaudium de prosperitate terrena vn
de dicit Salomon in persona mundanorum Eccl.
3° Cognoui quod non esset melius. nisi
letari et facere bene in vita sua. Gau
dium enim talium est. sicut gaudium fre
neticorum. qui insani sunt et tamen
rident. anima vero plorant Sap. 14°
Dum enim diu letantur insaniunt etc. et tunc
anima id est angeli plorant Ysa. xxxiij° An
geli pacis amare flebunt Iste angulus
firmandus est columpna temperancie
cuius est in prosperis modestiam et
temperanciam exhibere Istam columpnam
temperancie ponendam docet Apostolus prima
Cor. vij° Qui habent uxores sint tamquam
non habentes. et qui flent tamquam non
flentes. et qui gaudent. tamquam non gau
dentes Istas quatuor columpnas po
nendas esse docuit beatus Thomas Ita
enim duodecimum gradum virtutum pro
dicauit monachis cella mouit. vt pluuiam
lugerent. quod spectat ad iusticiam. vt
dei voluntatem inquirerent. quod spectat
ad prouidenciam. vt in bonis operibus
perseuerarent. quod spectat ad fortitudinem
vt gule viciis temperarent. quod spectat
ad temperanciam. Secundo beatus Thomas
fecit domum pulcram Quod notatur cum dicitur
Ut sapiens architectus Nunc autem
requiruntur ad pulcritudinem domus.
dicit Augustinus in libro de Trinitate Bona
domus est paribus membris disposita
ampla et lucida. Membra domus spiritualis
scilicet anime. sunt eius cogitacio. intencio
affectio. locucio. operatio. que quidem
membra tunc sunt bene disposita. quando
cogitacio est sancta. intencio recta
affectio pura. locucio moderata. et
operatio sollicita. Vel ista membra sunt
quatuor virtutes cardinales. que tunc
sunt bene disposite. quando prudencia
animam ornat a parte anteriori. vt ca
ueat de futuris Iusticia a posteriori
ut satisfaciat de preteritis temperancia
a dextris ne eleuemur in prosperis for
titudo a sinistris. ne turbabamur in
aduersis. Secundo domus est pulcra quando
est bene ampla. Domus anime mee
ampla esse debet. quia habet recipere in
finitum. 3° Reg. viij° Si enim celum et
celi celorum te capere non possunt quanto magis
domus hec. quia edificaui Ierem. 23°
Celum et terram ego impleo. Et tu

licet ita sit magnus implet cor nostrum
si ipsum diligimus ps Dilata os tuum
et implebo illud. De eius magni
tudine iterum dicit Job xi° Excelsior
celo est et quid facies profundior in
ferno Et unde cognosces. longior terra
mensura eius et latior mari Debet ergo
domus anime esse valde ampla que
habet recipere tam altum. et tam profundum
tam longum et tam latum Debet etiam
esse ampla quia habet recipere cari
tatis preceptum quod valde latum est
et magnum ps Latum mandatum tuum ni
mis Ephe iii° In caritate radicati
et fundati. ut possitis comprehendere cum
omnibus sanctis que sit longitudo et
latitudo et sublimitas et profundum
Caritas quippe est lata quia usque ad
inimicos debet extendi Est longa
quia nunquam debet finiri. Est alta quia usque
ad deum debet dirigi Est et profunda
quia eius dignitas et excellencia
a nullo potest comprehendi Debet esse
esse ampla quia habet recipere status
omnium et merita singulorum habet enim
recipere afflictos ad compaciendum ii Cor
xi° Quis infirmatur et ego non infir
mor Quis scandalisatur et ego non
uror Consolatos ad gaudendum Phi
primo Testis mihi deus quomodo cupie
bam vos omnes in visceribus ihesu
xpi Singulorum merita ad participandum
ps Participem me fac deus omnium time
tium te etc Tercio domus est pulcra
quando est lucida Debet quidem domus
dei lucem habere divine sapientie qua illu
minet ad fidem ps Emitte lucem tuam
et veritatem tuam etc Sapie vii° Propo
sui pro luce habere illam venerunt michi
omnia bona pariter cum illa Lucem divi
ne gratie qua inflammet ad dilectionem
Luc xii° Sint lumbi vestri precincti
et lucerne ardentes in manibus vestris
Lucem divine vite qua dirigat ad
bonam operationem Eccli xxxvi° Ostende nobis
lucem miserationum tuarum De his
tribus dicitur Sap iiii° Gratia dei et
miseratio est in sanctos eius et respectus
sapiencie in electos illius. Sermo 2us

edit abyssus vocem suam altitudo
manus suas levavit Abacuk iii°
Per abyssum intelligitur Thomas Apostolus

Non tamen ratione interpretationis sed etiam
ratione obscuritatis. quia dicitur. quando
tenebris cordis inuunt. Gen primo
Tenebre erant super faciem abyssi Et
ratione afflictionis fluctuatio dicitur
enim abyssus ab a quod est sine et basis
quod est fundamentum Sic et ipse qui basim
fidei perdidit in multa fluctuatione
remansit Altitudo dicitur xpus propter
magnitudinem sapientie Roman xi° O
altitudo divitiarum sapientie et sciencie dei etc
In verbis igitur premissis duo notantur
Primum est incredulitas discipuli cum
dicitur Dedit abyssus etc 2m pietas ma
gistri cum dicitur Altitudo manus suas
levavit Abyssus igitur id est Thomas vocem
dedit Et altitudo id est xpus manus suas
levavit Dedit autem Thomas quadru
plicem vocem Primo vocem multe fidu
cie et familiaritatis cum dixit Johis
xiiii° Domine nescimus quo vadis et
quo possumus viam scire hoc enim sic
dicit Crisostomus ex multa dilectione dixit
Volebat enim scire quo xpus ibat quia
post ipsum ambulare cupiebat Dicit
autem Augustinus in libro de sermone domini
in monte quod ad ambulandum tria sunt ne
cessaria Primum est ut sanos pedes
habeat 2m est ut viam inveniat sciat
Tercium est ut locum ad quem vadit non
clausum sed apertum inveniat Eius
igitur Thomas volens post xpm am
bulare duo ultima petiit viam et terminum
vie cum dixit Domine nescimus quo vadis
Et id est Doce me viam per quam vadis et
terminum vie ad quem vadis Primum autem
scilicet sanos pedes habere petere noluit quia
hoc se habere credebat ut dicit Beda
super id Johis xi° Eamus et nos et
moriamur cum eo. Sic loquebatur
Thomas quasi facere posset qui alios
hortabatur inmemor sue fragilitatis
Sic et Petrus se sanos pedes habere
credebat cum dixit Johis xiii° Quare
non possum modo sequi et tamen dominus
quod infirmos pedes haberet ostendit dicens
Quo ego vado non potes me modo
sequi sequeris autem postea Si ergo post
xpm ambulare desideramus ista tria
supradicta nos habere oportet scilicet ut sa
nos pedes habeamus videlicet intellectum per
fidem et affectum per caritatem Heb xii
Gressus rectos facite pedibus vestris

vt no claudicat etc. Isaie xxxv. Genua debilia roborate. Oportet etiam vt viam inueniamus. Via autem que ducat ad xpm sunt opera bona. ps. Viam mandatorum tuorum cucurri etc. Job xxvii. Tenebit iustus viam suam. Numeri xx. Gradiemur via publica nec ad dexteram nec ad sinistram declinantes. Ille enim in suis operibus nec ad sinistram nec ad dexteram declinat qui nec aduersitatibus frangitur nec prosperitatibus extollitur. Oportet etiam vt viam inueniamus et ianuas per quas ad quem ingressum aptius reperiamus. xpus enim habet ianuas exteriores in carne scilicet eius vulnera et in deitate scilicet ipsius mansionem. Demum ergo intrare ianuas vulnerum per cotidianam meditationem. Cant. secundo. Surge propera amica mea et veni in foraminibus petre et in cauerna macerie. In ianuam autem per desiderium et affectionem. Iste ianue iam apte sunt ps. Ianuas celi aperuit. Et ideo omnes intrare possunt ianuas vulnerum per meditationem et ianuas maiorum per indulgentiae acquisitionem. In futuro autem ianua vtrique malis claudetur. Mt. xxv. Clausa est ianua. Secunda est vox constantie et probitatis. Cum dixit Johannis xi. Eamus et nos et moriamur cum eo. vbi dicit Beda. In hoc magna videtur eius constancia. Et signanter dixit Eamus. Sancti enim viri aliquando sponte currunt ad mortem maxime qui grex ipsorum querit vel fides periclitatur vnde quidam reprehendunt. Ezechiel xiii. Non ascendistis ex aduerso nec opposuistis vos murum pro domo israel. Aliquando vero non currunt sed patienter et constanter sustinent mortem. i. Machab. ii. Moriamur omnes in simplicitate nostra et testes erunt super nos celum et terra quod iniuste perderis nos. Aliquando autem fugiunt mortem. Mt. x. Cum persequentur vos in vna ciuitate fugite in aliam. Et istud contingit quando pastor solus queritur qui tamen gregi vtilius reseruatur. xpus autem non fugiebat mortem nec expectabat mortem sed sponte ibat ad mortem. ysa. liii. Oblatus est quia ipse voluit. Ideo Thomas non dixit Fugiamus cum eo sed eamus cum eo.

Signanter etiam dixit Et nos et non eatis vos. Multi enim sunt qui associant se amicis euntibus ad prospera non pergentibus ad aduersa. Vnde legitur quod quidam cesar numquam dicebat militibus suis Ite illuc sed venite. Dicebat enim quod paritur cum duce labor videtur militibus minor. Sicut ergo Thomas xpo pergenti ad mortem se associauit dicens Eamus et nos et moriamur cum eo. Signanter etiam dixit Cum eo. Non ante eum quia ante ipsum mori nullius vtilitatis fuisset ad vitam quia ianua celi nondum erat aperta. Vnde et Johanni baptiste nichil profuit mori ante ipsum quantum ad intrandum in regnum quia descendit in limbum. Nec dixit Moriamur post eum quia viuere post ipsum non reputabat vitam sed mortem. Cum enim ipse esset sua vita moriente vita reputabat se remanere in morte amara. Et ideo nolebat viuere post ipsum nec quod diu viueret semper in morte maneret sed dixit Moriamur cum eo. Credebat enim illos beatos esse qui cum eo morerentur sicut patet in latrone. Tercia fuit vox incredulitatis cum dixit Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum etc. Ecce quantum mali Thomas incurrerat quia ab illorum congregatione recessit. Ex hoc enim et Christi visionem perdidit et incredulitatem incurrit. Spiritus autem congregationi spiritus sanctus infunditur sicut patet in apostolis qui cum spiritum sanctum receperunt erant omnes pariter in eodem loco. Vt dicitur Act. ii. Vnde propheta commendans congregationem dicit Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in vnum. Deinde subdit vtilitatem quia scilicet vnctio sancta a xpo capite in membra funditur. Cum dicit Sicut vnguentum in capite etc. Benedictio celestis acquiritur. Hoc figuratum est Gen. xli. Vbi filii israel congregati patris benedictionem perceperunt. Ideo Esau benedictionem patris perdidit quia a domo recessit et solitarius fuit. Dei presencia obtinetur. Mt. xviii. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi sum in medio eorum. Ideo apostoli qui erant in simul congregati presenciam dei habere meruerunt. Auxilio sanctorum talis fu

cat Ecce iiij° Melius est duos
simul esse . quam unum . habent enim emolu-
mentum societatis etc. Econverso autem
ex separatione a congregatione . multa ma-
la hominum eveniunt . Primum quod a consorcio
non vivificatur . Galfriedo epe Car-
notensi Ponere spiritus vite sequitur atten-
torum unanimitate divisum magistrum quia
anima humana membro corporis unifi-
catur . quod a ceteris fit passum . Secundum quia
a dyabolo citius superatur Columba enim
separata ab agmine ab accipitre accipi-
tur . Ovis separata a grege cito a lupo de-
voratur . Non sic qui sub manu pastoris
vel prelati regitur qui lateratum curam vel
doctrina predicatorum custoditur qui congregationi
vel sacrorum virorum consortio associatur . De
tali enim dicitur Cant. vi° Terribilis ut ca-
strorum acies ordinata . Dyabolus autem
desiderat tamen singulare certamen . Unde sig-
natum est Reg. xvij° in golia Lonigi [?]
in quadam epistola De agmine columbarum
crebro accipit unam separatam . cuius carnibus
et cruore saciatur . Morbide oves cum relin-
quunt gregem . luporum faucibus devorantur .
Tercium est quia citius a gracia dei re-
to temptacionum extinguitur . Una candela
cito a vento extinguitur . Non sic multe
quiete Sancti enim viri sunt luminaria
que simul iuncta valde lucent Phil. 2°
Inter quos lucetis velut luminaria
in mundo . Quartum quia citius adver-
sitatibus frangitur . Una namque virga cito
frangitur vel flectitur . Non sic multe col-
ligate . Sic unus solus cito ab impa-
ciencia superatur . cum vero multi fuerint
aliorum iuvamine sublevatur Eccle. iiij° Ve
soli . quia cum ceciderit non habebit sub-
levantem . Gal. vj° Alter alterius onera
portate . Quarta fuit vox magne
fidelitatis . cum dixit Dominus meus
et deus meus . ubi confitetur eum esse
verum deum . cum dicit Deus meus .
Et verum hominem . cum dicit Et dominus
meus . Notandum autem quod thomas
ex christi visione concepit magnum ti-
morem hominem et amorem . Timorem ex
eo quod videbat vivum . quem credebat
mortuum . et quem paulo ante negaverat
vivum Iob xlij° Auditu auris audivi
te vel ab aliis discipulis audivi te re-
surrexisse . et non credebam . licet nunc
oculus meus videt te . Ex tali ergo

visione insperata valde contremuit . et
ipsum timorem suum voce aperuit . Cum
dixit dominus . qui iuste est timendus
Dominus enim Ambrosius . est nomen potestatis
Et ideo est nomen timoris Malach. primo
Si dominus ego sum . ubi est timor meus
Secundo concepit reverenciam et honorem
ex eo quod videbat ipsum cognoscere tam
absencia sicut presencia . tam occulta ut ma-
nifesta . Basiliedo Carnotensi episcopus Et-
te deprehensus es . o apostole . cuncta tibi
replicatur a domino . que pridie locutus
fueras velut de absente Ps. Incerta et
occulta sapiencie tue manifestasti michi
Ex tali ergo occultorum manifestatione
ipsum adorandum et honorandum esse cognovit
et ipsam suam reverenciam et adoracionem
verbo expressit Cum dixit Et deus .
qui scilicet solus es adorandus Matth. iiij°
Dominum deum tuum adorabis etc. Tercio
concepit amorem . ex eo quod propter se
solum revocandum venit et vulnera
ostendit Crisostomus Cum viderit dubitantem
discipulum excogita doctoris
clemenciam . qualiter et pro una ani-
ma seipsum vulneratum habentem vel vulnerum
cicatrices ostendit . et accedit ut sal-
vet unum . et aliis consideret existere
Ex tali ergo visitatione ipsum diligendum
esse cognovit . et ipsum suum amorem
verbo expressit dicens . Meus . et deus
licet sit omnium generaliter parator . et
salvatorum specialiter per redempcionem . in storem
magis specialiter per sanctificationem . es
tamen meus specialissime et singulariter
per visitationem Secundo nota pietas
magna . cum dicitur altitudo manus sue
levavit Dicit autem discipulus quadru-
plicem vocem dedit . sic christus quadru-
pliciter manus levavit Ita ad vocem
familiaritatis levavit manum sapiencie .
ad vocem probitatis levavit manum
potencie Ad vocem mansuetudinis levavit
manum misericordie Ad vocem fidelitatis
levavit magnum finalem sine [?] Ad vocem
ergo familiaritatis levavit manum sapiencie .
Nam postquam Thomas ex magna familiaritate
sibi dixit Domine nescimus quo vadis
mox propius manum sapiencie elevans .
magnum profundum sapiencie sue manifestat
cum dixit Ego sum via veritas et vi-
ta Ubi notandum quod via erat ignota eundi
ad celum Ps. Viam civitatis habitaculi

no invenerunt Erat tenebrosa Prov. iiii° via impiorum tenebrosa Erat laboriosa adeo ut ambulantes in via deficerent ayr (?) viiii° Ecce dimisistis eos ieiunos in domum suam. deficient in via. Ideo xpus factus est nobis via ducens ad operationem Sapie x° Iustum deduxit dominus per vias rectas Eccli. xviii° Penitentibus dedit viam iustitie Vitas lucens per fidem Iohis xii° Ambulate dum lucem habetis etc. Vita perficiens per felicem consumationem Olim enim omnes deficiebant quia vitam invenire non poterant Nunc autem inveniunt et hic vitam gratie et in futuro vitam glorie Ro. 6 Gratia dei vita eterna ps Gratiam et gloriam dabit dominus Secundo ad vocem probitatis levavit manum potentie qua tunc Lazarum suscitavit Magna potentia suscitare mortuum Maior suscitare quadriduanum. Maxima suscitare fetidum Est autem mortuus qui mortaliter peccat Tomam quinto per peccatum moriuntur in orbe terrarum et hunc suscitare est magna potentia Est quadriduanus qui peccatum iterat Prov. xxvi° Sicut canis qui revertitur ad vomitum suum. sic imprudens qui iterat stultitiam suam et hunc suscitare est maior potentia Est fetidus qui perseverat Iohelis primo. Computruerunt iumenta in stercore suo et hunc suscitare est maxima potentia.

Tertio ad vocem incredulitatis levavit manum suam cum dixit Infer digitum tuum huc Magna dignatio quod propter solum eum venit. et in fide tam solide confirmavit. ostendens se vivum per auditum quando vocem suam audivit. que ibi notatur Per visum dicens Vide manus meas Per tactum ibi Affer manum tuam et mitte in latus meum Testimonium autem de auditu est forte quia scilicet est a persona fidedigna De visu est fortius. De tactu fortissimum Per hunc triplicem sensum se vivere ostendit ut omnis dubietas tolleretur j Iohis i° Quod audivimus oculis nostris et manus nostre contrectaverunt etc. Rabanus ostendit hic alias et per alios duos sensus. scilicet per gustum. Luce ult. Cum manducasset coram eis etc. Et per odoratum Ioh. xx°

Insufflavit etc. Flatus enim eius non nisi cum multo odore recipi potuit Richardus de sancto Victore et ipse Thomas odorem sensit. cum mox ad eum curavit Cant. pr. Currimus in odorem unguentorum tuorum Dulcedinem gustavit. cum mox exclamat dominus meus et deus meus Hamfridus Carnotensis Epus Quid mirum si mira devotione mox exclamavit dominus meus et deus meus Non enim erat iam quod de divinitate illius. quod de veritate resurrectionis aliquatenus hesitaret quem non arcuerunt claustra Nec latere secreta Quarto ad vocem fidelitatis levavit manum finalis fine Cum ait Quia vidisti me et credidisti Beati qui non viderunt et crediderunt Ubi notandum quod non quelibet fides facit beatum. sed fides recta quod est contra fidem hereticorum Tunc autem fides est recta quando est secundum sacram scripturam. que est ex dei revelatione inspirata Mt. xvi° Beatus es Symon Bariona quia caro et sanguis non revelabit tibi Secundo quod est perfecta quod est contra fidem malorum christianorum qui habent fidem. sed non perficiunt operibus Contra quod dicitur Luc. 2° Beata que credidisti. quia perficientur etc. In malis autem christianis non est fides perfecta. sed mortua. Iac. ii° Fides sine operibus mortua est Tertio quia pure veritati est innixa ita ut non requirat miracula vel alia experimenta. quod est contra fidem curiosorum qui instar iudeorum signa petunt contra quod dicitur hic Beati qui non viderunt et crediderunt Quarto quando est fortis et firma. ut nichil contrarium ei prevaleat quod est contra fidem instabilium. Luce viii° Ad tempus credunt. et in tempore temptationis recedunt Contra quod dicitur Mt. xi° Beatus qui non fuerit scandalizatus in me i. pedem intellectus non offenderit ad infirmitatem humanitatis vel passionis mee. non credens me deum quia videt me hominem passum.

Ego sum via Sermo tertius veritas et vita Iohis xiiii° Ista visione fecit dominus ad interrogationem beati Thome. qui dixerat Domine nescimus quo vadis. et quo possumus viam scire. Tunc xpus ei respondit Ego sum

via &c. Ex quibus verbis ostenditur
quod ad patriam vel patrem celestem itur
per viam fidei. per veritatem operationis.
et per vitam dilectionis. Per hec tria iuit
beatus Thomas ad deum. Primo per viam
fidei. ysaie xxx^o. Hec via ambulate in
ea. neque ad dexteram neque ad sinistram
declinantes. Fides enim non declinat ad
vanitatem philosophorum nec ad stultitias he-
reticorum. Huius autem fides habuit triplicem sta-
tum. Primo namque fuit in statu dubita-
tionis. cum dixit Nisi videro in mani-
bus eius fixuram clavorum &c. Et in
Dydimus vocatur propter dubium cor in
fide resurrectionis. Nec hoc casu accidit. sed
divina dispensatione factum fuit. Per-
misit quidem dominus non solum Thomam
sed et Petrum. ceteros discipulos cadere
multiplici ruina. Prima est infirmorum
consolatio. ut scilicet si aliqui temptati fue-
rint in fide. ex hoc consolationem recipi-
ant et auxilium petant. Sicut Pater
ille Marci ix^o. Credo domine adiuva in-
credulitatem meam. Item Mathei xiiii.
Domine salvum me fac. Et ait ihesus
Modice fidei Quare dubitasti. Secunda est
factarum congregationum excusatio. Certe
tempus unam puram congregationem habuit
in qua tamen aliqui ceciderunt et sur-
rexerunt ut Thomas et alii discipuli tempore
passionis. Aliqui ceciderunt et numquam sur-
rexerunt ut Judas. Aliqui numquam cecide-
runt. Et ideo non surrexerunt. ut virgo
beata. Nullus igitur debet detrahere vel
scandalum recipere. si videt ex aliqua con-
gregatione aliquos cadere. quia quidam re-
surgunt. aut saltem plures sunt qui
remanent et non cadunt. Tercia est electorum
maior emulatio. Ipsi enim qui resur-
gunt. fervenciores. cauciores et aliis
magis compacientes existunt. Ro. viii^o. Di-
ligentibus deum omnia cooperantur in bo-
num. Sicut canis dum irritatur aurium
vellicatione. fit bellicosior. sic fides tem-
ptationibus fit virtuosior. Ambrosius. Sancti
dei si aliquando cadunt. acriores resur-
gunt. Quarta est de se presumencium
humiliatio. i Cor. x. Qui se existimat
stare. videat ne cadat. Augustinus in libro
de civitate dei. Audeo dicere. superbis
est utile cadere in aliquod manifestum pec-
catum. unde eis displiceat. qui iam sibi pla-
cendo ceciderunt. Salubrius enim Petrus
sibi displicuit. quando flevit. quam placuit
quando presumpsit. Quinta est penitentium
confortatio. Valde enim de venia sperare
debent qui tales videt cecidisse. et resur-
rexisse. Bernhardus super Cantica. Dominus Ihesus
mansuetudinem quibus in te predicant cur-
rimus post te bone ihesu. audientes quod
non spernas pauperem. Non horreas pec-
catorem. Non horruisti confitentem la-
tronem. Non lacrimantem peccatricem
Non Chananeam supplicantem. Non de-
prehensam in adulterio. non sedentem
in theloneo. Non supplicantem publi-
canum. non negantem discipulum. Non
persecutorem discipulorum. Non ipsos cruci-
fixores tuos. Sexta est nostra in fi-
de confirmatio. Gregorius. Non hoc casu
sed divina dispensatione actum est. Egit
namque miro modo superna clemencia. ut
dum discipulus dubitans in magistro vulnera
palparet carnis. in nobis vulnera
sanaret infidelitatis. Secundo eius
fides fuit in statu confirmationis. cum dixit
Dominus meus et deus meus. Et inde dicitur
Thomas id est abyssus. Unde Beda. Abyssus
Thomas dici potuit. qui altitudine divine
virtutis resurrectionis celebrata. fide certa
penetravit. Quod autem postmodum fidem firmam
habuerit. patet ex eo quod omnia terrena
contempsit. cui sibi regis et plurima dona
offerentur. tradit Nichil in via hic desi-
derant hii. qui cupiunt habere in celestibus
potestatem. Augustinus. Qui veram fidem habent
de deo non cupiunt in hiis miseriis di-
vites fieri. Hebr. xi^o. Fide moyses grandis
effectus negavit se esse filium filie Phar-
aonis. Patet ex eo. quod constanter tor-
menta sustinuit. Hebr. xi^o. Sancti per
fidem vicerunt regna &c. Et infra. Tem-
ptati sunt &c. prima Joh. v^o. Hec est
victoria que vincit mundum et adversi-
tates mundi fides nostra. Mathei xvii^o. Si
habueritis fidem sicut granum synapis &c.
Granum synapis quanto plus atteritur
tanto virtuosius invenitur. Sic et fides tri-
bulationibus trita. invenitur amplius virtuosa.
Patet ex eo quod ecclesia eius fidem imitari
petit. dicens in oratione. fidem congrua
devotione fatemur. Ecclesia autem a spiritu sancto
docta in suis peticionibus errare non potest.
Tercio eius fides fuit in statu consumma-
tionis in quo modo est. Et in dicto Thomas.

quasi totus mens in deo sz actiue et con-
templatiue In primo ergo statu fuit
fide dubius In secundo in fide firmus.
In tertio eorum qui in fide temptantur
adiutor potissimus Ideo nos tempta-
tos iuuare potest. nouit et vult. potest quia
habet plenissimum posse. ex eo quod in po-
tentias domini introiuit. Post in uni-
versali vindicta potens erit. plures eius.
Demum christi sunt apostoli. tamen x. nisi
dominus reliquisset nobis semen etc.
Nouit quia habet plenissimum nosse ex eo
quod in speculo diuino intuetur omnia et cognoscit
Ideo nostras infirmitates ubi videt et no-
uit vult quia habet plenissimum velle. Nam
ex eo quod in fide temptatus fuit. debet
velle aliis misereri Eccli. xxxiiii°. Qui
non est temptatus quid scit. qui non
est expertus pauca recognoscit Ideo
iuit ad deum per veritatem operationis unde
postquam christus dixit Ego sum via. sub-
iunxit et veritas. Circa quod notandum quod
sunt quedam opera iniquitatis. que trahunt
animam ad infernum Gal. v°. Mani-
festa autem opera carnis que sunt fornicatio etc.
Quedam vanitatis que ducunt ad purga-
torium De hiis duobus ysa. lix°. opera
eorum opera inutilium et opus iniquitatis in
manibus eorum Quedam veritatis. que ducunt
animam ad celum. Prima Iohannis iii°. Non
diligamus lingua. sed opere et veritate.
Et ista sunt tria scilicet opera vie. opera
veritatis et vite. opera admirationis et glorie.
Prima hominem factum faciunt et osten-
dunt. Secunda faciunt sed non ostendunt. Ter-
tia ostendunt et non faciunt Opera vie
sunt de quibus Gal. vi°. Dum tempus
habemus operemur bonum ad omnes
Ista opera vie habuit beatus Thomas.
qui totum thezaurum regis yndie
pro fabricando pallacio sibi datum pauperibus
diuina reuelatione dispersit Et ista
opera hominem factum faciunt et ostendunt
faciunt quidem. quia dicitur Thob xii°.
Elemosina a morte liberat et ipsa est
que purgat peccata etc. Ostendunt autem
non tantum in presenti vita. sed etiam coram
celesti curia. quando talibus dicetur illud
mt xxv° Esuriui et dedistis mihi mandu-
care etc. Opera veritatis et vite sunt. que inti-
ma sunt. ut fides humilitas et cetere virtutes
interiores Ioh vi°. hoc est opus dei ut

credat in eum. quem misit ille. Ista
opera beatus Thomas habuit. qui duodecim
gradus virtutum populum docuit. Nec enim
alios docebat. nisi que in ipso habebat
Hec autem hominem factum faciunt. sed
non ostendunt. quia tales minus virtutibus
emicant. exterius autem in irrisionibus
despiciuntur. aut aduersitatibus fatigantur
Iob xii°. Deridetur iusti simplicitas
lampas contempta apud cogitationes
diuitum. Super quod verbum dicit Gregorius.
Summus viri iusti non numquam opinio contem-
nitur et tamen habundans irrisionibus
urgetur munda agit et obprobria re-
cipit quia ab huius mundi sapientibus
putatur virtus fatuitas credit. Quod
quod ab hominantur corporum consilium deo
offerunt et simplicitate aut mansuetudine
deo immolat. quia abhominantes tyrphi
fatuitate putant. Bene ergo et lampas dicitur
esse contempta. lampas quia intus lucet
contempta quia extra non lucet Opera
vero admirationis et glorie sunt opera
miraculosa. De quibus dicitur Ioh xiiii°.
Qui credit in me. opera que ego facio
et ipse faciet Ista opera beatus Thomas
fecit quia multa miracla operatus
fuit Et ista opera secundum Gregorium hominem
factum ostendunt. sed non faciunt Ambu-
lauit ad deum per viam caritatis quod
notatur cum dicitur Et vita. Caritas
enim est vita omnium virtutum. Prima Cor xiii°
Si linguis hominum loquar et angelorum
caritatem autem non habeam. factus sum
velut es sonans etc. Est vita omnium sacramentorum
unde sequitur Et si habuero omnem prophetiam
et nouerim misteria omnia. et omnem scientiam
Caritatem autem non habeam etc. Est vi-
ta omnium virtutum unde sequitur Et si habuero
fidem omnem etc. Est vita omnium operum.
Unde sequitur Et si distribuero in ci-
bos pauperum omnes facultates meas etc.
Est vita omnium passionum unde sequitur
Et si tradidero corpus meum. ita ut
ardeam. caritatem autem non habeam. nichil
michi prodest Sic enim corpus sine
vita mortuum est. sic omnia predicta sine
caritate mortua sunt. Per hanc ergo
vitam id est per amorem et caritatem. beatus Tho-
mas ad deum iuit quia totus diuino
amore plenus fuit. sed quidem patuit

per multa signa. Primum est quod pro xpo
mori desiderauit quando dixit Joh. xi°
Eamus et nos et moriamur cum eo. Scintille
enim desideriorum exterius emicantes ignem
diuini amoris in corde latentem indica-
bat Joh. xv. Maiorem hac dilectionem nemo
habet etc. Aug. Primum est perfecta caritas
in hac vita quam pro ipsa contempni vita
Secundum est quia multa tormenta pro xpo
sustinuit nec vinci potuit Can. octauo
Aque multe non potuerunt extinguere
caritatem etc. Plurimorum enim caritas probatur
in igne tribulationis qui si non deficit.
Sic Thomas multa tormenta pertulit
et tamen a dei caritate moueri non po-
tuit Ro. viii° Quis nos separabit a
caritate dei. tribulatio an angustia etc.
Tertium est ex eo quod xpo similis fuit
vnde dicit Ysidorus Thomas discipulus
xpi ac similis saluatori. Per illam autem
similitudinem corporis dabat intelligi simi-
litudinem mentis quod fit per amorem Aug.
Talis est vnusquisque qualis est dilectio
sua. si terram diligis terra es. si deum
diligis deus es. Quartum ex eo quod o-
culos ad celum erectos habuit qui si
in imparibus erat Sicut vbi amor
ibi oculus Mt vi° vbi est thezaurus
tuus. ibi et cor tuum erit. Per hoc enim quod
in celum respiciebat. ostendebat se
esse celestem Gratia enim viri fuit cele-
stis originis Apoc. xxi° Vidi ciuitatem
sanctam Jerusalem nouam descendentem de celo etc.
Descendentem inquam ad sua perfectione
Gratia enim dei per quam ipsa perficitur
de celo descendit Jac. primo. Omne
datum optimum et omne donum perfectum
desursum est descendens etc. Sed multa de-
generat qui non habent originem cele-
stem. sed brutalem Aug. in libro de
doctrina xpiana Beluinus homo est ama-
do talia quia belue. Beluas enim
prostratas in faciem fecit deus pastum
querentes de terra. te in duos pedes erex-
it a terra. faciem tuam sursum attendere
voluit Quintum etiam celestes conuersa-
tione Phil. iii° Nostra conuersatio in
celis est Sed multi sunt qui con-
uersantur potius in terris Joh. iii° Qui
de terra est de terra loquitur Sextum est
celestes similitudine Sunt enim a ter-
ra eleuati Ezech. octauo Eleuauit me

spiritus inter celum et terram Septimo vir-
tutibus adornati Job xxvi° Spiritus do-
mini ornauit celos. Sunt in motu opera-
tionis continui. quia non cessant a iuuen-
tute vsque ad senectutem Eccl. xi° Ma-
tutina semen tuum. et vespere non cesset
manus tua etc. Sunt dei habitatio
effecti Ps. Ad te leuaui oculos. qui habi-
tas in celis. i. in sanctis Bernardus Non-
nisi libenter inhabitat hoc celum deus
ibus quod vtique Non quo ceteros
dixit tantum vt fieret. sed pugnauit
vt acquireret. occubuit vt redimeret.
Et ideo pro labore voto potitus ait Hec
requies mea in seculum seculi. hic habitabo
quoniam elegi eam. Sermo quartus

Qui manet in me et ego in eo. hic
fert fructum multum Joh. xv°
Primo hec verba dicta sunt a domino
omnibus apostolis. et dicuntur omnibus fidelibus
Conueniunt tamen precipue de beato
Thoma specialiter Ipse enim in xpo mansit
sibi per fidem et dilectionem fideliter adhe-
rendo. cum dixit dominus meus et deus
meus. xpus etiam mansit in eo. sicut in
omnibus assistendo. vnde dixit ad eum
dominus mittens eum in Judeam Vade
quia ero tecum. et non derelinquam te.
Ipse etiam multum fructum attulit. totam
Yndiam conuertendo. primo ergo mansit
deo et per fidem et dilectionem sibi fideliter ad-
herendo Secundum autem quod mansit in
xpo per fidem integram. obedientiam inte-
gram castitatem et caritatem sinceram. Per fidem
integram mansit. quia confessus est deum
vere hominem cum dixit dominus meus.
qui scilicet me redemisti. Et vero deum cum
dixit Et deus meus. qui scilicet me plas-
masti Quam autem integram fidem habuerit.
ostendit non solum corporis confessio sed
etiam quatuor modis. Primo quod propri-
us fidem approbauit. cum dixit Quia vi-
disti me thoma credidisti etc. Aliud
quidem vidit, aliud credidit. hominem
quidem vidit. sed deum confessus est. Secundo
ex eo. quod tres magos qui erant reges. qui
ad xpm adorandum venerunt baptisauit.
Dicit enim Crisostomus quod thomas in oriente
eos inuenit. et eos baptisauit. et facti
sunt adiutores eius in predicando Tertio quod
datur intelligi quod excellentem in fide quam
habuit. qui primitias fidei gentium bapti-

sauit Tercio ex eo quod Abagarum
Regem Edisse Ciuitatis in fide confir-
mauit legitur in Ecclesiastica historia
quod xpus per litteras dicto Regi promisit
quod post suam ascensionem vnum de suis
discipulis ei mitteret qui infirmum sa-
naret et in fide confirmaret Hec autem
legacio Thome apostolo commissa fuit qui
tamen thadeum suo nomine destinat
hoc autem est ad magnum testimonium fi-
dei sue scilicet quod xpus regem quem suis lit-
teris in fide instruxit postmodum confir-
mandum Thome apostolo commendauit
Quarto ex eo quod in Ciuitate Edissa in
qua eius corpus quiescebat nullum
infidelem hereticum vel gentilem viuere
permisit Ex quo datur intelligi quod ma-
gnus amator sit fidei et defensor quia
iuxta se nullum infidelem viuere
permittebat Octauo mansit in xpo per
obedienciam perfectam quod patet ex eo quod
de suo ei nichil reliquit licet enim
dixerit dominus ex quadam sensualitate
Domine mitte me quouis preter ad Iu-
dos Postmodum vero ex racione hoc
correxit dicens Dominus meus es tu et
ego seruus tuus fiat voluntas tua.
In hoc imitatus est magistrum suum qui
dixit Matthei xxvi Si possibile est transe-
at a me calix iste Veruntamen non sicut
ego volo sed sicut tu vis pater Patet
ex eo quod omnem moram sustulit Nam
cum in Indiam est profectus Bernhardus
Verus obediens mandatum non pro-
crastinat sed parat aures auditui pe-
des itineri manus operi et se totum
intus se colligit vt mandatum peragat
impaciens Patet ex eo [illegible] quod vsque
ad mortem obediuit Nam cum dixisset
ei dominus quod in yndia mortem esset
passurus [illegible] gaudens illuc
accessit In hoc xpum secutus de quo
dicitur ad Philippenses ii factus obediens vsque
ad mortem Et sic patet quod obediuit
totaliter velociter et perseueranter Nono
mansit in xpo per caritatem sinceram
Quod autem caritate sincera claruit patet
ex eo quod ipse fuit contemptor terrenorum
contemplator celestium et auditor amicorum
terrenorum diuinorum Contemptor quidem
terrenorum fuit Matthei xix Ecce nos reli-
quimus omnia et istud est signum diuini amo-

Quia cum non sitit amorem terrenorum
signum est quod bibit amorem diuinum
Iohannis iiii Qui biberit ex aqua quam
ego dabo ei non siciet in eternum Augustinus
Qui biberit de flumine paradisi cuius
gutta maior est occeano restat vt
in eo sitis mundi extincta sit [illegible]
Vere non habet super terram quod desideret qui dulce-
dinem dei in veritate gustauit Secundo
fuit contemplator celestium cuius signum
est quod in nupciis nec manducabat
nec bibebat sed tantum oculos ad celum
eleuatos tenebat Matthei vi vbi est the-
zaurus tuus ibi est et cor tuum Habebat
quidem in celo triplicem thezaurum scilicet
deum Romanos xx Aperies thezaurum tuum
fontem aque viue Secundo merita suorum operum
Matthei vi Thesaurizate vobis thesauros
in celo Tertio Celeste premium quod nunc abs-
conditum est Matthei xiii Simile est regnum
celorum thesauro abscondito in agro.
Ex hoc ergo quod erectam erat in celum
faciem corporis dabat intelligi quod er-
ectam habebat faciem mentis Augustinus in
libro de [illegible] disciplina Non discordet
cor tuum a facie tua Non habeas faciem
sursum et cor deorsum immo vere audi
et vere fac sursum cor non mentiaris in
domo discipline Tertio fuit audi-
tor amicorum diuinorum Nam cum puella in
nupciis canendo deum laudaret amo-
nuit vt eandem cantilenam repeteret dei
gloria delectatus Iudicium enim amoris
est libenter loqui et audire de amato.
Iohannis viii Qui ex deo est verba dei audit
Tali enim videntur verba dei valde sapo-
rosa Psalmus Quam dulcia faucibus meis elo-
quia tua etc valde preciosa Psalmus Bonum
michi lex oris tui super milia auri et
argenti Valde vtilia quia illu-
minat Psalmus Lucerna pedibus meis verbum
tuum Et inflammat Psalmus Ignitum elo-
quium tuum vehementer Decimo xpus mansit
in ipso sibi in omnibus assistendo Quod
autem xpus in eo manet tempore erat
signum primum magis puritas xpus
enim non manet nisi in puro corde
Psalmus Domum tuam domine decet sanctitudo.
In tantum autem Thomas puritatem dilexit
quod sponsum et sponsam quorum nupciis
interfuerat in virginitate proposito confir-
mauit Quod vxorem Regis et cognatam Regis
in castitate viuere persuasit In tantum

castitate ptulit · q in legeda vocat
ipam turrim · q in altum erigit · fo-
tem qui de profundo educat · dei iu-
stitiam · q eius sinceris inciperat · Assi-
milat nag castitate turri ppt sui
excellentia · quia sicut turris altissedet
dendi · sic illa uirorum · Iouis · contra
Iouinianum · Ita nuptias recapimus
vt virginitate q de nuptiis nascat p-
fectam · vt poma ex arbore · frumenta
ex stipula · durum ex terra · ita virginitas
ex nuptiis · Assimilat ea fonti · ppt
fecunditate z fecunditate · Iouis · ibidem
Nuptiae finiunt in morte · virginitas
aut post mortem incipit ornari
Ecce perpetuitas · Dein subdit Nuptiae
replent terram · virginitas paradisum · Ecce
fecunditas · Vocat ipam dei simili-
tem z iustitiam · propter prerogativa vir-
ginitate quia sic virgines deo semp
assistunt · z ipm sequunt · Apoc xiiii°
Hii sequunt agnum quocumque ierit · Quin-
tum signum · qd xpus in eo manet · erat ma-
gna pietas qua quidem huit in mira-
culis faciendis · q virtute x in eo ma-
nentis faciebat · Ipse quidem tante po-
tentie fuit q pena inferni q debe-
bat puniens · i temporalem commutavit
Ita cu prandia cu no manducate vi-
disset · alapam ei dedit · Cui dixit Apls
Melius est q in futuro seculo indulgentia
tibi detur · et in isto seculo transitoria
tibi plaga reddat · Tante vt fuit
potentie q clausis ianuis ad prefa-
tos sponsos intromisit · q multos infir-
mos sanavit · q fratrem regis defunctum
resuscitavit · Sed qui tam potens
fuit i sanando morbos corporum · no
est dubium quia potentior erat in
sanando morbos mentium · Aliquos enim
sanabat dando medicinam purgativam
sicut Regem in Indye · z plures alios
quos a peccatis sanavit seu purgavit
z ad primam revocavit · Aliquos da-
do medicina meliorativa · sic illos quos
ad virginitate z continentia formandam
induxit · Aliquos dando medicinam con-
servativa · sic illos quos ad dandum
telcam provocat · Ecca cu hec gratia
conservat · Vn dicitur de elia Eccli xx
ix · Gratia hominis quasi pupilla con-
servabit · Aliquos dando medicinam
preservativa · sicut illos quos ad va-

dei audienda z retinenda amonuit ·
Verba enim dei in corde conservata · a
casu preservat · Ps · In corde meo abscon-
di eloquia tua · vt non peccem tibi · Ter-
tium signum · q ipse in eo manet · erat
magna eius constantia z firmitas · Io-
xxx° · Dominus mecum est quasi bellator fortis
Ipse quidem contra tormenta omnia sum-
sit · Ita in maxilla fuit percussus · in-
carceratus · sup laminas candentes nudis
plantis ambulare coactus · in fornace
iactatus · z tandem gladio sub latera
tis subeatus · Sed rex p quo pati-
ebat hec · omnia sibi in gloriam commutat
Quia quidem de percussione i maxilla ac-
cepit iustam vltionem · quia caro
manum eius int communem deputavit · In
carceratus accepit honorificam libera-
tionem · quia frater regis resuscitatus
cum ceteris ad carcerem cucurrit · z eum
solutis · ad pedes suos se proicit · Ysa
lx° · Venient ad te curui filij eorum
qui humiliaverunt te · z adorabunt
vestigia pedum tuorum · Sup laminas
adustus accepit fontem emanationem
quia mox fons erupit · z ipm adui-
uo pmisit · Ysa lx° · Cum ambulaueris
in igne non combureris · In fornace
assatus accepit roris refrigerationem
quia fornax nutu dei refrigerata
est · Dan iii° · Fecit medium fornacis
quasi ventum roris flantem · Latera
tis subeatus · accepit felicem coronam
Apoc ii° · Esto fidelis vsq ad mortem
z accipies coronam vite · Tertio multum
fructum attulit · totam Yndiam conuer-
tendo · z conuersos in fide z moribus
instruendo · Nutrivit enim eos vo · exo
z temporali subsidio · Verbo quia verba dei
sobrietate instruxit · Vero cum omnibus eadem
tribuebat · sed p qualitate auditorum
formabat doctrina sermonum · Vn in le-
genda verba dei assimilat collirio em-
plastro · potioni · z cibo · Nam aliquos
ad fidem illuminabat · Istis apponebat
collirium · Apoc iii° · Collirio inunge
oculos tuos vt videas · Aliquibus sibi
timore frangebat · Istis apponebat
emplastrum · Sap xvi° · Etenim neqz
herba · neqz malagma sanavit eos · sz
tuus domine sermo qui sanat omnia
Aliquos ad peccatorum contritionem
z confessionem inducebat · Iste dabat po-

tionem. Potio autem quanto est amarior tanto sepe est virtuosior. Aliquos timidos confortabat. Sicut dabat solidi cibum. ps. panis cor hominis confirmet. Job iiij° vacillantes confirmavit sermo eius et genua debilia roborasti. Secundo mittuntur ergo. Sen. longum iter per precepta breve et efficax per exempla. Secundum fuit ut pater pauperibus primus de fidelis et devotus. Tam pater autem sibi fuit quod etiam in impensis abstinebat. Tam pius et largus pauperibus quod omnia que sibi dare volebat pauperibus erogabat. Unde apparet sentus. Circa vitam tuam esto austerus. circa alioz vero benignus. audiat te populus pia mandantem et gaudia videat facientem. dominus ad institutum mochu. Deus comprius Colosanus Episcopus esuriens aos pavit et ore pallente ieiunio alioz fame torquebat. Fuit etiam deo fidelis et devotus. Unde dixit dominus Albane nuncio regis Judee. habeo servum prodeum et fidelem. qui omnem laborem suorum mihi incedens apportat. In Thi. po fidelem me existimavit ponens in ministerio. Tertio intuitu temporali subsidio. quia omnem thesaurum regis de quo edificare debebat pallatium regi pauperibus dedit. Ex quo facto providit sibi regi et pauperibus. Sibi quia premium et laudem promeruit. Eccli xxxi° Elemosinas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. ps. Dispersit dedit pauperibus etc. Regi quia sibi pallatium in celo fabricavit. Pietas pallatia in celo fabricat vel potius fabricata comparat. Unde dixit regi et fratri suo. Dare vos volo quod in celo sunt innumerabilia pallatia ab initio seculi preparata que fide et elemosinis comparantur. luc. xvj° Facite vobis amicos de mamona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Credidit rex se deceptum. cum ipse post deum convenit pro transitoriis recipies sempiterna. Apoc. xj° Condevit me in negotiatione efficacem. Providit pauperibus quia eos in pecunia sua adiuvit. Augustinus in libro de disciplina christiana. Quid est quod dicas ego dives ille pauper. nisi ego oneratus ille levis. oneratus ligatus quid te iactas quid te laudas. solve vincula tua. minue de sarcina tua da comiti tuo et illum adiuvas et te relevas. De eodem.

Post dies octo. Sermo quintus

Post dies octo erant discipuli eius intus et Thomas cum eis. et venit ihesus ianuis clausis etc. Joh. xx° In presenti evangelio recolitur adventus christi ad discipulos post resurrectionem. In presenti etiam tempore recolitur adventus christi ad nos per incarnationem. et per gratie inspirationem. Ut ergo ipsum venientem ad nos. tam per incarnationem quam in tuitionem ecclesie. qui per infusionem gratie digne recipere valeamus. nos ipsos preparare et humiliare debemus. Quia cum in nobis precesserit preparatio et humilitas. sequitur adventus ipsius in nobis magna utilitas. Ista autem duo. scilicet humilitas et preparatio ex parte nostri. et utilitas ex parte christi. ex presenti evangelio colligi possunt. Humilitas enim nostra colligitur ex quinque. que in principio evangelii exprimuntur. Dicitur enim quod erat sero. quod erat sabbatum. quod fores erant clause. quod discipuli erant congregati. et quod erant in timore plurimo constituti. Ad tales ergo venit christus. scilicet ad serotinos. ad quietos. ad clausos. ad congregatos. et ad timoratos. Ex hiis ergo colliguntur quinque que ad ipsius adventum congrue recipiendum nos habilitant et disponunt. Primum est meditatio mortis. quod notatur cum dicitur sero. Per sero namque mors intelligitur. quia sero est finis diei. tunc etiam homo in domum suam ingreditur. et ab operibus suis vacat. Sic in morte presentis lux vite finitur. Eccli. Super mortuum plora defecit enim lux eius. homo in domum sue eternitatis ingreditur. Eccli. xij° Ibit homo in domum eternitatis sue. et ab omnibus operibus suis quietatur. Apoc. xiiij° Amodo iam dicit spiritus ut requiescat a laboribus suis. In tali ergo sero a mortis meditatione christus se manifestat et venit. Quod significatur Gen. xxxviij° ubi dicitur Cum post que sol occubuerat dominus Jacob apparuit. Quid enim est occubitus solis. nisi finis vite presentis. In mensura ergo talis occubitus lucis ipsius initus domus apparet. Et ideo est qui medina mortis erat in nobis primo etc. Eccli vij° Memorare novissima tua et

in eciam no peccabis Causat eciam hu-
militatem Eccli x. Quid superbis terra
et cinis Ambrosius in exameron Respice
in sepulcra hominum et vide quid ex te
nisi cinis et ossa remanebit Respice
inquam et dic michi quis ibi dives quis
pauper sit Nulla discrecio inter cada-
vera mortuorum nisi quod diviciis fetet
diviciarum corpus distenta luxuria libet
aut homo ire consilium ad domum illa
qua mundam invenit et in qua honorem
recepit Memoria autem mortis domum
cordis mundat quia peccatum vitare facit
et illum honorat qui humilitatem in-
duit quia cristo honorem facit Eccli xxiiiº
Ab humilibus honoratur Memoria
ergo mortis cor ad recipiendum cristum
disponit et quia cor mundat puritate
et quia cristum honorat per humilitatem
Octavum quod habilitat et disponit est tran-
quillitas mentis quod notatur in hoc quod
dicitur erat sabbatum quod requies dicitur
Nullus enim potest recipere adventum cristi per
graciam nisi habeat mentem tranquillam
Osee iiº Ducam eam in solitudinem
et loquar ad cor eius Treni iiiº Bonum
est prestolari cum silencio salutare dei
Hinc est quod filii israel non potuerunt reci-
pere manna quousque mare rubrum trans-
ierunt quia nullus potest recipere divinam
dulcedinem nisi prius a se expellat
omnem mentis fluctuacionem Hinc est
quod dicitur 3º Regum xviiº Quod dum fuit Hely-
as in deserto pascebatur a deo mane
et vespere pane et carnibus Postquam autem
ad civitatem se transtulit vix modicum
panis et aque habere potuit quia hominis
cordi secum quietus habitat deus et
consolaciones celestes plurimas admini-
strat quando autem tumultum cogitacio-
num tollerat vix modicam consolacionem
divinam gustat Hinc est eciam quod
apostoli acceperunt spiritum sanctum sedentes
quia erant a secularibus occupacionibus et
negociorum secularium quiescentes Decimum
Primum argumentum opposite metaphore est ratio
posse consistere et scientiam moari Tercia
est custodia domus exterioris quod notatur
in hoc quod dicitur Tercia fores erant clau-
se Dicunt enim tercia clause fores sen-
suum exteriorum et tunc cristus ad cor non
ingreditur Quod significatur per hoc quod ad discipulos
ianuis clausis intravit Comparabiliter at
ille fores sunt claudende quia magis sunt
periculose sicut auditus visus et os deus
enim posuit in domo cordis preciosum
thesaurum Et ideo si fores fuerint aperte
statim ut dyabolus ingreditur et thezaurum
illum furatur Ille est fur de quo dicitur
Osee viiº fur egressus est spolians
latrunculus foris Thezaurus autem iste
est ille de quo dicitur i Cor iiiº Quis
superedificat supra fundamentum hoc
aurum argentum lapides preciosos Per
argentum intelligitur virtus humilitatis
ut ait xiii Augustinus Argentum licet sit ful-
gidum tamen nigras lineas trahit
Sic et anima humilis licet in conspe-
ctu dei sit splendida tamen in conspectu suo
est despecta Cant primo Nigra sum sed formosa
filie ierusalem Per lapides preciosos in-
telligitur margaritha castitatis
Sic enim margaritha generatur a rore ce-
lesti sic castitas non habetur nisi a deo
Sap viiiº Non possum esse continens
nisi deus dederit Per aurum intelligitur virtus
caritatis Apoc iiiº Suadeo tibi
a me emere aurum ignitum Isto thezauro
homo efficitur dives et quantum ad deum
per virtutem humilitatis et quantum ad seipsum
per virtutem castitatis et quantum ad proximum
per virtutem caritatis Eva autem tenuit ap-
tum hostium auditus quia verba serpentis
audivit et ideo fur ingressus est per au-
ditum et furatus est sibi argentum humilitatis
quia contra deum superbivit dum
dei scienciam usurpare voluit David
tenuit apertum hostium visus qui ut dicitur
2º Regum xiº mulierem forte nimis aspexit
Et ideo fur ingressus est per visum et
furatus est ei margaritham castitatis quia
in adulterium cecidit Petrus tenuit hostium
oris apertum quando cristum negavit Et
ideo fur ingressus est per os et furatus est
illi aurum caritatis quia ex hoc fidem et caritatem
amisit Ideo propheta conqueritur dicens Ier ix
Ascendit mors per fenestras nostras
Ideo iste porte et fenestre sunt claudende
Tercia auditui apponenda est spina con-
traria visui et cordi passio cristi
Sepe sunt reprehensiones dure et

pngentes que detractorib3 z malilogs
sunt faciende. Prou. xxv. Ventus aqlo
dissipat pluuias z facies tristis lingua
detrahentem. Otatra sunt va libranti
z ponderata Eccli. xxj° Va prudentum
statera ponderabuntur. De hijs duob3
dicit Eccli. xxviij° Sepi aures tuas
spinas z noli audire linguam nequam.
Et infra. Et oris tuis facito statere
iam Oclis aut z cordi. facienda e pa-
ctio mutua Job xxxj° Pepigi fedo
tum oclis meis. ut ne cogitare qde
de virgine. Jn factus em viris cor fat
pactum cu oclis. q sz ad nulla illi-
cita eos dirigat. Et ocli faciunt pactum
cu corde. q sz nulla illicita ei repse
tabunt. Quartum est vnitas 9gga-
tionis qd nota q3 cauit in simul 9g-
gati venit enim xpus ad illos. qui
sunt 9ggati corpe z vniti mente. Mt
xviij° Vbi sunt duo vel tres 9ggati
in nomine meo. ibi ego sum i medio
eorum. Et dicit tres. qa quantumcu3
sunt pauci innumerabiles. debent tamen in eis
esse vniti. sz in fide. dilectione z opatio-
ne. Sancti enim viri sunt sicut diu-
si radij in vno sole. i in vna fide. sic
diuisi rami in vna radice. i in vna
caritate. sicut diuisi riui i vno fonte
i in sctando ope. Jsta sumam tangit Cy-
prianus ad nouacianum. Vno solis ra-
dij multi sunt. vnum lumine. z rami
arbor multi. sed robur vnum. tenaci
radice fundatum. Et cum de fonte vno
riui plurimi defluunt. vnitas tamen
seruatur in origine sic z eccla dni luce
pfusa. in orbem totum radios spargit
vnum tamen lumine est. qd vbiq3 diffun-
ditur. Quintum est. vitium timoris. qd notatur
in hoc qd dicitur ppter metum iudeorum.
Deus enim venit ad timoratos. qd
innuitur Gen. xxxij° vbi postqm Jacob
dixit. Erue me de manu fratris mei qa
valde eum timeo. deus ad eum ac-
cessit. z constantem ipsum fecit. Timor qd
generat sancta desideria. sancta suspiria.
z bona opa. Jsta tria tangunt ysa. xx
vj° A facie tua domine. Vel sm alia
liam A timore tuo dne concepimus
quasi parturiuimus z peperimus spm. Concep-
ptus respirat sctus. dum est in ventre
parturitio dum mulier est in dolore

Partus dum fetum emisit. Virtute
ergo diuini timoris concipimus sancta
desideria. parturimus sancta suspiria. et
parimus bona opa. Deus aut venit
ad desiderantes. Sapie quinto. Preoccu-
pat qui se concupiscunt. vt illis se prior
ostendat. Aggei ijo Veniet desideratus
cunctis gentib3. Venit ad suspirantes.
Exodi iijo. Vidi afflictionem ppli mei z
sciens dolorem eius. descendi vt libe-
rem eum ps. ppter miseria inopum
z gemitum pauperum. nunc exurgam dicit
dominus. Venit ad opantes z mandata
dei custodientes Johis xiiij° Siquis
diligit me. sermonem meum seruabit
z pater meus diliget eum. z ad eum
veniemus zc. Circa rem notandum q3
vtilitates ex pte xpi colligit ex quinq3
que in Euagelio scribuntur. dicit enim q
in medio stetit. q pacem obtulit.
q meos sufflauit. q thoma i fide
sanauit. cum dixit Jnfer digitum tuum
huc zc. Et q fidei beati amonuit
in hoc. q credentes beatificat. dicens Beati
qui non viderunt zc. Ante quid aduen-
tum xpi. et modo etiam post peccatum
homo erat inordinatus. deo inimicus
mortuus. infirmus. z cecus. Erat qd
inordinatus. quia nullum ordinem
modum vel medium obseruabat. Non enim
obseruabat medium virtutis. Nec operationis
qd patet. quia non seruabat medium
fidei. quia habebat aut infidelitatem
non credendo credenda. a nimia leuitatem
credendo non credenda. Nec medium
spei. quia aut habebat nimia psumptionem
aut desperationem. Nec medium caritatis
quia aut illud qd erat diligendum plus.
diligebat minus. a qd erat diligendum
minus. diligebat plus. Nec medium
prudentie. qa habebat a dolositate. a
fatuitate. Nec medium temperantie. quia
aut sequebatur gulositatem. aut nimiam
parcitatem. Nec medium fortitudinis. qa
aut habebat temeritatem. aut pusillani-
mitatem. Nec medium iustitie. qa sequebatur
aut crudelitatem. aut nimiam remis-
sionem. Nec etiam seruabat medium i ope qa
aut non declinabat ad dexteram p super-
bia i psperis. aut ad sinistram p impa-
tientiam in aduersis. Per hoc ergo q xpus
i medio stetit. medium in omnib3 nos ser-
uare docuit. Nam si corde i cythara

nis tendunt. raute sonat si plus fra-
gunt si medio et debito modo dulce so-
num reddunt. Bulla ad Eugenium Bene
ne medium si noveris parare modum locus
medius tutus est et medium sedes modi
et modus virtus. Secundo homo erat deo
inimicus Ideo xpus venit ut nos sibi
reconciliaret. quod notatur per hoc quod pacem
obtulit dicens. Pax vobis Io. v. Cum
enim inimici essemus deo. reconciliati sumus
per mortem filii eius Modo et quotidie
nos deo reconciliat. cum pro nobis interpellat
Ro. viii. Primi etiam interpellat pro nobis.
1 Ioh 2o. Advocatum habemus apud
patrem ihesum xpum iustum. et ipse est propi-
ciatio pro peccatis nostris Iste enim interpella-
tor habet sapienciam in allegando Et ideo
dicit Advocatum. habet potenciam in ob-
tinendo. quia est filius ipsius regis. apud
quem advocat Et ideo dicit apud patrem
habet voluntatem in miserendo. Multi enim
sunt advocati sapientes et potentes. qui
tamen adiuvare nolunt Iste autem est
tante clemencie. quod omnes salvare cu-
pit Et ideo dicit ihesum. qui interpretatur
salvator. Et omnibus se flectit Et ideo
dicit xpum. qui interpretatur unctus habet
rectitudinem in iudicando. quia non potest
corrumpi timore. vel amore. odio vel
munere Ideo dicit Iustum habet efficaciam
in proficiendo. Multi enim advocati sunt
qui causas nimis protrahunt. et ad finem
nunquam perducunt Iste autem advocatus in
causa cito proficit. et ad laudabilem finem
perducit Et ideo dicit Et ipse est propi-
ciatio pro peccatis nostris Tertio homo erat
mortuus Et ideo xpus venit. et ipsum
vivificavit. quod notatur per hoc quod dicitur
Insufflavit et dixit Accipite spiritum
Gen ii. inspiravit in faciem eius spira-
culum vite et factus est homo in
animam viventem Sicut enim presencia huius
spiritus est causa vite. sic subtractio eius
causa mortis est unde ps Auferes spiritum
eorum et deficient. et in pulverem suum
revertentur. Sic remanet anima penitus
mortua quia est a vita reversa et
ad mortem conversa. Sed adveniente
spiritu. amor dei infunditur. et vita anime
recreatur Et ideo subditur Emitte spiritum
tuum et creabuntur Quia amor tenorem expel-
lit Et ideo anima mortua renovatur Ideo

subiungit Et renovabis faciem terre
Quarto homo erat infirmus Ideo xpus venit
et ipsum sanavit quod notatur per hoc quod
Thome infirmum sanat. per hoc scilicet quod ei
latus et manus et etiam pedes. ut dicit
Luc ultimo. ostendit Homo quidem erat inf-
irmus. in diligendo. in operando. et in
adversa supportando Quia ergo infirmus
erat in diligendo. ostendit ei latus
iuxta cor perforatum. ut animaret ad
diligendum Cant viii. Pone me ut si-
gnaculum super cor tuum quia fortis est ut
mors dilectio Quia erat infirmus.
in operando. ostendit ei manus perforatas
ut inflammaret ad operandum Ysa xlix.
Ecce in manibus meis descripsi te. Quia
infirmus erat in adversa supportando
ostendit ei pedes perforatos. ut ani-
maret ad sustinendum ps Intingatur
pes tuus. in sanguine Bulla videtis
angustias domini vestri. leniores vobis
reputabitis Quinto homo erat cecus.
Et ideo xpus venit. et ipsum lumine fidei
illustravit Quod notatur per hoc. quod fidem
Thome habere ammonuit. et credentes beatificat
dicens. Beati qui non viderunt et
crediderunt Fides autem habet duo coniuncta
scilicet caritatem et operationem Ista tria coniungit
Apostolus Gal. quinto. fides que per caritatem
operatur Est enim necessaria fides ut opera
nostra sint deo accepta Hebr xi. Sine
fide impossibile est placere deo Est ne-
cessaria caritas cum fide. ne fides sit
vacua prima Cor xiii. Si habuero omnem
fidem. ita ut montes transferam caritatem
tatem autem non habeam. nichil sum Est
operatio necessaria cum fide et caritate ne
ipsa fides sit mortua Iac ii. fides
sine operibus mortua est. In vigilia

Ubi venit Nativitatis xpi Sermo 12
plenitudo tempor-

is misit deus filium suum. natum ex muliere
Gal. iiii. Circa adventum salvatoris
in carnem. in verbis premissis tria deter-
minantur Primum est temporis oportunitas. cum
dicitur Ubi venit plenitudo temporis Secundum
est nascentis sublimitas. cum dicitur
filium suum Tertium est loci congruitas.
in verbis subintellectis. scilicet in mundum Ista
tria per ordinem notantur in lecta annuncia-
tione. que modo est nostris auribus reci-
tata. cum dicitur Anno cesaris augusti

xlv^o. ebdomada vix. Danielis prophete
xlvii olimpiade aut Centesima nona-
gesimatercia Ecce temporis oportunitas. Ihesus
christus filius dei. Ecce nascentis sub-
limitas. In bethleem Iude nascitur
Ecce loci congruitas. Primo ergo notatur
temporis oportunitas cum dicitur Ubi venit
plenitudo temporis quod similiter notatur
in lecta annunciatione cum dicitur Anno
cesaris Augusti xlv^o etc. Decimatur
aut ibidem ipsa temporis oportunitas
secundum triplicem morem scilicet secundum morem
Romanorum. hebreorum. et grecorum. Et huius
duplex est racio. Una ut verificetur id
quod dicit philipp. ii^o Omnis lingua
confiteatur quia dominus noster ihesus christus
est in gloria dei patris. Hec enim tres lingue
sunt omnibus principaliores. Ideo hec
triplex lingua confitetur christum venientem
in mundum per nativitatem. sicut hec
confitetur ipsum exeuntem de mundo per
passionem quia scriptus est titulus sue
passionis. hebraice. grece et latine.
Confitetur ipsum regnantem in celo per
maiestatem. sicut patet in missa.
ubi eius gloria et maiestate laudamus
in lingua latina. sic in epistola et ewange-
lio orationibus et ceteris. In greca sicut
in kyrieleyson. in hebraica sic in Al-
leluya Amen et osanna. Huic autem
triplici lingue conveniunt videtur tamen
verba que secuntur. cum dicitur Ihesus christus
filius dei Nam ihesus est hebreum
christus est grecum. filius dei est romanum
Secunda. quia apud romanos erat imperialis
maiestas. Apud iudeos sacerdotalis
et prophetalis dignitas apud grecos sapientie
sublimitas. Per hoc ergo datur in-
telligi quod iste puer est rex et impera-
tor celi. De cuius regno dixit Angelus
luce primo. Dabit ei dominus deus sedem david
patris eius etc. Regni habent regnum
per usurpacionem. hic aut habuit per
hereditariam successionem sive paternam
donacionem Ideo dicitur Dabit ei dominus
deus sedem david patris eius Regni sunt
qui licet sint reges per hereditatem succes-
sionem. sed tamen regnum non possident
Omnino quidem reges de iure. sed non de fa-
cto. Iste autem est Rex et de iure per hereditatem
et de facto per corporalem possessionem Ideo
dicitur Et regnabit in domo Iacob in

eternum Aliqui etiam sunt. qui licet aliquando
possideant regnum. tamen non semper pos-
sident. quia de regno quoque ab hostibus
expelluntur. Hic autem est Rex per continua-
cionem. quia regnum eius nullus interrum-
pet fuit. Ideo subiungit et regni eius
non erit finis Secundo est propheta et sacer-
dos quibus humanam. Fuit autem sacerdos
quia seipsum in ara crucis deo patri immo-
lavit Ps. Tu es sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech Sicut enim Mel-
chisedech obtulit panem et vinum. sic et
iste carnem et sanguinem suum Fuit etiam
propheta Ioh. vi^o. Hic est vere propheta etc.
Fuit autem propheta quia predixit futura
ad precavendum Matt. xxiiii^o Videte ne
quis vos seducat Multi enim venient
in nomine meo etc. Manifestavit preterita
ad recordandum. Luc. xvii^o Memores esto-
te uxoris loth. Revelavit occulta prudencia
ad cognoscendum Ps. Incerta et occulta
sapientie tue manifestasti michi. Tercio
fuit sapientia dei Col. ii^o In quo sunt
omnes thesauri sapientie et scientie dei abs-
conditi Nec sine causa vocat Apostolus
sapientiam dei thezaurum. quoniam thezau-
rus habet fieri de rebus raris caris et per-
manentibus. Sic sapientia instar thezauri
est rara Iob xxviii^o Non invenitur in
terra suaviter viventium abyssus dicit
Non est in me Et mare loquitur Non
est mecum. licet autem sapientes sint
pauci. stulti tamen sunt infiniti Ecc.
i. Stultorum infinitus est numerus Ecce
quam rara. Est etiam cara. Prov. iii^o
Preciosior est cunctis opibus et omne quod
desideratur. huic non valet comparari
Ecce quam cara Est etiam permanens et
eterna Sap. vi^o Clara est et que numquam
marcescit sapientia Eius. viii^o Inexti-
guibile est lumen illius. Ecce quam
eterna Secundo notatur nascentis sublimi-
tas. cum dicitur Misit deus filium suum
et ista sublimitas notatur similiter in lecta
annunciatione cum dicitur Ihesus christus filius
dei Tercio quod mundum ab homine ex
peccato incurrerat triplex incomodum
Erat quidem inimicus deo. vulneratus
ex peccato et exclusus a dei regno.
Contra ista tria incomoda. venit ihesus
venit christus venit filius dei unde dicitur Dominus
Ecce dominus venit in salutem. venit enim

vngeto· venit in gla Absque enim sine
salute ihus· absque xpus sine vnctione
absque sine gloria venit filius dei Primum
ergo incomodum fuit quia homo erat
inimicus deo Contra hoc incomodum
attulit salutem· quod notatur in hoc quod dicitur
Ihus ihus enim nos saluauit· ex eo quod
nos inimicos deo reconciliauit Ro· v°
Cum enim inimici essemus reconciliati sumus
deo· per mortem filii eius· Et ponit hic
tria verba Aplus ex quibus inmabilis
eius bonitas ostenditur primum per hoc quod
non dicit Cum inimici fuerimus sed cum
inimici essemus Siquis enim diceret in-
imicus tuus sum reconcilia me nullus
enim audiret Si aut diceret Inimicus
tuus fui reconcilia me· forsitan au-
diretur Deus aut existentes inimi-
cos reconciliauit· et adhuc sepe reco-
ciliat· et ad se vocat· Sicut Paulum
existentem in actu persequendi recon-
ciliauit Bernardus Demus eius mi-
sericordiam erubescere· si nolumus eius
iusticia formidare qui quanto apliori
improbitate contempnitur· tanto clementius
vel clemptores vocare non dedignatur
Deus ergo peccatorem inimicum suum pascit
et protegit quia si non protegeret demon
eum protinus suffocaret Secundum est
per hoc quod non dixit Deus reconciliatus
est nobis· sed nos reconciliati sumus
deo· Si enim diceretur Ego sum reconcilia-
tus tibi· videretur quod reconciliatio fuit
in volutate mea Si vero dicat Tu
es reconciliatus michi· videtur quod ipsa
reconciliatio fuit in volutate tua·
In hoc ergo quod dicit reconciliati sumus
deo· videtur quod in nostra volutate sit
Et quod deo quandoque volumus· reconciliari
valeamus Et in hoc sensu loquitur ubi
Aplus d· ii Cor· v° Obsecramus
pro xpo reconciliamini deo· Augustinus Tardius
siquidem videtur deo peccator tribuere ve-
niam· quam ipsi peccatori veniam accipere
Tercium per hoc· quod non dixit per mor-
tem servi eius· sed filii eius Magna
quidem bonitas et magna caritas·
qua voluit ut moreretur filius ut redimeretur
servus Unde cantat ecclesia· O inestimabilis
dilectio caritatis· ut servum redimeres
filium tradidisti· Secundum incomodum fuit
quia homo erat vulneratus ex peccato· contra

hoc incomodum attulit vnctionem· quod
Notatur in hoc· quod dicitur xpus· quod inter-
pretatur vnctus Iste enim est ille Sama-
ritanus· qui infudit oleum et vinum vul-
neribus sauciati Ipse enim a patre fuit
vnctus· Ps Vnxit te deus deus tuus·
etc Et de ista superhabundanti vnctione
nobis effudit Iohis primo De pleni-
tudine eius omnes accepimus Istud
insinuat propheta dicens Sicut vnguen-
tum in capite· quod descendit in bar-
bam barba aaron Quod descendit in
oram vestimenti eius etc Vnguentum sacre
vnctionis effusum copiose in caput aa-
ron· descendit in barbam de barba de-
scendit in vestimentum· de vestimento
descendit· vsque in oram vestimenti
Aaron xpum signat· qui fuit summus
sacerdos· qui seipsum obtulit in ara crucis·
Est etiam caput totius ecclesie· quod plenum
et suppletum fuit vnguento gratie· quia sic
dicitur Iohis iii° Non ad mensuram deus
dedit sibi spiritum Barba aut huius ca-
pitis sunt prelati· qui debent esse viles
Vestimentum sunt viri contemplatiui· qui
sunt ad decorem et ornatum ecclesie Ora
vestimenti· que terre adheret· sunt acti-
ui· qui terrenis actibus sunt dediti Vngue-
tum ergo diuine gratie· a capite xpo flu-
it in prelatos· vt sint flexibiles ad
compassionem Barba enim nimis rigi-
da debet inungi quia prelatus nimis
senens debet hoc vngento inungi· vt
ad veniam inclinari· 3° Et xp° Reges
domus israel clementes sunt Fluit in
contemplatiuos vt sint odoriferi per
deuotionem Cant iiii° Odor vnguento-
rum tuorum super omnia aromata· quia
deuotio mentalis est valde deo grata
Fluit in actiuos· vt sint vnibiles ad
dilectionem Tales enim sepe perturbationibus
exponuntur Et ideo nisi mollescat per hanc
vnctionem applicari non potest per dilectionem
vnde super illud Ps· Ecce quam bonum et
quam iocundum etc Sicut vnguentum etc sic
dicit glosa Augustini Cum in vno sunt
sine caritate· res sunt inquietum in-
mentum· in mentura quod non trahit· sed
turbat· odiosi enim sunt· molesti sunt·
et turbulenti sunt· arietes sua cetera
turbant· et gemunt quid sinistri de aliis
dicant· hii etiam murmurant de quibus

dicit^r Verecundia fatuum quasi rota car-
ri semper portat et semper immutat / Primum
incommodum est quod erat exclusus a re-
gno. Et contra hoc incommodum attu-
lit nobis gloriam / Quod notatur in hoc quod
dicitur filius dei / Ipse namque filius dei
regnum celeste triplici iure possidebat.
De quo sic dicit / Bernhardus ad Eugenium
Christus hic est qui possessionem hanc ven-
dicat . iure creationis . et iure reden-
tionis . et dono patris / Primum autem ius
nobis totaliter tribuit / quia regnum
celorum non tenuit propter se . sed propter
nos Matthei xxv^o / Possidete paratum vobis
regnum a constitutione mundi / Secundum
ius totaliter similiter nobis cedit / quia
non est passus propter se . sed propter nos .
ut et nos dispersos colligeret et in celi
pallacio collocaret / Johannis xi^o / Mori-
turus erat pro gente . et non tantum pro
gente . sed et filios dei qui erant dispersi
congregaret in unum / Tercium ius
nobis communicat / Quia enim possidet re-
gnum tamquam filius . nos voluit adopta-
ri patri in filios . et fecit nos fratres
suos ut amodo simus secum coheredes
Romanorum octavo / Accepistis spiritum ado-
ptionis filiorum / Si autem filii et he-
redes / heredes quidem dei . coheredes autem
Christi / Tercio notatur loci congruitas
quod notatur in verbo subintellecto
scilicet in mundum . Et ista congruitas
loci similiter notatur in leta annuncia-
tione et reliquis tribus verbis . que
sequuntur / in Bethleem Jude nascitur
Sciendum quod nondum / quod sicut dicit Bernhardus
Humanum genus triplici incommodo la-
borabat . scilicet nativitate / vita et mor-
te . Nativitas erat immunda / vita labori-
osa / mors periculosa / Contra ista incommo-
da nascitur . et in Bethleem . et Jude / Se-
quia nostra nativitas erat immunda / Ipse
nascitur . ut sua nativitas munda . nostram
mundaret immundam / Job xiiii^o / Quis
potest facere mundum de immundo conceptum
semine / Nonne tu qui solus es . et cetera.
Tu qui solus es potens . potes hoc facere
Tu qui solus es sapiens . nosti hoc facere.
Tu qui solus es clemens . vis hoc facere
Bernhardus / Illi me sanare credo . qui sal-
vare me velit . novit et possit / Ideo
ipsa / Redit in honorem suum ab anti-
quis contagiis purgata natura mor-
tis morte destruitur / Nativitas nativitate
reparatur . quoniam simul et receptio aufert
servitutem . et regeneratio mutat originem
et fides iustificat peccatorem / Secundo no-
stra vita erat laboriosa . Non solum
enim mali . sed etiam boni laborabant .
pressi onere multiplici peccatorum
Actuum xv^o / Hoc enim est onus . quod neque
nos neque patres nostri portare potuimus
Sepe autem sub tali onere deficiebat
quia cibum gratie habere non poterat / Sed
nobis modo dicit Matthei xi^o / Venite ad me
omnes . qui laboratis et onerati estis . et
ego reficiam vos / Ideo dominus nasci vo-
luit in Bethleem . que interpretatur domus
panis . ut detur intelligi . quod ipse est
verus panis . qui laborantes reficit
ne in via deficiat / De quo pane ipse
dicit Johannis vi^o / Ego sum panis vivus
qui de celo descendi / Siquis manducave-
rit ex hoc pane vivet in eternum . Panis
tunc est perfecte bonus . quando bene sa-
pit . bene sufficit . bonam habet materiam et
bene nutrit / Talis est iste panis / quia
bene sapit ex eo . quod idem est quod ipse deus .
qui habet in se omne dulcedinem
et omnis saporis suavitatem / Ideo dicitur
Ego sum panis . Bene sufficit / ideo dicitur
vivus . quia numquam deficit . sed est perpetuus .
Habet bonam materiam et bene nutrit / Talis
est iste panis . quia est de farina celesti
Ideo dicitur qui de celo descendi / et bene
nutrit / Ideo dicitur Siquis mandu-
caverit ex hoc pane vivet in eternum
Tercio nostra mors erat periculosa / Et io
tunc homines deum laudare non poterant
Psalmus Non mortui laudabunt te domine
Ideo natus est in Bethleem Jude / Iu-
das enim interpretatur confitens . ut detur intel-
ligi . quod per suam nativitatem homo vivifi-
candus erat . ut sic demum laudare posset
Psalmus Sed nos qui vivimus benedicimus domino et
homo quidem indignus erat deum lau-
dare / Tum quia affectu insipidus / Non
enim laudabat deum ex intimo corde .
sed labiis oris . Ysaie xxix^o / populus hic me
labiis honorat et cetera / Tum / quia immundicia
peccatorum infectus / Ecclesiastici xv^o / Non est spe-
ciosa laus in ore peccatoris / Tum

quia spualiter mortuus Eccl̃i xvij°
A mortuo quasi nichil sit perijt confessio.
Ideo sic dicit̃ j Cor j° xpus factus est
p nobis a deo sapia et iusticia ⁊ sactifi-
catio ⁊ redemptio Est eni̅ factus sapia.
vt hominem insipidum dilectaret Iu-
sticia ⁊ sactificatio. vt mundum pur-
garet Redemptio vt mortuum redimeret
⁊ viuificaret Et tunc laus est speciosa
laus eni̅ debet ee speciosa ex parte lau-
dantis ne qd cotigat qd dicit pphta
Peccatori aute dixit deus. Quare tu enar-
ras iusticias meas Ex parte laudati
contra qd dicit in psalmo. Peccator lau-
datur in desiderijs anime sue Prou
xxviij° Qui derelinquunt legem. laudant
impium Ex parte laudis. que tunc est
speciosa. quando est deuota ⁊ iocunda
ps Deo nro sit iocunda laudatio Ex par-
te modi laudandi. quando scz ipa lau-
datio. non solum fit ore. sed etiam corde
pa Cor xiiij° psallam spu. psallam
⁊ mente Ista aut laus. est speciosa
ex pte laudati. quia ipe deus semp est
laudandus Debet tamen esse speciosa.
ex parte laudatis. vt sit sine macula.
Et ex parte modi. vt sit cordi consona

Sermo secundus

Audierunt qr dominus visitasset filios Isrl
⁊ qr respexisset afflictionem eorum
et proni adorauerunt. Exodi iiij° In
verbis premissis tangunt̃ Primum est
vna deuota auditio. cum dicit̃ Audie-
runt. qr dominus vi. fi. isrl. Secundum est dei
visceralis compassio. cum dicit̃ Et qr
respexisset af. eorum Tertium est nostra
humilis ⁊ profunda adoratio. cum dr
Et proni adorauerunt Primo ergo notes
nostram deuotam auditionem cum dicit̃ Audierunt
Ista aut deuota auditio est. quam modo
legimus audiuimus Ihesus xpus filius dei
in Bethleem Iude nascitur Circa quam
deuotam auditionem secundum quod xpc
venit vt saluaret perditos. sanaret e-
grotos. reduceret exules ⁊ peregrinos Io
venit ihus. venit xpus. venit filius
dei Venit ergo vt saluaret perditos.
Et ideo venit ihus. portans salutem
quia interpretatur salus. de qua salute
dicit̃ in ps° Deus aut rex noster an
secula operatus e salutem in medio ter-
re Tunc autem in humana carne Caro

enim nostra dicitur terra Sed caro xpi medi-
um terre Natura namqz nostra habet duplicem
extremitatem Vna est. qua fuit sub in-
nocentia Secunda fuit sub culpa ⁊ miseria
Xpus autem in assumptione humane na-
ture tenuit medium Assumpsit enim naturam
nostram cum innocentia ⁊ quantum ad hoc
participauit cum prima extremitate. sed acce-
pit cum miseria. ⁊ cum penalitate. et
quantum ad hoc participauit cum secunda ex-
tremitate Ideo conueniens est mediator
nostre salutis. cum ⁊ saluare nos velit
eo qr sit defectus idem nobiscum Joh j°
Verbum caro factum est ⁊ saluare nos
possit. eo qr habet omnimodam gratiam apud
deum Et ideo quicquid wlt a deo.
impetrare potest Ideo sequitur plenum gratie
Et confidenter in se. de capite nesciat
Ideo sequitur. et veritatis Quia enim vitas
inniteretur filamentum non penetrat. sic veritas
innitetur filamentum Secundo venit vt
sanaret egrotos. Et ideo venit xpus.
portans secum vnctionem. qui interpretatur
vnctus De istis vngentis dicitur Eccl̃i
xxxviij° Vngentarius faciet pigmenta
suauitatis Et vngenta sunt ex speciebus
aromaticis ⁊ herbis virtuosis. ⁊ aquo
liquore super infuso confecta. Species aro-
matica est diuinitas preciosa. herba virtuosa e
caro dominica. quia vt ysa xl° dicit̃
Omnis caro fenum liquor infusus. est
eius sanguis effusus. Ex hijs ergo tribus
confecta sunt ista vngenta. que infirmo
loco apposita. sanitatem integram reddide-
runt Tertio venit. vt reduceret exu-
les ⁊ peregrinos Ideo venit filius dei portans
secum regnum ysa. ix° filius datus est
nobis. ⁊ factus e principatus super hu-
merum eius Iste principatus fuit dignitas
regalis. quia nos attulit. vt nos
reges faceret Vel fuit onus peccatorum
quod portauit. vt nos alleuiaret ysa.
liij° Vere languores nostros ipse tu-
lit etc Vel fuit crux. quia humeri sui
portauit. vt nos tamquam ad signum ⁊ vexil-
lum colliget. ysa. xj°. leuabit dominus
signum in nationes. ⁊ congregabit profu-
gos isrl. ⁊ dispersos Iuda colliget etc
Venit ergo filius dei. vt nos exules
regnaret. ⁊ ad regnum reduceret Augus.
libro. lv° de Gestibus in persona xpi dt
Cum esses inimicus patri meo reconciliaui

te p me. cu int' motes z siluas errares quesiui te. Inimicis meis ptraui te. pu meo reddidi te. labo̾aui sudaui. caput meum spinis opposui. manus meas clauis obreti. lancea latus meum apervit. tot nodicat minutus. sed asperitatibus laceratus sum. sanguinem meu fudi. animam mea posui. ut coniungerem michi te. z tu dividet a me. Vedo ponit dei viscerosa compassio cu di. Et q respexisse afflictioz eorum. Ctra qd tondum q sicut dicit Beda. Quatuor sunt hoi ex pecto inflicta. sz ignorantia impotentia. concupia z malicia. homo ergo erat valde afflictus. ppter ista quatuor incomoda. sz deus oclo compassionis ipm respexit. Et contra ista quatuor incomoda. misit quatuor remedia. q ponit paulus dicens. I cor. jo. Qui factus est sapia nobis adeo. iusticia sanctificatio. z redeptio. Primu ergo incomodu. ppter qd homo erat afflictus. erat ignorantia. q p viam q ducit ad civitatem habitaculi nesciebat ire. ps via civitat habitac non invenerunt. Ideo indigebat doctore. qui ipam via doceret. Ideo dominus sup hac afflictioe oclo compassiois respiciens. misit nobis filiu suu. qui factus est nobis sapia. docens nos duplicem viam. vna amplectenda. alia fugiendam. mt vijo. Intrate p angustam portam. quia lata porta z spaciosa via que ducit ad perditionem. z multi sunt qui intrant p eam. Et angusta z arta via. q ducit ad vitam. z pauci sunt. qui inveniunt eam. Et ponit hic xpus quadruplicem diam hmus vie duplicis vna est quantu ad ingressum quia hec ht ingressu angustum z depressum. adeo. q xpus volens transire inclinavit se. Ioh. xix. Inclinato capite tradidit spm. Eiuius ergo nos si volumus intrare. debemus nos inclinare. mt xviij°. Nisi conversi fueritis z efficiamini sicut parvuli. non intrabitis in regnum celorum. Illa habz ingressum altum z elevatum. adeo. q dyabolus transiens usqz ad celu se elevat. Ysa xiiij°. Ascenda sup altitudinem nu-

bium. z similis ero altissimo. Cuius ergo superbi similiter elevant. De qd dicit Je. xlix°. Cum exaltaveris quasi aquila nidum tuum. inde detraham te. dicit dns. Secunda differentia est. quantum ad progressum. quia ista est arta z stricta. adeo q xpus transire volens pede m° pede transivit. q in cruce vnu pedem mo aliu. vel super aliu confirmiu habuit. Huius ergo nosmetipos constringendo et mundo tpaliter vtendo. transire debemus. I cor. vij°. Qui utuntur hoc mundo tamqm non utentes. Illa lata z spaciosa. adeo. q dyabolus p eam transire volens. vnu pedem in celo tenere voluit. z aliu in terra. Ysa xiiij°. In celu ascenda sup astra celi exaltabo solium meum Ecce. quia voluit tenere vnu pedem in celo. Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Ecce. quia voluit tenere aliu pede in terra. Huius ergo reprobi per hanc viam volunt late transire. Sap ij°. vino precioso z vnguentis nos impleamus zc. Tercia diff est. quantum ad terminum quia ista ducit ad vita. Illa ad perditionem. P hanc enim viam xpus pervenit ad gloriam. luc. xxiiij°. Oportuit xpm pati z ita intrare in gloriam suam. Per illa viam dyabolus recidit in vehementia Ysa xiiij°. Quomodo cecidisti de celo lucifer zc. Videbam sathana tamqm fulgur de celo cadentem. Huius terminum invenient boni z mali. mt xxv°. Ibunt hij in suppliciu eternu. Iusti aut in vitam eternam. Quarta diff est. quantum ad numerum transeuntium quia per istam transeunt pauci adeo. q xpus p hanc transire volens non habuit socium nisi vnum. scz latronem. qui eu associavit. Per illa autem transeunt multi. adeo. q dyabolus multos secu habuit z adhuc quotidie multos habz. Eccl° iiij°. vidi cunctos viventes qui ambulant sub sole. cum adolescente secdo. z cum ath. xxo. Infinitus est numerus ppli omnium. qui fuerunt ante eum. z qui postea futuri sunt. De multitudine aut istorum z paucitate illorum dicit mt xxo. Multi enim sunt vocati. pauci vero electi. Secundum incomodu ppter qd homo erat afflictus erat impotentia. qa non solum in civitate nesciebat ire

sed nec etiam poterat ire· quia nullum bonum
poterat facere· per quod vitam acquirere
posset· ymo etiam ipse sue iusticie in
iusticie reputabat· ysaie lxiiijo· Vi-
nuise iusticie nostre quasi pannus me-
struate Ideo indigebat iustificatore
qui ipsum iustificaret· et dignum faceret
Ideo deus oculo compassionis super hac
afflictione respiciens· misit nobis filium
suum· qui factus est nobis iusticia Ipse
enim dedit nobis iustificationis principium
scilicet fidem Romanorum vo· Iustificati ergo
ex fide pacem habemus ad deum per
ihesum christum Iustificationis signum sunt opera
Iac· ijo Abraham pater noster nonne ex
operibus iustificatus est· Iustificacio-
nis tamen per gratiam· per quam fides et
opera sunt meritoria Romanorum iijo Iustifi-
cati gratis per gratiam ipsius· etc Tercium
incomodum propter quod homo erat afflictus
erat malicia· quia non solum nesciebat ire
et non poterat ire· sed nec etiam volebat
ire· quia habebat voluntatem in malo
obstinatam et a dyabolo ligatam Ideo homo
indigebat redemptore Ideo deus super
hac afflictione respiciens· misit filium
suum· qui factus est nobis redemptor
Ps Redimet scilicet deus in pace id est per christum
qui est pax nostra animam meam ab hiis
qui appropinquant michi id est a demonibus
qui appropinquant ad temptaciones· sed fu-
giunt resistentes Iac iiijo Resistite dyabolo
et fugiet a vobis Et sequitur in psalmo·
quoniam inter multos erant mecum Multi enim
demones congregantur ad faciendum istam
cathenam· quia voluntas peccatoris ligatur
Unus ponit primum anulum scilicet suggestio-
nem alius ponit secundum includendo
ad mala delectationem· Alius ponit tercium
includendo ad malum consensum Alius
ponit quartum· includendo ad mala
operationem Alius ponit quintum· inclu-
dendo ad mala consuetudinem Alius
ponit sextum includendo ad quandam ne-
cessitatem· Et dicitur ad certum quia dyabolus
nichil posset facere nisi peccator ad omnia
ista consentiret De ista cathena sic
dicit Augustinus in libro confessionum Suspirabam
ad te ligatus non ferro alieno· sed me-
a ferrea voluntate velle meum tene-
bat inimicus· et in catheam fecerat· et
constrinxerat me quippe ex voluntate

perversa facta est libido· et dum servi-
tur libidini facta est consuetudo· et dum
consuetudini non resistitur· facta est neces-
sitas· quibus quasi ansulis innexis· unde
vnam cathenam appellavi Quartum
incomodum propter quod homo erat affli-
ctus· erat concupiscencia· quia non solum
nesciebat nec poterat· nec volebat ire·
sed desperabat se aliquando suis viribus posse
ire· vel velle ire· ex eo quod erat totus
morbo infectus id est mala concupiscencia
inflammatus· Et ideo indigebat sancti-
ficatore sive mundatore Ideo deus super
hac afflictione oculo compassionis re-
spiciens· misit filium suum· qui factus
est nobis sanctificacio Eph vo Exhiberet
sibi gloriosam ecclesiam non habentem ma-
culam aut rugam· aut aliquid huiusmodi
sed vt sit sancta et inmaculata Ipse enim
nos sanctificavit et mundavit· vt non ha-
beamus maculam in cogitacione nec rugam
in operacione nec aliquid huiusmodi in ser-
mone· sed simus gloriosi vbique scilicet in
cogitatione propter mundam conscienciam I Cor po
Gloria nostra hec est testimonium consciencie
nostre· Et in operacione· per honestam
vitam· Mt vo· Sic luceat lux vestra
coram hominibus· et in sermone per locu-
cionem fructuosam Eph iiijo Omnis
sermo malus ex ore vestro non procedat·
sed si quis bonus est· ad edificationem etc
Tercio ponit nostra humilis et profunda
adoratio· cum dicitur Et procidentes adora-
verunt· sicut modo procidentes adoramus Qua
quidem adoratione faciamus cum multiplici
de causa Primo vt christum natum honorifice
suscipiamus· deinde quidem ipsum honoremus
quia ipse nos valde honoravit fecit
enim nos sibi similes· fratres et coheredes
Sibi similes nos fecit in creatione
Gen primo Faciamus hominem ad ymaginem
et similitudinem nostram Si ergo tantum honorem
dei ymagine picta· quantum honorem
deinde dei ymagine viua in nobis in cera
impressam fratres in incarnatione Joh xxo
Vade autem ad fratres meos· et coheredes
in glorificatione Ro viijo Si autem filii
et heredes· heredes quidem dei· coheredes autem
christi· dignum est ergo vt ipsum honoremus
qui nos tam multipliciter honoravit Secundo
vt de sua visitatione gratias referamus

Modus reverendi graciis aliquando fit per
solam vocis expressionem Ephes. v. Sed
magis gratiarum actio. Aliquando per
manuum elevationem i. Thi. ii. Volo
viros honorare vel orare in omni loco
levantes puras manus sine ira et dis-
ceptatione. Aliquando per genuum flexionem
Ephes. iii. Huius rei gracia flecto genua
mea etc. Aliquando per totalem corporis prostra-
tionem Thob. xii. Tunc prostrati per tres
horas benedixerunt deum. Sic et nos
in faciem prosternimus. dominum deum bene-
dicamus et de sua visitatione grates refera-
mus. Hoc signatum est Gen. xvii. ubi
dicitur quod Abraham audita promissione
de ysaac facta cecidit in faciem suam
et adoravit. Sic et nos audita natavi-
tate veri ysaac i. xpi in faciem nostram
cadamus et adoremus grates referentes.
Tercio ut nos morales recognoscamus
acsi ipse fecit quibus dicat in corde suo
sedeo in terram me prosterno quia
morlem me recognosco. Debet enim quilibet
esse terra per humilitatem non per affectionem
Gen. iii. pulvis es et in pulverem
reverteris i. secundum Aug. pulvis es
creatus quod non eras et in pulverem
reverteris i. creatum quod eras. Qui enim
terram se reputat per humilitatem meretur
graciam divine familiaritatis Gen. xviii.
loquar ad dominum meum cum sim
pulvis et cinis. Qui vero terra est per
affectionem efficitur cibus serpentis. Aug.
in libro de agone xpiano Tercio dicitur
est dyabolo terram manducabis. dictum
est peccatori Terra es et in terram ibis.
Datus est ergo in cibum dyabolo peccator
Non simus terra si nolumus manducari
a serpente. Sermo tercius de eodem
Ortas egrediemini et dominus erit vo-
biscum Iozaphat ii° Juda
et omnes habitatores ierusalem
ceciderunt pronum in terram coram domino
et adoraverunt eum ii° paralip. xx°. Cum
aliquis magnus dominus est venturus.
consuevimus ei occurrere. et ipsi nos occur-
rentibus suam presenciam exhibere. reveren-
ciam et honorem impendere In verbis ergo
premissis Primo ponitur nostra erga xpm ve-
nientem devota obviatio. cum dicitur Cras
egrediemini. secundo presencie corporalis ex-
hibicio cum dicitur Et dominus erit vobiscum

Tercio nostra xpo advenienti profunda
humiliatio cum dicitur Ceciderunt pronum etc.
Circa primum Notandum est quod cras debe-
mus egredi super nos. intra nos. et extra
nos. Supra nos egredimur aliquando
per excessum rationis Actus x° Vidi
in excessu mentis mee visionem. Ali-
quando per sublimitatem contemplationis
Job xxxvi° Suspice celum et intuere
et contemplare ethera quod altior sit te.
Aliquando per stuporem admirationis unde
dicitur de regina saba ii° paralip. ix°
pre stupore non erat in ea spiritus ultra
Nos ergo cras debemus egredi super nos.
primo per excessum rationis quia
illud misterium dominice incarnationis
et nativitatis excedit omnem humane
rationem. immo etiam omnem intellectum
tam angelicum quam humanum Dyonisius Hic
est nobis divina compositio et ineffabilis
est omni verbo et incognita omni menti
et ipsi primo dignissimo angelorum Hic
est clarum quod Johannes baptista ma-
ximus cognitor dominorum dixit Joh. i°
Cuius non sum dignus ut solvam corri-
giam eius calciamenti. Deus autem incarna-
tionem non habuit calciamentum. sed assump-
ta carne venit ad nos ut dicitur Ergo
Divinitas calciata Calciamentum autem
mediante corrigia pedi adiungitur Per
corrigiam autem intelligatur anima que
mediante calciamentum i. caro iuncta
est pedi i. divinitati Illud autem non fuit
medium unitatis. sed angelica cogitat
Ille autem qui medium ignorat. non potest
perfecte cognoscere extrema In hoc ergo
dicitur Johannes dixit se non esse dignum
i. ydoneum solvere i. investigare. et
aliis exponere corrigiam i. animam dat
intelligere quod non sit sufficiens cognoscere
nec carnem de virgine genitam nec
ipsam deitatem eternam Secundo cras e-
gredi debemus supra nos per sublimi-
tatem contemplationis quia contemplacioni
tante dignationis vacare debemus Ecclesiastici
Tinctum ad contemplandam sapientiam
De isto egressu dicitur Cant. iii° Egre-
dimini filie syon et videte regem Sa-
lomonem in dyademate i. in huma-
na carne quo coronavit eum mater sua
Et dicitur caro dyadema sine corona quia
fuit nobis causa corone i. victorie Vel
dicitur dyadema quia dyadema est si-

circularitque ex omni parte sui est clausa
et in nulla aperta. Caro nostra multis
viis est aperta. Caro autem christi nulli
unquam temptationi vel vicio aperta
extitit. sed semper clausa permansit. Unde
dicitur diadema. quoniam secundum Aug.
omnes alie figure ex pluribus lineis
constituuntur. Sola autem figura circularis
est. que una tantum linea clauditur.
Quia quelibet alia caro signata est.
duabus lineis. id est concupiscentie seminis
utriusque parentis. Sola autem caro christi una
tantum linea fuit signata. quia tan-
tum ex virginis carne fuit formata.
Tercio christus denique egredi per stuporem
admirationis. quia sicut dicitur Ecclesiastici
quinto. Stupor et mirabilia facta sunt
in terra. Tria enim mirabilia facta sunt
in prole. quia secundum Bernardum. In christo an-
tiquum novum et eternum id est caro anima
et divinitas mirabiliter convenerunt. Contra-
ria eciam sunt ad invicem. ut idem dicit
Bernardus. deus. mater et virgo. fides et cor
humanum. Stupor factus est in matre
quia sine corruptione concepit. sine labo-
re portavit. sine dolore peperit. Job xvii.
Stupebunt iusti per hoc. Iste egressus
est. quo egredimur vel pocius ingredimur
intra nos. Et iste egressus habet fieri
aliquando per internam meditationem. de quo
egressu dicitur Gen. xxiiii de ysaac
qui egressus fuerat in agrum ad me-
ditandum aliquando per suavem devotionem
Judicum xiiii. De forti egressa est dulce-
do. Aliquando per intimam sui discussionem
Osee vi. Quasi diluculum preparatus est
egressus eius. In diluculo fit divisio
tenebrarum et lucis. Sic homo se discu-
ciendo. debet dividere tenebrarum culpe
a luce gracie. Isto triplici modo christus
intra nos egredi debemus. primo per
internam meditationem. quia tantum bene-
ficium semper cogitare et meditari debemus
Prov. xv. Mens iusti meditabitur
sapientiam. Deut. vi. Meditaberis se-
dens in domo tua. et ambulans in iti-
nere dormiens atque consurgens. Et po-
nitur ibi triplex situs corporis. scilicet sedere. stare
et iacere. In stando totum corpus labo-
rat. per quod intelligitur labor actionis. In
iacendo totum corpus quiescit. per quod
intelligitur ocium contemplationis. In seden-
do partim quiescit. et partim laborat
per quod intelligitur vita composita ex
utraque. scilicet ex labore actionis. et ocio
contemplationis. quod maxime est in per-
fectis. vult ergo dicere. Ut istud tantum
beneficium meditari debent activi et conte-
mplativi. et omnes viri perfecti. Secundo
debemus christus egredi vel pocius ingredi intra
nos per suavem devotionem. Unde cantat ec-
clesia. Hodie per totum mundum melliflui
facti sunt celi. Et dicitur celi in plu-
rali quia factum est mellifluum celum ma-
teriale. quia in stella magos duxerit
que habuit naturam mellis. quia ad ipsius visio-
nem tanta dulcedine sunt affecti. ut regna
sua relinquerent. et ad puerum convolarent.
Factum est mellifluum celum spirituale id est
beata virgo. que dulcedinem paradisi nobis
protulit. Eccl. xi. Brevis est in vola-
tilibus apis. et inicium dulcoris habet fru-
ctus eius. Ambrosius in libro de virginibus.
Apis ore pascitur. nescit concubitus. mel-
la componit. Sic beata virgo rore celesti
pasta fuit. virgo extitit. et paradisi dul-
corem parturivit. Factum est melli-
fluum celum humanale. scilicet Magi et pa-
stores. Nam illi regna sua reliq-
runt. et ad puerum properum curreverunt.
Isti greges suos reliquerunt. et ad puerum
videndum venerunt. Factum est melli-
fluum celum intellectuale id est angelus. Tan-
ta enim dulcedine in christi nativitate
angeli sunt repleti. quod celum reliq-
runt et ad christi mirabilia cucurrerunt. Unde
cantat Ecclesia. et est sumptum de Joele 3o.
In die illa stillabunt montes dulce-
dinem. et colles fluent lac et mel. quia
tam maiores angeli quam minores mi-
ra dulcedine sunt affecti. Factum est
mellifluum celum supersubstanciale id est
deus pater. qui hodie mel fluxit. quia
filium suum. qui est dulcedo sola id est tantum
misit. Ps. Pluit illis manna ad man-
ducandum. Tercio debemus egredi vel pocius
ingredi per mentis nostre discussionem.
Quilibet enim suam mentem debet discutere
et purgare. ut digne christum recipere possit
sicut ps. Ps. Meditatus sum nocte cum
corde meo. et exercitabar et scopebam spiri-
tum meum. Quilibet enim debet defectus suos

cogitare et discutere. Nam dicit: Meditatus sum cum corde meo. Et hoc nocte non die, quia ista meditatio et discussio debet fieri de defectibus non de profectibus. Deinde defectus suos debet explere et mentem suam ab hiis purgare. Et ideo dicit: Et scopebam spiritum meum. Postremo debet se in bonis operibus exercere. Et ideo dicit: Exercitabar. Cum taliter se discutit et se preparat, conscientiam securam potest habere. Et ideo in Christi nativitate potest gaudere. Augustinus: In Christi nativitate qui conscientiam habet securam amplius gaudet, qui iniquam attencius timet, qui bonus affectuose orat, qui peccator est devotissime supplicat. Tercius egressus est quo egredimur extra nos. Et hic habet fieri aliquando per vehemenciam exultacionis, quando scilicet tantum est gaudium in corde quod manifestatur extrinsecus. Proverbiorum xv: Cor gaudens exhilarat faciem. Aliquando per extasim amoris. Dyonisius: Est autem extasim faciens divinus amor, non dimittens suiipsorum esse amatores sed amatorum. Aliquando per actionem graciarum et laudis. I Thi. ii°: Levantes puras manus sine ira et disceptatione. Isto triplici modo debemus egredi extra nos. Primo scilicet per vehemenciam exultacionis, quia de eius nativitate gaudere valde debemus. Abacuc iii°: Exultabo in deo Ihesu meo. Luce i°: Exultavit spiritus meus in deo salutari meo. Leo in sermone de nativitate domini: Una cunctis hodie leticie communis est racio. Exultet sanctus, quia propinquat ad palmam; gaudeat peccator, quia invitatur ad veniam; animetur gentilis, quia invitatur ad vitam. Omnes enim homines aut sunt in statu gracie, et hii invitantur cum dicit: Exultet sanctus etc. Aut sunt in statu culpe, et hii qui sunt in culpa cum informi fide, et hii invitantur cum dicitur: Animetur gentilis etc. Secundo debemus egredi extra nos per extasim amoris. Amor enim secundum Dyonisium facit extasim, i. excessum extra se. Sic videtur in deo et angelo et homine perfecto. In deo, quia per amorem nos dignatur providere. In angelo, quia per amorem nos dignatur

ministrare. In homine perfecto, quia per amorem a se videtur deficere, sicut patuit in Paulo, qui ait Gal. ii°: Vivo ego iam non ego etc. Isto modo tres per extasim amoris extra se egrediuntur. Et deus propter nimiam humiliacionem [illegible] paulonius[?] ad anglie[?]. Et angelus propter nimiam exultacionem, quia celum reliquit et ad presepium pueri venit. Et homo, i. beata virgo, propter novam et inauditam parturitionem. Ysa. lxvi°: Antequam parturiret peperit. Tercio debemus egredi extra nos per actionem graciarum et laudis, quia de tanto beneficio semper deo gratias agere debemus. Hoc figuratum est Exo. xv°, ubi dicitur quod Maria, i. quelibet fidelis anima, sumpsit scilicet in corde suo tympanum, i. Christum incarnatum, et precinebat scilicet: Cantemus domino etc. Tympanum fit de corio, et de corio in ligno extenso, et de corio virga percusso, ex cuius percussione resonat tinnitus. Unde tympanum a tinnitu dicitur. Per corium de pellibus animalium mortuorum intelligitur corpus nostrum mortale. Tunc ergo Christus corium induit quando corpus mortale assumpsit. Istud corium in nativitate fuit album, sed in passione factum est rubeum, et in ligno autem extensum. Num. iiii°: Extendent desuper pallium coccineum. Istud corium sic extensum fuit percussum virga gravissima discipline. Ysa. liii°: Disciplina pacis nostre super eum. Et ibidem: Propter scelus populi mei percussi eum. Ex ista autem percussione resonavit tinnitus pie conquestionis in auribus patris cum dixit Mt. xxvii°: Deus deus meus, ut quid dereliquisti me. Resonat tinnitus amoris in auribus matris cum dixit Iohannis xix°: Mulier ecce filius tuus. Resonavit tinnitus doloris in auribus humanis ut Tren. i°: O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. Resonavit tinnitus caritatis in auribus hostis cum dixit: Pater ignosce illis etc. Secundo ponitur puericie corporalis exhibitio, cum dicitur: Et hoc vobis signum. Hoc autem non solum tamen invitat scilicet pietate. Nam sic dicit Ambrosius: Dominus noster

ptatis Secundo honore Malach
primo Filius honorat patrem suum et servus
dominum suum si honorat Vnde ticorem pende
Si ego dominus ubi est ticor meus. hoc
aut nomen vocabitur ta imperat gratia s
equalitate humilitatem et amabilem accedere
est hoc Jesus. Eius dominus erit vocabitur id est
qui erit dominus. videlicet potestatis subli-
mitate/ Eius erit vocabitur per nature
conformitatem sive equalitatem Hebr ii
non confunditur fratres eos vocare. dicens.
Nuntiabo nomen tuum fratribus meis Ille
qui erat dominus vz protectorem et reuerentia
Eius erit vocabitur per humilem pietatem
Philipp ii Exinanivit semetipsum formam
servi accipiens etc. Ille qui erat dominus vz
per ticorem. tantus erit vocabitur per similem
amorem De quo amore sic dicit Augustinus
Nimia amore illius qui ardet tui arcet
descendit in uterum virginis et ibi ardorem
tuum amori suo copulavit. humiliando
se et sublevando te. coniungendo nimie
sue caritatis. limo tue mortalitatis.
Vel istud quod dicitur Dominus erit vocabitur
potest aliter accipi Erit enim vocabitur per
nature divine et humane associationem
Divina enim natura humana in persona
filii dei associavit et nobiscum fuit. quoniam
nostram naturam assumpsit ait ibi Vocabitur
nomen eius Emanuel quod est interpreta-
tum nobiscum deus. Et ideo nostra natura
est munde servanda. et in multa reveren-
tia habenda. ex quo divine est carnaliter sociata
Cum enim in reverentia habeatur qui modico
tempore dominico corpori sociata fuit Sic
erit vobiscum per eukaristie consecrationem
eum quem modum semper nobiscum est.
Matth ult Ego vobiscum sum omnibus
diebus usque ad consummationem seculi et
ideo mens nostra et caro nostra est puri-
ficanda. I Cor xi Probet autem seipsum
homo etc de pane illo edat et de cali-
ce bibat Vel erit vocabitur per similem
conversationem Baruch iii Post in terris
visus est. et cum hominibus conversatus est.
Et ideo vita nostra est ad vite illius
similitudinem corrigenda Bernhardus Beatus
es domine Jhesu. qui te hominem inter ho-
mines conversatum diligenter observans pro
viribus se prebet imitatorem tui Vel
erit vocabitur per auxilii impressionem Jo xiv

Nolite timere quia vobiscum sum. ut sal-
vos faciam Et ideo in ipsum spes nostra
totaliter est ponenda Ps Iacta cogitatum
tuum in domino etc Tercio ponit nostram
profunda reverentia et humiliatio. cum dicitur
Procidentes procidentes in terram coram domino
et adoraverunt eum. Sic et nos modo faciamus
Est autem adorare recognoscere in deo
plena devotione. et in nobis plena subie-
ctionem. hec autem recognitio debet fieri
ex corde. ore. opere et munere/ Corde autem
habet fieri quatuor modis scilicet fide ut cre-
damus in ipsum tamquam in summe verum
Amore ut diligamus ipsum tamquam summe
bonum. Timore ut metuamus ipsum tamquam
summe potentem Spe ut in eum speremus
tamquam in misericordem/ Hec sunt quatuor que
adoratione que ponitur in tymiamate. quod
soli deo offertur de quo habetur Exodi xxx
Prima tamen speciem non habent heretici sive et
homines vani. qui magis credunt fabulis
quam verbis divinis Secunda non habent avari
qui plus amant nummum quam deum/ Glosa super
id Phil iii Quorum deus venter est. etc
hoc ab homine colitur. quod preceteris diligitur
Tercia non habent presumptuosi Quartam
non habent desperati sive nimis timidi
Secundo habet fieri ore. quoniam sic enim lau-
damus. benedicimus adoramus et glorificamus
Vt cantatur laudamus te. benedicimus te. Adoramus
te. glorificamus te. Tercio debet fieri corpore
scilicet inclinatione genuflexione et prostra-
tione Ysaie xlv Michi curvabitur omne
genu etc Quarto debet fieri munere ut
cum in signum universalis dominii de-
cimas damus. primicias offerimus. et obla-
tiones tribuimus Exodi xxii Decimas et
primicias non tardabis offerre (primo xx)

Hec dies boni nuncii Sermo 2
est Si tacuerimus et noluimus nuncia-
re usque mane sceleris arguemur
iiii Reg vii Quamvis hec verba dicta fu-
erint in alia significatione, possunt ta-
men congruenter exponi de presenti solempnitate.
In quibus verbis ostenditur quod hec dies sit
valde gaudiosa. quia est dies boni
nuncii. et quod sit valde gratiosa. et ideo
non debemus a laude tacere Circa quod notandum
quod est duplex annunciatio. scilicet serpentis de
qua dicitur Gen iii Cur precepit vobis
deus ut non comederetis de ligno paradisi

Et alia angeli celest[is]. De qua dicit[ur] Luc[e] ii[o] Ecce euangelizo vobis gaudium magnum. In prima facta e[st] q[ua]drupl[e]x mala annu[n]ciatio. Prima fuit annu[n]ciatio dubietat[is] et h[ec] fuit annu[n]ciatio mulier[is] q[ue] dixit De fructu ligni vite p[re]cepit nobis deus vt non comederemus et ne tangeremus illud. Ne forte moriamur. Ecce quia illud q[uod] deus posuerat p[ro] certo mulier posuit sub dubio. Secunda fuit annu[n]ciatio falsitatis et h[ec] fuit annu[n]ciatio dyaboli q[ui] dixit Nequaq[uam] moriemini etc. Glosa. O neq[ua]m ubi e[st] illud nequaq[uam] ecce e[n]im omnes morimur. Tercia fuit annu[n]ciatio fatuitat[is] et h[ec] fuit annu[n]ciatio hominis q[ui] dixit Mulier q[ua]m dedisti michi sociam dedit m[ichi] de ligno et comedi. Stulta rusio q[ui]a cu[m] debuisset culpa[m] sua[m] recognoscere ip[s]a[m] culpa[m] refudit in mulier[em] et p[er] eius in actorem mulieris. Quarta fuit annu[n]ciatio seueritatis et hec fuit annu[n]ciatio dei p[ro]mulgentis. qui quide[m] tam in viru[m] q[uam] in mulierem seuiu[i]t. sed tamen misericordiam tulit. Illa ergo dies in qua h[ec] quadrupl[e]x annu[n]ciatio facta est. fuit dies mali nu[n]cii. Et licet illa dies in eo habuit. Ista quatuor s[cilicet] dubietas. falsitas. fatuitas. seueritas. In humana tamen genere vsq[ue] ad xp[istu]m durauit s[cilicet] dubietas in sp[er]andis. f[a]l[s]itas i[n] credendis. fatuitas in eligendis. et seueritas in penis irrogandis. Et ideo totu[m] illud tempus. q[uod] fuit ab adam vsq[ue] ad xp[istu]m fuit dies mali nu[n]cii. Ibi. q[ui]a erat dubietas in sp[er]andis q[ui]a h[om]o erat dubius et quoda[m]mo[do] desp[er]auerat. Job vii[o] Desp[er]aui nequaq[uam] vltra ia[m] viuam. Erat f[a]l[s]itas in credendis q[uia] totus mundus in errore positus erat. Et ratio quia tu[n]c homines erant soli sine auxilio dei sine humore gr[ati]e s[an]cti et extra via[m] celi. Ps[almus] Errauerunt. Deus ponit causa[m] In solitudine. Ecce quia erat soli sine auxilio dei In inaquoso. Ecce quia erant sine humore gr[ati]e s[an]cti. Via[m] ciuitatis habitacl[i] non inuenerunt. Ecce quia erant ex[tra] viam celi. Erat fatuitas in eligendis. quia s[cilicet] tunc homo diligebat t[er]rena et vana et mendacia. Ps[almus] filii hominum vsq[ue]quo graui corde vt quid diligit[is] vanitatem et q[ue]rit[is] menda-

cium. Carnalia quidem e[nim] sapiebant et sp[irit]ualia e[nim] despiciebant. Ro[manos] viii[o] Eni[m] s[e]c[un]d[u]m carnem sunt. que carnis sunt sapiunt. qui vero s[e]c[un]d[u]m sp[iritu]m sunt. que sp[irit]us sunt senciunt. Erat seueritas in penis irrogandis. adeo q[uod] Job de deo conquerebat[ur] et dicebat. Job xxx[o] Mutatus es michi in crudelem. Vbi dicit Es michi crudelis sed mutatus es. quia deo inest naturaliter misereri. q[uod] aut[em] punit. tunc videt[ur] a sua na[tur]a mutari. Secunda annu[n]ciatio fuit angeli celestis. qua dicit Ecce annu[n]cio vobis gaudium magnum. quia natus est nobis hodie salvator mundi. qui est xp[istu]s domin[us] in ciui[tat]e dauid i[d est] in bethleem q[ue] int[er]p[re]tat[ur] domus panis. Hec igit[ur] dies boni nuncii est. in qua nobis nu[n]ciat[ur] q[uod] nobis natus e[st] saluator. natus e[st] xp[istu]s. natus e[st] domin[us] natus est panis. Saluator enim attulit nobis et[er]na[m] salutem. xp[istu]s salutifera[m] vnctione[m] domin[us] noua[m] legislationem panis autem suauissima[m] refectionem. Et ista sunt quatuor remedia contra p[ri]ma q[ua]tuor incomoda. Tunc enim in humano genere erat dubietas in sp[er]andis quia homo dubius erat. et quodammodo desp[er]auerat se salutem consequi posse. Contra hoc natus est saluator afferens et[er]nam salutem. Et id[e]o homo non d[ebe]t esse dubius nec timere. sed salutem sp[er]are. Ysa[ie] xxxv[o] Dicite pusillanimes confortamini et nolite timere. Ecce enim deus n[oste]r ip[s]e veniet. et saluabit nos. Vrbs fortitudinis n[ost]re syon saluator ponet in ea murus et antemurale. Non debemus ergo amplius de n[ost]ra salute desp[er]are. qui talem meruimus saluatorem habe[re]. qui factus est fortitudo n[ost]ra. murus noster. et antemurale nostrum. Ip[s]e e[n]im est vrbs fortitudinis i[d est] fortitudo vrbis. quia ecclesiam militantem custodiuit. Ip[s]e enim est murus igneus. qui hostes nostros co[n]sumit. Zach[arie] ii[o] Ego ero murus in circuitu igneus. Ip[s]e est antemurale. quia ictus passio[n]is ip[s]e p[ro] nobis sustinuit. Sicut enim murale vrbis. p[ri]mo insultus hostium suscipit xp[istu]s ergo. quantum ad humanitate[m] fuit antemurale. q[ui]a ibi ictus passionis suscepit. quantum ad diuinitatem fuit murus igneus. p[ro] quia virtutes demo[n]is

in ipsa passione consumpsit. Secundo erat in humano genere severitas in peccatores inexorabilis. Contra istud venit christus afferens christus unctionem, ut sua unctione tante gratie temperaret severitatem tante iusticie. Dan. 9: Ungatur sanctus sanctorum. Ps.: Unxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Primo deus erat homini durus quia non videbat compati, erat iratus quia nolebat reconciliari. Erat quodammodo avarus quia vix volebat modicum gratie elargiri. Sed hodie christus est unctus. Ideo dicitur: Unxit te deus deus tuus, et ille qui erat inflexibilis et durus factus est mollis et mansuetus. Hebr. 4o: Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. Est etiam unctus oleo leticie, et ille qui erat iratus factus est letus et reconciliatus. Coloss. primo: Complacuit in ipso omnem plenitudinem inhabitare et per eum reconciliari omnia. Est etiam unctus pre consortibus suis, et deus qui videbatur esse avarus factus est valde liberalis et largus. Unde sicut dicitur Johannis 3o: Non ad mensuram dedit deus spiritum. Et ideo sicut dicitur Johannis 1o: De plenitudine eius omnes accepimus. Tercio erat falsitas in credendo. Et ideo venit dominus afferens nove legis tradicionem. Ps. 33o: Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet et salvabit nos. Dyabolus enim dominatus fuerat in mundo. Et ideo seminaverat doctrinas erroris. Sed venit verus dominus et doctrinas erroris fugavit et leges vite introduxit. 1 Joh. 3o: In hoc apparuit filius dei ut dissolveret opera dyaboli. Ante adventum quidem Christi dyabolus et non deus in mundo videbatur dominari. Unde sicut dicit Dyonisius in libro de divinis nominibus: Ad perfectum dominium tria requiruntur scilicet preeminencia, continencia et permanencia. Sed ipse aut dominatio aut non peiorum vel subditorum excessus, tantum habet preeminencia. Sed et omnis pulcrorum et bonorum perfecta et omnimoda possessio, habet continencia, et necessaria cadere non valens fortitudo, habet permanencia. Deus ergo non videbatur dominari in mundo. Habet continencia ad preeminenciam. Ysa. 63o: Facti sumus quasi in principio cum non dominaris nostri. Habet continenciam ad continenciam. Lucas 22o(?): Domine deus noster, dominum possiderunt nos absque te. Habet continenciam ad permanenciam quia videbatur a domino tradidisse et mundum in altius dominium tradidisse. Ysa. 19: Et tradam Egyptum in manus dominorum crudelium. Sed hodie deus quantum ad ista tria dominium recuperavit, unde dicit Angelus Luce 1o: Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Ecce preminencia. Et dabit illi dominus deus sedem David patris eius. Ecce continencia. Et regni eius non erit finis. Ecce permanencia. Quarto in humano genere erat fatuitas vel insipiditas in diligendis. Contra istud datus est panis ille de quo dicitur Sap. 16o: Panem de celo prestitisti eis omne delectamentum in se habentem et omnem saporis suavitatem, ut sic sapor tante dulcedinis dulcoraret in homine palatum insipide affectionis. Propter hoc verum dulcedinem istius panis celestis cantat ecclesia: In illa die stillabunt montes dulcedinem et colles fluent lac et mel, et est sumptum de Joele propheta et Amos pluries. Per colles intelliguntur minores et imperfectiores, per montes autem maiores et perfecti. Proprium est autem stillare dulcedinem quia fluere lac et mel. Per lac ergo intelligitur humanitas, per mel intelligitur divinitas. Colles ergo id est minus perfecti aliquando fluunt lac, aliquando mel, quia aliqui eorum aliquando plus delectantur circa ea que spectant ad humanitatem, sicut circa nativitatem, passionem et huiusmodi. Aliqui vero delectantur circa ea que spectant ad potenciam sue divinitatis, sicut circa resurrectionem, ascensionem et huiusmodi, et imperfecti habent circa Christum delectationes particulares. Perfecti autem habent delectationes universales et stillant dulcedinem quia delectantur circa totum Christum, quia et nativitas est sibi dulcis et passio dulcis et resurrectio dulcis et ascensio dulcis et totus Christus est ei dulcis. Cant. 5o: Totus desiderabilis. 2o hec dies est gloriosa quod notatur cum dicitur: Si tamquam vel non cum dominus hodie tacere, sed laudes domini annunciare cum iubilo referendo

[illegible]

ante actio aliquando fit voce / aliquando voto aliquando signo. Verbo p(ro)dimaz laudationem ps. Repleatur os meum laude. Isto autem modo demus hodie gratias agere & dei p(ro) tanto beneficio collaudare. vnde propheta Omnes creaturas ad laudandum deum invitat. d(icens) letentur celi & exultet terra. Invitat namque creaturas intellectuales et celestes. d(icens) letentur celi. Invitat creaturas pure corporales. d(icens) Et exultet terra. Invitat creaturas sensibiles. d(icens) Commoueatur mare & plenitudo eius. gaudebunt campi & omnia que in eis sunt. Invitat creaturas racionales. dicens. Orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo .i. homines/ Invitat creaturas vegetabiles. d(icens) Tunc exultabunt omnia ligna siluarum a facie domini. quia venit. Quarto demum gratias agere voto p(er) mentis exultacionem. Eph. v°. Cantantes & psallentes in cordibus vestris deo patri. Ad hanc spiritualem exultacionem mentium hortatur nos apostolus. phil. iiij° Gaudete in domino semper iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Et subdit causam. quia dominus prope est. Hec quoque verbis dat intelligi. Primo istud gaudium debet esse magnum multe [illegible]. Secundo quantum ad impermixtionem. quia nichil ibi debet esse gaudium de mundo. sed tantum de deo. Ideo dicit Gaudete in domino. quantum ad interruptionem. quia istud gaudium nunquam debet interrumpi. vel finiri per aliquam tristiciam. Ideo dicit semper. Super hoc leo papa. Saluator noster hodie natus est. gaudeamus. Neque enim phas est locum esse tristicie. vbi natalis est vite. Quantum ad intensionem. Ideo dicit Iterum dico gaudete. Per illam enim geminationem intendit significare gaudij intensionem. tamen intensum debet esse gaudium domini. quod debet vincere & superare mundi gaudium. Aug(ustinus) de verbis domini. Quando gaudet in domino. non gaudet in seculo. vincat gaudium in domino. donec finiatur gaudium in seculo. gaudium in domino semper augeatur. in seculo semper minuatur donec finiatur. Quantum ad ostensionem Ideo dicit Modestia vestra nota sit. Quantum ad extensionem. Ideo subdit Omnibus hominibus. Tercio demum gratias agere signo. quod fit per genuflexionem. sic a viris religiosis hodie fieri consueuit quia hodie genua non flectunt. sed totaliter se submittunt. & in terram se prosternunt. Qui genua flectit. partim se prosternit & partim erectus existit. In prostratione vero totum corpus demittit. & nichil erectum relinquit. Per hunc dico quod totalis prostrationem & corporis humiliationem significatur totalis humiliacio mentis. vt homo totaliter se deo submittat. & nichil de seipso sibi retineat. Nec proprium amorem nec proprium sensum. Nec propriam voluntatem. Nec propriam operacionem. Nec propriam conuersacionem. Taliter Christus se totaliter prostrauit. & deo patri se totaliter submisit. nec aliquid sibi retinuit. Non enim habuit proprium amorem. Ro. xv. Etenim Christus non placuit sibi. Sed sicut scriptum est Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Exemplo huius non demus hic proprium amorem. Joh. xij°. Qui amat animam suam perdet eam/ Nec habuit Christus proprium sensum. Johannis vij°. Mea doctrina non est mea. sed eius. qui misit me. Similiter et nos. Ro. xij° Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Nec propriam voluntatem. Luc. xxij° Pater si vis transfer calicem hunc a me. Veruntamen non mea. sed tua fiat voluntas. Johannis quinto Non quero voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me patris. Similiter et nos. Mat. xvj° Si quis vult post me venire abneget semetipsum &c. Nec propriam operacionem. Sed omnes operaciones patri attribuebat. et in nostram vtilitatem conuertebat. Johannis ix. Me oportet operari opera eius qui misit me. donec dies est. Joh. viij°. A meipso facio nichil &c. Opera que ego facio in nomine patris mei &c. Sic & nos per opera nostra proximis nostris debemus caritate. & non solum nobis retinere. Gal. vj°. Operemur bonum ad omnes. maxime autem ad domesticos fidei. Nec habuit propriam & singularem. sed pocius communem conuersacionem Baruch iij° Post hec in terris visus est & c(etera). Luc. xxij° Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Sic & vos. i. Pe. ij° Conuersacionem vestram inter gentes habentes bonam.

De eodem sermo quintus

Oportet preuenire solem ad benedi-
ctionem tuam. ⁊ ad ortum lucis
adorare. Sap xvjo. Lucis celebrantur
sunt ortum veri solis ⁊ ortum
veri lucis. Et ideo oportet. vt ortum
veri solis preueniamus adorando. Et ista
duplex preuentio notatur in verbis premissis.
Primo enim ponitur preuentio qua preueni-
re debemus ortum veri solis benedicendo
⁊ laudando. cum dicitur Oportet preue. so. ad
bene. tuam. Et istam preuentionem seruamus
in choro. Secundo ponitur preuentio qua
debemus preuenire ortum veri lucis ado-
rando. cum dicitur Et ad ortum veri lucis
adorare. Et istam preuentionem seruamus
in capitulo. Circa primum notandum est quod
ortum veri solis in choro triplici preue-
nimus. primo quia ista festiuitas a
laudibus inchoatur. 2o quia crebro nobis
predicatur. Tercio quia sepe nobis una persuadet.
Primo ergo hanc solemnitatem
in choro preuenimus quia eam in lau-
dibus inchoamus. quod quidem est singulare ⁊
speciale in hac solemnitate. Alias enim
solemnitates inchoamus in vesperis
vigilie precedentis. hanc autem maxime
in laudibus vigilie precedentis. Et huius
ratio potest esse triplex. Prima quia hec
festiuitas incepta fuit a laudibus
tam a laudibus angelorum dicentium. Luc
ijo Gloria in altissimis deo. quam a lau-
dibus pastorum. De quibus dicitur
Reuersi sunt pastores laudantes ⁊ glo-
rificantes deum ⁊c. Secunda quia omnes
creature eum laudant. vnde propheta in-
uitans omnes creaturas ad laudandum
aduentum filii dei in carne. dicit Le-
tentur celi ⁊ exultet terra ⁊c. Tunc exul-
tabunt omnia ligna siluarum a facie
domini quia venit. Et iterum In psalterio
decacordo psallam tibi. Per psalterium
decem cordarum intelligere possumus
Christum incarnatum. In quo quidem fuerunt
quinque corde. maiestates eius vel eius
humanitatem. scilicet quinque vulnera ⁊ quinque
alie maiestates eius diuinitatem. scilicet
quinque potencie ministra vel unitas tri-
nitatis. gloria resurrectionis. maiestas
ascensionis. missio spiritus ⁊ iudiciaria
potestas. Tercia quia in ipsa festiuitate in-
uenitur materia ⁊ causa ⁊ ratio omnis laudis.

Omnes enim qui cantica laudis cecide-
runt. Aut cecinerunt propter immensum
gaudium. vt illud 1o Reg ijo Exultauit
cor meum in domino. aut propter com-
pletum desiderium. vt illud Luc ijo Nunc
dimittis seruum tuum domine ⁊c quia
viderunt oculi mei salutare tuum ⁊c. Vel
propter receptum beneficium. vt illud Luc 1o
Benedictus dominus deus israel. quia visitauit
⁊ fecit redemptionem plebis sue. Propter rece-
ptum beneficium cecinit canticum suum Moy-
ses. Exodi xvo. Cantemus domino gloriose ⁊c.
Et Ezechias xxxviijo Ego dixi ⁊c. propter
istam triplicem causam. virgo beata canticum
suum cecinit. dicens Luc 1o Magnificat anima
mea dominum. scilicet propter immensum gaudium. cum
ait Et exultauit spiritus meus. propter
completum desiderium. cum subdit Quia
respexit humilitatem ancille sue. propter
receptum beneficium. cum subiungit Quia
fecit michi magna qui potens est. propter
istam triplicem causam. ⁊ nos hodie
laudare debemus. Primo videlicet quia venit
nostrum gaudium. Ysa. lijo Gaudete ⁊
laudate simul deserta ierusalem quia consola-
tus est dominus populum suum ⁊ redemit ierusalem.
Secundo quia venit nostrum desiderium. Gen
xlixo Donec veniret desiderium collium
eternorum. Aggei ijo Veniet desideratus
cunctis gentibus. Tercio quia nobis venit
immensum beneficium. ⁊ donum de quo dicitur
Ysaie ixo Filius datus est nobis. Conue-
niens ergo hec festiuitas in laudibus in-
choatur. Tum quia incepta fuit a laudibus.
Tum quia omnes creature laudant deum.
Tum quia in ea est materia ⁊ causa omnis laudis.
Secundo hec festiuitas in choro preuenitur
ex eo. quod nobis crebro predicatur. Hodie
nunciat. Scietis quia veniet dominus
⁊ mane videbitis gloriam eius. Item cras
egredietur ⁊ dominus erit vobiscum. et
multa similia hodie cantantur. ⁊ hec sunt
specialia ⁊ singularia. quia nunquam alia fe-
stiuitas in die precedenti nobis tam crebro
predicatur. Causa autem huius tam crebre
predicationis talis esse potest. Ponamus quod
aliqua ciuitas regem suum cum deside-
rio multum expectet. veniat vnus nuncius
qui dicat Rex quidem veniet. tamen ad-
huc multum longe est. Iste non bene nunciat
licet enim dicat regem longe esse. tamen dicat

xpm venire/ Veniet sedus qui dicit
Nolite timere quia rex cito veniet Iste
est melior nuncius Veniet tercius q
dicit Rex iam apparet et milicia et
vexilla eius Iste est optimus nuncius
Tunc domus civitatis audiens quod rex
apparet mittit preconem per civitatem
ut sint parati occurrere illi Nondum sciat
qua die rex velit intrare civitatem
Cum autem hoc certe constat ipse in prede
ti die nuncios multos mittit nunci
antes certissimum regis adventum Isto
modo in adventu xpi videtur eciam
contigisse Expectans eum ecclesia adventum
In prima dominica mittit nuncium qui
dicit Rex quidem veniet sed est adhuc
longe Et hoc in primo responsorio Aspici
ens a longe ecce video dei potenciam
venientem etc Sed quia fideles audi
entes quod longe est possunt dubitare et ti
mere ne forte non veniet Ideo mittit
secundum nuncium qui hortatur et dicit Ne ti
meant et ne desperent quia cito veni
et et hoc in primo responsorio secunde dominice cum
dicitur Filia cito veniet salus tua quare
merore consumeris salvabo te et liberabo
te noli timere Deinde mittit tercium nunc
cium qui dicit quod rex iam apparet
et milicia eius et vexilla eius Et hoc
in primo responsorio tercie dominice cum dicitur
Ecce apparebit dominus super nubem candida
Ecce quod iam apparet persona regis et omnes
eo sanctorum milia Ecce quia iam ap
paret milicia regis Habens in vestito
et in femore suo scriptum rex regum
et dominus dominancium Ecce quod iam appa
rent vexilla regis Tunc eciam sacer
quod rex iam apparet mittit preconem
qui omnibus adventum xpi regis annun
ciet ut omnes sint parati Et hoc in secundo
responsorio quarte dominice cum dicitur Canite
tuba in syon vocate gentes annuncia
te populis et dicite Ecce deus salvator noster
adveniet Tandem quando certe constat de
die adventus regis tunc iam non unum
vel duos sed multos nuncios mittit
qui certissimum regis adventum denunciet
Unum mittit qui dicit Hodie scietis
quia veniet dominus et mane videbitis
gloriam eius Alium quidem qui dicit Cras
egrediemini et dominus erit vobiscum Tercium
qui dicit Crastina die delebitur iniquitas
terre/ Alium qui dicit Cras faciet
dominus inter nos mirabilia Certe hec
festivitas a nobis in choro pervenitur
Ideo quod nobis verbis nostra preparatio suadetur
unde cantatur Sanctificamini hodie et estote
parati quia die crastina videbitis maie
statem dei in vobis Item sanctificamini
filii israel dicit dominus in die enim crastina
descendet dominus Et istud simile est
speciale et singulare quia nusquam ad
nostram preparacionem tales amonemur
pro aliquo festo in crastinum celebrando Cau
sa autem huius preparationis a nobis fiende est
quoniam sponsa expectans adventum
sponsi se preparat et ornat ut sponso suo
placeat Ornat autem se plus vel minus
secundum maiorem vel minorem nobilitatem
sponsi Aliter enim ornat se sponsa militis
aliter sponsa regis Expectamus ergo
sponsum illum De quo dicitur in psalmo
Ipse tanquam sponsus de thalamo suo pro
cedens Et quia iste sponsus est nobilis
simus ex eo quod est rex regum et dominus
dominancium Ideo sponsa id est quelibet fidelis
anima debet se ornare prout decet excel
lenciam tanti sponsi De nobilitate et excel
lencia huius sponsi dicit sponsa Can v°
Dilectus meus candidus et rubicundus ele
ctus ex milibus Fuit enim candidus
quia habuit carnem puram et rubicundus
quia habuit animam caritate plenam Electus
ex milibus quia habuit divinitatem veram
Anima ergo tam nobilis est iste sponsus
debet sponsa assumere vestes nobiles
Nobilitati tanti sponsi convenientes Nam
quia est candidus debet assumere vestes
albas puritatis Istas vestes sponsus
requirit dicens Apoc iii° Ambulabunt
mecum in albis etc Anima quia est rubicundus
debet assumere vestes rubeas caritatis
Prover ult Byssus et purpura indumentum
eius Byssus quantum ad vestem can
didam puritatis purpura quantum ad vestem
rubeam caritatis Anima quia electus ex mi
libus debet assumere vestem fulgidam
clare et honeste conversacionis De qua
dicitur Apoc xix° Uxor agni preparavit
se et datum est ei ut cooperiat se bysso
splendenti et candido Secunda procinctio est
quod prevenimus ortum veri luminis adorando
quod nos tunc dicitur Et adortu veri lucis

adorare q̄ precio͡z factus ē c͡a͡lo. Nondū
aut͡ e͡m ortum istius vere lucis ꝯpli͡cat
in ca͡lo p̄ueni͡ꝰ. s. p̄renunciando. adoran-
do. ⁊ exhortando. Prenunciādo. quia
licet alie festiuitates prenunciet͡. ista
tamen singlari͡ mo͡d prenunciat͡. cum
dicat͡ Anno Cesaris Augusti xlij. ebdo-
mada iuxta Danielis ꝓphetiā lxvj.
Olympiade aut͡ Clxxxxiij. ih͡c xp͡s
filius dei in Bethleem nasc͡it͡. s͡ꝫ nō͡ at
ista annunciatio ex more Romo͡rū. cū
dicat͡ Anno Cesaris Augusti ⁊c͡. Apt
Romanos enim erat regalis ⁊ imperialis
magnificēcia. Apud hebreos sacerdotiū
⁊ ꝓphecia. Aput grecos sapiencia. j Cor͡
p͡o Greci sapienciam querunt. vn͡ dt͡ glo.
luc͡ xxiij. hec tres lingue p̄cetis
eminebat. hebrea ꝓpter Judeos in
lege gl͡antes. Greca ꝓpter grecos
sapientes. latina ꝓpt͡ Romanos imperantes.
Jdeo ergo natiuitas eius taliter intimat͡
ad significand͡u͡ qm͡ iste puer qui nasc͡it͡
est rex ⁊ imperator celi. De cuius impe-
rio dixit Angelus. luc͡ p͡mo Dabit
ei dominus sedem dauid patris eius. ⁊c͡. Est
sacerdos ⁊ ꝓpheta generis humani. ps̄.
tu es sacerdos in eternum s͡c͡d͡m ordinem
melchisedech. Joh͡ vj͡o hic v͡e ꝓpheta
qui venturus est mundū. Et est sap͡a.
j Cor͡ j͡o Nos aut͡ p̄dicam͡ x͡p͡m dei virtu-
tem ⁊ dei sapienciam ⁊c͡. Et hijs conuenien-
ter cudent ea verba que sequnt͡ ih͡c x͡p͡c
filius dei. acsi diceret͡ vere iste puer
qui nasc͡it͡. est sapiencia dei. q͡r e͡ ih͡c
qui interpretat͡ salus. quia in eo est
sapiencia salutaris. De qua dominus ysa.
xxiij͡o Diuicie salutis sapiencia ⁊ sciencia.
Vere est sacerdos ⁊ ꝓpheta q͡r xp̄ianū
quia est xp͡us. qui interpretat͡ vnctus
Iste enim duo p̄sone olim vngebant͡
Et ipse tanq͡ sacerdos ⁊ ꝓpheta fuit in-
vnctus ysa. lxj͡o Spiritus domini sup͡
me. eo q͡ vnxerit me. Ve͡e est rex et
imperator celi. quia est filius dei. ps̄.
Deus iudicium tuum regi da. ⁊c͡. Secundo
p̄uenimus in ca͡lo adorando. ⁊ in terra͡
nos humiliter prosternendo. Tunc q͡d
prostracio inn͡sq͡ fit nisi hoc. ⁊ in
dominica annunciatione. hic aut͡ adoracio
⁊ prostracio. fit triplici de causa. Primo.

vt vitam rependamus. Ipse enim hoc
se in terram prostrauit. p̄ nostre terrene
s͡b͡e assumpcionem. Et ideo instar eius v͡tri
terram nos prosternamus p̄ profundam
humiliationem. Sic enim amori suo no͡
possumus melius vicē rependere. q͡
amando. Et morti sue melius. q͡ p̄ ip͡o
moriendo. sic nec humilitati sue melius
q͡ nos humiliando. hoc signatum est
Jone iij͡o vbi dicit͡ q͡ rex indutus est
sacco. ad cuius exemplum ceteri seruientes fece-
runt. Hodie rex noster indutus est
sacco. i. corpore terreno. ⁊ sedit in cinere
i. mortalitate. ad cuius exemplum nos seruientes
eius debemus induere saccum penitencie. ⁊ sedere
in cinere humilitatis profunde. Secundo
quia deus sic profunde descendit. et
se humiliauit debemus ⁊ nos profunde
terram descendere. ⁊ nos ipsius amore
humiliare De cuius descensu dt͡ ꝓpheta
Jnclinauit celos ⁊ descendit. ⁊ caligo
sub pedibus eius. Et dt͡ celos in plu-
rali. quia est celum materiale ⁊ intellectuale. Illi
quidem erant quatuor dura ⁊ inflexibilia
s. celum. angelus. deus. ⁊ mors. illa
celum non poterat flecti. vt aquam
reciperet. Angelus vt hominem diligeret
Nec deus. vt humanum genus sibi re-
conciliaret. nec mors. quin omnes absor-
beret ⁊ deuoraret Sed hodie xp͡us in-
clinauit celos. s͡ꝫ celum materiale. vt de
incepto omnes sanctos suscipiat Celum
intellectuale. i. angelum. vt hominem dili-
gat Ipse descendit. quia carne recepta
⁊ humanum genus sibi reconciliauit Cali-
go sub pedibus eius. quia mortem tenebro-
sam suppeditauit Si ergo hodie inclinati
sunt celi materiales. s͡ꝫ inclinati sunt celi
intellectuales Si adeo celum supercelestiale
descendit. Si morte in profundum pro-
iecit. debemus nos sibi vicem rependere
⁊ profunde nos inclinare. ⁊ in terram
humiliare. Tercio hec adoracio ⁊ pro-
stracio a nobis fit. vt eius dominium re-
cognoscamus Consuetudo enim est. q͡n
aliquis rex vel dominus temporalis vadit ac-
cipere regnum suum vel dominium. homines
sui eius dominium recognoscunt fidelitatem
sibi faciunt. ⁊ reuerenciam sibi impendunt. hoc
x͡p͡us rex noster in hunc mundum venit
ibi regnum accipere. sed regnum nobis dare

Portauit enim regnum de celo in terram
quasi super humeros suos. vt ipsum
nobis largiatur ysa. ix°. Factus est prin-
cipatus super humerum eius. vnde cantat
ecclesia Ecce aduenit dominator dominus
et regnum in manu eius et potestas et impe-
rium. Ecclesia dicit istum dominatorem in ma-
nu habere. habet enim regnum in manu quod vult
ipsum nobis dare. habet potestatem. quod potest
datum nobis conseruare. habet imperium. quo
reges nos vult facere. Cum ergo xpus rex
noster hodie huius mundi intrauit. Non
vt regnum accipiat sed vt nobis impen-
dat. Justum est vt ipsum cum reuerencia
suscipiamus. et eius dominium recogno-
scentes. et quodammodo sibi fidelitatem facien-
tes. in terra nos prosternamus et ei subiec-
tos. non solum verbis sed etiam hu-
militate corporis nos profiteamur. Ratio
huius adoratio et prostratio fit. vt de sua
visitatione ei gratias referamus. hoc
signatum est Exo. iiii° vbi dicitur Audie-
runt quod visitasset dominus filios Israel
et respexisset afflictionem eorum. et pro-
ni adorauerunt. hoc etiam signatum est Exo.
xv. vbi dicitur Maria assumpsit sibi
tympanum et panebat ... Cantemus do-
mino etc. Per mariam intelligere possumus
qualibet fidelem animam per incolatum
huius miserie amaram. per tympanum in-
telligere possumus dei filium incarnatum. In
tympano quidem est forma sperica. pellis
extensa et melodia. Per formam spericam
intelligitur diuinitas. que est etiam carens
principio ac fine. Mich. iiii° Egressus
eius ab initio a diebus eternitatis. Per
pellem extensam intelligitur caro xpi cruci-
fixa. ps. Extendens celum sicut pellem.
Per melodiam intelligitur eius anima omni
dulcedine et iubilatione plena. que semper
fruebatur. eo quod xpus licet esset viator
tamen erat comprehensor. Maria ergo
id est quelibet fidelis anima debet sumere in corde
suo per meditationem et recordationem tym-
panum id est xpum incarnatum et passum. et
panere id est gratias deo offerre. Tertio pre-
libinus hac solemnitate exhortando quia
sermo exhortatiuus nobis ... festiuitez
ista hora proponitur nusquam enim sermo ...
modo ponitur in matutinis vigilie pre-
cedentis. Ratio autem huius talis

assignari potest. Sic enim dicit beatus Ambrosius
super beati immaculati Sermo dei habet
illuminare. accendere et mundare. Nos at-
tamen expectamus ortum vere lucis vel
solis de quo dicitur Malach. iiii°. Vobis
timentibus nomen meum. orietur sol iusticie
Ortum veri ignis. de quo dicitur hebr.
xii°. Deus noster ignis consumens est.
Conueniens ergo in crastina solemnitate
nobis hac hora sermo proponitur. vt quia
sermo dei habet illuminare. disponamur ad
illuminationem ortus lucis refulgentis
Illius scilicet lucis de qua dicitur ysa. ix°.
habitantibus in regione vmbre mortis
lux orta est eis. Secunda habet accendere
disponamur ad inflammationem ortus solis
incalescentis. Illius scilicet solis. de quo
dicitur Jo. Ex. xvi°. Cumque incaluisset sol. salus-
tium incaluerit sol. Et de quo dicitur
in ps°. Non est qui se abscondat a
calore eius. Tertia habet mundare. dispo-
namur ad purificationem ortus ignis con-
sumentis et purgantis. Illius scilicet ignis. de
quo dicitur Malach. iii°. Ipse enim quasi
ignis conflans. et quasi herba fullonum
et sedebit conflans et emundans argentum
et purgabit filios leui. Sermo 6us

Precepara te in occursum dei tui
Israel. Amos iiii°. Quia deus
noster cras per ecclesie reputationem
ad nos est venturum. Ideo nos ipsos preparare
debemus. vt ipsum digne et honorifice reci-
pere valeamus. Circa autem istam prepar-
ationem quatuor sunt videnda. scilicet quid de-
beamus preparare. Cum qualiter. et propter quid.
Debemus autem preparare non corpora. sed
corda facta non vana. Nos ipsos non
vna. Corda quidem debemus preparare sicut
dicitur Jo. Ex. vii°. Preparate corda vestra deo.
Eccli. 2°. Qui timent deum preparabunt il-
li corda sua. et in conspectu illius sanctifica-
bunt animas. Et tanguntur hic duo. que
causant hanc preparationem. scilicet timor inicia-
lis. cum dicitur Qui timent deum etc. Et
amor filialis. cum dicitur Et in conspectu
illius etc. Filius enim qui ex amore
seruit patri. ita seruit ei in absencia
acsi esset in presencia. Sic sancti viri
omnibus operibus suis cogitant. quod sunt
ante deum. Sed sunt quidam qui ne-
glacierunt corda et parant corpora his

colunt ventre suu vt deu suu Philipp. iijo Quorum deus venter est. Ro. vlt. Hij xpo domino no seruiunt. sed suo ven-tri. Hij sunt sic monumenta. q exterius sple-dent. interius fetent. Mt xxiijo Ve vobis scribe et ypocrite. qui similes estis sepul-cris dealbatis etc. Hij sunt sicut vas. qd exterius est mundum. intus inmund. Mt xxiijo Ve vobis scribe et phrisei et ypocrite qui mundatis qd deforis est calicis. et parapsidis etc. Secundo debemus parare opa non verba. i Joh. iijo Non diligamus verbo. neque lingua. sed opere et veritate. Deus opera approbat. verba reprobat. vnde verba phrisei dicentis. Luc xviijo Deo gracias ago tibi etc reprobauit. Opera aut publicani peccata sua pecientis acceptauit. Iste opa remuneat. verba dampnat. Mt vijo Non omnis qui dicit michi domine domine. intrabit in regnum celorum etc. Dicendo ergo ho bis domine domine. scilicet corde credendo. et ore confitendo non remuneat. Addendo vero tercium domine scilicet operando. remuneat. Vnde addit Sed qui facit voluntatem etc. Verbosis aut dat maledictionem. Qd signatum est Mr xio In ficulnea. que tantum habuit folia. cui maledixit xpus. Illa aut maledicto erit. quia dicitur. Discedite a me ma-ledicti etc. Tercio debemus parare nos-ipos non nostra. Luc xijo Et vos esto-te parati. non dixit vestra sint parata. Prov. xxiijo Prebe fili mi cor tuum michi. Non dixit cellam. sed cor tuum. Sed multi sunt qui in isto festo sua abluunt. et seipos immundos relinquunt. Aug. Quid prodest. quod iniquus sit omnia preclara. et ipsi sunt turpes. Tales similes sunt sterquilinio niue cooperto. Qua enim dat deo. et seipos dyabolo. Gen. iiijo xiiij aliam litteram. Homine si recte offeras. et non recte diuidas peccasti. Tales enim recte offerunt inquitum sua deo tri-buunt. sed non recte diuidunt. quia viliora scilicet temporalia dant deo. preciosiora vero scilicet se-ipos dyabolo. Deus enim tria homini dedit scilicet corpus animam. et res temporales. Et de hijs omnibus tales peiorem partem dat deo. meliore aut dat dyabolo. verba de corpore dyabolo dat iuuentutem. deo senectutem. Osee vijo. Comederunt

alieni. i. demones. qui scilicet sunt alieni a gloria robur eius. i. iuuentute. q est etas valida et fortis. Et ipse nesciuit i. se nescire ondit. sed et cani effusi sunt in eo. et ipse ignorauit. quia sepe tales deum ignorant eciam in senectute. De anima aut dat deo intellectum. cogno-scendo ipum per fidem. Dyabolo aut affectum amando ipius operationem. Tit. io Con-fitentur se nosse deum. factis autem negant. De rebus aut dat deo viliora sibi aut retinet preciosiora. similes tamen hiis spiritus curiosas. et vxor via tritas deo obtulit. sanas aut et plenas sibi retinuit. Secundo videndum est. cui nos debemus parare. Certa qd sciendum. Sed anima nostra cum sit dei sponsa. non debet se parare eius inimico. vel adultero. sed sponso. Infidelis illa sponsa esset. q inimi-co sponsi sui se ornaret. Inimicus dei est mundus Joh. xvo Si mundus vos odit. Scitote. quia me priorem vobis odio habuit. Illi ergo se parant mundo. qui student placere mundo de quibus dicitur Mt xxiijo Omnia opa sua faciunt. vt videantur ab hominibus. Aug. in libro de Ciuitate dei. Omnia vero pietate in deum. quem diligit. credit. et sperat. plus intendit in ea in quibus sibi displicet. quam in ea que in ipo sunt. que non tam ipi quam veri-tati placent. Secundo non debet se parare adul-tero. i. dyabolo. Sed de multis deus conqueritur. dicens ysa. lvijo Iuxta me disco-operuisti te. et suscepisti adulterum. Impu-dica esset illa mulier. q adulterum venientem et sollicitantem susciperet sed magis impudica esset. que adulterum sollicitaret atque alliceret. Sed maxime esset impudica. que in oculis sponsi sui. fornicari non erubesceret. Ista tamen tangit dominus cum dicit Iuxta me discooperuisti te et suscepisti adulterum. Sunt enim. qui dyabolo suggerenti statim consentiunt. Ideo dicit Suscepisti adul-terum. Consentiunt enim demonibus di-centibus ysa. lio Incuruare vt transeamus. Quidam sunt. qui dyabolum temptando pre-ueniunt. et quodammodo alliciunt. Ideo dicit Dis-cooperuisti te. Ille enim se discooperit. qui peccato consentiens voluntate sua dyabolo aperit. et cui in peccato preueniens vt ad se

veniat induat Cxxij° Abierunt
absq; fortitudine ante faciem subsequent
Et tamen hec omnia ante oculos dei
committunt Ideo dicit Iuxta me Ecci xx
iij° Oculi domini multo plus lucidiores
super solem &c Domus aut preparari sposo
Mt xxv° Exierunt obviam sposo et
spose Tales enim sic paratos sponsus
in celestem thalamum introducit
vnde sequitur Et que parate erant intra
uerunt cum eo introductas delicijs re
ficit vnde sequitur Ad nupcias Et re
fectas saciatas facit vnde subditur Et clau
sa est ianua Tercio videndum est
qualiter nos decamus preparare Circa quod
sciendum est quod quatuor modis scilicet via
parando domum abilem inquirendo ve
stes assumendo & epulas ordinando
Ista enim quatuor facimus cum aliqua
persona honorabilem in proximo
suscepturi sumus Primo ergo debemus
nos preparare viam parando vt scilicet
de via removeamus omnes lapides pec
catorum faciamus scilicet planiciem i hum
mansuetudinem morum & eleuemus
in via verilla dominice passionis Ista
tria tangit ysaias lxij° preparate viam
populo Qualiter aut preparanda sit subdit pla
num facite iter & eligite lapides et e
leuate signum ad populos Secundo debemus
nos preparare domum habilem inquirendo
Circa quod sciendum quod ille quem exspe
ctamus est speciosus ps Speciosus
forma pre filijs hominum Est inmensus et
excelsus Iob xj° Excelsior celo est &c
Est pacificus ps Cum hijs qui ode
runt pacem eram pacificus Non est
necesse deo aliam domum querere quam cor no
strum si tamen fuerit modo debito paratum
Nam quia ipse quem exspectamus
est speciosus requirit domum pulcram
& mundam ps Domum tuam domine decet
sanctitudo Non enim habitat in corde immun
do Sapie j° Non habitabit in corpore
subdito peccatis habitat autem in corde
sancto & puro ps Tu aut in sancto ha
bitas &c Gregorius Tergat sordes pravi o
peris qui deo parat domum mentis Nam
est excelsus & inmensus requirit dom
latam & spaciosam Ysa liiij° Dilata
locum tentorij tui Hec aut domus
tam lata & tam magna cor nostrum est

Seneca Cogitare nichil preter animum
est mirabile cui magno nichil est ma
gnum Verum oportet hanc domum esse mun
do maiorem que illum recapit cum
mundus comparatus est velut gutta roris
Sap xj° Quasi gutta roris antelucanam
sic ante te est orbis terrarum Hanc
aut dilatacionem facit caritas ij Cor vj°
Os nostrum patet ad vos o Corinthij
cor nostrum dilatatum est dilatamini et
vos Quia est pacificus requirit domum
tranquillam ps Factus est in pace locus
eius Tunc autem domus est tranquilla
quando sensualitas obedit racioni alias est
inquietudo & iurgium Prover xxvij°
Tecta iugiter perstillancia in die frigoris
& litigiosa mulier comparantur Mulier
litigiosa est ipsa sensualitas inqui
eta Tercio debemus nos preparare vestes
pulcras assumendo Circa quod notandum
quod sponsus quem exspectamus est vt
dicitur Cant v° candidus quia purissimus
rubicundus quia caritate plenissimus
Et electus ex milibus quia deus verus
Et ideo voluit induere vestes sibi com
petentes scilicet vestem rubeam albam & lumi
nosam Nam quia erat candidus vo
luit induere vestem albam virginitatis
Apoc iij° Ambulabunt mecum in
albis quoniam digni sunt Quia erat
rubicundus voluit induere vestem ru
beam passionis ysa lxiij° Quare ru
brum est indumentum tuum &c Apoc
xix Vestitus erat veste aspersa sanguine &c
Virtus enim nimie caritatis fecit ipsum
subire patibulum crucis Quia erat
electus ex milibus voluit induere ve
stem luminosam gloriose resurrectionis
ps Amictus lumine sicut vestimento
Et quoniam sponsus vult vt sponsa sit
sibi similis & conformis Ideo debet se
ornare cum hoc triplici ornatu vt
scilicet assumat vestem albam puritatis
tem mentis & corporis rubeam per
ferviorem dilectionis De hijs duobus
vestibus dicitur Prov vlt Bissus &
purpura indumentum eius Assumat eciam
vestem luminosam & fulgidam per ho
nestatem conversationis Apoc xix Vxor
agni preparavit se & datum est illi vt
cooperiat se bysso splendido & candenti
Quarto debemus nos preparare epulas ordinando

Circa qd sciendum. Quod deuenus d' pparare
triplex genus cibi scilicet cibum materiale
spiritualem et celestem. Cibus materialis
consistit in pauperum refectione. Hoc enim
cibo ipse pascitur in membris suis. Mt xxv°
Esuriui et dedistis michi manducare &c.
Cibus spiritualis in dei voluntatis ad-
impletione consistit. Esuriit enim xpus
nostram salutem et tunc eum pascimus
quando dei voluntatem adimplemus. Joh
iiij° Ego cibum habeo manducare quem
vos nescitis. Propter hunc cibum que-
rendum de celo in mundum missus fuit.
Ibidem Meus cibus est vt faciam volu-
tatem eius qui misit me. Istum ci-
bum quodammodo hostiatim mendicat et
querit. Apoc iij° Ego sto ad hostium
et pulso &c. Iste cibus spiritualis quo pascitur
xpus consistit in mentis purifica-
tione. Can. sedo. Qui pascitur inter lilia
i. inter corda munda. Cibus celestis consi-
stit in dei laudatione. De quo dicitur in
ps. Nunquid manducabo carnes thau-
rorum &c. Immola deo sacrificium
laudis &c. Et dicitur cibus celestis quia
iste cibus laudis semper in celo admini-
stratur. ysa li°. Gaudium et leticia inue-
nietur in ea gratiarum actio et vox laud.
Circa videndum est propter quid nos de-
beamus preparare. Circa quod sciendum quod
nos preparare deuemus. quia tres recepturi
sumus xpm ad nos venientem per pre-
senciam corporalem. sacramentalem et spi-
ritualem. Primo quidem ad nos venit
corporaliter. ex eo quod rex celestis repuratoz
aius de virgine mirabiliter nasci. Josue
iiio Sanctificamini. cras enim faciet dominus
inter nos mirabilia. Mirabilia siquidem
sunt. quod virgo pariat. quod dolorem non
sentiat. quod deus homo nascatur. quod ab
animalibus cognoscatur. quod in presepio
ploret. et in membris tenet. Secundo
ad nos veniet sacramentaliter. Iune x1°
Sanctificamini. cras enim comedetis car-
nes. Tercio ad nos veniet spiritua-
liter. 2o paralipp xx°. Cras egredimini
in eius occursum. per deuota orone
et dominus erit vobiscum. per gratiae sue
infusionem. De hoc triplici aduentu ad-
ventu ad nos pt exponi id qd dicitur
Exodi xxxij° Cras solempnitas domini
est. quia venturus est ad nos triplicia. scilicet
corporalem. sacramentalem et spiritualem.

Beatus qui hac triplici solempnitate
digne celebrabit. Ille enim digne ce-
lebrat per aduentum corporalem. qui munda
seruat carnem suam. Ad quod innuendum
omnes laboratores in visione contra mar
in nocte natiuitatis domini dicuntur fuisse
occisi. Nam postquam filius dei naturam
nostram in vnitate persone assumpsit
sic eam in multa munditia seruare
deuemus. Ille pro aduentu sacramenta-
li qui purgat suam mentem In cuius
signum dominus pedes discipulis lauit et
postmodum corpus suum eis dedit. Ille
per aduentum spiritualem qui purgat et mun-
dat mentem et carnem. ij Cor. vij. Emun-
demus nos ab omni inquinamento car-
nis et spiritus. Sermo de eodem 19

Cum esset desponsata mater ihu
maria ioseph antequam conue-
nirent inuenta est in vtero habens de
spiritu sancto. Mt po. Virgo beata semper
dilexit castitatem humilitatem et vir-
ginitatem. Et quia ea dilexit Ideo
in se hoc seruare voluit. Habuit quidem
castitatem Ideo dicitur Cum esset despo-
sata. Habuit humilitatem. Ideo sequitur.
Mater ihu maria ioseph. Habuit virgini-
tatem Ideo sequitur Antequam conuenirent.
Fuit ergo tam humilis. quod licet esset virgo
voluit tamen esse in coniugio. vt osten-
deret se personam communem. et ad omnes
tam virgines quam coniugatos pertinere. Ipsa
enim semper omni statui se conformauit.
et tamen omnibus conuenire voluit. Quidem
quidam contemplatiui et quidam actiui
Saepe autem contingit. quod actiui despiciunt
contemplatiuos tamquam ociosos. Sic mar-
tha videbatur despicere mariam. Luc. x°
Domine non est tibi cure. quod soror mea
reliquit me solam ministrare. Contem-
platiui despiciunt actiuos quia nimis
dant se curis. Et ideo non possunt vacare
contemplationibus diuinis. Contra quos sic dicit
Bernhardus ad fratres de monte dei. Volo
vt nunquam arbitreris lucem solis minime
nisi in cella tua. Cum solitariorum deus
tantum. Vo omnino nunquam esse solum nisi
penes te. nunquam operari deum nisi in cel-
la tua. Non est non. Malo te cogitare
vbique solum esse. nisi apud te et pene
de te. quam de alio cogitare. Beata autem
virgo maria voluit esse in hoc duplici

statu· vt vtrumque approbaret sese ad v-
trosque pertinere ostenderet Ipsa enim
fuit contemplatiua· quia sermonum dei
semper meditatiua Luc ii° Maria
autem conseruabat omnia verba hec· conferens
in corde suo Ipsa fuit in oratione semper
assidua Act· i°· Hii omnes erant per-
seuerantes in oratione cum mulieribus· et
maria matre ihesu Fuit etiam actiua quia
in laboribus multis fuit Nam in egi-
ptum fugit· inde rediit· victum sibi
et filio propriis manibus acquisiuit· prou-
erbiis Manum suam misit ad fortia
in egiptum fugiendo et digiti eius ap-
prehenderunt fusum/ victum vero et sic
acquirendo Manum suam aperuit in-
opi· pauperibus subueniendo Et quia
fuit media actiuorum et contemplatiuorum
ideo mistice appellatur sol· qui est medius
planetarum Cant vi° Electa vt sol
Planete superiores sunt contemplatiui
in· qui magis appropinquant ad ce-
lum per conuersationem· Philipp iii° No-
stra conuersatio in celis est· Planete
inferiores sunt actiui· qui magis
terrenis implicantur Ipsa ergo velud
sol in medio consistit· contemplatiuos
inflamans in diligendis· actiuos
illuminans in agendis Quidam etiam sunt
continentes et coniugati Sepe enim fit
quod continentes despiciunt coniugatos· et
econuerso Ideo beata virgo in hoc dupplici
statu esse voluit· scilicet virgo et coniugata
vt vtrumque statum approbaret· et vtrosque
ad se pertinere ostenderet Ideo significatur per
firmamentum Quod sicut dicitur Gen i°
est in medio aquarum Aque superio-
res in cristallum conuerse· significant
virginitatem· que lucida est et clara·
Sapie iiii° O quam pulcra est casta ge-
neratio cum caritate Aque inferiores
fluxibiles significant matrimonium· in quo
homo plus debito se effundit Gen
xlix°· Effusus es sicut aqua· non
crescas· quia ascendisti cubile patris
tui etc Beata virgo est velut firma-
mentum in medio istarum aquarum/ quia et
continentes firmat in proposito castitatis
et coniugatos in studio bone operationis
Quidam insuper sunt religiosi· et quidam
layci/ et sepe religiosi laycos· et layci
religiosos despiciunt et condempnant Ideo
beata virgo in isto dupplici statu esse
voluit· vt ostenderet/ quod in vtroque potest
esse salus· et quod ipsa pertinet ad religio-
sos· et ad bonos laycos· Ipsa enim fuit
claustralis· quia in thalamo suo ha-
bitabat· et foris vix exibat Vnde an-
gelus non inuenit eam in foro· sed
in thalamo· vnde dicitur Ingressus
angelus ad eam etc Fuit etiam quodam modo
laycalis· quia cetris feminis se conforma-
bat et cum eis ad templum et ad dies
festos ibat Et ideo significatur per templum
ps Suscepimus deus misericordiam tuam in
medio templi tui Templum enim
commune erat et laycis et clericis· sic et
ipsa velut templum est inter religi-
osos et laycos constituta· quia ad ipsam
accedunt religiosi· vt mundana despi-
ciant Et ad ipsam accedunt layci· vt
eterna sapienter diligant Quidam
etiam sunt prelati· et quidam subditi
Sepe autem prelati despiciunt subditos·
Et subditi iudicant prelatos· Ideo ipsa
in hoc dupplici statu esse voluit· vt
vtrumque statum approbaret Ipsa enim
fuit prelata· quando in matrem domini
fuit electa· et inde se subditam reputauit
cum dixit Ecce ancilla domini Ideo significatur
per lignum vite· de quo dicitur Gen ii° Et
lignum vite erat in medio paradisi/ Pa-
radisus est ecclesia· in qua sunt prelati et
subditi· in quorum medio beata virgo
tanquam lignum vite est posita· reficiens
prelatos cibo sapientie· Eccli· xv° Ci-
bauit illum pane vite· et intellectus
Et subditos cibo salutaris obediencie· de
quo cibo dicitur Iohannis iiii° Meus cibus
est· vt faciam voluntatem eius qui misit
me Sunt etiam quidam peccatores· et quidam
iusti Sepe autem peccatores a iustis con-
dempnantur· et iusti a peccatoribus molestantur
Ideo ipsa fuit iusta et ab omni peccato
aliena· et nichilominus tamen peccato ob-
noxia· peccatores non abhorruit· qui
purgari volunt· vt ex hoc daretur in-
telligi· quod iusti et peccatores ad eam accedere
possunt Ideo significatur per auroram Cant vi°
Que est ista· que progreditur quasi au-
rora consurgens etc Et per stellam matu-
tinam Eccli· l· Quasi stella matutina
Aurora et stella matutina medie sunt

int noctem z diem · quia ipa est media
int peccatores z iustos Ab ipa em pec
catores accipiunt veniam · z iusti gratiam
Sed sunt insup quidam tribulationibus
pressi · et consolationibus exhilarati ·
Sepe aut tribulati consolatos indignat
z consolati tribulatos condemnant Jdeo ipa
in vtroque statu esse voluit ne fiducia
prestaret Jpa quidem maxima consolacione
repleta fuit · quando ab angelo ad ven
tum filii dei · z eius vterum inuntiat
vn ipa ait Exultauit spiritus meus i deo
Sed nichilominus in passione ipius
fuit doloris gladio vulnerata · Vnde
dixit ei Symeon · luc ii° Et tuam ipius
animam pertransibit gladius Jdeo signat
p lunam · Cant vi° · pulcra vt luna ·
Jpa quidem luna lucet in die z i nocte
sed tamen eius lux magis apparet
in nocte / quia virgo beata lucet hiis
qui sunt in die consolationis ne euane
scant p inanem leticiam / z hiis qui sunt
in nocte aduersitatis · ne frangant per
impacienciam Sunt eciam quidam paupes
z quidam diuites Sepe at diuites vili
pendunt paupes · z paupes ipos diui
tes tamquam prauos credunt Jdeo ipa di
uicias habere noluit · quando magi
sibi aurum obtulerunt · z tamen paup
tatem elegit · quia illud aurum sibi
non retinuit · sed pauperibus tribuit · vt ex
hoc daretur intelligi · quod diuites z pau
peres venire possunt ad regnum celorum ·
Et quod vtrorumque ipa est remedium · atque
refugium Jdeo signatur p oliua in campo
que ad illam diuites z paupes possunt acce
dere Eccl° xxiiii° Quasi oliua specio
sa in campis · Ad ipam em accedunt
paupes · z spiritualibus diuiciis ditantur ·
Ad ipam accedunt diuites · z in suis
diuiciis dispensandis dignificantur Sedo
habuit humilitatem · i eo · quod voluit de
sponsari yozeph Magna humilitas ·
quod mater dei esse voluit sponsa fabri ·
Notandum · quod in yozeph plura commendabilia
reperiuntur · Primum est quod erat iustus · vnde
dicit yozeph aut vir eius · cum esset
iustus · Et iusticia em erat · quod ipam
retinere nolebat · ne si aliter concepisset
peccati reus z conscius videretur · Prou
xviii° Qui tenet adulteram stultus e

insipiens · Secundum est · quod erat pius
qd notatur cum dicitur Nollet eam traducere
i. publicare · nec sic tamquam adulteram puniri
re Tercium · quod erat discretus quod notatur
in eo quod dicitur voluit occulte dimittere
eam / Jn hoc em · media via tenere
voluit · qd discretionis fuit Vita nec
ipam volebat tenere · quia iustus ·
nec ipam publicare · quia pius · Crisostomus
sup mt O inestimabilis laus marie
magis credebat yozeph castitati eius
quam vtero · plus gracie · quam nature · con
ceptionem manifeste videbat · z forni
cationem suspicari non poterat · possibi
lius credebat mulierem sine viro esse · quam
mariam posse peccare · Quartum est
quod erat maturus · qd notatur cum dicitur
hoc aut eo cogitante Glosa hic doce
mur diu deliberandum esse inter i9
ne peccet temeritate leuitatis · Quinta
est quia erat zelosus · qd notatur cum
dicitur yozeph fili dauid / Sextum est
quia erat honesto officio deditus mt
xiii° Nonne hic est fabri filius zc
Talem igitur virum beata virgo sibi
elegit / dans exemplum mulieribus qualem
virum debeant eligere vt habet · qui s.
supradictas sex · conditiones hic notatas ·
Prima est · vt sit iustus z timens
deum · luc i° Erant aut ambo iusti
ante deum Beata mulier que de viro
suo potest dicere id iiii° Re iiii° Quia
timens vir meus fuit · timens deum
Nam sicut dicitur Eccl xvi° Melior
est vnus timens deum · quam mille filii
impii / Secunda est · vt sit pius · i.
dulcis z mansuetus · non crudelis z se
uerus · Eccl iiii° Noli esse sicut leo
euertens domesticos tuos · z opprimens
subiectos tibi Talis est de quo dicitur
primo Re xxv° Homo vir eius durus
z pessimus z maliciosus · Melius est
habere virum pium z mansuetum · quam
arrogantem z superbum Eccl · ix° ·
Non zeles mulierem sinus tui Melius
est em virum discretum habere z pacifi
cum · quam zelotipum z litigiosum · Prou
xvii° Melior est buccella sicca cum
gaudio · quam domus plena vacuis
cum iurgio Tercia est · vt sit maturus

no lasciuus et lubricus. Thob. iiii° pro
uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire
Melius est enim virum discretum habere
et maturum quam iuuenem lasciuum et va-
num. Eccl. xi° Adolescentia enim et volu-
ptas vana sunt. Sed de multis nup-
ciarum dicitur per illud quod dicitur Ezech.
xxiii° Insanivit in amatores suos iu-
uenes cupiens vniuersos. Cauta est ut
sit generosus id est de bonis et honestis paren-
tibus natus. Sepe enim filius retinet
malicia parentum. Sapie. xii° Semen
enim erat maledictum ab initio. Dan.
xiii° Semen chanaan et non Iuda. Me-
lius est habere virum de honestis pa-
rentibus natum licet pauperior quam no-
bilem diuitem peccatorem. Prouer. xxviii° Me-
lior est pauper ambulans in simplici-
tate sua quam diues prauis itineribus. Dex-
ter est ut sit alicui honesto officio deputatus
Eccl. vii° Non oderis laboriosa opera
et rusticationem ab altissimo creatam
Melius est enim habere virum qui de ali-
quo artificio acquirit victum quam ca-
sium vel vsurarium. Contra ad occiso-
rem dicitur Eccl. x. Melius est qui operatur
et habundat in omnibus quam qui gloriatur
et eget pane. Contra ad vsurarium
dicitur Prouer. xv°. Melius est paru-
um cum timore domini quam thesauri magni
et insaciabiles. Tertio erat virginitate
tam dicat. Vnde conueniret ut. Decuit
siquidem sponsam esse virginem inlibata
lectione. Deus enim committebat beate
virgini pacem redemptionis humane
thesaurum celestis sapiencie balsamum di-
uine gratie et splendorem paterne glorie
Ideo oportuit ut vas esset integrum
nouum mundum et amirandum. Primo
igitur ei committebat pacem redemptionis
humane illud scilicet precium de quo dicitur
i Cor. vi° Empti estis precio magno.
Et ideo oportuit vt vas esset integrum.
Res si in vase fracto ponitur effunditur
Virginitas autem est perfecta integritas
carnis et mentis. Anima enim erat desiderio
implenda iuxta illud Spiritus sanctus
superueniet in te. Et ideo debuisset esse
apta ad superiora et clausa ad infe-
riora. Ideo significatur per nauem que a
superiori est apta et ab inferiori clausa.
Prouer. vlt. Facta est quasi nauis
institoris. Ipse mercator fuit xpus

qui precium nostre redemptionis portauit
Prouer. vi° Sacculum pecunie secum tulit.
Et si cum precio nauicule id est beate marie
commisit. De isto autem mercatore et eius
mercatura sic dicit Glosa augustini
super hebreos xii° Liberaret eos qui
timore mortis etc. In seculo isto maligno
quid habundat nisi nasci laborare et
mori. Hec sunt mercimonia regionis
nostre. Ad tales merces mercator ille de-
scendit et quia omnis mercator dat et
accipit dat quod habet et accipit quod
non habet. Xpus in ista mercatura dedit
et accepit. Accepit quod hic habundat scilicet
nasci laborare et mori. Dedit renasci
resurgere et in eternum regnare. O bone
mercator grates agimus tibi qui emisti
nos. Emere quos servum per donum suos
suos et creauit ut essent et redemit per
mortem ne semper captiui essent.
Multi autem sunt instar vasis con-
fracti et sacculi pertusi. Et ideo non possunt
aliquam gratiam retinere. Eccl. xxi°
Cor fatui quasi vas confractum omnem
sapientiam non tenebit. Aggei primo Qui
merces congregauit misit eos in sacculum
pertusum. Aug. Saccum pertusum cor
deliciis expositum. Secundo committebat
sibi thesaurum celestis sapientie. Ipsum scilicet
thesaurum. De quo dicitur Colo. ii°. In
quo sunt omnes thesauri etc. Ideo
debuit esse vas nouum. Decuit namque
thesaurum nouum sapientie recondi in vase
nouo. Cuius figuram iiii Reg. ii° ubi dicitur
quod heliseus posuit sal in vas nouum
id est in matre domini et sanata est aqua
id est humana natura. Decuit ut virga
esse que productura erat fructum
nouum. Prius producerat nouum florem
id est nouum sponsum. Decuit ut sponsus
haberet talamum nouum. Ps. Ipse tamquam
sponsus procedens de thalamo suo. De-
cuit ut flos nouus et lilium nouum ha-
beret locum nouum. Locus floris noui est
virginitas. Locus lilii noui est humi-
litas. Cant. secundo Ego flos campi et lilium
conuallium. Flos campi nascitur sine terre
fossione in quo notatur virginitas. Lilium
nascitur in conualle in quo notatur humilitas.
Vnde super illud verbum, Respice me
qui in valle erat. Descendit in vallem
et in vallem veniens fit lilium pro ligno
quod plantatum erat in medio paradisi

De isto thezauro dicit Prov. xxi°
Thesaurus desiderabilis et oleum in habitaculo iusti / habitaculum iusti e(st) ut(er)us xpi / habenti igitur thesaurum non deest facultas · habenti pietatis oleum non deest voluntas · Tercio continebat balsamum divine gracie / illud s(cilicet) balsam(um) De quo dicitur Eccl(esiastic)i xxiiii° Sicut cynamomum et balsamum etc. Et ideo deb(uit) esse vas munditie. Virginitas aut(em) dicit perfectam mundiciam mentis et corporis. Habuit aut(em) virginitatem integram s(cilicet) in mente et corpore · hanc tamen cum ceteris virginibus participavit, licet excellencius habuerit / habuit virginitatem firmatam · quia nunquam ab ea cadere potuit · utpote quae in utero sanctificata fuit / hanc etiam participavit cum Johanne bap(tis)ta / habuit eandem virginitatem fecundam · quia virgo et mater fuit / habuit etiam transfusam / quia in alios transfundebatur / et hanc duplicem cum nullo participavit / Quarto continebat sibi splendorem paterne glorie / De quo Hebr. i° Cum sit splendor glorie etc. Et ideo debuit esse vas admirandum · Eccl(esiastic)i xliii° Vas admirabile opus excelsi · Admirabile namque esse debuit · que admirabile parere debuit De quo dicitur Ysa. ix° Vocabitur nomen eius admirabilis · Si enim consueto modo peperisset · admiranda non fuisset · In hoc aut(em) quod virgo peperit · admiranda fuit / xpus namque ostendit ibi suam mirabilem potenciam · qua sine integritatis fractione exire potuit Suam mirabilem sapientiam · qua sine sigilli fractione exire scivit Suam admirabilem bonitatem · qua matrem integritatem habere voluit qua elegit in seipso in precursore suo · in speciali amico suo · s(cilicet) in Johanne ewangelista · et in custode suo · s(cilicet) in Yozeph · Aug(ustinus) in quodam sermone Sancte matri omnipotens filius nullo° virginitatem natus abstulit · quam nascituris elegit · bona quae fecunditas in coniugio · sed melior est integritas in matrimonio homo igitur xpus · qui utrumque posset parere nec unquam sic matri dicetur bonum ut coniuges diligunt / ut auferret melius · propter quod virgines magis esse contempnunt

In festo nativitatis domini iiii · i° d(ominica) p(ost)?

# Jacob genuit Yozeph virum Marie etc. Jo.

Quando Rex aliquis venturus est ad aliquam Civitatem · multi nuncii precedunt et eius adventum denunciant Multi etiam milites eum precedentes deducunt et multi comitantes associant / Multi prophete precesserunt xpi adventum nunciantes · precesserunt et multi milites ipsum in mundum deducentes · et isti sunt patres xpi carnales · per quos xpus in mundum venit qui in xpi genealogia ponuntur Comitati sunt etiam multi ipsum sequentes associantes · s(cilicet) universitas creaturarum / Hec igitur genealogia debet esse nobis valde speciosa ad considerandum · quia ex ea processit ille · qui est speciosus forma pre filiis hominum · qui sicut dicitur Sap. vii° Est candor lucis eterne · et speculum sine macula · Debet esse dulcissima ad audiendum · quia ex ea processit ille · quem secundum Bernhardum est mel in ore · melos in aure · iubilus in corde · Debet esse delectabilis ad odorandum · quia ex ea processit ille · qui ait Eccl(esiastic)i xxiiii° Sicut cynamomum et balsamum aromatisans odorem dedi etc. Ex ea etiam processit flos odoriferus · ille · s(cilicet) de quo Ysaie xi° Flos de radice eius ascendet etc. Et ideo eam florigeram et odoriferam fecit De cuius odore dicit Bernhardus Qui odorem tuum xpe non sentit · aut fetidus est aut mortuus / debet esse sapida ad pregustandum · quia ex ea processit ille · qui ait Eccl(esiastic)i xxiiii° Spiritus meus super mel dulcis Item Qui edunt me adhuc esurient etc. Debet esse suavis · ad tangendum et amplexandum brachiis amoris et devocionis / quoniam ex ea processit universale · de quo dicitur in ps. Quoniam tu domine suavis et mitis etc. Quia hec est tota dulcis et melliflua · ex eo · quod per eam xpus ad nos venit Ideo cum multa reverencia et devocione est audienda · Sic aliquis cum devocione osculatur loca · per que scivit xpm transisse Ysa. lx° Locum pedum meorum glorificabo · Et in eodem · Adorabunt vestigia pedum tuorum / Hec aut(em) genealogia est velut quedam arbor plantata in medio paradisi terrestris vel ecclesie militantis Cuius radices sunt patriarche · stipites et reges · rami sunt alie simplices persone Virga tenuis in summitate est virgo maria · De qua dicit Ambrosius in sermone Virga

erat · Maria mundi subtilis & virgo · que
xpm velut florem integritate sui cor-
poris germinavit / Flos huius virge est
xpus · qui dicit Flos campi / Primo ratione me-
diationis / quia sicut flos est medius
inter radium et ramum · sic xpus inter
hominem et deum · j Thi ijo Unus medi-
ator dei et hominum / Item ratione mansuetu-
dinis / Flos enim suavis est tactui / et
de xpo dicit Tyti ijo Apparuit benig-
nitas et humanitas salvatoris / Item ratione
spei singularis / In flore enim est spes fru-
ctus · et xpus est spes nostra · Eccli xx-
iiijo In me omnis spes vite et virtutis ·
Non tantum autem xpus multos habuit
qui eum imitaverunt · et qui eum in mundum
deduxerunt · sed etiam plurimos · qui eum
comitantes associaverunt Quinque enim
creature videntur hodie associas-
se · s. creature insensibiles · vegetabiles
sensibiles · rationales et intellectuales ·
Associaverunt enim eum creature insensibi-
les · tam celestes · s. quam terrestres · Cele-
stis siquidem creatura eum associat · que
manifestavit eius eternitatem / unde
dicit Orosius · Quod in die xpi nativitatis
circulus in speciem arcus circa solem visus
est · In circulo enim · ubi non est invenire
principium vel finem · xpi eternitas intelli-
gitur · Michee vo / Egressus eius ab initio
eternitatis / Manifestavit enim suam
potestatem · sicut patet in stella · que in
die nativitatis magis apparuit · et xpo
obsequium prebuit Baruch iijo Stel-
le vocate sunt · et dixerunt assumus ecce
Manifestavit eius cum patre et spiritu sancto
equalitatem · quia tres soles in oriente
apparuerunt · qui postmodum in unum corpus
solare redacti sunt · quia licet pater
et filius et spiritus sanctus sit distinctum in personis
sunt tamen unum in substantia · Joh. x · Ego et
pater unum sumus · Manifestavit suam
matris puritatem · quia stella in forma
puelle · puerum tenentis in ulnis apparuit
Stella enim est corpus purissimum et
significat puritatem matris · que peperit virgo · et
filii · qui natus est sine peccato · Insensibiles
autem creature terrestres eum associaverunt
sicut patet in quatuor elementis / Sicut
autem milites associantes regi novas ve-
stes induunt / Sic in nativitate xpi terra
induit nova fecunditate · quia de vineis

Engadi · balsamum miraculose produxit
Terra etiam nostra · que tantum spinas
et tribulos germinabat · hodie fructum pro-
tulit benedictum / De quo dicitur Luce
jo Benedictus fructus ventris tui / Ysa-
xlvo Aperiatur terra et germinet sal-
vatorem · Unio est adeo inondata ·
quod unio illa celum et terram fecit unum ·
quia secundum Augustinum talis est unio · que
hominem facit deum · et deum hominem
divitem et pauperem fecit unum · ps. Simul
in unum dives et pauper / primum et no-
vissimum fecit unum · centrum et circumferentia
fecit unum · celum et terram fecit unum ·
licet dicatur olim Prov. xxvo Celum
sursum et terram deorsum / Hodie tamen
angelus utrumque coniungit · dicens Luce secundo ·
Gloria in altissimis deo · et in terra
pax hominibus Ideo propheta dicit Le-
tentur celi et exultet terra · Virgo na-
zarena · xpus nascitur gloriam · caritate
deo · omnis terra · et simul utrumque com-
plectitur / letentur celi et exultet terra ·
Secundo aer induit nova claritatem
Luce ijo Claritas dei circumfulsit illos ·
In circumfulsione lucis habundantia intel-
ligitur · quia secundum glosam in tota serie ve-
teris testamenti non invenitur Aer igitur
reiecit vestimentum tenebrositatis · et
induit vestimentum lucis Et signum
quod ille natus erat · qui debebat fugare
tenebras culpe · et adducere lucem gratie
Ysaie ixo Populus qui ambulabat in te-
nebris vidit lucem magnam Tertio aqua
induit nova dulcedinem · circa fontem
aque · qui erat Rome in oleum versus
est · et tota illa die largissime ema-
navit Aqua enim exuit sua insipidi-
tatem · et induit nova dulcedinem
quia natus erat ille · qui insipiditatem
legalis iusticie conversurus erat in
dulcedinem evangelice doctrine Fons enim
nunc tantum erat in celo · sed hodie
ruptus est fons · et in terram largiter
emanavit ps. Tu dirupisti fontes
et torrentes &c / Hanc diruptionem
affectabat propheta · dicens Ysa · lxiiijo Utinam
dirumperes celos · et descenderes / Quarto ignis
induit nova virtutem Ignis habet quo-
dam duplex induimentum sc. virtutem il-
luminativam · et combustivam Ignis hodie virtu-
tem illuminativam et inflammativam · tamquam
nobiliorem retinuit / combustivam depo-

fuit Quod significatum est Exodi iii°
ubi dicitur Et rubus ardebat · sed non
comburebatur / licet enim tunc fuit fi-
guratio · tamen hodie fuit illius figure
adimpletio Virgo enim beata non fuit igne
concupiscentie adusta Secundo associavit
enim creature vegetabiles unde psalmista
ipsas exultare precipit dicens Exultabunt
omnia ligna silvarum a facie domini
quia venit / Fuit est quod hac nocte vi-
nea ut dicitur Engaddi induit novum flo-
rem · novum fructum · novum balsami
liquorem · ut sua novitate letitiam
prestaret · et festive ipsum associare va-
leat / per hoc etiam significatur quod vinea
id est virgo beata protulit christum · qui
est flos amenissimus Canticorum ii° Vinea
nostra floruit · ipsi est fructus dulcissi-
Canticorum ii° Et fructus eius dulcis gutturi
meo · Ipse enim est liquor balsami suavis-
simus Ecclesiastici xxiiii° Quasi balsamum
non mixtum odor eius Tertio enim
associavit creature sensibiles unde
psalmista ipsa animalia in adventu christi
gaudere precipit dicens Gaudebunt campi ·
et omnia que in eis sunt / hinc est quod bos
et asinus ipsum in stabulo associavit Est
autem consuetudo · Cum quis rex intrat de
novo in regnum · subditi sui enim pro
domino recognoscunt · et reverentiam sibi
faciunt · et ab ipsius offensis se semper
custodiunt In hiis significatur quod bos et
asinus christum pro suo domino cognoverant
Ysaie i° Cognovit bos possessorem suum
et asinus presepe domini sui Ipsum ado-
rantes reverentiam sibi fecerunt ysaie xliii°
Glorificabit me bestia agri quia fenum
concessione abstinuerunt Illi igitur
videntur bestiis magis irrationales · qui autem
deum non cognoscunt per fidem · aut non
honorant per bona conversationem · aut ab
illicitis non abstinent pro viribus eorum
Contra tales sic dicit Crisostomus in originali su-
per Cum ut asinus calcitras · ut thaurus
superbis · qui in corpore ursorum imitaris
voracitatem / et pinguedine corporis tuum
more burdonum distendis · qui ursi feri
ut sperus · qui scorpionum acuitates pa-
ratis · quo nam modo · qua ratione possim
te in numero hominum collocare / Quarto asso-
ciavit enim creature rationales id est homines

et hoc tam maiores · quam mediocres · quam et
minores · ut verum sit quod dicitur Sapientie vi°
Pusillum et magnum ipse fecit · et equaliter
est illi cura de omnibus Maiores · sic
patet in cesare augusto / In adventu
enim regis · principes maiores vias pre-
parant · offensas et debita ob honorem
regis remittunt / et in eius presencia dominum
vocari timent Ista tria augustus cesar
fecit / licet forte harum significationem non
intellexit Viam publicam stratam per
totum mundum parare instituit Romanis
omnia debita dimisit · et dominus domino
timuit · quasi cederet maiori domino
venienti / Per hoc significabat se precessurus
per christo venienti viam cordis nostri debemus
parare Iuxta illud Luce iii° Parate viam domini
Equaliter autem sit parata subditur Omnis
vallis implebitur et omnis collis humi-
liabitur · et erunt prava in directa · et aspera
in vias planas · Demum namque elevare
vallem doloris · deprimere montem presumptionis
dirigere viam intentionis in deum · et as-
sumere planitiem morum Per hoc autem
quod debita remittebat significatur · quod christus
veniebat · ut nobis remitteret debita peccatorum
Matthei xviii° Omne debitum dimisi tibi
quoniam rogasti me · Ipse enim dimittit
totaliter Et ideo dicit Omne debitum
Dimittit liberaliter · et ideo dicit dimisi tibi ·
Dimittit faciliter Et ideo dicit quoniam
rogasti me · Per hoc vero quod dominus
vocari nolebat · significabatur quod verus deus
veniebat Quasi quicquid in mundo fuerat
dominus qui tamen erat dominus crudelis
et alienus · Ysaie xxvi° Domine deus nostri
domini possederunt nos · absque te · qui erat
crudelis et durus Ysaie xix Tradam e-
giptum in manum dominorum crudelium
Qui erat dominus insipiens et stultus ·
Ecclesiastes iiii° Melior est puer pauper et sa-
piens id est christus rege sene et stulto · id est
dyabolo · Sed christus est dominus dulcis
et mansuetus · propter Dulcis · Est naliber
rectus · unde subdit Et rectus dominus Est
sapiens et discretus · Ideo subdit propter
hoc legem dabit et cetera Mediocres etiam
enim persone associavit · quod significatur
per Ioseph · qui licet fuit pauper · tamen fuit
nobilis generis Mediocres quidem persone
ut sunt milites regina tu regem
venientem associant diligenter · tamen

sibi caneret. Hec ipsam in facie curiosi con-
spiciant. et cum ad palacium devenient
utriusque obsequijs regijs se et regi se
donant. Vel et Joseph regina associa-
bat unde dicitur Luc. ij° Ascendit Jo-
zeph de galilea cum maria desponsata
sibi uxore pregnante. Ipsam tamen in fa-
ciem respicere non audebat. unde Crisostomus
super Mattheum primo. Et non cognoscebat eam
dicit quod Jozeph mariam facie ad fa-
ciem videre non poterat. quam spiritus sanctus
a conceptione penitus impleverat. Ideo
quia in faciem eam non cognoscebat. de
utero eius enataret. Postmodum
autem cum fuit in palacio et in sta-
bulo. Jozeph obsequijs virginis et
pueri se fideliter mancipavit. Minores
etiam persone eum associaverunt. quia sequuntur
pastores. Inter minores officiales regis
aliqui sunt stablarij. qui scilicet animalia re-
gis custodiunt. aliqui cubicularij. aliqui
ioculatores scilicet [illegible]. Stabularij sunt
prelati. qui dicuntur custodire animalia dei
Luc. x. Protulit duos denarios id est sciam
et vitam. et dedit stablario etc. Cubicu-
larij sunt viri contemplativi. Deutero. xxx
iij° Amantissimus domini [illegible] in thalamo
morabitur. Ioculatores sunt boni activi
qui non tantum laudant dominum sermo-
nibus sed maxime bonis operibus. Mattheus
v°. videant opera vestra bona et glo-
rificent patrem vestrum qui in celis est.
Isti igitur pastores imitantur istos stabla-
rios in eo quod gregem custodiunt. Cu-
bicularios in eo quod ad presepe cum [illegible] venerunt
Ioculatores in eo quod deum glorificaverunt.
Quinto associaverunt eum creature in-
tellectuales. id est ipsi angeli. qui sunt ma-
gni principes in curia huius regis. As-
sociaverunt autem eum patenter. cum
pastoribus apparuerunt. et natum puerum
manifestaverunt. Veneratur quidem rex
iste celestis. quia se celaverat in car-
ne. et in presepibus vilibus pannis. Sed
angeli passi sunt ipsum penitus occul-
tari. Et ideo ipsum manifestaverunt. Asso-
ciaverunt honorabiliter. quia non unus vel
duo. sed exercitus milicie celestis venit
Associaverunt letanter dicentes. Gloria in
altissimis deo etc. Ecce quot testimonia
habuit Christus. que non solum venturum
sed etiam venisse testata sunt. Unde ait Augustinus

libro quarto de Trinitate. Testimonia
quedam venturum pronunciaverunt.
Quedam venisse testata sunt. Factum
quippe creatura. per quem facta est
omnis creatura. omnem creaturam teste
habere oportebat. Nisi enim multis missis
predicaretur missus. non multis dimissis
teneretur missus. et nisi talia essent testimonia
que parvis magna viderentur. non crederetur
ut magnus faceret magna. qui ad
parvos missus est parvus. In hac autem
tam festiva processione. in qua etiam
creature insensibiles et brutales admis-
se sunt. noluit Christus admittere homines
scelestos et immundos. In cuius signi-
ficationem omnes sodomitico vicio labo-
rantes in nocte qua Christus natus est
mortui sunt. Christus enim est lux. et ideo
noluit in sua societate habere homines te-
nebrosos. ij Cor. vj° Que societas lu-
ci ad tenebras. Est sanctus et sacratus
Et ideo noluit habere caninos. Mattheus vij°
Nolite sanctum dare canibus. Est marga-
ritha et lapis preciosus. Et ideo noluit
habere porcinos et immundos. Ibidem
Nec proiciatis margarithas vestras
ante porcos. De eodem sermo secundus

Jacob autem genuit Jozeph virum
marie. de qua natus est ihesus qui
vocatur Christus. Quamvis Matheus
non texat genealogiam marie. sed
Jozeph quia consuetudo scripture
fuit non mulierum. sed virorum gene-
alogiam texere. Verissime tamen. et
ipsa de stirpe david orta fuit. Christus
enim originem duxit ex semine david.
Cum igitur Christus natus sit. secundum carnem
solum ex virgine maria. manifestum est.
quod ipsa de stirpe david descendit. Describi-
tur autem beata virgo in premissis verbis
a tribus. scilicet a nomine cum dicitur. Marie
A virginali pudore cum dicitur. de qua natus
est ihesus. A prolis nobilitate. cum dicitur.
Qui vocatur Christus. Nobilitas enim prolis
non modicum cedit ad commendationem
prolis. Describitur autem primo a nomine
cum dicitur Marie. Est autem Maria syro
sermone idem quod domina. Interpretatur etiam
stella et illuminans. Est enim domina iniquitatum
genuit deum fortem. Est stella iniquitatum
genuit iusticie solem. Est illuminans.
iniquitatum genuit veram lucem.
Genuit autem deum fortem. illum scilicet

de quo dicit Ysa. ix° Vocabit nomen eius deus fortis. Et ideo incepit domina appellari. Dyabolus quidem corda hominum tamquam vasa propria inhabitabat. princeps demonum tunc plurimum seviebat Et ydolorum cultus fere in toto mundo regnabat Sed hec domina per deum fortem. quem genuit dyabolum a vasis que possidebat eiecit. principem demonum contrivit ydolorum cultum evacuavit Dyabolum igitur de vasis que possidebat eiecit Et qui erant vasa dyaboli. Hoc signatum est in templo pacis. quod cum Romani annis duodecim pacem maximam habuissent. et ad honorem dei patris templum edificassent. interrogaverunt ydolum quamdiu duraret Et responsum est quousque virgo pareret. In nocte autem qua virgo peperit funditus corruit. Dicunt autem boni sunt templum Christi, sicut et mali sunt templum dyaboli. Ceciderunt igitur prout erant templum dyaboli, et facti sunt templum Christi. Et iusto prius locutus Symeon. Luc ii° Ecce positus est hic in ruinam. et in resurrectionem multorum etc. De hoc etiam dicitur Mt iij° nemo potest fortis ingressus in domum diripere nisi prius fortem alligat Ipsa etiam principem demonum contrivit. Hoc signatum est in statua maxima. que erat Rome que arte demonis per quandam vetulam mane elevata erat. et cum homines sub ea transire formidarent responsum est. quod non caderet donec virgo pareret In ipsa autem nocte statua illa cecidit et comminuta fuit. Per quod significabatur quod potestas principis demonum per virginem esset contrita. Gen iij° Ipsa conteret caput tuum. Caput enim totius exercitus demonum est ipse princeps tenebrarum. et tu insidiaberis calcaneo eius. et non oculo eius. Oculi beate virginis sunt viri contemplativi. in quos dyabolus non potest prevalere. Calcanea vero sunt viri activi terrena tractantes. qui multis sepius temptationibus perurgentur Ipsa etiam cultum ydolorum et cunctas hereses interemit. Hoc signatum est in statuis ydolorum. que apud Egiptum in nocte qua virgo peperit corruerunt Ita sicut legitur quod Ieremias propheta post mortem Godolie in Egiptum descendit. sacerdotibus Egipti signum dedit. quod eorum ydola corruerent quando virgo pareret Et ideo sacerdotes ymaginem virginis cum pueris fecerunt et ipsam in secreto templi adoraverunt. Ysa. xix° Ascendit dominus super nubem levem id est Mariam virginem Et ingredietur Egiptum id est hunc mundum tenebrosum et movebuntur symulacra Egipti. Unde cantat ecclesia Cunctas hereses sola interimisti in universo mundo Hec dicitur stella. in quantum genuit solem iusticie. Illum scilicet solem De quo dicitur Malach ultimo Vobis timentibus nomen meum orietur sol iusticie. Hoc signatum est in illa visione. que in die nativitatis domini apparuit scilicet stella et forma puelle puerum baiulantis. que erat circundata aureo circulo. et erat iuxta solem. et audita est vox. hic est ara celi. Per hec enim dabatur intelligi. quante sit virgo puritatis excellentie. scilicet quod visa est habere naturam stelle que purissima est. Cant iiij° Tota pulcra es amica mea. et macula non est in te. Quante sit dignitatis ex eo. quod circundata erat aureo circulo Tota enim curia celestis eam circundabat in modum circuli Unde cantat ecclesia Circundabant eam flores rosarum id est exercitus martirum Et lilia convallium id est chori confessorum ac virginum ordinis angelorum. Hec est illa mulier De qua habetur Apoc xii° que habebat in capite suo coronam duodecim stellarum. quia tam novem ordines angelorum. quam tres ordines sanctorum. scilicet martires confessores. et virgines ad eius decorem sunt pariter et ornatum. Quante sit potestatis ex eo. quod erat iuxta solem id est Christum. Eccli xxiiij° In ierusalem potestas mea. Hoc signatum est iij Reg. ij°. ubi dicitur. positus est thronus matris eius que sedit ad dexteram eius. Quante sit pietatis. ex eo. quod vocata est ara celi. Sicut enim altare est medium inter deum et populum. sic ipsa est mediatrix inter nos et deum. Et sicut in altari fit sacrificium. quod est iustis in augmentum gratie. et peccatoribus in collationem venie sic per ipsam et iusti percipiunt gratiam quia est mater gratie. et peccatores veniam. quia est mater misericordie. Bernardus Qui misereri noluit mater misericordie. qui misereri

no potuit nisi omnipotens. Quadrata misceri nesciret mater sapientie.
Tercio dicit illuminans. inquantum genuit veram lucem. Eua induxerat cecitatem. per fructum quem comedit. Ita sicut dicit hugo. de sancto victore. Oculus carnis tunc factus est apertus. oculus contemplationis extinctus. oculus racionis turbidus. Sed beata virgo induxit veram lucem et claritatem per fructum vite. quem edidit quod oculus carnis factus est clausus. oculus contemplationis apertus. oculus racionis clarus. Sicut ergo eua fructum gustauit. qui induxit cecitatem. sic ista fructum gustauit qui attulit claritatem. hoc signatum est per hoc quod vinea ut dicitur Engaddi illa nocte florem attulit. fructum protulit balsami liquorem emisit. Beata igitur virgo fuit vinea. que protulit florem. qui in passione attritus et excoctus est. oculus expositus. oculum racionis clarificauit. hoc signatum est Thob. xio. ubi fel piscis oculis Thobie appositum claritatem sibi restituit. Piscis est christus in mari huius mundi captus. fel est eius passio. fellea et amara. que illuminat oculum racionis. Protulit fructum. cuius dulcedo illuminauit oculum contemplationis. hoc signatum est primo Regum xiiiio ubi dicitur quod Jonathas comedit de melle. et illuminati sunt oculi eius. Mel est dulcis memoria conuersationis christi. que affectum nostrum afficit et dulcorat. ad se diligendum et contemplandum. Protulit balsamum. cuius odor oculum carnis clausit. qui fugauit ab oculis nostris omnem carnalitatem. et induxit spiritualem amorem. Ecclesiastici xxiiiio. Sicut cynamomum et balsamum aroma. id est odor. Balsamum mixtum cynamomo. est deitas coniuncta humanitati. hic odor balsami id est christi incarnati. debet a nobis expellere omnem carnalitatem. et incitare nos ad spiritualem amorem. hoc signatum est Job ixo. ubi dominus lutum fecit ex sputo. et oculos ceci nati illuminat. Saliua que a capite fluit. est diuinitas. quia sic dicitur j. Cor. xio. Caput christi est deus. lutum est ipsa caro. Cecus natus est ille. qui nescit nisi terrena et sensibilia cogitare. Ideo saliua id est diuinitas saliuo unitur

et carnalitate expulit. et amorem spiritualem adduxit. Secundo describitur beata virgo a virginali pudore. cum dicitur De qua natus est ihesus. Cum enim Euangelista produxit genealogiam usque ad Joseph. dicens. Jacob autem genuit Joseph virum marie. non dixit de quibus natus est ihesus. sed de qua volens ostendere quod non sit natus de humano semine. sed mistico spiramine. et quod ipsa sit virgo ante partum in partu et post partum. Quod autem ipsa semper virgo permansit. ostendi potest multipliciter scilicet multiplici testimonio multa hic mistio. multiplici conceptu. et multiplici miraculo. Primo namque probatur eius virginitas multiplici testimonio. et hoc testimonio dei. qui dixit prophetam Ysa. viio. Ecce virgo concipiet etc. Testimonio angeli. Mt. io dixit angelus. Quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. Testimonio hominis fidedigni. Due autem persone olim erant fidedigne. scilicet propheta et sacerdos. Probatur igitur hoc testimonio prophete. cum dicitur Jeremie xxxio. Creabit dominus nouum super terram. mulier circumdabit virum. Tria sunt hic noua et mirabilia. Unum quia mulier sine viro. cum in ceteris sit mulier cum viro in formatione prolis. Aliud quia circumdabit. quod enim circumdabitur circumdatum est. ex omni parte clausum est. Sic illa utero continet puerum. hoc autem circumdedit. quia undique clausa fuit. Tertium mirum. quia alie mulieres habent in utero puerum. ista virum. quia tanta sapientia in utero matris habuit. quantam habuit vir. Probatur etiam testimonio sacerdotis scilicet Zacharie patris Johannis Baptiste. Nam sicut recitat Origenes super illud Mt. xxiiio usque ad sanguinem zacharie etc. In templo erat quidam locus virginibus ad adorandum deputatus. nec alie que viros experte fuerant. ibidem manentes adorare non audebant. Cum igitur post ortum saluatoris. quadam die beata virgo illuc adorandum iuisset. deprehendit qui eam nouerat. quod illuc manere posset. quia virum experta fuerat. utpote quia filium peperisset. Sed cum Zacharias diceret quod digna esset. quia virgo concepit. et virgo peperit. indignati iudei eum inter templum et altare occiderent. Secundo ostenditur eius virginitas

multiplici misterio. Primo misterio virge. que inmaculose floruit. frondiuit et nuces vel fructum fecit. De qua dicitur Nu xvij. De hoc misterio dicit Aug. in quodam sermone de natiuitate domini. Virga Aaron potuit contra naturam nuces producere. virgo non potuit contra naturam dei filium generare. dicat in Iudeis quemadmodum arida virga floruit. et frondiuit. et ego dicam illi quemadmodum virgo concepit et peperit. Postea subdit Quod hec virga nuces produxit. ymaginem diuina corporis fuit. Nux enim trinam habet in suo corpore vnionem. corium testam et nucleum. In corio caro. in testa ossa. in nucleo interior anima consideratur. In corio nuce carnem significat saluatoris. que habuit in se asperitatem et amaritudinem passionis. In nucleo interiorem declarat dulcedinem deitatis. Tribuit enim pastum et lumen subministrat officium. In testa lignum intelligitur duas. quia terrena et celestia mediante ligni impositione sociauit dicente apostolo quia ipse per sanguinem passionis sue pacificauit omnia. que in celis sunt et que in terris. Hec Aug. Secundo misterio porte. que domino fuit aperta. ceteris autem clausa. De qua dicitur Ezech. xliiii. Aug. Quid est porta hec erit clausa. nisi quia maria semper fuit intacta. Et quid est vir non transibit per eam. nisi quia Ioseph non cognouit eam. Tercio misterio velleris de celo rore perfusi. De quo habetur Iudith vj. Aug. Quid gedeonis vellus significat. quod vtique de carne tonsum. sed sine vellere carnis in area positum. nunc quidem lana. nunc aeris rore perfundit. nisi carnem susceptam de carne virginis absque detrimento virginitatis. Et dicit maria vellus dicitur. sic dicit Ambros. i li. de sermoni. Recte maria velleri comparatur que ita concepit dominum. vt totum eum hauriret corpore. Nec eius diffusum corpus patet. sed esset mollis ad obsequium. solida ad sanctimoniam. De cuius fructu pluis vestimenta texuntur. De eius molli sinu agnus egressus est. qui et ipse matris lanam. hoc est carne gestans molli. vulnera tuctorum operiit peccatorum. Omne enim peti volumus xpi lana suffundit. xpi soluet sanguine et vt sanitatem recipiat. x indumento vestitur. Quarto misterio virginitatis. De hoc misterio sic dicit Eus. super mt. Vide misterium adam ex terra virgine figuratur. filius dei ex maria virgine nascitur. illic virgo mortem concepit. hic virgo vitam generauit. Illic virgo per virginem ruit. hic vir per virginem stetit. Illic ruina mortis. hic triumphus victorie. Quinto misterio rubi camini et prandij daniel. De hoc misterio. sic dicit Aug. i Dial. Sicut enim quondam rubus comburi videbatur et ignis eum non tangebat. et sicut tres pueri in camino inclusi hebantur. et tamen eos non ledebat incendium. Nec odor fumi erat in eis. Et quemadmodum Danieli intra lacum leonum incluso. claustris non apertis. allatum est prandium Abacuk. Ita et hec sancta virgo dominum genuit. sed intacta permansit. Tercio ostenditur eius virginitas multiplici exemplo. Primo exemplo tumuli. Sicut enim xpus corpore potuit clauso sepulcro. et saluis sigillis sic nasci potuit clauso remanente vtero et saluo sigillo virginitatis. Secundo exemplo corporis xpi glorificati. De hoc sic dicit Augustinus in epistola ad volusianum. Ipsa virtus diuina per inuiolata matris virginea viscera infantis membra eduxit. que postea per clausa hostia membra iuuenis introduxit. Hic si ratio queritur. non erit mirabile. si exemplum petitur. non erit singulare. Demus deo aliquid posse. quod nos fatemur inuestigare non posse. In nonnullis ratio facti est potencia facientis. Tertio exemplo solis et vitri. Si enim sol nullam in vitro quod pertransit infert violentiam. multo fortius nec sol spiritualis mari abstulit virginitatem. Quarto exemplo solis et speculi. De quo sic dicit Aug. in quodam sermone de natiuitate domini. Radius solis speculum penetrat. nec tamen ingrediens violat. nec tamen egrediens dissipat. quia et in ingressu et egressu eius speculum preseruat. Speculum ergo non rupit radius solis integritate virginis ingressum violare non potuit radius deitatis. Quinto

exo sideris Quia sidus radium suum e
mittit sine sui corruptione Sic virgo
sidere radius sua minuit claritatem
Sic virgini filius sua integritate Sex
to exemplo apis De qua sic dicit Ambrosius
in exameron Integritas corporis virgi-
nitas apibus est et partus qui neque vl-
lo concubitu nascitur neque libidine re-
solvuntur neque partus quatitur doloribus
et subito maximum filiorum examen e
mittunt Nono ondit eius virginitas
multiplicia miracula Et primo ex visione
circuli et stelle de qua supradictum est Stel-
la enim circulo circumdata fuit maria sed
incorrupta Canticorum iiii Ortus conclusus
est etc Secundo ex apparitione signi
in innectute Sicut enim dicit Albumas-
sar quoddam in celo signum mirabile
visum fuit scilicet virgo quedam puerum
in vlnis gestans et iuxta eam senex
quidam consistens sed ea minime tangens
et dicit puerum hunc etc quem eam xpm
appellant Tercio ex irradiatione
splendoris in facie legitur enim in Euan-
gelio Nazareorum Quod quidam splendor mirabilis
de ipsius facie procedebat Ille sple-
ndor in facie signabat splendorem eius
et virginitate Quarto ex fructuositate
vinee Dicitur enim vinea Engadi sine
omni humano studio floruit sic sine hu-
mano semine virgo generavit Canticorum ii
Vinea nostra floruit Quinto ex ruy-
na templi De qua supradictum est Iu-
dith xiiii Una mulier hebrea fecit
confusionem in domo regis Nabuchodonosor
Sexto ex arefactione brachij Cum
enim quidam vt legitur de infancia sal-
vatoris virginem peperisse audis-
set et hoc probare vellet contremu-
ravit manus eius sed postmodum
credens sanata est Tercio describit
a prolis nobilitate cum dicit Qui
vocatur xpus qui interpretatur vnctus
Olim autem inungebat in veteri
lege Rex propheta sacerdos et pugil In
hoc ergo quod xpc dicitur vnctus datur
intelligi quod xpc est rex in premiorum
distributione Psalmus Deus iudicium tuum
regi da Matthei xxv Tunc dicet Rex hiis
qui a dextris erunt Venite benedicti pos-
sidete paratum vobis regnum celorum Est

propheta noster in nostra salubri erudi-
tione propheta non tantum dicitur qui fu-
tura predicat sed aliquando qui scri-
pturas occultas exponit Sic accipit
in Corinthiorum xiiii vbi dicit Nam qui prophe-
tat hominibus loquitur ad edificationem
xpus autem docuit nos et scripturas ex-
posuit Luce vltimo Tunc aperuit illis
sensum vt intelligerent scripturas Est
sacerdos in patris reconciliatione Romanorum v
Cum enim inimici essemus reconcilia-
ti sumus deo per mortem filij eius Psalmus
Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem
melchisedech Dicitur enim Melchise-
dech obtulit domino panem et vinum
Sic xpus obtulit corpus suum et sanguinem
Est pugil noster in dyaboli debella-
tione Iste autem pugil et vicit per for-
titudinem Luce xi Si autem fortior
illo superveniens vicerit eum etc Et
vicit per artem Psalmus Exurge domine
preveni eum et supplanta eum et
eripe animam meam ab impio Sup-
plantavit eum quia xpc corruit et
dyabolum corruere fecit sed corruendo vicit
quia statim surrexit sed dyabolus surgere
non potuit Ieremie xlvi Fortis impegit
in fortem et ambo pariter conruerunt Sup-
plantavit etiam eum quia per hamum
sine laqueum eum cepit Iob xl An
extrahere poteris leviathan hamo
Et dicit non sed ego solus hoc faciam

Populus qui ambulabat in tenebris vidit *Sermo secundus*
lucem magnam habitantibus in regione
mortis lux orta est eis Et subditur
quibusdam interpositis Parvulus natus
est nobis et filius datus est nobis Et vo-
cabitur nomen eius admirabilis consili-
arius deus fortis pater futuri seculi
princeps pacis Ysaie ix Cum rex est
aliquis venturus multi ambaxatores
et multi nuncij destinantur Sic et secta
mater ecclesia ante faciem huius regis in
qualibet tempore missarum tres mittit amba-
xatores solempnes scilicet vnum prophetam
vnum Apostolum vnum Ewangelistam Et isti
ambaxatores sunt valde reverendi et omni
fide digni Siquidem propheta Ysaias fuit
a spiritu sancto inspiratus Apostolus scilicet Paulus

fuit in paradisum et in tercium celum
raptus. Ewangelista scilicet Lucas qui ponitur
in duabus primis missis. fuit a beata
virgine doctus. Iohannes vero qui ponitur
in tercia missa super pectus dominicum
pectoris fuit aqua sapiencie divine potatus.
Verba igitur premissa sunt unius de hiis
tribus ab auctoribus. que quidem verba
in prima missa leguntur. In quibus tria
ponuntur. Primum est humani generis ma-
gnum periculum. cum dicitur populus qui am-
bulabat in tenebris. vidit lucem magnam.
habitantibus in regione umbre mortis. lux orta
est eis. Secundum est istius periculi
magnum remedium. cum subditur Par-
vulus natus est nobis etc. Tercium
istius remedii magnum preconium. cum
subinfert Et vocabitur nomen eius ad-
mirabilis consiliarius etc. Circa primum
notandum quod tenebre induxerunt quatuor
incomoda scilicet horrorem sive timorem. ob-
scuritatem. tristiciam. et frigiditatem.
In adventu igitur salvatoris homines e-
rant in horrore. adeo quod eciam sancti
viri qui ante deum lucebant per graciam.
Non poterant a se penitus illum hor-
rorem expellere. Sap. xvii. Ut siderum
lympide flamme illuminare poterant illam
noctem horrendam. Et iste horror cau-
sabatur ex eo quod homines erant in potestate
demonum traditi. Exodi x. Facte sunt
tenebre horribiles in universa terra
Egipti. hoc eciam signatum est Gen.
xv. ubi dicitur Cum occubuisset sol. pa-
vor irruit super Abram. et horror ma-
gnus et tenebrosus invasit eum. E-
rant in obscuritate quia erant mul-
tiplici ignorancia involuti. Iob xxxvii.
Nos quippe involvimur tenebris.
Erant in tenebris. quia dei visione
erant privati. Thobie v. Quale gau-
dium michi erit. qui in tenebris sedeo.
et lumen celi non video. Erant in fri-
gore. quia multis erant criminibus ple-
ni. Peccata enim faciunt animam frigidam.
Ieremie octavo. Sicut frigidam facit ci-
sterna aquam suam. sic frigidam facit
malicia suam. Vel erant frigidi. quia
igne divini amoris privati illo scilicet de quo
dicitur Luc. xii. Ignem veni mittere in

terram. Sed populus qui in talibus te-
nebris ambulabat. et qui in umbra mortis
sedebat. lucem magnam vidit. et vera
lux sibi orta fuit hodie. Lux autem habet
assecurare. illuminare. letificare et cale-
facere. Ideo ergo Christus natus lux dicitur.
Primo quia assecuravit. expellens et
refrenans demonum potestatem. Sicut enim
solis ad ortum male bestie fugiunt.
et in suis cubilibus se abscondunt etc. ho-
mines sunt securi. et ad opera sua liberi.
Sic ad ortum veri solis. demones ad infer-
num fugiunt. Nec sic homines molestare
possunt. Ps. Ortus est sol. et congregati sunt
et in cubilibus suis collocabuntur. Exibit
homo ad opus suum etc. Apok. xx. An-
gelus apprehendit draconem serpentem
antiquum. qui est dyabolus et sathanas.
et ligavit eum. Iste angelus est Christus.
qui est magni consilii angelus. Ista autem
ligatio est dyabolice potestatis refrenacio.
Secundo fuit lux. quia illuminavit. dans
veram dei cognicionem. Luc. primo. Visi-
tavit nos oriens ex alto. illuminare
hiis qui in tenebris et in umbra etc.
Ps. lux orta est iusto. Ro. xiii. Nox
precessit dies autem appropinquabit.
Tercio letificavit dei restituens visi-
onem. Prov. xv. lux celorum leti-
ficavit. animam. Eccl. xi. Dulce lumen
et delectabile est videre solem. Quarto
inflamavit infundens divinum amorem.
Ps. Ignem ut luceret eis per noctem. et
non tantum luceret. sed eciam infla-
maret. Ista quatuor angelus nobis
de celo attulit. Removit quidem ob-
scuritatem. et adduxit illuminacionem. cum
dicit. Quia claritas dei circumfulsit illos.
scilicet pastores. Removit timorem et adduxit
securitatem cum dixit Nolite timere.
Removit tristiciam. Ewangelizo vobis
gaudium magnum. Removit frigus.
et adduxit verum ignem scilicet Christum. cum
dixit Natus est nobis hodie salvator
mundi etc. Secundo ponitur humani periculi
magnum remedium. cum dicitur Parvulus
natus est nobis. et filius datus est nobis.
Quod quidem remedium factum est nobis
per Christi humilitatem. Et ideo dicitur par-
vulus natus est nobis. et filius datus est

nobis p dei patris liberalitate. Humi
litas igit filii dei notat in hoc qd dicit
Paruulus. Fuit aut puulus quatum
ad etatem. quatum ad matre. quatu
ad staturam. quatum ad familia. quatu
ad domu. quatu ad cibum. quatu ad le
ctum. quatu ad vestimentu. Fuit nam
puulus quatum ad etatem qa ille
qui est tam atiquus. qd no hz prin
cipium neqz finem. De quo dicit in ps.
Mille anni an oculos tuos tamq dies
hesterna que preterijt. Hodie tam nouus
esse voluit. vt puer vnius diei diceretur
et esset. Fuit paruulus quatum ad ma
trem. quia ille qui hz tam excellete
patrem in celis. hodie humile et pau
pere matrem hre voluit in terris. Fuit
paruulus. quatu ad staturam. quia ille
qui est tam magnus. q celum et celi ce
lorum eum capere no pnt vt dicit 3o
Reg viijo. Qui est tam magnus q appendit
tribus digitis molem terre. vt dicit
ysaie xlo. hodie tam puus extitit. q
manu puelle baiulatus fuit. Fuit par
uulus quatum ad familiam. quia ille
qui habet pro familia milia anglorum
vt dicit Dan septio. hodie p fami
lia peccatate huit iumetoru. Fuit
puulus quatum ad domu. quia ille
qui habet pro camera celum stella
tum vt dicit in ps. iuxta aliam lram
Extendes celum sicut cameram. hodie
pro camera et domo. huit stabulu in
fectum. Fuit puulus quatum ad ci
bum. quia ille qui dat iumentis escam
ipsorum. et pullis coruoru inuocatib
eum. qui implet omne aial bndictio
ne. et dat escam omnibus in tempe
optuno. hodie modico lacte cibatus
est. Unde dicit. Paruo qz lacte pastus
e. p quem nec ales esurit. Fuit par
uulus quatum ad lectum. qa ille cui
celum sedes est. et terra scabellum pedu
eius. vt dicit ysa lxvjo. hodie non
in lecto deaurato vel spacioso. sed in p
sepio stricto. et in feno aspero voluit
reclinari. Fuit puulus quatu ad in
dumentu. quia ille qui indutus erat
lumine sicut vestimento. hodie voluit
fasciis cingi. et vilibus indumentis inuol

ui. Ideo autem vt puulus esse voluit
vt tanta humilitas nostram febram
sanaret. Augus in lio de agone xpiano
Que supbia sanari pt. si humilitate
filii dei non sanat. quasi dicit Illa sup
bia. que no pt sanari per xpi humili
tatem. non est superbia hominis. sed
demonis. De quorum superbia dicit
in ps. Supbia eorum qui te oderunt
ascendit semper. Idem in sermone.
Vide homo quid pro te factus e deus.
doctrina tante humilitatis etia in no
loquente doctore. Idem Tantu te depssit
humana supbia. vt te non possit nisi
humilitas sublevare diuina. Nouus
insup qr xps dicit puulus. ipsa rone
plus. quia offensus de facili potest
placari. Olim deus implacabilis vide
batur. Eze. Non parcet oculis meis sup
te et non miserebor. Sed nunc dicit
ysa lxjo. placare annum placabile
domino. Olim quia de facili in emendo
potest decipi. Puulus enim aliquando p vno
pomo. daret totam scatiam suam. Olim
hom deus nimis care vendebat regnu
suum. ymo etia nullus emere poterat.
Nec pro aqua dura pnia. sicut patz
in Johe bapta. qui tantam pniam du
ram fecit. Nec tamen in morte sua
regnu celorum habere potuit. Nec p mor
te aliqua. sicut patet in ysaia qui
fuit serra secatus. nec tamen tunc regnu
adeptus. Modo aut dat regnu p calice
aque frigide. Mt xo. Quicumqz dederit
vni ex minimis meis calice aque frigide et
ymo p vna bona voluntate ps. Desi
deriu pauperu exaudiuit dominus. vn
quodammo denuo in emendo decipimur
quia quasi pro nichilo regnu eius
obtinemus. ps. Pro nichilo saluos
facies illos. Ite pro nichilo habuerunt
terram desiderabilem. Tercio dicit par
uulus. quia instar puuli dz capi
Ptoporta In quibusdam tamen xpus
concipit. et non nascitur. sed quasi abor
sum patitur. quia bonum propositum ad
opus non producit. ysa. xxxvijo. Ve
nerunt filii vsqz ad partum. et virtus
non est pariendi. debet parturi p bona
opera ysa. xxvjo. A facie tua domine
concepimus et parturiuimus et peperimus spm

salutis Debet mittiri p p'senciam
Exodi ijo accipe puerum istum et nu-
tri michi ego dabo tibi mercedem tuam.
Debet portari paciam Ecci xxijo Sub-
ijce humerum tuum et porta illam s. sa-
piam dei que est xpus Jeremie xo plā-
na est infirmitas mea et portabo
ipam Debemus enim eum libenter por-
tare. si volumus ab eo portari ysa xlvjo
Ego feci et ego feram ego portabo et ego
saluabo. Secundo istud remedium factum
est nobis per dei patris liberalitatem
cum dicit Et filius datus est nobis.
liberalitas dei patris in hoc attenditur
quoniam dedit nobis quoddam sibi pro-
prium filium suum in serui redemptionem Ro.
viijo qui proprio filio suo non pepercit deus. sed
pro nobis omnibus tradidit illum Ad-
dam sibi et filio eius s. spiritum sanctum .i.
serui redempti filialem adoptionem Eph.
jo Qui predestinauit nos in adoptionem
filiorum per ihesum xpm. Quoddam est
et filio et s. sancto commune s. mundum v-
niuersum in serui redempti et adoptati
sustentationem ps Omnia subiecisti sub
pedibus eius. Se denique dabit in re-
dempti et adoptati et sustentati plena
et perfectam ditacionem. quia in ipso solo
omnia possident Johis xiiijo Domine
ostende nobis patrem et sufficit nobis.
Sedh9 Domine quid est homo quia in-
notuisti ei. aut filius hominis quia visi-
tas eum. denique mittis ei vnigeni-
tum tuum. immittis spiritum tuum. promittis
vultum tuum Et ne quid in celestibus
vacet ad opera solicitudinis nostre.
et illos beatos spiritus mittis in ministerium
nostrum Tercio ponitur huius reme-
dij magnum precomium. cum dicitur Et vo-
cabitur nomen eius admirabilis consili-
arius etc Ipse enim est admirabilis i.
se. quia deus homo. eternus puer. ve-
rus infans Est admirabilis consiliarius quantum
ad nos. quia si homo est pauper. con-
sulit vt sit diues. et si est diues. consulit
vt sit quasi pauper Prov. xiijo Est
quasi diues cum nichil habeat. et est quasi
pauper. cum in multis diuicijs sit.
Ille est diues et inde nichil habet. qui
de sua paupertate est contentus. et quo-
dammodo gaudet. quia xpo pauperi similis
est effectus. Ille est pauper. cum in multis
sit diuicijs. qui cor diuicijs non apponit

sed ad dei honorem eas expendit Item
si est homo iuuenis. consulit vt sit se-
nex. et si est senex. consulit vt sit iuuenis
quia si est iuuenis etate. consulit vt
sit senex maturitate Sap. iiijo Cani
sunt sensus hominis et etas senectutis
vita immaculata Et si est senex. consulit
vt sit iuuenis .i. in dei seruicio letus
et fortis Deutro. xxxiijo Sicut dies
iuuentutis tue. ita et senectus tua.
Item si est letus. consulit vt sit mestus.
et si est mestus consulit vt sit letus.
Ecci xjo In die bonorum ne immemor
sis malorum et in die malorum ne im-
memor sis bonorum Et ne quis dicat.
Iste consiliarius non est sapiens. sed deci-
pit aut decipitur Ideo addit Deus. qui
scilicet nec potest decipere nec decipi Job xiijo
Aut decipietur vt homo. fraudulencijs
nostris Et ne quis dicat Ipse dat con-
silium. sed non auxilium Ideo addit. fortis.
qui potest adiuuare Augustinus ad Volu-
sianum tractans illud verbum Joh jo plenum
gracia et veritate. dicit quod xpus ad ca-
pescendum salutem attulit nobis magi-
sterium et adiutorium Et ne quis dicat Ipse
non fideliter consulit. addit pater. qui non
nisi fideliter filijs suis consulit. luc. xjo
Si vos cum sitis mali. nostis bona da-
ta dare filijs vestris. quanto magis pater
celestis. dabit spiritum bonum petentibus se.
licet autem pater sit. tamen filios suos
tribulationibus exponit in presenti seculo quia
est pater futuri seculi. et eos ad illud
seculum per tribulationes mittit Et ne quis
forte credat. quod hee tribulationes nunquam
finientur addit. princeps pacis. quia tunc
omnes tribulationes finientur et pax
vniuersalis erit ysa xxxijo Sedebit
populus in pulcritudine pacis.

Exijt edictum Sermo quartus.
a Cesare Augusto. vt descri-
beretur vniuersus orbis. luc ijo Cesar
augustus. cum vniuerso orbi dominaretur
et vniuersali pace gauderet. scire voluit
quot prouincie. quot Ciuitates. quot
castra. quot capita. persone erant in vniuer-
so orbe essent. iussit quod vt homines de
villis conuenirent ad ciuitates. vnde oriundi
fuerant. et ibi scribi se facerent et censum persol-
uerent Joseph quia vero de stirpe dauid
fuerat. qui quidem dauid de bethleem

origine duxerat In Bethleem venit
et mariam sponsam suam secum duxit
nolens eam post se dimittere ne in sui
absentia pareret salvatorem In hoc
ergo Evangelio lucas de tribus precipue
facit specialiter mentionem. scilicet de ce-
sare mundum describente de Joseph
in Bethleem ascendente et de Maria
pregnante Circa primum notandum est quod
imminente salvatore adventu in carne
Cesar Augustus ita fecisse legitur
quod magnus misteriis plena fuit Ipse
quidem nomen mutavit mundum descripsit et
universalem pacem fecit Mutavit autem
nomen. quoniam cum prius vocaretur
Octavianus vocari se fecit Cesarem
in honore avunculi sui. Vocari se fecit
augustum. in testimonium reipublice
per ipsum plurimum augmentate. quia
suo tempore pro uno dabatur denario
quod prius pro quatuor vendebatur Vocari
se fecit imperatorem. quia fuit primus
qui apud Romanos fuit imperatoris no-
mine sibi insignitus Vocare etiam
eum deum voluerunt. sed ipse id re-
cusavit. Per hoc igitur quod nomen mutat
dabatur intelligi quod ille erat venturus
in carnem qui electis suis erat nova
nomina daturus iuxta illud Ysa. lxv° Ser-
vos suos vocabit nomine alio. Illi enim
qui erant de populo dei in veteri testamento
vocati sunt Iudei et hebrei id est confitentes
quia soli de omnibus gentibus deum confi-
tebantur et colebant Vocati sunt hebrei
id est transitorii quia patres veteris testamenti
actibus transitoriis intendebant. sicut
generationi carnali. ut dicitur Gen. primo
Crescite et multiplicamini et replete terram
In statu vero gratie vocati sunt prius
discipuli. et postea christiani Act. xi° Do-
cuerunt turbam multam ita ut cog-
nominarentur primo anthiochie discipuli
christiani. quia debent esse corde discipli-
nati per honestam vitam Iac. iii°
Quis disciplinatus et sapiens inter vos et
et intus uncti per gratiam I Ioh. ii°
Unctio eius docebit vos de omnibus
In statu vero glorie vocabimur filii dei
et cives celi etiam Apoc. iii° Scribam
super eum nomen dei mei quod est xii gla-
tiam eterna et nomen civitatis nove
Ierusalem. quod est civis et nomen meum. quod est

filius. Secundo mundum describit. per
quod significabatur quod iste veniebat quod electorum
nomina in sua civitate descriptum erat
Si aliquis nomen amici sui in libro suo
suprascriptum habet. magnum est amoris
indicium Sed si in palatio suo illud
scribi facit. maius Si vero in manibus
illud scriptum semper portaret. maximum.
Sed si in corde. si esset possibile scribi faceret.
supermaximum Deus in hiis quatuor
locis nomina electorum descripsit primo videlicet
in libro suo id est in eterna predestinatione
sua. Ps. In libro tuo omnes scribentur
Dan. xii. Salvabitur populus tuus omnis
qui inventus fuerit scriptus in libro.
Secundo in palatio suo. Luc. x. Gau-
dete quia nomina vestra scripta sunt
in celis Tertio in manibus suis. Ysa.
xlix Ecce in manibus meis descripsi
te Quarto in corde suo. hoc signatum
est Exo. xxviii° ubi dicitur quod summus
sacerdos rationale ubi scripta erant
nomina filiorum Israel in memoria coram
domino portare debebat De hac con-
scriptione dicitur ii Cor. iii° Epistola estis
Christi ministrata a nobis et scripta non
atramento sed spiritu dei vivi Ista autem
descriptione oportebat ut quilibet se
subiectum Romano imperio profiteretur
et nummum argenteum in tributum red-
deret ymagine cesaris preferentem
superscriptionem habentem. et decem usua-
les nummos valentem qui illi quod sunt
de regno cesaris. et ipsum deum profiteri
per fidem. et de se tributum deo reddere
scilicet de carne mortificationem et de ani-
ma puritatem. et se exhibere ymaginem
et similitudinem virtutum. et observare
Decalogum preceptorum Tercio uni-
versalem fecit pacem. tanta videlicet
ut ad literam videtur esse impletum quod
dicitur Ysa. ii° Conflabunt gladios su-
os in vomeres. et lanceas suas in fal-
ces Ante adventum quidem Christi dis-
cordia erat inter deum et hominem
propter precepti prevaricationem inter homines
et homines propter cultus diversitatem
inter homines et angelos Unde sic dicitur
Bern. Quia exules eramus a deo. eo-
neos nos angeli deputabant Quia
igitur habebamus guerram cum deo. fecit
se mediatorem I Thi. ii° Unus enim

est mediator dei et hominum homo xpus
ihesus etc. Quia erat guerra inter do-
minum et hominem. fecit se lapidem
angularem Ephe ii° Ipse enim est pax
nostra. qui fecit utraque unum et medium
parietem materie solvens etc. Est insa
Ipso summo lapide angulari xpo ihesu
Quia erat guerra inter homines et
angelos. fecit se pastorem. Ipse est ille
pastor. de quo dicitur luc xv° Qui re-
liquit in deserto. i. in celo a malignis
spiritibus delicto nonaginta novem
oves. i. novem ordines angelorum
et querere venit centesimam ovem. i. per-
ditum hominem. et ipsam nonaginta novem
ovibus sociavit. Ipse est ille pastor
qui dicit Johannis x° Alias oves habeo
i. homines. que non sunt ex hoc ovili
s. celesti. et illas oportet me adducere
et fiet unum ovile et unus pastor. Cum
aut adinvicem aliqui pacem faciunt. ut
firma pax sit. consueverunt instrumenta
conficere. instrumenta facere. oscula sibi dare
et adinvicem sibi pacta inire. Sic deus
ut ista pax firma esset. quatuor instru-
menta i. quatuor Evangelia nobis confecit.
Augustinus Verum tunc legimus instrume-
tum matrimonii nobiscum fecit. quando
spiritus meum i. humanam naturam sibi
in sponsam accepit. Osee ii° Sponsa-
bo te michi in fide. Osculum dedit
quando se nature humane coniunxit
hoc osculum petebat sibi sponsa dicens
Can. primo. Osculetur me osculo oris
sui. Pactum firmum nobiscum iniit.
Pactum aut apud antiquos tripliciter
firmabatur. Aut manuum percussione. aut
liquoris effusione. aut alicuius signi ere-
ctione. De percussione et lapidis erectione
habetur Josue ult. De aque effusione
habetur i° Re vii° In effusione namque
aliorum liquorum remanet aliquid de
substantia vel sapore. sed in effusione aque
nichil huiusmodi in vase remanet
per hoc ergo innuebat. quod quicumque pa-
ctum illud non servaret. ipse cum omnibus
suis sic deleretur. quod nullum vestigium re-
maneret. Sic xpus ut firmum pactum
esset in manibus fuit percussus. Ysa liii°
Propter scelus populi mei percussi eum
Fuit instar aque effusus. quia nichil

in eo remansit. Nam perdidit vitam.
quia eam in morte deposuit. perdidit fa-
miliam. quia ipsum solum reliquit
Perdidit temporalem substantiam. quia nichil ha-
bet nisi vestes. eis expoliatus fuit.
perdidit speciem et decorem. quia certissime
in eo non remansit. Et ideo potest dice-
re cum psalmista Sicut aqua effusus sum. S
fuit erectus et exaltatus. Joh. tercio.
Sicut exaltavit moyses serpentem
in deserto. ita exaltari oportet filium
hominis. Et infra xii° Si exaltatus fue-
ro a terra. omnia traham ad meipsum.
Octavo fit mentio de ioseph in bethle-
em ascendente unde dicitur Ascendit
aut tunc ioseph in bethleem. duxit
aut secum mariam. sicut et in suo
comitatu bovem et asinum. et cum tali
processione ascendit. Qui igitur vult
ascendere in bethleem. i. domum panis
De qua dicitur luc xiiii° Beatus qui
manducabit panem in regno dei.
Oportet quod habeat secum mariam i. a-
maram contritionem. Tren. ii° Magna
est velud mare contritio tua. Ps. La-
vabo per singulas noctes lectum meum etc.
Non enim sufficit peccata relinquere. nisi
contingat ea fletibus purgare. Sic
ostendit Gregorius in pastorali tercia parte
cao dicens. Admonendi sunt. qui ad-
missa deserunt. nec tamen plangunt. Ne
iam relaxatas estiment culpas. quas
etsi augendo non multiplicant. nullis
tamen fletibus mundant. Neque enim scri-
ptor si a scriptione cessavit. quia alia
non addit. etiam illa que scripserat delet.
Nec qui contumelias irrogat. si solummodo
tacuerit satisfecit. Nec debitor abso-
lutus. quia alia non multiplicat. nisi
et illa que ligaverat solvat. ita cum
deo relinquimus nequaquam satisfacimus
si ab iniquitate cessamus. nisi volu-
ptates quas dileximus. e contrario appositis
lamentis insequamur. Octavo oportet quod habeat
satisfactionem quam significat per bovem. qui est
animal laboriosum. in ungula scis-
sum et mature incedens. Quia sa-
tisfactio nostra et debet esse laboriosa
Prov. xiiii° Ubi plurime segetes
ibi manifesta fortitudo bovis. et debet
esse discreta. Roman. xii° Racionabile

obsequium virginis. Et debet esse maria
non minus festina. Prov. xiij. Sub-
festinata minuetur. que autem pau-
latim colligitur. manu multiplicabitur
Isidorus de summo bono. Quecunque in
rerum natura velociter ad perfectum tendunt
sine dubio celerius finiunt. Sic herbe
que tanto festinius pereunt. quanto ce-
lerius crescunt. Econtra arbores alta
radice fundate ideo perdurant. quia magis
gradatim ad perfectum perveniunt
Tercio debet habere perfectus germinatorem
qui signatur per Joseph. qui interpretatur
augmentum Gen. xlix. Filius ac-
crescens Joseph. et decorus aspectu. Debet
enim crescere in virtute et bona operatione
Et ideo ponitur ibi bis accrescens. Sed
quia nec virtus nec operatio aliquid valet
sine puritate mentis et sinceritate in-
tencionis. Ideo additur ibi Et decorus
aspectu. Quarto debet habere humilitatem
que signatur per asinum. qui est animal man-
suetum. Qui enim sine humilitate ali-
qua opera bona facere nititur. talis est acsi
domum sine fundamento edificaret Mt.
vij. Similis est homini. qui edificat
domum suam super arenam. Beda. Hu-
militas fundamentum est. custosque vir-
tutum. Qui ergo alias virtutes sine hu-
militate exhibet. quasi qui domum
sine fundamento collocat. vel qui pul-
verem ante ventum deferat. Gregorius
Qui ceteras virtutes sine humilitate
congregat. quasi pulverem ante faciem
venti portat. vel qui semen in terra
iacit. sed ipsum terra humilitatis non
operit. Mt. xiij. dicitur de semine non
cooperto. volucres celi comederunt id est de-
mones de corde omne bonum propositum
rapiunt. Tercio fit mencio de maria
pregnante et pariente. De maria pre-
gnante cum dicitur Cum maria desponsata
sibi uxore pregnante In hoc autem quod
dicitur quod erat pregnans datur intelligi
quod ipsa in utero gestabat ignem divi-
num. splendorem eternum. thezaurum
sapiencie et fontem misericordie. Et sic
verificatur illud quod ipsa dicit Eccli. xx-
iiij. Ego mater pulcre dileccionis et
timoris et agnicionis et sancte spei Na
ignitum in eius utero. habuit ignem
divinum. facta est mater pulcre dilec-

Fornax enim amoris. quia eius uterus novem
mensibus inflammavit. ipsam totam
amore implevit. Dominus mariam
totam impleverat Spiritus sanctus. totam
incaluerat amor divinus. ita quod
in ea nichil esset. quod mundanus viola-
ret affectus. Sicut autem aurum ad presen-
ciam ignis liquescit. sic et anima eius
ad presenciam ignis divini tota fuit li-
quefacta. Cant. v. Anima mea li-
quefacta est etc. Secundum habuit splen-
dorem eternum. facta est mater [illegible]
Sol enim iste novem mensibus eam
induit. et ideo totam splendidam fecit
Apoc. xij. Mulier amicta sole. Et quia
sic splendida extitit Ideo ex nimio
suo fulgore. dyabolo terribilis fuit
Sicut enim noctua solis splendorem
sustinere non potest. sic dyabolus a facie
tanti splendoris territus fugit Unde
postquam dicitur Cant. vj. Pulcra ut luna
electa ut sol Statim subditur Terri-
bilis ut castrorum acies ordinata
Tercium vero in utero habuit thezaurum
facta est mater agnicionis Non est
mirum pro cognicione. et omni sapiencia plena
est in cuius utero thezaurus sapie-
ncie novem mensibus habitavit De thezauro
et fonte sue sapiencie effudit flumina
doctrinarum evangelistis. quibus totum
mundum irrigaverunt Eccli. xxiiij. Ego
sapiencia effudi flumina. De thesauro
huius sapiencie hauriunt sancti. qui sunt
in via ad aliquam sanctitatem. sed
sancti qui sunt in patria ad plenam
satietatem. Cant. v. Bibite amici et
inebriamini carissimi. et quia sic est
plena sapiencia. scivit decenter nos
dimittere. quia optime novit nos infor-
mare Proverbiorum xiiij. Sapiens
mulier edificat domum suam Secundum
autem in utero habuit fontem misericordie. facta
est mater nostre spei. Prov. xx.
Thesaurus desiderabilis scilicet divine sapiencie
et oleum scilicet misericordie in habitaculo iusti id est
beata virgine. que fuit habitacio Christi Val-
de ergo de misericordia eius sperare possumus
cuius uterum fons misericordie implevit no-
vem mensibus Ideo ad eius misericordiam
magis significandam dicitur Eccli. xxiiij.
Quasi oliva speciosa in campis Sicut
enim oleum super omnes liquores ascendit

sit eius ira· omes alias trassedit
habet mam agentem· qa tūc ma-
xime dat mā· qn est mag̃ necessa-
ria in tempore tribulationis· h3 ma3
omnibus patentem· Et ideo dicit in
campis· quia ad ipam omnes tam
magni qm pui· tam diuites qm pau-
pes accedere possunt Eccī· xxiiij°
Transite ad me omnes qui concupi
scitis me· Secundo fit lectio de ma-
ria pariente· cum dicit Impleti st
dies marie vt pareret rc· Circa qd no-
tandum qm cetere mulieres ante ptu
habent timorem· quia mltē i ptu
periclitant· in ptu hnt dolorem post
partum habent dolorem ꝛ languorē
Sed beata virgo timere nō potuit
quia hnit angelum custodientem
Judith· xiij° viuit dominus· qui custo-
diuit me angelus eius ꝛ hinc euntē·
ꝛ ibi commorantem ꝛ inde huc reuer-
tentem· Patet sanctificatem· ps
Sanctificauit thabernaculu suu altis-
simus· Xpm factum concepti operan-
tem· luc j° Spus sctus superueniet
in te ꝛ v̄tus altissimi obumbrabit
tibi· qui s· ipm conceptum tuu effi-
ciet· filiu eius vterum inhitantem
Eccī· xxiiij° Qui creauit me requieuit
in thabernaclo meo· Similiter in ptu
non hnit dolorem Primum· quia xpus
dolorem sibi in sua seruat passione·
Secundum· quia sn pcto concepit ꝛ ideo
pcti mulier illi dolori subiecta fuit·
Tertium· quia tanta hnit leticia de deo·
qm videbat se filiu dei parē ꝛ redempto-
rem mundi generare ꝛ sua v̄tutem
retinere· qm tam immensa letitia omne
dolorem aliu excludebat· post ptm
etiam nō hnit languorem Primum· qa
medicinā dei ptauit· i· filiu dei· qui
sanat omnē languorē ꝛ omnē infir-
mitatem· Eccī xxxviij° Altissimus
de terra creauit medicinam Secundum qa
gigantem fortissimu secum hnit· q
omne eius imbecillitate sustentauit
De quo dicit in ps° Exultauit vt gi-
gas rc· Tertium quia v̄tus altissimi
umbraculu ꝛ refrigeriu sibi fecit· ꝛ
nulla molestia ea pati pmisit· luc
p° v̄tus altissimi obumbrabit tibi·

Impleti sunt Sermo quintus
dies marie vt pareret· ꝛ pepit filiu
suu pmogenitum· luc ij° Exeo qm
maria pgnans in bethleem venit·
dat nobis exemplum mltē obedie
multa em retrahentia hebat ne
illuc iret· quia ꝛ partui erat vicina
ꝛ via vetosa Ideo dicit ascendit· et
yemis media· ꝛ tn nō se excusabat
sed spōso suo obediuit Dat etiam
exm magne patie Ipa quidē sine
pcto erat· salute mundi partura erat
ꝛ tn multa aduersa passa fuit qa
nec hospiciu prope nec cunas nec
pannos p filio habē potuit· hnius
ergo exō nullus dicat si aduersi ei con-
tigerint· sn pcto meo hoc patior vl
faciebā bona ꝛ venerunt m̄ mala· qa
beata virgo nec peccatum hebat· ꝛ
mundi salutem procurabat· ꝛ tn ad-
uersa sustinebat Augꝰ Omnia ira
dei est cum hic patitur· summa mia
cum nō ptit Ad hoc em hic ptit· vt
incetum non pereat· ad hoc hic ferit·
vt incetum non feriat· Dedit etia
exm humilitatis summe· qa cu ipsa
esset regina celi· ꝛ domina mundi· spōso
tn se minori subici voluit· Con illas·
q cum hnt sponsum abiectu· eu despi-
ciunt ꝛ vilipendunt Circa partum
autem beate v̄ginis Euangelista tria
ponit Primo temporis plenitudinem
cum dicit Impleti sunt dies marie
2° ptus felicitatem· cu dicit vt pareret·
Tercio matris v̄itatem cum dicit Et
pepit filiu rc· Circa primu notandu
est· completi sunt in maria dies
ptus eius cclxxvj· Vn Augꝰ trac-
tans illud verbum Johis Quadra-
ginta sex annis edificatu est te-
plum hoc· sic dicit Nō inmerito in
edificatione corporis dni· nūs iste senar-
rius p anno ponitur intelligitur· q quadra-
gies sexies senarij fiunt· cclxxvj· q
nūs dies complet· nouem menses et
sex dies· qui taqm decē menses parie-
tibus feminis imputant· Vō qa sed
ad sextum diem pq nonu mensem
puenit Sed quia ipa pfectio corpis
dominici tot diebus ad partum pducta
compit· sic a maioribus traditu suscipit

Ecclesie auctoritas custodit. Octavo enim
kalendas aprilis conceptus credit ihesus
xpus. quo et passus. Natus autem credi-
tur octavo kalendas ianuarii. Ab illo ergo
die usque ad istum computando cc lxxvi
dies reperiuntur. qui senarium in qua-
dragesies sexies habet. quo in numero an-
norum templum edificatum est. quia
eo in numero senario corpus domini perfectum
est. quod mortis corporis destructum tri-
duo suscitavit. Hec Augustinus. Novem igitur
tanto tempore xpus in marie utero
habitavit. Nimirum factus est eius uterum
fons pietatis speculum puritatis. vas
sanctitatis. Est enim factus fons pietatis.
Olim enim una domini tantum erat in celo.
Psalmus. domine in celo misericordia tua. sed tandem
descendit de celo. et coartavit se in quodam
angulo. scilicet in populo iudeorum. Psalmus. Notus
in iudea deus etc. Idem. Non fecit ta-
liter omni nationi. et iusticia iudicia sua
non manifestavit eis. Sed ultimum diffu-
dit se in virginis uterum. Psalmus. Suscepi-
mus deus misericordiam tuam in medio tem-
pli tui. Adhuc tamen non apparebat.
sed hodie de utero emanavit in to-
to mundo. Psalmus. Misericordia domini plena
est terra. Et sic uterus virginis qui
parvus fons esse videbatur. hodie fuit
in maximum flumen. quo totus mundus
est irrigatus. ut habetur Hester x. Hoc
scriptum est in fonte. cuius aqua in liquore
olei est conversa. et per totum diem largi-
ter emanando diffusa. Secundo eius u-
terus factus est speculum puritatis. Si
quidem spiritus purificavit eius men-
tem. Luc. primo. Spiritus sanctus superve-
niet in te. Spiritus purificavit et sanctifi-
cavit eius ventrem. Ibidem. Virtus altissi-
mi obumbrabit tibi. Pater purifi-
cavit et sanctificavit eius mentem et ven-
trem. Psalmus. Sanctificavit thabernaculum
suum altissimus. Quicumque igitur habet ma-
culam superbie. debet speculari se ad eius
humilitatem. Quicumque habet maculam luxu-
rie. debet se speculari ad eius castitatem.
Quicumque habet maculam avaritie. debet specu-
lari se ad eius paupertatem. Tercio factus est
eius uterus vas sanctitatis. In suo enim
utero tamquam in vase domino deus posuit
omnia genera medicamentorum contra mor-
bos omnis infirmitatis. De quibus medi-

camentis dicitur. Eccli. xxiiii. In me
omnis gratia vite et veritatis. in me omnis
spes vite et virtutis. Ibi enim est thezaurus
ad ditandum egenos. Et ideo dicitur. In me
omnis gratia. Ibi lapis preciosus ad vivi-
ficandum mortuos. Ideo dicitur vite. Ibi
collirium ad illuminandum oculos. Ideo dicitur
et veritatis. Ibi oleum ad mitigandum de-
solatos. Et ideo dicitur. In me omnis spes.
Omnes enim qui in tribulatione sunt possunt
ad ipsam devote confugere. et de ipsa possunt
sperare. Ibi balsamum ad conservandum vitam
sanis. Ideo dicitur vite. Ibi panis ad
dandum robur infirmis. Ideo dicitur. Et
virtutis. Secundo ponitur eius partus fe-
licitatem cum dicitur ut pareret. Partus
autem suus fuit multe puritatis. multe
paupertatis. et multe novitatis. Partus
aliarum feminarum est immundus. Psalmus. Ecce
enim in iniquitatibus conceptus sum. et in
peccatis concepit me mater mea. Partus
autem iste fuit purissimus. et ex parte
matris. et ex parte prolis. quia virgo
concepit et virgo peperit. Nec mirum quia
peperit divini splendoris radium. florem
amenum. et thus odoriferum. Peperit quidem
divini splendoris radium. Lux enim non
dampnificat illud unde oritur. sic xpus
non dampnificavit matrem. auferendo sibi
virginitatem. unde eius ortus comparatur
luci corporali. Lux orta est iusto. Peperit
et florem amenum. Cant. ii. Ego flos campi etc.
Flos campi nascitur sine fossione. sic xpus
natus est sine matris violatione. Peperit
etiam thus odoriferum. Sicut enim thus
preciosum evaporat sine arboris incisione
sic xpus natus est sine matris aliqua
lesione. Eccli. xxiiii. Quasi libanus
non incisus vaporavi habitationem meam.
Ubi dicit glossa. libanus in hebraico can-
dor est. in greco thus. unde in cantica
ubi legimus ad collem thuris. quidam
codices habent ad collem libani. Secundo
fuit purus ex parte prolis. In xpo quidem
fuit divinitas. anima et caro. Eius autem
divinitas est pura. Hebr. i. Qui cum
sit splendor glorie etc. Sap. vii. Can-
dor est lucis eterne et speculum sine macula.
Eius anima est pura. quia purissima a
deo creata et purissimo corpori infusa.
Sap. viii. Sortitus sum animam bonam
et cum essem magis bonus. veni ad corpus
incoinquinatum. Eius caro fuit pura.

Dam. Construxit sibi ipse ex castis
et purissimis sanguinibus carne dicta
racionabili et intellectuali pruncias inte
masse / Secundo eius partus fuit multe
paupertatis / Cetera quod facit cum mulieres in
suo partu requirunt similem percam
vt habeant pannorum copiam. 2o6 prouisam
ciborum habundanciam. camere pulcritudinem
et lecti mollitiem requirunt eciam similem
tum pericia. vt habeant pedissequas
et domicellas. que sibi assistat et puerum
suscipiat. Hec aut virgo dei seruicia
non habuit. sed ipsamet pannis inuoluit
et in presepio reclinauit Nulla as
sistere voluit paupercule peregrine et
dimissio porte in media nocte / loco
aut domicellarum habuit bouem et asinum.
Secundo requirit pannorum copia. quibus
et se contegat et puerum inuoluat. Hec
aut pannos habuit paucos viles et ve
tustos. vnde dicit pannis eum inuol
uit. prodes est in verbo. pannis enim vi
litate et vetustate notat. vnde et pau
pes pannosos vocamus. Augustinus Cum
tanta esset necessitas. nulla audeo de
pellibus fieri meliorem. Beda. Qui totum
mundum vario vestit ornatu pannis vi
libus inuoluitur. Tercio requirunt ignis
prouisam maxime in hyeme et in nocte.
et hoc propter illuminacionem et calefactionem
et membrorum pueri consolidationem In partu
aut virginis. licet nox esset et frigus
nulla fit mencio de igne / Quarto requi
runt ciborum habundanciam Ipsa et sibi laute
voluit prouidere in cibis. et puero de
tuta mittere. Hec aut cum esset pau
pacula et parce viuebat. et puerum propriis v
beribus nutriebat vnde cantat Ipsum
regem angelorum sola virgo lactabat
vbere de celo pleno. Quinto requirit
camere pulcritudine / hec aut habuit sta
bulum. quod non est habitaculum hominis sed
iumentorum Sexto requirunt lecti molli
ciem hec aut puerum in presepio et super
fenum posuit. Beda. Qui panis est an
gelorum in presepio reclinatur. vt nos quasi
sancta animalia carnis sue frumento re
ficeret / hos aut defectus pati voluit
vt superbiam nostram confunderet. et vt nobis
in nostris defectibus solatium exhiberet.
Gregorius Nonne si voluisset venire po
terat in mundo celum. concutiendo terram

eminentes familiam Non aut sic processit
ab ipsis primordiis. humanam volens
conculcare superbiam. Atque ideo non tantum
homo fuit. sed eciam pauper et paupe
matrem elegit. que tacet cunis. quibus
infantem reclinaret Tercio eius partus fuit
multe nouitatis. primo quia parit sine
dolore / ysa. lxvo Antequam parturiret pe
perit. antequam veniret partus eius peperit
masculum. Ad vnum tractas Dam. dicit.
Quoniam enim voluptas non precessit.
neque dolores insecuti sunt vnde prophetam
dicentem Antequam diceret passa est peperit
Et iterum. antequam veniret tempus partus
dolorum effudit et peperit masculum.
Gregorius Nazanzenus Eua enim que nature
nostre mortem per culpam inseruit dam
nata est. vt cum doloribus pareret. oportebat
parentem vite cum gaudio partum perficere.
Secundo fuit nouus. quia fuit sine pecati
contagione. Sicut enim cetere pariunt
cum dolore. sic eciam cum peccato ps. In pec
catis concepit me mater mea. Certe vo.
Virum de mille vnum repperi. mulierem
ex omnibus nullam inueni. Per mille v
niuersitas hominum intelligitur. de quibus non
fuit sine peccato. nisi vnus scilicet christus. De
omnibus aut mulieribus. nulla est
inuenta. quia ipsa virgo beata. et si sine
peccato fuit nata. non tamen sine peccato
concepta. Tercio fuit nouus. quia fuit
sine corrupcione et pudoris virginalis amis
sione. Dam. Quemadmodum conceptus vir
ginem concipientem seruauit. ita et partus
eius virginitatem custodiuit inuiolatam
solus transiens per eam et clausam seruans
eam. Ps. Ego aut sum vermis et non ho.
Ad vnum tractas Crisostomus super mattheum sic dicit.
Per hoc proprius sacramentum tempore sue
natiuitatis ostendit. quia sicut vermis
de terra sponte ac sine semine nascitur
ita deus sine semine viri de vtero virgi
nali processit / Quarto fuit nouus. quia
de femina sine homine fecit quod deus
homine. sicut aut Anselmus. sine homine
sic adam. hominem de homine. sic euam
de homine et femina sic quotidie. hodie
aut de femina sine homine / Quinto fuit
nouus. quia natus est homo nouus
in quo vnde Augustinus. Nouum antiquum et
eternum conuenerunt. in quo sunt vnite
in vna persona natura summa media et infima

Tercio ponit Euangelista matris veritatem. cum dicit Et peperit filium veritati
autem matris attestatur. quia ipsa sibi corporis substanciam ministrauit Gal. iiij°. Factum
ex muliere etc. Talic autem matris ministrauit
substanciam filio quantum ad partem. Hec autem
quantum ad totum Et ideo non tantum
fuit vera mater. sed etiam tota mater.
veritati matris attestatur. quia ipsum in vtero
nouem mensibus deportauit et fouit Bar.
In ventre matris configuratus sum carne
nouem mensibus tempore coagulatus
sum in sanguine. Dam. Nouem menses
complens et decem superascendens
nascitur lege conceptionis vnde ipsa voluit
filium nobis prestare dicere potest quod dicitur
ij° Machab vij° Fili miserere mei.
quia te in vtero mensibus nouem portaui
et lac tercio dedi et alui et in etatem
istam produxi. Veritati matris attestatur
quod ipsum peperit et nutriuit Nutriuit
autem ipsum lacte virgineo et a spiritu sancto
purificato. et de celo ministrato vnde
cantatur Sola virgo lactabat vbere
de celo pleno. Ipsum etiam pannis inuoluit.
et fascia constrinxit. vnde cantat
ecclesia Chebra pannis inuoluta virgo
mater alligat. manus pedes atque
crura stricta cingit fascia. Veritati
matris attestatur. quod ipsum materno amore
dilexit. Proprium enim est matris filium diligere
mo. Et ij° Sicut mater vnicum amat
filium. ita te diligebam Et beata virgo
adeo filium diligebat. quod in eius amore
languebat Can. v. Nunciate dilecto
quia amore langueo. Veritati matris
attestatur. quod ipsa materna compassione
condoluit. Luc ij° Et tuam ipsius animam
pertransibit gladius Dam. ipsa beata
virgo dolores quos effugit pariens.
hos in xpi passionis tempore sustinuit
a naturali compassione viscerum
laceracionem tollerans. et quem deum
cognouit per natiuitatem. hunc vt malefactorem
interfectum videns. tamquam gladio cogitacionum
lacerabatur Et quia naliter
pater plus gaudet de filii prosperitate
mater vero plus tristatur de filii aduersitate.
sicut innuit prouerb. x. Filius
sapiens letificat patrem. filius vero
stultus mesticia est matris sue. Cum
igitur beata virgo esset xpo in loco pro

patre et matre Ideo amplius ceteris doluit
de eius passione. et amplius gauisa
fuit de eius resurrectione. **Sermo sextus**

Ecce euangelizo vobis gaudium magnum
quod erit omni populo. quia natus est
nobis saluator mundi etc. Ista natiuitatem
huius saluatoris ita ostendit
angelus in verbis premissis. Primo
quod sit multe iocunditatis. cum dicit
Euangelizo vobis gaudium magnum Illud
autem gaudium fuit magnum quantum
ad quadruplicem dimensionem. Primo quantum
ad altitudinem. quia vsque in celum
ascendit. et deum et angelos letificauit.
vnde angeli tanto gaudio sunt repleti
quod de celo descenderunt et suum gaudium
pastoribus attulerunt Sic homo plenus
gaudio non potest se continere. sed aliis annunciat
et reuelat Secundo fuit magnum
quantum ad profunditatem. quia infernum
penetrauit et sanctos qui in terra erant
inenarrabili gaudio repleuit. ysa. ix°
Habitantibus in regione vmbre mortis
lux orta est eis. Tercio fuit magnum
quantum ad longitudinem. quia extendebatur
vsque ad orientem vnde magi
qui erant in oriente tanto gaudio
sunt repleti. quod sua regna reliquerunt
et ad puerum cucurrerunt Extendebatur
etiam vsque ad occidentem vnde Rome
visa est ymago virginis circa solem
et tanto gaudio augustus perfusus. quod ei
thura obtulit. et dominum vocari recusauit
Sapie. viij° Attingit a fine
vsque ad finem fortiter Quarto fuit
magnum quantum ad latitudinem. quia
perfudit preteritos presentes et futuros. preteritos
qȝ si terrestris domus nostra · huius habita-
tionis dissoluatᵘ · q̄ edificata ex deo
habemus domum · nō manufacta · s; eternā
in celis / Scdo lucas describit passio-
ocasioem · que quidem fuit ex eo · qȝ
veritatē pdicabat · ex eo qȝ eorū vicia
reprehendebat · ex eo qȝ multa miracla

faciebat. Unde postea dixit lucas faciebat signa magna in populo. contra quos surrexit. Surrexerunt autem quidam de synagoga etc. et isti unde debuerunt esse meliores. facti sunt peiores. assumentes sibi ex luce cecitatem. ex medicina infirmitatem. et ex odore mortem/
Non tantum autem multa fecit in vita sed etiam post mortem multa operatus est. Quorum quedam ostendunt quante sit unitatis. quedam quante sit potentie. et quedam quante sit clementie. fecit enim quedam miracula quibus ostendit suam clementiam/ quia multis tribulacionibus pacientibus misericorditer subvenit.
Sunt autem quidam qui paciuntur in corpore tantum/ quidam qui in anima tantum. quidam qui in corpore et anima. Illi autem qui paciuntur in corpore tantum aut paciuntur a deo iuste infligente. et istis beatus Stephanus subvenit. Sic patet in fratre et sorore. qui propter peccatum. quod in matrem commiserunt tremorem omnium membrorum meruerunt. sicut refert Augustinus in libro de Civitate dei. Aut paciuntur a dyabolo seviente. Et istis similiter subvenit. sicut patet in filia Theodosii imperatoris/
Aut paciuntur a tyranno infligente. et istis similiter subvenit/ sic patet in Iuliana uxore Alexandri senatoris. Sunt etiam quidam. qui paciuntur in anima tantum et istis similiter subvenit. sic patet in Paulo. quem ab infidelitate et persecutione convertit. Augustinus in sermone. Ut novit sanctitas vestra. quantum valuit oratio Stephani martiris. recurrite nobiscum ad Saulum. qui tamquam manibus omnium lapidare videbatur. dum ad lapidandum eos vestes servabat/ hinc audivit Saule Saule quid me persequeris. propter mala que commisisti in me olim habui perdere te. sed Stephanus meus oravit pro te.
Idem. Si Stephanus sanctus non sic orasset. ecclesia paulum usque hodie non haberet. Sed ideo erectus est Paulus. qui in terra inclinatus est sanctus Stephanus.
Sunt etiam quidam qui paciuntur in corpore et in anima. et istis similiter subvenit. sic patet in Marciali infirmo et infideli. ut refert Augustinus in libro de Civitate dei.

Sicut etiam patet in quadam matrona infirmitate pacientem. ut refert Augustinus ibidem. Secundo fecit quedam miracula quibus ostendunt suam potenciam. Ostendit enim se posse super creaturas insensibiles. Super corpora/ super animas. super mortem. et super demones. Habuit igitur posse super creaturas insensibiles/ et hoc tam super superiores. sicut super celum quod multis suis apparuit. quod in sua passione ipsum apertum vidit. quam super inferiores. sicut super quatuor elementa. scilicet super terram. quia in inunctione sui corporis tremere fecit. super aerem. quia cum siccitas magna esset. tunc multa pluvia ab aere descendit. Super aquam. quia sicut in translatione sui corporis apud Constantinopolim legitur. cum demones in mari tempestatem magnam excitassent. Stephanus apparens mare sedabat. Super ignem/ quia sicut in eadem translatione legitur. Cum demones navem vellent incendere. Stephanus ipsos ignibus comminavit. unde clamabat dicentes ve nobis. quia propter hoc Stephanus transit duro nos urentes igne./ Habuit potestatem super corpora. quia in sui inventione septuaginta homines a diversis infirmitatibus sunt curati/ habuit potestatem super animas. Anima autem infirmatur aut per malum culpe. aut per malum ignorantie. Ista duplici infirmitate laborabat anima Pauli unde dicit i Cor. i° Qui prius fui blasphemus et persecutor et contumeliosus. ecce infirmitas culpe. sed misericordiam consecutus sum quia ignorans feci in incredulitate. Ab ista duplici infirmitate Stephanus ipsum curavit suis orationibus.
Augustinus. Tunc pressit Stephanus lapidibus trucidatus. illic sanatus est Paulus orationibus Stephani adiutus. Habuit potestatem super mortem. quia sicut refert Augustinus in libro de Civitate dei. Sex mortui sunt suis meritis resuscitati. Habuit potestatem super demones. sicut patet in filia Theodosii imperatoris a demone obsessa. a qua ipsum demonem eiecit. Rex nunc preterea reliquie sancti Stephani tante sunt potestatis. ut etiam res insensibiles in eius nomine benedicte invenientur fuisse magne virtutis. Sic sunt panni flores et oleum. Nam

sicut refert Augꝰ in li° de Civitate dei Cum quedam mulier esset defuncta mitrā illius ad ecclesiā beati Stephani deportavit q̄ cū sup corpus defuncte p̄iecta fuisset protinus illa sana surrexit Item quoqꝫ ait ibidem Qm̄ flores sr̄ altare sancti Stephani positi z mc ablati sup oclos cuiusdam mulieris ceće impositi sunt z illa statim sanitate visus recepit Item quoqꝫ ait ibidem Qm̄ cū corpus cuiusdam defuncti fuissꝫ inunctū oleo i sancti Stephani noīe benedicto mox ille surrexit Si igitur tāte virtutis est res insensibilis i eius noīe benedicta quante virtutis ē eius anima deo coniuncta Si tantum pt eius pulvis in terra positus quantū pt eius spūs deo unitus vn̄ ait Augꝰ de Civitate dei Exiguus pulvis stephani tantum ppl̄m congregavit cuius late beneficia patent cogitate q̄ deus nobis servat i regione vivorum qui tāta prestat de pulvere mortuorum Tercio fuit quedam miracula q̄ ostendunt quāte sit reverencie Eius naqꝫ corpus in reverencia habuerunt deus angeli apl̄i spūs maligni z etiā ipi mortui Deus quidem in reverencia corpus eius habuit q̄ cū in loco vili iaceret deus ipm̄ manifestavit z in mōte syon sepeliri fecit licet aliqui integrum videatur dicere q̄ deus sacros in reverencia habeat cū scriptum sit Sap xij° Cum magna reverencia disponis nos. Ipm̄ in reverencia angeli habuerunt Nā cū eius corpꝰ p mare constantinopolim duceret angeli celestes melodias sup ipm̄ celebrare auditi sunt. Postmodum vero cum de Constantinopolim Rome fuisset translatum et in eodem tumulo cū laurencio positum vox angelica i aere ē audita. O felix Roma q̄ corpus laurencij hyspani et Stephani ierlimitani gloriosa pignora vno claudis mausoleo. Ipm̄ in reverencia habuerunt apl̄i Demon enim p filiā Theodosij imperatoris clarue-rit d. Nisi Stephanus Romā venerit no exibo quia sic ē voluntas Apostolorum licet enim sc̄i ipm̄ in reverencia apl̄i habuerunt quia ipos ad xpm̄ triumphali morte precessit Augꝰ

Licet Stephanus ab Aplis dyaconꝰ ordinatꝰ sit ipos tn̄ triumphali morte precessit z qui inferior erat ordine prior factus ē in passioe z qui discipulus erat gradu magr̄ cepit ee martirio Ipm̄ in reverencia habuerunt spūs maligni Nā velit nolint eius sanctitate confitentur Nam cū corpꝰ eius Constantiopolim deferretur demones clabat Stephanus dei vēt qui lapidatus est ab impijs iudeis Cum etiā corpꝰ eius Romā primo dn̄ translatum fuisset z in quadam ecclia ipm̄ reponē vellet demon p os filie Theodosij clabat d. frustra laboratis quia no hic sed apt fr̄em suū laurenciū sibi sedē elegit Ipm̄ in reverencia habuerunt mortui Nā cū sepulturum laurencij fuisset apertum mox laurencius se in latus vertit i mediū sepulcri Stephano reliquit vn̄ hinc pt convenire qd̄ dicit Eccl̄i xliiij° Honorem ꝯfortavit corpus eius Corpꝰ enim laurencij quodammodo ꝯfortavit qn̄ corpꝰ Stephani advenisse ꝯgnit et sibi cedens reverencia multa exhibuit Corpꝰ etiā Stephani quodammodo ꝯfortavit qn̄ inmobile p̄manens ad corpꝰ laurencij pterii voluit Sermo secundus. 29

Cum esset Stephanus plenus spū sancto intendens in celum vidit gloriā dei ɀc Sicut dicit Augꝰ in libro de Civitate Soliloquiorum Anime tribus ꝯbuisda rebus opꝰ est. vt oclos habeat quibus iam bn̄ vti possit vt aspiciat vt videat Ista tria i vb-primissis de beato Stephano tanguntur Ipe enim oclos spūales habuit qd̄ notatum dicitur Cum plenus spū sancto fuit Ipe aspexit cū dicitur Intendens i celum Ipe vidit cū dicitur vidit gloriam dei ɀc Habuit igitur primo oclos spūales in eo q̄ spū sancto plenus fuit Sicut enim dicitur Apoc v° habebat vij oclos qui sunt septē spūs missi i omnē terram In hoc igitur q̄ fuit plenus s. sancto dn̄ q̄ habuit septē oclos agni quia habuit omnia dona s. sancti Vt nō videamus qua plenitudine fuit plenus Notandum q̄ est quadruplex plenitudo Prima ē superefflueniae que fuit in xpo de q̄ dicit Joh j° De plenitudine eius nos accepimus

Secunda est excellentie q fuit in bta
v'gine q excellentius ab omnibus ange-
lis ₇ sanctis spm sanctum accepit de q̄ dicit᷑ luc 1o Aue gra plena. Dic em
sm aug. sicut puritate . q sb deo ma-
ior no est . sic ₇ fuit gratie pleni cuius
q sub deo maior no fuit. Tercia e plei-
tudo habundantie q fuit i Aplis et
in beato Stephano . qui s. spiritu in ha-
bundantia receperunt De qua dicit Act
ij o Repleti sunt omnes s. sancto / Qrta e
plenitudo sufficientie . qua pleni sunt
omnes fideles Qui em ht aliquid de
spu sancto . plenus e de s. sancto . plenitudine sufficientie De qua dicit luc po Zacha-
rias pat eius impletus est s. sancto Ista
quadrupx similitudo . osidari pt ad si-
militudine aque siue mensure Est em
in aqua qdam plenitudo fluminis . et
isti assimila plenitudo effluentie . que
est in xpo / Ps flumen dei repletum e
aquis Ecci xxiiij o Ego sapia effudi
flumina Est qda fontis ₇ isti assilatur
plenitudo excellentie . q est in bta vir-
gine . q e fructuosa germinatione Cant
septio fons ortorum / q e cum ppetua
effusione Et ideo sequit puteus aqu
viuentium . que est cu veloci ₇ habundanti
emanatione Et ideo sequitur que fluunt
cu impetu de lybano . Est q plenitudo
riuuli decurrentis / ₇ isti assilat pleitudo
habundantie . que fuit in aplis q qda
plenitudo riuuli . tracta a plenitudine
supeffluentie fluminalis . vn postq dixit
pphta flumen dei repletum est aquis
Statim subiunxit Riuos eius inebrians
De istis riuulis dicit ysa xxxiiij o locus
fluminum riui latissimi ₇ patentes Isti
enim Apli et fuerunt locus fluminum p acce-
ptam dei sapiam / ₇ fuerunt riui p ema-
nationem doctrinae / ₇ fuerunt latissimi per
caritatem ampla . Et fuerunt patentes p
conuersationem aptam Est qda plenitudo
vasis . Et isti assilat pleitudo sufficientie .
q est omnium aliorum fidelium / q e quasi
plenitudo mensurata ₇ vasi pporcionata
De qua dicit iiij o Reg iiij o Pete mu-
tuo ab omnibus vicinis tuis vasa va-
cua ₇ no pauca ₇ cu plena fuerit tol-
les . Secundo hec quadrupx pleitudo
pt osiderari ₇ ut ppt comparacione mensurarum .
De qua dicit luc vj o Mensura bona
₇ confertam ₇ coagitatam ₇ supeffluen-
tem dabunt in sinum vestrum Mensura
bona est plenitudo sufficientie . qua salt
quis gratiam habet sufficientem vel ad
salutem Mensura conferta est . pleitudo
habundantie . cui scilicet ad gratiam sibi suf-
ficientem . deus addit gratiam ad aliorum
saluationem . sicut fuit in aplis Mensura
coagitata . e pleitudo excellentie q fuit
in bta v'gine in qua omnes vires
anime . adeo fuerunt gratia implete . q
maiorem capere no poterant Mensura su-
peffluens . e plenitudo supeffluentie . que
fuit in xpo Col . 1o In ipso complacuit
omnis plenitudo inhabitare . ₇ p eum re-
conciliare omnia Ista quadrupx pleitudo
pt in bto Stephano osiderari Ipse quidem
habuit mensuram supeffluentie q apparuit
in sue doctrine exima emanatione .
Habundantie . q apparuit in tabi lingua
inimicorum dilectione Excellentie . q appa-
ruit in signorum ₇ prodigiorum operati-
one Sufficientie . q apparuit in operatione
sterna in fide recta ₇ dilectione sincera
Act vj o Elegerunt stephanum virum
plenum . ecce opatio sterna . plenum fi-
de . ecce fides recta / ₇ s. sancto . ecce dilectio
sincera Secundo notatur e nomine ut aspi-
ciat . cu dicit Intendes in celum . ho
osueuit libenter ad quatuor respicere . sc
ad thesaurum suum Ecci iiij o Nec satiat
oculi eius diuicijs Ad amicum suum / quia
sicut dicit Jeronimus Mos est amantium . vt
no possint . quos diligunt no videre Ad
auxilium suum / sicut ho ab hostibus circu-
datus libenter ad milicia aspicit . quia
in suum auxilium venire cognoscit Ad
domicilium suum . sicut homo liber videt
castrum ₇ palatium suum . Ista quatuor
btus Stephanus i celo videbat Et
io no erat mirum . si tam libenter i celu
intendebat / Primo namque ibi videbat the-
saurum suum . qd notatur cu dicit / vidit glo-
ria dei Mt vj o Vbi est thesaurus tuus
ibi ₇ cor tuum est . Nos ergo debemus in
celum intendere / quia nostrum thesaurum
ibi debemus collocare Mt vj o Thesau-
risate vob thesauros in celo . Iste dicit

thesaurus beati Stephani et aliorum
sanctorum est illud de quo dicitur i Cor.
iijo Siquis superedificat supra fundamen-
tum hoc aurum et argentum et lapides
preciosos Istum thesaurum faciunt aurum i.
fulgida consciencia argentum i. sonora fama
et lapides preciosi De primo thesauro dicitur
Eccl. xxxo capitulo Iocunditas cordis hec
est vita hominis et thezaurus sine defectione
sanctitatis De secundo dicitur Eccl. xlio
Curam habe de bono nomine hoc enim
magis permanebit tibi quam mille thesau-
ri magni et preciosi De tercio dicitur
Eccl. eiusdem xxixo Pone thesaurum tu-
um in preceptis altissimi etc Secundo libenter
aspiciebat ad celum quia ibi videbat
amicum suum Quod notatur cum dicitur Et ihesum
stantem a dextris virtutis dei Ipse enim
secundum Aug. est amicus dulcis adiutor
fortis et consiliarius prudens Ipse est
amicus dulcis quia omnes vult salvare
Ideo dicitur ihesum Ipse est adiutor fortis
quia paratus est adiuvare Ideo dicitur
Stantem Ipse est consiliarius pru-
dens quia consulit terrena despicere et
celestia amare quod signatur per dextram
Ideo dicitur A dextris virtutis dei Tercio
libenter aspiciebat in celum quia ibi
videbat auxilium suum Quod notatur cum
dicitur Ihesum stantem etc Stare enim ad-
iuvantis sive pugnantis est Ambrosius
in libro de virtutibus Stabat ihesus sic
advocatus suorum stabat quasi sacerdos
quando patri hostiam boni martiris
offerebat stabat eciam quasi bravium
luctatori tanti certaminis redditurus Nos
eciam in celum debemus respicere ut
possimus inde auxilium obtinere ii o Paralip.
xxo Cum ignoremus quid agere debeamus
hoc solum habemus residui ut oculos
nostros dirigamus ad te Glosa scilicet id
est confirmabo super te oculos meos Non
auferam oculos meos a te quia tu semper
levas oculos tuos ad me Quarto libenter
aspiciebat in celum quia ibi habebat
pallacium suum Quod notatur in eo cum vidit
celos apertos Istud palacium propheta desi-
derabat dicens Quam dilecta thabernacula
tua domine virtutum concupiscit et deficit anima me-
a in atria domini Sicut enim peregrini a longe ter-
ra sua libenter aspiciunt et quodammodo salu-
tant Sic et nos patriam celestem debemus
aspicere per fidem et salutare per devotionem
Ieremie li o Recordamini procul domini
et ierusalem ascendat super cor vestrum Tercio
notandum est animo ut videat quod notatur
cum dicitur Vidit gloriam dei etc Circa quod
tria videnda sunt scilicet quid vidit qualiter
vidit et per quod vidit Vidit autem
tria scilicet gloriam dei ihesum stantem
et celos apertos Gloriam dei quippe vidit
sibi paratam et sibi debendam Ipse namque
fuit confessor gloriosus et ideo debebatur
merces laboranti Matth. xxo Voca operari-
os et redde illis mercedem Fuit predi-
cator gloriosus et ideo debebatur fruc-
tus centesimus seminanti Luc. viijo Aliud
de semine ortum fecit fructum centuplum
Fuit martir invictus Et ideo debebatur
corona certanti ii Thimo. iio Nemo co-
ronatur nisi qui legitime certaverit Virgo
fuit incorruptus Et ideo debebatur
stola candida virginitate sua ornati Apoc.
iiio Ambulant mecum in albis etc
Fuit pauper voluntarius Et ideo de-
bebatur regnum celorum divicias contempnen-
ti Matth. v Beati pauperes spiritu quoniam
ipsorum est regnum celorum Secundo
vidit ihesum stantem vidit namque ipsum
tamquam suum coronatorem Cyprianus
Spectante te et fidei transgressione pu-
gnante spectat deus spectant angeli
spectat et Christus O quanta iocunditas
quanta glorie dignitas presente deo certa-
re Christo iudice coronari Vidit ipsum tamquam
suum eruditorem Augustinus in sermone de b.
Stephano Disce a me pugnare non
potencia sed paciencia Non malivolencia
vide dominum tuum presidentem vide dominum
tuum pendentem Pater ignosce illis Vidit
eciam illum tamquam suum adiutorem Glosa
Recte stantem vidit quem in certamine
suo adiutorem habuit Tercio vidit celos
apertos Cur autem apertos viderit ratio est
ex parte Stephani ut scilicet se illos ingres-
surum consideret Ratio etiam ex parte Christi
ut in tribulatione positos se adiuvare pa-
ratum esse ostenderet Ratio est ex parte nostri
ut quilibet tribulationem constanter sustinens
celum sibi apertum cognosceret Secundo con-
siderandum est qualiter vidit Circa quod

Notandum quod vidit celos apertos et ihesum aut oculo carnis aut oculo mentis. Si vidit oculo carnis tunc tria magna miracula ostensa sunt. Primum ex eo quod ipse oculos vidit apertos. cum tamen natura impossibile sit celum aperiri. diuidi vel scindi. Secundum ex eo quod ihesum vidit stantem in gloria patris cum secundum naturam sit impossibile quod corpus glorificatum ab oculo mortali in sua gloria possit videri. Tercium est quia cum corpus xpisti sit in celo empireo. videndo ipsum vidit vltra celum aereum. sydereum et cristallinum. et vsque ad ipsum empireum Et ideo miraculum magnum fuit quod radijs mortalis oculi vidit in tanta distancia. que in hac vita omnibus mortalibus et impossibilis et ignota. Nec tamen hoc aliquid inconueniens videatur quod prothomartir suo ista oculo viderit eciam oculo corporali. cum legatur similia sepe eciam corporaliter accidisse. Sol enim per spacium vnius diei ad preceptum Iosue in medio celi stetit. vt habetur Iosue x°. Sol eciam decem lineis retro reuersus est. vt habetur ysa xxxviij°. Sol eciam in christi passione contra naturam obscuratus est. cum luna tunc esset in perfecta distancia a sole. Si igitur in celo ista corporaliter contigerunt Non videtur inconueniens dicere quod Stephanus diuina virtute adiutus celos apertos viderit eciam oculo corporali Si autem ista vidit oculo mentis sicut sancti doctores et expositores magis sentire videntur. tunc dicendum est. quod iste oculo mentis videre potuit ex eo quod habuit ipsum oculum mentis purificatum quia fuit plenus fide/ Actuum xv°. fide purificans corda eorum Illuminatum quia fuit plenus sapiencia Ps. Reuela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua Sanctificatum quia fuit plenus gracia Mt v°. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt Inuiberatum quia fuit plenus fortitudine Et ideo instar aquile irreuerberatis oculis. solem instar intuitus est. vnde dicitur de Aquila Job 38° In contemplatur escam et de longe oculi eius prospiciunt. Deificatum quia fuit plenus spiritu sancto Oculo enim videre non potuisset nisi vita deificata habuisset Secundo videndum est per quid vidit/ videtur enim quod habuit omnia que requiruntur ad aliquam rem videndam. que quidem sunt quatuor sicut dicit Augustinus in libro de libertate arbitrij Primum est ex parte videntis/ vt scilicet oculos claros et sanos habeat/ secundum est ex parte rei vidende vt res sit nimis remota sed propinqua Tercium ex parte medij adiunantis siue deseruientis. id est ipsius lucis. vt scilicet sit lux clara Quartum ex parte medij non impedientis vt scilicet nullum sit obstaculum inter videntem et rem videndam Ista quatuor beatus Stephanus habuit. scilicet oculum purum et mundum et putem deum. splendorem diuinum et nullum obstaculum Et ad ista quatuor significanda dicitur fuisse plenus gracia spiritu sancto. sapiencia atque fide/ habuit enim oculum mundum. quia fuit plenus gracia Ipsa enim gracia spiritus sancti habet mundare oculum cordis nostri Ezechiel xxxvi° Effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris Peccator autem deum videre non potest quia habet oculos puluere aspersos Thobie 3° Et xxx° Iumentum aspersione pulueris eos et oculos suos Secundum nunc oculos puluere aspergit. quando de terrenis loquitur Iohannis iij° Ipsi de mundo sunt. Et ideo de mundo loquuntur Secundo aspergit oculum affectus. quando terrena diligit. Tercio oculum intellectus. quando tenebris semper intendit Ps. Oculos suos statuerunt declinare in terram/ Secundo habuit deum putem quia fuit plenus spiritu sancto. Qui enim spiritum sanctum habet. deum habet. quia spiritus sanctus deus est/ Ideo autem deum putem habebat. quia in tribulacione erat Iuxta illud Ps. Cum ipso sum in tribulacione Peccatoribus autem longe est. Prouerbiorum xv°. longe est deus ab impijs Est autem dominus longe non recedendo a peccatoribus. sed ipsi peccatores se a deo elongando Sicut ponit exemplum dyonisius in libro de diuinis nominibus Si enim aqua nauis in petram impingit nauis quidem se elongat. petra autem immobilis permanet. et quanto forcius impingit tanto amplius se elongat/ peccator impingit in deum. quando peccat in eum. et tunc se elongat a deo. deus autem se non elongat ab eo. Iuxta illud Actuum xvij° Cum non longe sit ab vno quoque nostrum Tercio

habuit splendorem diuinum. quia habuit sapientiam
Qui enim habet sapientiam habet lucem sicut qui
habet ignorantiam habet obscuritatem Eccle.
ii° vidi quod tantum precedit sapientia stulti-
ciam. quantum differt lux a tenebris De
luce sapientie dicitur Sap. vii° proposui pro
luce habere illam De tenebris ignorancie dicitur
Eccle. 2° Stultus in tenebris ambulat Sic
igitur deum videt. qui fuit in luce
sapientie. sic peccatores videre non possunt. quia
fuerunt in tenebris ignorancie et numquam
visuri sunt, quia de tenebris interioris
cecitatis transibunt ad tenebras exterio-
res infernalis obscuritatis Mt. xxii°
ligatis manibus et pedibus mittite eum
in tenebras exteriores Circa dies et no-
ctes triplex ordo considerandus est vnus
quo dies precedebat et noctes sequebantur
Et iste ordo fuit ante aduentum christi. vt
dicit Beda. Alius. quo noctes precedunt
et dies secuntur Et iste ordo fuit post christi
passionem vt idem dicit Beda. Tercius est quo
omnes dies erunt per se et noctes per se.
Et iste ordo erit post iudicium Tunc enim
deus dies a noctibus separabit. et omnes
dies reponet in paradyso. omnes vero
noctes ponet in inferno Et ideo dicuntur
tenebre exteriores, quia ab omni die
et luce erunt separate atque diuise Tunc
enim sic separabit dies a noctibus. cum
secundum Basilium. ab igne lucem diuidet. et
totum calorem et ardorem proiciet in
infernum. vt peccatores amplius crucientur
et totum splendorem mittet in paradisum
vt iusti amplius coruscent Tercio
non habuit obstaculum peccati. quia fuit
plenus fide Fides enim purgat peccata
Quia igitur nullum peccati obstaculum
habebat. libere deum videre poterat 2 Cor.
iii° Nos autem reuelata facie gloriam
domini speculantes etc. peccatores autem
deum videre non possunt, quia inter se et
deum diuisionem faciunt. et obstaculum po-
nunt Ysa. lix° Iniquitates vestre di-
uiserunt inter vos et deum vestrum / 39

Elegerunt stephanum **Sermo tercius**
virum plenum fide et spiritu sancto Act.
vi° Iuste ad prelationem eligi debuit.
quia certauit pro christo contra adversarios in morte et passione

Stephanus enim corona interpretatur, quia
erat tam nobilis in actione tam firmus in
fide. tam plenus spiritu sancto amore Ex quibus
colligitur quod inter ceteros sanctos multas
prerogatiuas dotatus fuit. quarum quasdam
habuit ante passionem. quasdam in passione. et
quasdam post passionem Ante passionem quasi
quatuor prerogatiuas habuit, vna est
quia fuit multe sanctitatis. quod quidem
apparuit ex eo quod dicitur fuisse plenus
fide. Sed quia fides sine operibus mortua
est. Ideo fuit plenus multa operatione
Ideo dicitur vir Sed quia fides et opera
nichil valent sine caritate Ideo fuit
plenus spiritu sancto. et gracia Spiritus sanctus. propter
dilectionem dei. et gracia propter amorem proxi-
mi Omnia vero ista deo non sunt accce-
pta sine discretione Ideo dicitur fuisse
plenus sapiencia Et quia omnia supradicta
non valent sine perseuerantia Ideo dicitur
fuisse plenus fortitudine, etc. patet quod
fuit sanctitatis Secunda prerogatiua est
quia fuit magne dignitatis Cuius
dignitas apparet ex multis. primo quia
apostolis similis factus est. christus enim
apostolis quatuor dedit scilicet sapientiam. Luc. xxi°
Ego dabo vobis os et sapientiam etc. Elo-
quenciam Mt. x° Dabitur enim vobis in
illa hora quid loquamini etc. Constanciam
Luc. xii° Nolite timere ab hiis qui occidunt
corpus etc. vnde cantat ecclesia Estote
fortes in bello etc. Et miraculorum effica-
ciam Mt. x. Infirmos curate. mor-
tuos suscitate leprosos mundare. demo-
nes effugare. Ista quatuor christus beato
Stephano concessit De duobus primis
dicitur non poterant resistere sapiencie Ecce
quantum sapiencie. Et spiritui qui loquebatur ecce
quantum eloquencie De duobus vltimis
dicitur Stephanus plenus gracia et forti-
tudine Ecce quantum constantie faciebat
prodigia et signa magna in populo. Ecce
quantum in faciendis miraculis efficacie
Secundo eius dignitas apparet, quia inter
septem dyaconos fuit primus Vnde et
primus ponitur et solus nominatur Aug. Inter
dyaconos stephanus nominatus est
primus sicut inter apostolos primus nominatus est
petrus. Tercio apparet, quia inter martires
est signifer et primicerius Aug. Adhuc

leuitas diaconum meruit electionem et leui-
tarum obtinuit principatum. Ab a-
postolis est ordinatus, sed prior est coronatus.
Certo quia inter confessores fuit
primus. Confessus enim est de Christo et
veram humanitatem, cum dixit Ecce filium
hominis, et eandem cum patre equalitatem
cum dixit Stantem a dextris virtutis
dei. Quinto quia inter virgines fuit vir-
go incorruptus vir ad ostendendam
eius sincerissima castitate feminis et
ecclesie prelatus. Tercia prerogatiua est
quia fuit magne potestatis. Cuius potestas
apparuit in celo ipsum aperiendo. In in-
ferno prodigia operando, sicut quando demo-
nes expellebat. In mundo signa o-
perando, sicut quando infirmos curabat.
Vnde dicitur de eo: Faciebat prodi-
gia et signa magna in populo. De eius
miraculis sic dicit Augustinus: Stephanus
transmarinas terras passus illustrauit,
quia maritimas mortuos visitauit, sed
mortuos non visitaret, nisi mortuus
viueret. Quarta prerogatiua est, quia fuit
magne humilitatis. Cuius enim esset
archidiaconus et predicator gloriosus et
miraculorum operator precipuus, humile
tamen ministrandi officium non est dedignatus
suscipere, sed ipsum studuit humiliter ad-
implere. Ait Christus: Quicunque voluit inter
vos maior fieri, sit vester minister.
Et quia sic voluit se humiliari, ideo
a deo meruit exaltari. Augustinus in libro
de Ciuitate dei: Est aliquid humilitatis
quod cor sursum faciat, et est aliquid
elationis quod deorsum. Hoc quidem
contrarium videtur, ut elatio sit deorsum
et humilitas sit sursum, sed pia hu-
militas subditum facit superiori. Nihil
autem est superius deo. Et ideo exaltat
humilitas, que facit subditum deo. E-
latio autem in vicio est, et cadit ab
illo quo non est quicquam superius, et ex
hoc fit inferius, et fit quod scriptum est:
Deiecisti eos dum alleuarentur. Sexto
habuit quasdam prerogatiuas in ipsa sui
passione. Que quidem fuit quatuor. Prima
est quia similis angelo apparuit. Et
hoc primo propter angelicam puritatem

qua habuit. Nam sicut dicit Ieronimus:
In carne et preter carnem viuere virtutis est
angelice, non humane. Apparuit autem
similis angelo in facie, quia pudicitia max-
ime relucet in facie, id est in continentia
et custodia quinque sensuum, qui relucent
in facie. Secundo propter angelicam claritatem
per quam persecutores suos terruit. Vnde dicit
glossa ibidem: Ecce apparuit similis angelo
in pulcritudine candoris et fulgore terri-
bili. Et tangit glossa predictas duas rationes.
Tercio propter angelicam caritatem. Angeli enim
sunt igne caritatis succensi. Iuxta illud
psalmiste: Qui facit angelos suos spiritus
et ministros suos ignem vrentem. Istam
caritate succensam habuit beatus Stephanus,
qui vicia maiorum reprehendebat et
pro inimicis suis orabat. Augustinus in ser-
mone: Demonstrauit Stephanus
gemina caritatis dispensator indu-
stria, vt ad corrigendum augeret pecca-
torem, et non deesset in ore correctio
et ad deum pro eo supplex funderet oratio.
Qui enim errante non corripuerit de
negligentia iudicabitur. Qui autem
pro eo non orauit de pernicie condempnabitur.
Sic igitur vigilet in ore correctio,
vt in corde non dormitet oratio. Secunda
prerogatiua est quia celi secreta vidit.
Ipse namque vidit gloriam dei sibi paratam
ad possidendum. Sed quia ipse ad eam
accedere non poterat, ideo vidit ibi sta-
tem ad adiuuandum. Quia vero posset ex
hostium clausum, ideo vidit celos esse
apertos ad intrandum. Vidit Iohannes bap-
tista celum apertum super Christum baptisatum.
Vidit Paulus gloriam dei, qui fuit
raptus in paradisum. Vidit Petrus
et quidam alii apud Christum transfiguratum.
Stephanus autem omnia ista conspexit, ex
quo perpenditur quante excellencie fuit
apud deum. Ideo autem ista vidit, quia
oculos ad celum leuat. Augustinus in libro
de Trinitate dei: Bonum est sursum habere
cor, non tamen ad seipsum, quod est superbie, sed
ad deum quod est obediencie. Ambrosius: Si
leuare sursum oculos non potes, saltem
ea que deorsum sunt et subtus pedibus
intuere, affer tu firmamentum sic terra

Noli esse deterior insensibili elemento.
Illa enim fructus quos affert non suis
usibus vendicat. sed tuis ministrat ob-
sequiis. tu vero fructu illius solus inna-
dis et tibi soli geludis. Tercia proga-
tiua est quia pro inimicis orauit in-
ipsa aut orem fecit cum genuflexione
cum clamore et allegatione dicens. Et ut ad-
dit cecilia. quia nesciunt quid faciunt per-
se aut orando vero genuflexit vel cla-
mare allegauit. Ex quo videtur quod plus
dolebat ipsorum peccata quam sua vulnera.
Beda ipse stans orauit pro inimicis ge-
nuflexit. quia maior eorum iniquitas
maius supplicandi remedium flagita-
bat. Ad dilectionem aut inimicorum debemus
induci propter multa secundum Augustinum. scilicet propter
debitum. propter premium. propter periculum
et propter incouenientes monstrandum. De debito
sic dicit idem Augustinus. Non possumus dicere
aliquis dixit diligere inimicum. o quicumque
es attendis quid fecit tibi homo. et
tu non attendis quid tu fecis deo. quare
non dimittis homini parum. cum tibi deus
dignetur dimittere multum. De premio
sic subdit. Sed dicit aliquis. Grande
labor est inimicum diligere. Nec nos ne-
gamus. grandis labor in hoc seculo
sed grande premium in futuro. Per amorem
enim hominis inimici. efficieris dei amicus.
ymo dei filius. Si te aliquis diues
vellet filium adoptiuum facere quos seru-
ires. et seruicia durissima faceres. quod
ergo alius sustinet propter hereditatem terrenam
sustine tu propter vitam eternam. De peri-
culo sic dicit. Seruate iram que vos sti-
mulat ad vindictam. Ira enim scorpio
est. si te intus suis flammis excita-
uerit. Magnum aliquid putas si te de
inimico tuo vindicaueris. Si te vis vin-
dicare de inimico tuo. ad ipsam iram
tuam fronte conuerte. quia ipsa est inimi-
ca tua. que occidit animam tuam. ipsam
scimus. quia melior est. qui vincit iram
quam qui capit ciuitatem. Est eciam periculum
cum quis orat deum ut suum occidat ini-
micum. quia tunc orat contra seipsum ut
dicit idem Augustinus. Cum oras ut mo-
riatur malus. oras contra malum et factus est

duo mali. ille male agendo. tu male
orando. Et dicis deo occide malum. re-
spondet tibi deus. Si rogas ut occidam
malum. utique rogas quod occidam te. Ideo
Qui alii nocere desiderat. similis est
illi qui gladio se transfigat. ut tu-
nica alterius terebrat. De inconueniencia
sic dicit Augustinus. Aduertat caritas vestra.
Iudex per se hominem non occidit. sed iu-
dex precipit. et tortor occidit. sic te
facis iudicem. et deum quasi tortorem.
Respondet tibi deus. Non ero petoris
tortor. sed liberator. Ita si voluntate
tua respicerem te prius occiderem. sed si
te occidere inimicum. quem modo facere
amicum. Quod ergo male orando doces me
quod non feci in te. Quarta progatiua
est quia eius passio passioni Christi
multum similis fuit. quam similitudinem as-
signat glossa super act. quia vide semper pas-
sione domini imitatur. quia sic ille
sic iste falsis testibus accusatur. Christus
dominus extra portam patitur. et Stephanus
quasi aduena mundi extra ciuitatem
lapidatur. Christus ait tamquam filius patri
In manus tuas commendo spiritum meum.
Stephanus tamquam domino suo dixit. Do-
mine Ihesu suscipe spiritum meum. Christus ait
Pater ignosce illis delictum. Stephanus
ait Domine ne statuas illis hoc peccatum.
Eciam habuit quandam progatiuam post
passionem. scilicet quatuor coronas. Circa quod
notandum. quod in scriptura quadruplex
corona inuenitur. scilicet rosea. Sap. ii. Co-
ronemus nos rosis antequam marcescant.
Aurea. Eccli. xlv. Corona aurea su-
per mitram eius. Stellata. Apoc. xii. In
capite eius corona stellarum duodecim.
Gemmata. Ps. Posuisti in capite eius
coronam de lapide precioso. Tres autem
prime corone sunt aureole. et sunt premium
accidentale. Alia vero est premium essenciale.
Istis autem quatuor coronis fuit beatus
Stephanus coronatus. Ideo bene interpreta-
tur corona. Ipse enim coronatus fuit corona
rosea. in quantum fuit sanguine purpuratus.
Color autem purpureus non defacilis. sed cum
multa industria imprimitur. sic ostendit
Augustinus in libro de Apologo dauid. d.

Non una infusione velleris statim
preciosus sericus irradiat. sed primo fu-
co ignobili vellus inficitur. deinque
alijs atque alijs fucis naturalis eius species
frequenter eliminatur. et diverso sepius co-
lore mutatur. Quod si postea velut ple-
nioris lavacri adhibet infectio. ut
purpure verior atque perfectior fulgur ir-
rutilet. Per hunc modum beatus Stephanus
acquisivit et coronam purpure passionis
primo namque fuit colore ignobili id est hu-
militatis infectus. ut possit dicere Canticum
primo. Nigra sum. sed formosa. Quanto
enim per humilitatem fuit nigrior. tanto
coram deo fuit formosior. Quia sicut dicit
Gregorius Quanto pupilla est nigrior
tanto est lucidior. Nec dedignatus est
esse niger. postquam dominus suus voluit
esse niger. Apocalypsis vi. Sol factus est
niger tamquam saccus cilicinus Postmodum
autem fuit diversis coloribus adornatus
quia fide. fortitudine. gratia et sapientia
plenus fuit. De quibus pictum dicit
Ambrosius in libro de bono mortis
Nam vos pinxit quasi actor pinxit
coloribus virtutum Non detegamus pin-
nicelle negligencie depicta anime in-
firmata mirabilia Tandem fuit aqua lotus
scilicet aqua confractus Actus primo Vos autem bapti-
zabimini spiritu sancto. Aqua baptismum Johannis xiii.
Qui lotus est non indiget nisi ut
pedes lavet. sed est mundus totus. Aqua
sanguinis proprij. et sanguinis agni Apocalypsis
vii. Laverunt stolas suas et dealbave-
runt in sanguine agni Tercio habuit co-
ronam auream. inquantum fuit virgo
incorruptus Aurum dicitur incorruptibile
quia non in igne consumitur. Nec luto
inficitur. nec vetustatis aqua rubigine
maculatur. Merito ergo corona aurea vir-
ginitati debetur. quia non consumitur
igne concupiscencie Sapiencie iiii. O quam pulcra
est casta generacio cum claritate Et
subditur Immortalis est enim memoria
illius. Quia non inficitur a ceno cor-
poris. Sapiencie iiii. Incoinquinatorum certamin-
um premium vincens Eusebius viii. Nichil
inquinati in illam incurrit Quia rubi-
gine non consumitur ex aliqua vetustate.

Sancti enim viri et si aliquam corrumpitur
vetustate in corpore. tamen renovatur
in mente. ii Corinthios iiii. licet is qui
foris est homo noster corrumpatur. tamen is
qui intus est renovatur de die in die
Quarto habuit coronam stellatam inquantum
fuit predicator lucidus Danielis xii. Qui
ad iusticiam erudiunt multos. fulgebunt
quasi stelle in perpetuas eternitates. Cer-
te autem corona stellata debetur docto-
ribus. quia stella habet lucem mutuatam
contemperatam et variatam. Mutuatam quia
secundum quosdam lucem a sole accipit Con-
temperatam quia licet non possimus clare
respicere lucem solis propter sui nimium
fulgorem. respicere tamen possumus lucem stel-
le propter sui contemperationem. Variatam
quia non omnes uniformiter lucent. sed
alie plus alie minus. i Corinthios xv.
Stella differt a stella in claritate. Merito
igitur sancti doctores stellatam coronam
accipiunt quia lucem divine sapiencie sicut
se habent non ut propriam. sed ut a deo mu-
tuatam et acceptam per Illuminans tu
mirabiliter a montibus. Montes sunt
facti doctores. qui primo radios sapiencie
divine recipiunt et postmodum ad sub-
iecta corda humilium auditorum refun-
dunt Sed nisi montes prius illumi-
netur. ad inferiores radios sue docte
mittere non possunt. Quia sicut dicit Dionysius
Quo illuminabunt. qui illuminati non sunt
Gregorius Nazanzenus Docere alios affe-
ctare est. qui non est instructus sufficien-
ter. res michi videtur antiquum puer-
bium. in dolio discere artem figuli hoc est.
in periculo animarum discere sciaz pietatem
Secundo habuit lucem doctrine contemperatam quia
contemperant se secundum capacitatem audi-
torum Gregorius in moralibus. Non enim una
eademque cunctis exhortatio convenit.
quia nec cunctos par morum qualitas co-
stringit Sepe autem alijs obsunt. quo
alijs prosunt Nam et plerumque herbe
que hec animalia reficiunt. alia oc-
cidunt. et levis sibilus equos mitigat
catulos instigat et medicamentum quod
hunc morbum minuit. alteri vires iungit
et panis qui vitam fortium roborat. par-

inilorum necat. Tertio habent lucem doctrine variam et diversam, quia alii plus alii minus lucent. Sunt enim quidam qui tantum lucent verbo et isti tanquam stelle parve parum lucent. Quidam qui tantum lucent exemplo et isti tanquam stelle mediocres mediocriter lucent. Quidam qui lucent verbo et exemplo et isti tanquam stelle magne magnifice lucent. Rub. ... variam est aliis parvum lucet et aliis perfectum. Quarto habent coronam gemmatam vel de lapidibus preciosis factam. Et istam habuit ... fuit vir perfectus. Iste enim lapis preciosus est dei visio preciosa. Lapis enim preciosus habet claritatem, virtuositatem et soliditatem, quia visio dei factos facit claros in aperta dei cognitione, facit virtuosos in virtuosa dei dilectione, facit solidos et securos in utroque. De illa dei visione sic dicit Aug. in quibusdam questionibus. Omnia potuit dici de illa perfruitione veritatis. Ea et lux est illuminatorum et requies exercitatorum et patria residentium et esca indigentium et corona vincentium et quecunque bona temporalia pro tristicia percipiuntur partes eorum appetit infidelium. Verum ... magnificentia in creatore omnium sunt innata ... pietas fidelium. Sermo quartus.

Ruben primogenitus meus principium doloris mei prior in donis maior in imperio. Gen. xlix. Inter ceteros sanctos beatus Stephanus quinque privilegia habuit. Ipse namque filium dei a dextris patris vidit, primus inter xii discipulos in regnum dei introivit, principatum martirii habuit, spiritu sancto plenus fuit et imperium ad ministrationem super viduas habuit. Ab hiis quinque in verbis premissis commendatur. Primo namque filium dei a dextris patris vidit. Rub. notanter dicitur Ruben, qui interpretatur videns filium. Habuit autem in se quatuor gradus per quos ad hanc visionem dei ascendere potuit. De quibus sic dicit Aug. in libro de trinitate. Illa enim species dei que rapit omnem animam racionabilem desiderio sui tanto ardentiore quanto mundiore et tanto mundiore quanto ad spiritualia resurgentem, tanto autem ad spiritualia resurgente quanto a carnalibus morientem. Ex quibus verbis habetur quadruplex gradus ascendendi ad dei visionem. Primus est quia oportet quod anima sit mortua quantum ad omnia carnalia. Homo enim qui vivit carnalibus desideriis deum videre non potest. Exo. xxxiii. Non videbit me homo et vivet. Talis erat mortuus Apostolus qui dicebat Gal. vi. Michi mundus crucifixus est et ego mundo. Secundus gradus est quia oportet quod anima sit viva et resurgat quantum ad spiritualia. Postquam enim homo carnalibus desideriis moritur spiritualibus effectibus vivificatur. Sic vivebat Apostolus qui dicebat Gal. ii. Vivo ego iam non ego, vivit vero in me Christus. De his duobus gradibus Col. iii. Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Tertius gradus est quia oportet quod anima sit pura et munda. Mt. v. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Ps. Quis ascendet in montem domini etc. Innocens manibus et mundo corde. Quartus gradus est quia oportet quod sit ardenti desiderio accensa. Ps. Sitivit anima mea ad deum fontem vivum, quando veniam et apparebo ante faciem dei. Et philippus ... omnes desiderabat videre faciem Salomonis. Hunc gradum quadruplicem beatus Stephanus ad dei visionem ascendit. Ipse namque omnia carnalia et mundana despexit quia omnia vendidit et ad pedes apostolorum posuit. Et ideo dicitur fuisse plenus fide. Quia sicut dicit Aug. Qui veram fidem habet de deo non cupit in hiis miseriis divites fieri. Ipse spiritualibus studiis se dedit. Et ideo dicitur fuisse plenus sapientia. Ipse mentis et corporis puritate seruavit. Et ideo dicitur fuisse plenus gratia spiritus sancti quod habet mundare. Eze. xxxvi. Effundam super vos aquam mundam etc. Ipse ardenti desiderio videndi Christum plenus fuit. Ideo dixit Domine ihesu accipe spiritum meum. Ideo dicitur fuisse plenus spiritu sancto.

Nam sicut dicit Greg. Opus sa-
crius quos repleuit · ardentes facit /
Secundum priuilegium est / quia primus inter
discipulos xpi regnum celorum intrauit
Quod notatur cum dicitur primogenitus meus
Ipse enim primogenitus dei extitit · qui
primus per viam martirii in celo natus
fuit / Vnde dicit Aug. Natus est xpc
in terris · vt Stephanus nasceretur in celis
Sciendum est quod obitus sanctorum non mors sed
natale vocatur / quia sancti de vtero mundi
egredientes in celo nascuntur / potest autem quadru-
plex ratio assignari / Quare mors san-
ctorum non dicitur obitus · sed natale ·
Puer enim in vtero matris existens · postquam
ad debitam completionem peruenit · extra
vterum exire appetit · quadruplici de causa
videlicet · quia appetit ampliorem locum
ad manendum / vberiorem cibum ad vescen-
dum / liberiorem aerem ad respirandum
et maiorem lucem ad videndum Isti autem
quatuor sancti viri quamdiu sunt in vtero
matris ecclesie · plene habere non possunt
sed in celo ista recipiunt Ideo nasci di-
cuntur Primo namque recipiunt ampliorem
locum ad manendum / Quamdiu enim sunt
in hac vita in loco arto sunt positi
quia tota terra respectu celi est · quasi
quidam pugillus vel punctus · Sap. xi°
Tamquam momentum statere · sic ante te est
orbis terrarum De amplitudine et
magnitudine celi dicit Baruch iii°
O Israel · quam magna est domus dei et
ingens locus possessionis eius magnus
et non habens finem excelsus et inmen-
sus Ista enim domus habet infinitam am-
plitudinem Ideo dicit quam magna est domus
dei et ingens locus possessionis eius ·
habet infinitam longitudinem Et ideo dicit
Magnus et non habens finem / habet infinitam
altitudinem Et ideo dicit · Excelsus et
inmensus Est enim longior · quam oculus possit
conspicere · est latior · quam animus possit audire ·
est altior · quam cor valeat cogitare i
Cor. ii° Quod oculus non vidit nec auris
audiuit etc Secundo recipiunt vberiorem
cibum ad vescendum In presenti enim vita
est multa esuries / Ps Diuites egu-
erunt et esurierunt / Celo autem erit plena
sacietas Ps Saciabor cum apparuerit

gloria tua Sed quia sacietas sine desi-
derio habet fastidium · et desiderium sine sacie-
tate habet penam · et vtrumque sine securitate habet
timorem / Et ideo prouidit deus · vt sanctorum
sacietas sit cum desiderio Eccl. xxiiii°
Qui edunt me adhuc esurient / et deside-
rium sit cum sacietate Ps Ex adipe fru-
menti saciat te · et ex dulcedine et sua-
uitate xpi · et vtrumque sit · cum securitate
quia sibi numquam deficiet Prou. xv°. Se-
cura mens quasi iuge conuiuium Tertio
recipient aerem liberiorem ad respi-
randum In hac vita sancti viri re-
spirare non possunt multo dolore · quem
habent appetitus · vt nec possint faciem ad
celum leuare / Hester xiiii° Deus meus
confundor et erubesco · leuare faciem meam
ad te · quia iniquitates mee multiplica-
te sunt · super caput meum etc Multi
labore afflicti i Cor. xi° In labore
erumpna in vigiliis etc Job v° Homo
nascitur ad laborem / Nimio timore
anxii Sed propter miserum statum corporis
quod semper corrumpitur · et i quoniam tam hoc
sunt positi ita quod dicat Apostolus Ro. vii°
Quis me liberabit de corpore mortis huius
Propter hanc triplicem causam Job respirare
non poterat · qui dicebat Job x°. Si iustus
fuero · non leuabo caput meum · Tanto
quanto dolore depressus · saciatus affli-
ctione Tanto quanto labore afflictus · et mi-
seria tanto timore prostratus · anxius quoque
corpore anxius / Tunc autem sancti libere
respirabunt / quia nullum habebunt do-
lorem Ysa. xxxv° Fugiet dolor et ge-
mitus · Nullum laborem Apoc. xiiii°
Amodo iam dicit spiritus · vt requiescant
a laboribus suis Nullum timorem Prou. i°
Qui autem me audierit absque terrore quie-
scet / et habundancia perfruetur malorum
timore sublato · Quarto recipiet ma-
iorem lucem ad videndum / Hic enim sunt
tenebre ignorancie Job xxxvii° Nos
quippe inuoluimur tenebris / Tunc autem
habebunt lucem superiorem Apoc. xxi° Cla-
ritas dei illuminabit illam et lucerna eius
est agnus / lucem inferiorem scilicet celestis patrie
Thob. xiii° Luce splendida fulgebis ·
lucem interiorem scilicet animam illustrantem
Ysa. lviii° Implebit splendoribus animam

L

nam Luce clariorem corpus glorifi-
catum. Mt xiij° Tunc iusti fulge-
bunt sicut sol in regno patris eorum.
De hac luce dicit Ambrosius in libro ser-
monum. Lux xpi nec parietibus obsistitur
nec elementis dividitur nec tenebris obscuratur.
Dies enim sine nocte, dies sine fine. Ista
quatuor que supradicta sunt sibi reserva-
ta beatus Stephanus vidit. Ipse namque
vidit celum apertum tanquam locum ad ma-
nendum. Fulgencius in sermone: heri pre-
sepis angustia xpm portavit hodie in-
fantem. Hodie immensitas celi Stephanum
suscepit triumphantem. Vidit lumen tanquam
dulce lumen ad residendum. Vidit dei
dexteram tanquam beatam requiem ad respi-
randum. Vidit gloriam dei tanquam eternam
lucem ad videndum. Tercium privilegium
fuit quia principatum martirij habuit,
tamquam notatur cum dicit: principium dolorum
mei. Ipse enim primus dolores martirij
sustinuit, quos tamen dolores propter nimiam
conformitatem capitis ad membra xpc
suos reputat dicens: Dolor mei. Vnde ec-
dixit Act. ix° Saule Saule quid
me persequeris. Quia ergo fuit primus
martir, ideo precipue est honorandus.
Maxime honoremus membra dei sacerdotes
ut principes fidei, intercessores mundi,
precones regni et coheredes dei. Quia
igitur ista quatuor habuit primus beatus
Stephanus, ideo est principalior ho-
norandus. Ipse enim primus fuit princeps
martirij, vnde cantatur: Tu principatum
tenes in choro martirum. Fulgencius:
Heri celebravimus temporalem sempiterni
regis natale, hodie celebramus primi
martiris triumphalem passionem. Fuit
igitur miles animosus, quia primus legem
suam per pericula transeuntes sectatus fuit.
Recta sicut dicit Fulgencius: Morte qua
salvator dignatus est pro omnibus pati, hac
ipse primus reddidit salvatori. Fuit
miles animosus, quia per violenciam mar-
tirij primus castrum celi obtinuit. Mt
xi° Regnum celorum vim patitur et vio-
lenti rapiunt illud. Vnde enim commune multum
gloriosum atque forte castrum intrare post
alios, sed qui primus ingreditur laude

S

multa meretur. Fuit miles animosus quia
fortiter adversarium ferire novit, dicens: Dura
cervice et incircumcisi corde et auribus etc.
Beda. Vera beati martiris mira virtus
qui sic zelo flagrabat ut eis a quibus
tenebatur palam sue perfidie culpas expro-
braret. Fuit miles animosus, quia sapien-
cie tuendum sanivit. Nam ad ea que testes
falso obiciebant sapienter eis respondit
et disputavit. Secundo est honorandus, quia
fuit primus successor intercessor mundi.
Primus enim ipse post xpm intercessit pro
inimicis dicens: Domine ne statuas
illis hoc peccatum quia nesciunt quid
faciunt. Plus enim videbat dolere ipsorum
peccata quam sua vulnera. Sicut si quis amicus in-
sanus una manu se pungeret et cum alia
alapa tibi daret, plus doleres de illius
morte quam de tua lesione. Sic beatus
Stephanus plus dolebat de illorum
morte spirituali quam de sua corporali. Ful-
gencius: Plus illorum dolebat peccata
quam sua vulnera, plus illorum impietatem
quam suam mortem. Nec mirum quia illorum
impietatem mors sequebatur eterna, illius
autem mortem vita perpetua. Tante
autem efficacie fuit eius oratio quod beatum
Paulum convertit. Vnde dicit Augustinus: In
istis duobus discipulis geminum nobis
monstratur salutis indicium, ut sequens bonus
est imitetur perseverancia caritatis in
Stephano, qui autem malus sequitur exemplum
conversionis in Paulo. Nec boni hominis
presumpcio iusticie faciat negligentem
nec malum iniquitatis consideracio faciat
desperantem, sed ille fortiter bonum teneat
et iste malum celeriter deserat. Tercio ho-
norandus est, quia fuit primus preco
regni. Primus enim preconisatus est
regnum celorum esse homini restitutum.
Homo quidem amiserat habitacionem celi,
visionem dei et gloriam paradisi. Sed
beatus Stephanus preconisatus est et
restitutam esse homini habitacionem celi
cum dixit: Ecce video celos apertos,
visionem dei cum dixit: Et filium hominis
stantem etc., et gloriam paradisi cum dixit:
vidit gloriam dei etc. Quarto honorandus
est quia fuit primus coheres regni. Ipse

cum primus hereditauit regnum per tolle-
rantiam passionum. Et ideo merito mar-
tirij potuit petere mercedem regni a
domino sibi dari. Vnde Ambrosius super Beati im-
maculati recitans illud Memento verbi
tui seruo tuo in quo michi spem de-
disti. Dicit vt deus conuenire vt si quis
bene certauit fructum remuneracionis
expectet. seruus sum expecto a domino
alimentum. Miles sum expecto ab im-
peratore stipendium. Locatus sum postulo
ab inuitante promissum. Certum
priuilegium est. Octaua spiritu sancto plenus fuit
Quod notatur cum dicitur. Prior in domino
Vnde aut spiritu sancto plenus fuit ostenditur
per quatuor signa per que cognoscitur aliquod
vas esse plenum. scilicet quando vas est pon-
derosum. quod est stabile siue firmum
quod de plenitudine sua aliquid ef-
fudit copiosissime. et quod non resonat pos-
sum. Beatus igitur Stephanus sancto
spiritu fuit plenus quia valde ponderosus
est aut duplex pondus. vnum eleuans
vt est pondus pennarum in auibus. Aliud
inclinans vt in ponderosis corporibus. Cete-
rum igitur vini habuit pondus amoris. quo in
deum eleuatur de hoc pondere amoris
dicitur Ysa. 40. Qui sperant in domino
mutabunt fortitudinem. assument
pennas sicut aquile current et non labora-
bunt etc. Habuit et pondus timoris. quo
per humilitatem infra inclinat. Job xxx-
vij°. Qui fecit ventis pondus. Istud dupli-
ci pondus habuit beatus Stephanus. scilicet
pondus amoris quo se eleuauit in deum
per contemplationem. dicens. Ecce video celos
apertos. et pondus humilitatis quo se in-
clinauit ad proximum per humilem ve-
duarum administracionem. Secundum signum
est. quia stabilis et firmus extitit. quia
spiritu gratia plenus fuit. Hebreorum xiij° O-
ptimum est gratia stabilire cor. Tam fir-
mus enim extitit quod a dei amore separari
non potuit. Romanorum viij° Quis nos se-
parabit a caritate Christi tribulacio an angu-
stia etc. Vnde significatur illud quod dicitur Eccl. x.
Si spiritus potestatem habentis in dyaboli vel ty-
ranni ascenderit super te. locum tuum ne
dimiseris. Ambrosius in libro de officiis locus
tuus paciencia. Vbi locus tuus est oratio.

Sapiencia est locus tuus. sedatio indi-
gnacionis locus tuus est. Ista loca non
dimisit beatus Stephanus. Non enim de-
misit pacienciam quia contra demum non murmu-
rauit. Nec dimisit orationem. quia pro perse-
cutoribus orauit. Nec dimisit sapienciam
quia eos instruxit. Nec indignacionem
habuit. quia contra persecutores commotus
non fuit. Tercium signum est. quia lapidi-
bus contusus. de plenitudine sua effu-
dit. Istud enim vas sicut de eo legitur. fuit
plenum fide et spiritu sancto. De plenitudine
aut fidei redundabat. quia non solum cre-
didit corde sed etiam confessus est ore.
De plenitudine etiam spiritus sancti similiter
redundabat. Spiritus enim sanctus amor est
Amor aut quo quis diligit est triplex
scilicet dei proximi et sui. De plenitudine
autem cuiuslibet amoris effudit. et plu-
rimum redundauit. quia difficillimum in
quolibet amore habuit. Nam difficile in dei
amore est pro ipso animam ponere. Augustinus
in libro de natura et gratia. Caritas tunc
maxima est in hac vita. quando in ipsa
contempnitur vita. Istud difficile beatus
Stephanus in amore dei habuit. quia pro ipso
vita sua contempsit. Difficile in amore
proximi est inimicos diligere. Istud dif-
ficile beatus Stephanus habuit. quia pro
suis persecutoribus exorauit. Fulgencius.
In persecutione Stephanus positus erat
et tamen pro persecutoribus exorabat
atque in illa lapidum ruina. quando alius
obliuisci potuit carissimos suos. ille
domino commendabat inimicos. Difficile
in amore sui est in nullo rerum sensua-
litatem se diligere. Immo odire se ipsum
secundum sensualitatem et diligere secundum racionem. Sic
fecit beatus Stephanus. qui secundum sensua-
litatem se odiuit. quando corpus suum in morte
tradidit et secundum racionem se dilexit. quando
spiritum suum domino recommendauit. Quartum si-
gnum plenitudinis est. quia lapidibus
percussus non murmurauit per impacienciam
Nullam enim impacienciam ostendit. neque in
verbo quia durum non respondit. nec in facto.
quia in nullo malo reptus fuit. Nec in
signo. quia turbatus non apparuit. tamquam
angelus in dulcis et benignus. Act. xx°

In paciencia vestra possidebitis animas vestras
Aug(ustinus) Non dicit villas vestras laudes
vestras lupinas vestras sed animas
vestras. Si ergo tanta suffert anima
ut possideat cum peccat quanta debet suffe-
rre ut possideat cum non peccat / Nunc
privilegium est quia prelacionem et im-
perium super viduas habuit quod notatur
cum dicitur Maior imperio / Habuit autem
triplicem prelacionem Secundum primum Act vi° Ip-
se enim fuit prelatus mensis viduis et
altaribus sacris / Fuit enim prelatus mensis
apostolorum collegio viduarum et habuit
archidyaconatus officium Ex quibus
colligitur quod triplex genus vite habuit
quod distinguit Aug(ustinus) decimonono de Ci-
vitate dei scilicet actuosum, ociosum et
ex utroque compositum. Genus vite ac-
tuosum consistit in labore actionis
Ociosum consistit in ocio contemplacionis
Ex utroque compositum consistit in culmine
perfectionis. Inquantum ergo fuit prelatus
mensis et quasi thezaurarius et procura-
tor apostolorum habuit primum genus
vite scilicet actuosum quod consistit in labore
actionis. Inquantum prelatus altaribus
habuit secundum genus vite scilicet ociosum quod
consistit in ocio contemplacionis. Inquantum
prelatus viduis habuit tercium genus
vite scilicet ex utroque compositum quod con-
sistit in culmine perfectionis. Tamen cum
femineus preficitur necesse est ut multa per-
fectione dotetur / De perfectione autem
beati Stephani dicitur Act vi° Consi-
derate fratres ex vobis viros boni
testimonii Et eiusdem septem plenos
spiritu sancto et sapiencia Ille namque qui prelatus
est feminis non debet esse mollis sed ri-
gidus et austerus. Ideo dicitur Viros i-
viles. Non debet esse infamis sed
valde probatus. Ideo dicitur boni testi-
monii. Non debet esse dissolutus sed valde
devotus. Ideo dicitur plenos spiritu sancto.
Non debet esse stultus sed valde sapiens
Ideo dicitur Et sapiencia. Sermo 2us

Iherusalem Iherusalem que occidis prophetas et
lapidas eos qui ad te missi sunt Mat
xxiii° Quia in hoc Evangelio agitur
de lapidacione Ideo legitur ad honorem beati
Stephani qui fuit a Iudeis lapidatus
Ponuntur autem duo a domino in quibus
consistit malicia Iudeorum / Consistit enim
in occisione cum dicitur Que occidis prophetas
Et lapidacione cum dicitur Et lapidas
eos / Circa primum notandum quod sicut Iu-
dei occiderunt prophetas corporaliter Ita
multi sunt qui occidunt prophetas spiritua-
liter. Sunt enim prophete superiores, in-
feriores, interiores et exteriores. Prophete
enim superiores sunt angeli ad nostram
custodiam deputati / qui ideo dicuntur
prophete quia in bono nos instruunt et
pericula nostra nobis sepe predicunt
Hos tunc occidimus quando eos contristamus
quando eorum persuasionibus acquiescere
nolumus. Ysa xxxiii° Ecce videntes
clamabunt foris angeli pacis amare
flebunt / Prophete inferiores sunt tribula-
ciones a deo misse que dicuntur prophete
quia tales filios dei esse denunciant
Hebr xii° Quis enim filius quem
non corripit pater. Istos autem prophetas
occidimus quando per ipsas tribulaciones nobis
immissas nos non emendamus. Ier vi°
Frustra conflavit conflator malicie eo-
rum non sunt consumpte / Prophete interiores sunt
divine inspiraciones De quibus dicitur
Apoc iii° Ego sto ad hostium et pulso
Istos prophetas occidimus quando eas
expellimus aut opere non implemus
Thess ultimo Spiritum nolite extinguere.
Cris super Mt Quando in Christum cre-
dimus Christus in nobis nascitur quando
vero fidem perdimus ipsum occidimus
Prophete exteriores sunt ipsi predicato-
res quos tunc occidimus / quando ipsorum
doctrinam secularibus negociis suffo-
camus Mt xiii° Sollicitudo seculi
istius et fallacie diviciarum suffocat
verbum / Istos eciam prophetas occidunt
qui eorum vitam persequuntur Cris super
Mt Qui veritatis vitam persequuntur prophetas
et apostolos dei occidunt verbi enim quasi san-
guis veritas est qui vivificat verbum
Omne autem verbum quod non habet in se
veritatem dei mortuum est quemadmodum
sine sanguine corpus. Secundo consistit in
Iudeorum malicia in lapidacione cum di-

Et lapidas eos qui ad te missi sunt
Dicitur fuit btus Stephanus lapida-
tus De cuius lapidatione sic dicit Aug9
Dum iudei ad lapides currerent ad du-
ri duros iactabat in ipm pares suos
petris lapidabat qui p petra moriebat
Ex quibus verbis Augustini ostenditur
quod in lapidatione beati Stephani con-
fluxit triplex lapidum scilicet Stephanus
xpus iudei et lapides ipi ita vt possit
dici q lapis pro lapide a lapidibus et
cum lapidibus occidebatur vel sic pet
p petra a petris cum petris occidebatur
Dicit aut btus Stephanus lapis
et no quilibet lapis sed quadratus igitur
et politus. Fuit aut quadratus quia
habuit duplicem quadraturam De qua
dicit in glosa sup illud Apocal. xxj°
Ciuitas in quadro posita est etc pma enim
quadratura sunt fides spes caritas
et bona operatio Ostendit aut habuisse
magnam fidem per hoc q vidit celum
apertum tanq iam sibi debendum
Hebr xj° Sancti p fidem vicerunt
regna Ostendit habuisse magnam
spem p hoc q vidit gloriam dei tanq
spei iam possidendam Tyt iij° heredes
sumus scdm spem vite eterne Ostenditur
habuisse magnam caritatem p hoc q vidit
ihm Tanta enim caritas fuit int eos
q desiderabat se mutuo videre Dominum
Mos est amantium vt no possint quos
diligunt no videre Ostendit habuisse
magnam opinionem vita p hoc q in celum sus-
piciebat Mat v° vbi est thesaurus tuus
ibi est et cor tuum Alia quadratura sunt
temperantia fortitudo prudentia et iusticia
Ipse quidem habuit temperantiam in prosperis
quia fuit plenus fide que quidem
temperauit ab honoribus diuiciis seculi et
deliciis De hoc triplici temperamento
dicit Hebr xj° fide moyses grandis
effectus negauit se esse filium filie pharao-
nis Ecce quia temperat ab appetitu ho-
norum magis eligens affligi cum populo
dei q temporalis peccati iocunditate habe-
re Ecce temperat ab appetitu deliciarum
maiores diuicias estimans thesauro
egyptiorum impperium etc Ecce qualiter temperat
ab appetitu diuiciarum Habuit
fortitudinem in aduersis vnde dicitur fu-
isse plenus fortitudine Aug9 Ste-
phanus fortis columpna dei fide sun-
dabilis ferriebat constringebatur et augme-
batur cedebat et no vincebat Habuit
prudentiam in eligendis vnde dicitur fuis-
se plenus sapientia Prudentia enim est
de duobus bonis maius bonum eligere
Duo bona receperat a deo scilicet corpus
et animam Corpus autem lapidationi ex-
ponebat Anima vero deo recomendabat
dicens Domine ihu suscipe spiritum meum
Glosa Corpus tribuens lapidationi
spiritum precatur conseruari Habuit iusticiam
in operandis vnde dicitur fuisse plenus
gratia Iusticia enim facit hominem gra-
ciosum quia reddit vnicuique quod suum est
Synagoga edificata fuit de lapidi-
bus qui iudei fuerunt ficti ab humo-
re gratie et excocti igne male concupiscentie
Sed ecclesia edificata est ex talibus vt
dictum est lapidibus quadris Ysa ix°
lateres ceciderunt et quadris lapidibus
edificabimus 2° fuit lapis ignitus
Dicitur aut lapis ignitus de quo ignis
excutitur Talis lapis ignitus fuit btus
Stephanus de quo excussus est ignis
zeli sine feruoris quo malos argu-
ebat dicens Dura ceruice etc Ps accen-
detur velut ignis zelus tuus etc Iere
v° Ecce do verba mea in ore tuo in
ignem etc licet enim ad sua otificationem
eos magis excitari videret no tamen
timuit eos reprehendere et dei gloriam
predicare vnde Aug9 Eya sancte
Stephane dic aliquid iudeis vt inci-
piant lapidari et possis coronari Accu-
sare eos et accipe saxa dic eis vbi vi-
des ihm quem crucifixerunt crucifixum
dic eis vbi vides et hic no viues quia
cum eo multo melius viues Dic
eis quia nichil est quod fecerunt quia
viuit quem occiderunt dic eis quia vides
ad dexteram patris stantem quem irri-
serunt in cruce pendentem Secundo ex-
cussus est ignis amoris quo p persecuto-
ribus orabat Tanta enim flamma amoris
cor eius inflammauerat quod celare no

valebat Ieremie xx° Factus est in
corde meo quasi ignis exestuans clausus
que in ossibus meis et defeci ferre non
sustinens In ista hoc autem quod oravit pro
suis lapidatoribus imitatus est magistrum
suum qui oravit pro suis crucifixoribus
Hoc autem si excusare nos vellimus quod
non possimus sequi magistrum saltem excu
sare non possimus quin in hoc possimus
sequi discipulum unde Augustinus Si
multum ad te putas imitari dominum tuum
attende stephanum conservum tuum Si mul-
tum ad te quia infirmos oculos habes
intueri solem lucernam vide Et ecce lucernam
luminem Stephanum lucet lucerna ista
hic erat hic est sed non accepit a se
unde accepit sibi et clausit tibi fons
gratie est bibo unde bibit de bursa dei
accepit habundat qui dedit quod tu
pete et accipe Tercio excussus est igne
afflictionis qui enim velut aurum
probavit ps igne me examinasti et
non est inventa in me iniquitas Proverbiorum
xvii° Sicut igne argentum probatur
et aurum camino ita corda probat dominus
Tercio fuit lapis politus Sunt autem tres
politores Ita deus ipsum polivit quia eum
adeo lucidum reddidit quod angelum eum
apparere fecit Ipse se polivit quia omnem
tenebrositatem peccati a se resecavit
et lucem virtutum induit Ro. xiii° Abiciamus
opera tenebrarum et induamur arma lu-
cis Iudei ipsum polierunt polierunt quia
lapidibus corporis rubigine abrase-
runt et eius spiritum splendidum reddide-
runt Proverbiorum xxv° Aufer rubiginem
de argento et egredietur vas purissimum
Secundo xpus fuit lapis per quo paca-
batur xpus enim est lapis sanctorum in
presenti et in futuro In presenti quidem
quia ponitur in edificio spirituali sanctorum in
imo in medio et summo In imo quia
omnem structuram operum regit Primo Cor
iii° Fundamentum aliud nemo potest po-
nere preter id quod est xpus Ihesus In
medio quia ipsam structuram erigit
et decentem facit Ephesiorum ii° In quo omnis
edificatio constructa crescit in templum sanctum
in domino Ysa xxvii° Omnia enim opera
operatus est in nobis Job xv° Sine me
nichil potestis facere In supremo
quia nos deo coniungit Ideo vocatur lapis
angularis quia duos angulos scilicet deum
et hominem univit Ephesiorum ii° Ipso summo
angulari lapide xpo Ihesu Ibidem Ipse
est pax nostra qui fecit utraque unum et duos
condat in semetipso unum novum hominem
In futuro autem erit lapis preciosus quia
scilicet erit luminosus dando veram cognitionem
Ysa lviii° Implebit splendoribus animam
tuam Primo Cor xiii° Cognosco ex parte
tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum
Erit virtuosus dando plenam dilectionem
Dilectio enim dicitur virtuosa Erit solidus
dando cognicionem et dilectionem sempiternam
continuationem Ysa xxxiii° Quis habita
bit ex nobis cum ardoribus sempi-
ternis ardens sempiternum et hinc lucem
cognitionis Tercio ipsi iudei et omnes
mali dicuntur lapides propter proprietates
lapidum quas ponit Ambrosius super
Luc. in originali dicens lapides sunt de-
formes ad usum mundi ad ornandum
steriles ad fructum irrationabiles ad
profectum Sunt enim deformes ad
usum quia si quis eis in edificio uti
voluit deesse quidem deformes sunt nisi
poliantur et doleantur Sic peccatores sunt
deformes et turpes quia sunt carbonibus
nigriores Tren. iiii° Denigrata est
super carbones facies eorum Augustinus in quadam
simone Tria sunt omni malo in hoc
mundo deteriora scilicet anima peccatoris in
peccato perseverans quia nigrior est corvo
et mali angeli qui ipsam rapiunt
et infernus in quem deducitur Secundo autem
quia alii sunt lapides in acervo alii in
sepulchro alii in regali edificio
In acervo quidem sunt insimul mixti la-
pides deformes et pulcri Sed arti-
fex lapides deformes ponit in sepulch-
ro pulcros autem ponit in regali e-
dificio Sic modo est in quodam acervo
sunt mixti boni et mali Sed xpus
verus artifex in iudicio malos a bo-
nis separabit et malos tamquam lapides
turpes mittet in sepulchro infernali
Job xxi° In sepulchro super facie terre
iacebunt Bonos autem tamquam lapides

pulcris ponet in edificio celesti Thob
xiii° Ex lapide candido et mundo omnes
platee eius sternentur Secundo lapides
sunt nudi ad ornandum Nullum enim
deest lapides ornatum habet Ideo sepe
pingitur et coloratur Sic peccatores sunt
nudi bonis operibus et virtutibus Ideo in
iudicio erunt nudi et confusione pleni Ezech
xvi° Eris nuda et confusione plena Erunt
nudi et omni consolatione vacui Apoc
iii° Nescis quia miser es et miserabilis
bilis et pauper et cecus et nudus Erunt
nudi quia in omnibus sceleribus suis
manifesti Job xxvi° Nudus est infernus
coram illo et nullum est operimentum perdicioni
Sancti autem tamquam lapides pulcri sunt
diversis virtutibus adornati Ezech xvi°
vestivi te discoloribus Ps Astitit re
gina a dextris tuis in vestitu deau
rato Tercio lapides sunt steriles ad fru
ctum quia nullum fructum afferunt
Non enim lapis lapidem generat nec
aliquem alium fructum Mali autem non
tantum steriles sunt a bono sed etiam
fecundi in malo quia producunt ex se fru
ctum mortis Ro vii° Ita fructus illorum
mortis Fructus autem illorum est sanctos persequi
et affligere Sicut dicit Christus lapidas
eos qui ad te missi sunt In hoc autem
faciunt contra institutionem divinam que ordi
navit ut homo lapidet serpentem non ser
pens hominem Gen iii° Inimicicias
ponam inter te et mulierem ipsa conteret ca
put tuum Faciunt contra institutum nature
ipsa enim natura instigat ut cum homo
serpentem viderit in ipsum lapidibus
insurgat Sicut ergo monstrum esset
si serpens hominem lapidaret Sic monstrum
est quando homines serpentini persequuntur
et affligunt iustos et non tantum monstrum
sed etiam insanie signum Sic insanie
signum esset qui freneticus in medicum
insurgeret et canis rabidus manum por
rigentis panem mordet Multi autem sunt
qui non tantum sanctos sed etiam ipsum Christum
non desinunt lapidare De quibus sic dicit
Ambrosius in libro Simonum Quid est Christus
nisi veritas et pax et iusticia ergo qui pro
falsitate relinquit veritatem et pro cu
piditate disrumpit et odit pacem et

pro aliquo premio occultat iusticiam nil
aliud facere videtur quam lapidare Christum
et crucifigere et occidere Quarto lapides
sunt inmobiles ad profectum quia non
crescunt sicut crescunt arbores sic mali
non crescunt nisi forte in peius et
deterius 2 Thi iii° Mali autem homines
et seductores proficient in peius In pu
ero autem maior est superior pars quam in
ferior qui autem crescere incipit efficitur
maior inferior quam superior Qui autem
senescit superior pars minuitur et curvatur
inferior autem minui non videtur Tanto homo
duas habet partes superiorem qua intendit
celestibus et inferiorem qua intendit
temporalibus Plerumque autem contingit quod homo
in sua iuventute incipit spiritualibus inten
dere et de temporalibus parum curat et in
talibus maior est pars superior quam infe
rior sed postquam crescunt a spiritualibus te
pescunt et terrena diligunt et in eis est
maior pars inferior quam superior postquam
vero in amore terrenorum senescunt
adeo incurvantur ad terrena quod non possunt
erigi ad spiritualia Inferior tamen pars que
terrena diligit non curvatur sed minuitur
quia sicut dicit Jeronimus Cum omnia vi
cia senescant in homine sola autem
avaricia iuvenescit Quinto in imro
beati Stephani fuerunt lapides males
qui quidem lapides sibi ad quatuor bona
fuerunt primo scilicet in instrumentum ad destru
ctionem carceris Magnum bonum actum in
carcerato facit qui carcerem frangeret
ut ad regnum suum venire valet Corpus
sancti Stephani carcer erat Sed virtute ictuum
illorum lapidum carcer est fractus et
liber ad regnum transit spiritus Ps Educ
de carcere animam meam ut confiteatur
nomini tuo domine Et non tantum destru
xerunt carcerem sed etiam saccum sciderunt
id est corpus quod est saccus ipsius spiritus
Ps Conscidisti saccum meum quo quasi
stola gloria est indutus Eccl xv° Sto
la glorie induit eum Et non solum sac
cum mortalem sed etiam domesticum hostem
De quo dicit Ro vii° Video aliam legem
in membris meis repugnantem legi mentis
mee Sexto sibi fuerunt in oblectamentum
dulcedinis Unde potest dici de eo quod dicitur

Deutro. xxxii^o. Ut sugeret mel de petra oleumque de saxo durissimo. Ipse enim de hiis lapidibus suxit mel intime dulcedinis, quia lapides torrentis illi dulces fuerunt. Suxit oleum spiritualis iocunditatis. Unde cantatur de eo. At ille gaudens suscepit lapides. Unde potest dicere de persecutoribus suis. Circumdederunt me sicut apes. Apes enim licet pungant, tamen mel conficiunt. Sic et lapides beati Stephani licet eum affligerent in corpore, magna tamen delectatione prestabant in mente. Nec mirum si in sua lapidatione delectabatur. Celum enim delectabatur in videndo luminosa. Eccl. xi^o. Dulce lumen et delectabile est oculis videre solem. In videndo pulcra et speciosa. Eccl. xl^o. Speciem desiderabit oculus. In videndo iocunda et amena. Eccl. xl^o. Super omnes virides sationes. Non fuit ergo mirum si totus delectabatur, qui videbat celi aperti luminositate, Christi speciositatem et glorie amenitate. Tercio sibi fuerunt in materiam edificandi pontis. Humano generi dedit deus tria adiutoria transeundi per mare huius seculi ad portum paradisi scilicet navem, pontem et thabulam. Navis est innocentia, in qua positus fuit Adam, que tunc fracta fuit, qui innocentiam perdidit, quia vero omnes ista navi innocentie frangunt, providit deus pontem martirii et tribulationis. Istum pontem primo Christus fecit et per ipsum transiit. Hebr. ix^o. Christus assistens pontifex futurorum bonorum, id est pontem faciens. Sed quia istud adiutorium non omnibus convenit, ideo sibi providit adiutorium quale est thabula penitentie. Mat. iii^o. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum dei. Per ista enim tria beatus Stephanus per mare huius seculi transiit ad portum paradisi, quia et in navi innocentie fuit, et ponte martirii transiit, et thabulam penitentie non deseruit. Quarto sibi fuerunt in ornamentum dyadematis. Omnes enim lapides in eum iactati fuerunt in eius coronam lapides preciosi. Ps. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Item super dorsum meum

fabricaverunt peccatores. Sicut enim faber super incudem coronam fabricat non sibi sed regi, sic Iudei super dorsum Stephani beati fabricaverunt coronam regalem, que tot habuit distinctiones gemmarum, quot suscepit ictus lapidum. Unde Crisostomus in Omel. de Machabeis. Sic ex corona regali undique fulgores emittuntur, ita martirum corpora que Christus vulneribus distincta omni regum dyademate delectabiliora reddunt.

Quid detur t' aut qd apponat t'
ad lingua dolosam Sagitte potent
acute cum carbonib' desolatoris. Ubi
ps petit sibi dari vba dei q instar sa-
gittarum ad amore dei vulnerant et
cpa sermon dei. qui instar carbonum
ardentiu ad amore dei inflamant
Talit' em vulneratus z inflamatus vba
dolosa no timebit Remediu q verba
detractoria ponit Ecci. xxviii Sepi
aures tuas spinis z noli audire vba
nequa Si em dicunt tibi vba detractionis.
sepi aures tuas spinis. i. vbis dure
reprehensionis. quia tunc detractor re-
cedet confusus. Nemo em libenter os
suu ad spinas ponit. Si audis vba
irrisionis. sepi aures tuas spinis. i.
meditacione dominice passionis. q spinea co-
ronā fuit irrisus. Si audis vba lasci-
vie z vanitatis. sepi aures tuas spi(n)is
i. aculeo divine ironis Ps confige ti-
more tuo carnes meas. a iudiciis
em tuis timui Remediu q vba iniu-
riosa ponit 2o Reg. xxiiio Prevaricatores
aut quasi spine evellentur univ(er)si q
no tangunt' manibus. z si quis tange(re)
eas voluit armabit' ferro z ligno lance-
ato. igni q3 succensę comburent' usq3 ad
nichilum In quibus verbis tria ponit'
remedia contra vba spinosa i. pugnati-
va z iniuriosa. Tales em no conti-
nent' manu reprehensionis. Ideo dicit
Qui no tangunt' manib' Si tu eos re-
phendere volunt. oportet ut armet' paciencia
Un(de) subdit Et si quis eas tange(re) volu-
erit armabit' ferro. Paciencia em est
sicut lorica ferrea q cor munit ut
ictus verborum ad ipm transire pmittat
Oportet etiam q armet' ru(m)sione modera-
ta. ro subdit' Et ligno lanceato Vo
dixit ferro lanceato. Vbum em durum
z asperum. e q(uasi) ferrum lanceatum. Vbum
vero molle z temperatum. e sicut lancea
sine ferro. Proverbiorum xv. Responsio moll(is)
frangit iram. sermo durus suscitat fu-
rorem Oportet etiam q armet' caritate
operibus. ut contra vba iniuriosa oppo-
nat benficia Et talib' em beneficiis crescit
ignis caritatis in quo quidem igne omnia
talia vba consumuntur. z ad nichilum re-
diguntur Ideo subdit' Igni q3 succense
comburent' usq3 ad nichilum Ro. xii
Si esurierit inimicus tuus ciba illum
si potum sitit da illi. hoc em faciens car-
bones ignis congeres sup caput eius
Vita concordans vere innocentię est. q seipsum
no ledat. Parum em valet aliis no noce(re)
z seipsum ledere Ideo dicit Qui no acce-
pit in vano animam suam. Tali em qui
habet animam vanam nunquam bn esse potest
Augus Improvisę em veniet dies. q(ua)
nulli bono fit male. z nulli malo fit
bene. forte z nunc sic. Sed quod nunc est
in occulto. tunc erit in manifesto. Quali(ter)
male est cuiusdam ab egestatis angustia
difficultas premit. Tibi male est quia pa-
teris mala. z bene est illi q e ipm ma-
lum multum interest inter malum pati
z malum esse. Tibi male est. quia
pateris alienum malum in corpe tuo
z bene est illi qui seipsum malu patit'
i corde suo. Tibi male est. quia malu
hominis pateris. s. vitam. z bene illi e-
st. qui mala habet anima Sedo ordinat'
homo ad seipsum p rectitudinem volu(n)t'
qd notat' cum dicit' Et recti. Est aut
rectum. cuius medium no discordat a suis
extremis. Homo habet duo extrema. s. nativitate
z mortem. medium aut horum est vita.
Duo aut extrema. sz nativitas z mors.
sunt extremę paupertatis Iob io Nudus
egressus sum de utero matris mee nu-
dus revertar illuc Illi ergo q cum ha-
beat nativitate pauperem. z mortem
pauperem. si tamen hoc habent vitam pau-
perem de quibus dicit' Mt. vo Beati pau-
peres spu qm ipsorum ze. sunt recti. quia eorum
medium. s. vita. concordat cum extremis s.
nativitate z morte. Illi aut qui lz
habeant nativitatem pauperem. z morte
pauperem. tm volunt habere vita locupletem
no sunt recti. quia eorum medium
discordat a suis extremis Tales enim
sunt discordes z no recti. no possunt intrare
p angustam portam Mt. xixo Facil-
lius est camelum p foramine acus
transire. q divitem intrare i regnum celorum
Camelus est dives avarus in principio

depressus .i. in nativitate et morte in-
clinatus in medio vero .i. in vita gibbo-
sus i. divitiis saginatus. Et ideo propter talem
gibbum non potest per portam angustam
regni celorum. Item nativitas et mors
sunt multe vilitatis et abiectionis quia
homo viliter nascitur et viliter moritur
sive sit mendicus sive sit nobilitate
preclarus. Sap. vii°. Unus est omnibus
introitus ad vitam similiter et exitus. Il-
li ergo qui habent nativitatem vilem
et mortem vilem et insuper habent vitam
vilem i. humilem sunt recti quia eorum
medium concordat cum suis extremis.
Illi vero qui licet habeant nativitatem
abiectam et mortem abiectam et tamen
volunt habere vitam elatam non sunt
recti sed distorti. De quibus dicitur
Eccl. x°. Quid superbis terra et cinis
q.d. monstrum es quia cum sis terra
i. de terra in nativitate formatus et
cinis i. in morte in cinerem redigen-
dus tamen in vita vis esse elatus. Item
Nativitas et mors est cum luctu et fle-
tu quia flent qui nascuntur et flent qui
moriuntur. Illi igitur qui habent nati-
vitatem et mortem in luctu similiter
et vitam in luctu sunt recti. De quibus
dicitur Matth. v°. Beati qui lugent quoniam i-
psi consolabuntur. Illi vero qui licet habe-
ant nativitatem et mortem flebilem et
tamen volunt habere vitam risibi-
lem non sunt recti sed distorti. De quibus
dicitur Job xxi°. Tenent tympanum et
citharam et gaudent ad sonitum orga-
ni. Ducunt in bonis dies suos et in pun-
cto ad inferna descendunt. Tercio or-
dinatur homo quantum ad deum per
vinculum et adherentiam amoris. Et
notatur cum dicitur Adheserunt michi.
Nunc quidem adhesio amoris tanta
est quod homo totus transit in deum.
Et ideo homo sic deificatus dicitur deus. Ps.
Ego dixi Dii estis etc. Quando enim ad-
mixtio fit aliquorum duorum denominatio
fit a denominante sicut si modicum aque
admisceatur vino totum efficitur vinum quia
tota aqua absorbetur a vino. Sic si
spiritus humanus admiscetur spiritui divino

totus absorbetur ab illo. Et ideo vocatur
homo deus. In illa autem admixtione
non fit aliqua mutatio ex parte dei
sed ex parte hominis quia homo totus dei-
ficatur quantum ad intellectum quantum
ad affectum et quantum ad actum. Quan-
tum ad intellectum deificatur quia si
intellectus noster divine sapientie iungitur
et unitur totus a divina sapientia absorbetur
ut iam non intellectus humanus sed
divinus vocetur. Videmus enim quod cum
sole innumerabiles stelle lucent et tamen tantum
dicitur una lux solis quia lux aliorum
luminum luci solis iuncta absorbetur
a luce solari. Sic et lux intelle-
ctus luci divine iuncta ab ipsa ab-
sorbetur et superatur et lux deiformis ap-
pellatur. II Cor. iii°. Nos autem revelata
facie gloriam domini speculantes in eandem
ymaginem transformamur a claritate in
claritatem tamquam a domini spiritu. Secundo
affectus noster iunctus et unitus spiritui
sancto non iam affectus humanus sed
divinus appellatur. Dicitur enim ferrum ig-
nitum totum ignis esse quod videtur. Sic et
affectus noster divine caritati iunctus
totus deificatur. De hoc ponit exemplum
Dam. in carbone in quo est ignis et
lignum et tamen totus ignis vocatur. Sic licet
affectus humanus sit tamquam lignum
et divinus tamquam ignis tamen quando iungitur divino
humanus totus vocatur ignis. I Cor. vi°.
Qui adheret deo unus spiritus est. Item
deificatur et a suo officio vocatur. Cum enim
exercet medicinam vocatur medicus. Qui exercet
artem carpentariam vocatur carpentarius
et sic de aliis. Quoniam divinum est peccata
dimittere demonia eicere infirmos
miraculose sanare mortuos suscitare
et alia miracula facere. Non est ergo mirum
si illi quibus Christus hoc officium dedit dii
appellati sunt. De hoc officio dicitur
Joh. xx°. Accipite spiritum sanctum quorum
remiseritis peccata remittuntur eis. Matth. x°.
Infirmos curate.

## Sermo septimus.

Surge et accipe puerum et matrem eius
et fuge in Egyptum. Matth. ii. Circa istud
Evangelium et festum Innocentum plura
videnda sunt. Primo quare fugit Christus.

quare fugit in egiptu potius q in
aliam terram. Circa primu sciendu q
fugit multiplici de causa. Primo sm
Cris. propter ostensionem humane nature
vt scilicet vera humanitas x demo-
stretur. hinc est q postq sponsa na-
tiuitate xpi petyt d Can. Quis in-
det te fratrem meum &c. Subdit dicens
Fuge dilecte mi . z assimilare capre hy-
nulo qz ceruorum Que quidem cerua sunt
que in deserto commorantur. sed aliqn
videntur. Quasi dicat. Fuge in egiptu
terram desertam. sed tamen ibi no
maneas. sed te nob ostendas. Quatum
eni ad diuinaz naturam no debuit fuge
sed potius enim nullus pt effugere ps
Quo ibo a spu tuo . z quo a facie tua
fugiam &c. Secdo fugit propter victoriaz
sue sapie. Fugiendo eni herodem vicit
z milites acquisiuit. Petrus tamen
Bellicosus si in bello fugit artis est
non timoris. hoc genere pugne vice-
runt filij isrl de quib dicit Iudicum
xx°. qui prius simulauerant fugam
versa facie fortius resistebant. Tercio
propter exemplum. vt ex hoc informemur fugiendum
nobis esse. Aliquando fuga prudencie
quando scilz maiori vtilitati nos vo-
lumus reseruare. Mt x°. Cum aut psse-
quentur vos i ciuitate ista. fugite i aliam.
Aliqn fuga cautele. Sunt eni quedam
vicia. que no pnt fugari nisi p fuga
j Cor vj° Fugite fornicationem. Ierem
xlviij° Fugite terram vbi estis. Aliqn fu-
ga compassionis. qu s a facie malorum
fugimus. vt eis peccandi occasionem subtra-
hamus. Sicut helyas fugit a facie ye-
zabel. vt hr iij° Re xix°. De hoc dicit
Eccli xxiij° Non litiges cum homine lin-
guato. z no strues in ignem illius ligna
Aliqn fuga dispensationis. qu scilz quis
se sciens infirmum z paruulum. declinat pe-
ricula. Prov. xxiij° Astutus videns
malum absconditus est paruuli transeun-
tes sustinuere dispendia Sic paruuli p
vicos transeuntes sepe ab equis conculcantur
Quarto fugit propter documentum. vt ex hoc
nos doceat. q nullus debz indignari. si

tribulationes patitur in hoc mundo. Ex quo
ipse fugabatur z persecutionem paciebatur
ab herode impio. Ioh xv° Si me
persecuti sunt . z vos persequentur. Iohns
In cunabulis Ecclie no defuit iniqui-
tas primes z iniusticia patres. Adhuc
xpus erat in cunabulis. z iam cogeba
fugere. exulare. z hostis seuicia time
Circa 2m Quare. s. fugit . Egiptum
potius q in alia terram. Secundum q
hoc 9 fecerat. quadruplici de causa. Pri-
mo propter cultus ydolatre euacuationem. Cui
quidem cultus in Egipto maxime in-
cleuerat. Ysa xix° Ecce dominus ascendet
super nubem leuem z ingredietur egiptu
z commouebuntur simulacra egipti a fa-
cie eius. Fertur aut q ea nocte egi-
ptum intrauit. qua pplus isrl inde
exiuit. Et sic tunc no fuit domus in
qua nd iaceret primogenitu mortuum.
Ita nunc no fuit templum. i quo non
corruisset ydolum. Secdo propter egi-
pti sanationem. Ysa. xx° percutiet domi-
nus egiptum plaga. z sanabit eam. Vnde
sicut dicit Cris. Recordatus dominus
quanta mala fecit sup egiptu. mittit
filiu suu. vt decem plagas Egipti
vna medicina sanaret. Augus in ser-
mone. Moyses aliqn in Egipto per-
fidis clauserat diem. illuc xpus ad-
veniens sedentibus in tenebris reddidit
clarissima lucem. Fugit vt illumina-
ret. non fugit vt timeret. Fugit
non formidine. sed pietate. Vbi occul-
tatur infans in egipto. vt regnet sua
magestas in mundo. Tercio iuit in E-
giptum. propter sue mie ostensionem. p
quia inimicos suos. nd solu no abij-
cit. nd solum ad miaz recipit. sed et
ipos visitat z requirit. Ecce egiptus
qui tam deo rebellis extitit. z pplo
suo tam graia fuit. a xpo nd respui-
tur sed benigne sua pntia visitatur.
Quarto propter instructionem. vt ex hoc nos
doceret. q Iudea eet relicturus. z ad
gentes profecturus. Act xiij° Vobis
oportebat primum loqui vbum dei. sed
qm repulistis id. ecce conuertimur ad ge-

tes Quinto propter future religio(n)is
prefiguracio(n)em / adeo q(uod) x(rist)iana religio
ibi viguit / vt ceteris (con)fusio(n)es indu-
ceret. Ys. xjo. Ab egipto (con)fundereris /
Crisos. Quis nunc ad egiptum ve-
niat solitudines paradiso p(er)uersus om(n)i
illam videbit celestem digniorem. Il-
la(m) magorum et phylozophor(um) p(ar)en-
tem, videbit imo piscatoru(m) magistro
gla(n)tem. Secundo videndum est de per-
sonis q(ue) fuga in hac fuerunt. p(ro)pter quod
dicit(ur) ad yozeph. Surge et accipe puer(um)
et mariam m(at)rem eius &c. Ex quo p(atet)
q(uod) tres ibi p(er)sone fuerunt. s(cilicet) maria pu-
er ihus et yozeph. et istud (con)sortiu(m) in-
uenitur instando in Bethleem. luc(e)
s(ecun)do Inuenerunt mariam et yozeph. et
infantem positum in p(re)sepio. In fugi-
endo in Egiptum sic hic. Et in redeu(n)-
do de Egipto mt. ijo. Accipe pueru(m) &c.
Sine igit(ur) herodem i(d est) dyam fugias.
siue de Egipto i(d est) de p(e)cc(at)o redeas. sine
in gratia maneas semp(er) tecu(m) h(ab)eas ma-
riam i(d est) amaritudinem p(e)n(itenc)ie puerum
ihm i(d est) puritatem (con)scie(nci)e Et yozeph i(d est)
augme(n)tu(m) v(ir)tutis et gracie Tercio videndu(m)
est de (con)tingentibus in medio itineris
p(ro)pter quod dicit(ur). Et secessit in Egiptum.
In ipo quidem itine(re) xpus manifestauit
sua(m) maiestatem. Nam sicut refert Cas-
siodorus in hystoria tripertita Arbor quedam
procera in via erus vsq(ue) ad terram incli-
nata xpm suppliciter adorauit. Q(uod) p(er)ca(rita)
tate v(ir)tutis fuit, vt infirmitates expel-
leret. si de fructu eius vel folio. a(ut) de
cortice collo egrotantiu(m) aliquid ligar(etur).
Ps. Exultabunt ligna siluar(um) a facie
domini. quia venit. Secundo manifestauit
sua(m) bonitatem in eo. q(uod) in itine(re) pare(n)-
tes suos pauit. Nam sic legit(ur) in libro
de infancia saluatoris. Dum maria et yo-
zeph sub altissima palma quiescerent di-
xit v(ir)go. O vtinam ex hijs fructib(us) p(ar)tic(i)pe
possim, cui yozeph. tu de fructu pal-
me cogitas. ego de aqua q(ue) n(obis) i(n) vase
defecit. Tunc ad preceptum pueri. pal-
ma se inclinans fructus suos v(ir)gini colli-

gendos exhibuit et de radice fonte aq(ue)
produxit. Sap. xvjo. Panem de celo pa-
ratum p(re)stitisti eis sine labore. Exod.
xvijo. Dedisti illis habu(n)danter aquam
insperate. Tercio ostendit ibidem
suam p(ote)statem in eo. q(uod) parentes suos
a latronum violencia eripuit. Dum
enim in Egiptum p(er)geret inciderunt vt
dicit(ur) in latrones. qui asellum rape-
voluit. Vnus aut(em) in pueri(m) respiciens
et (con)siderata venustatem et splendore(m) fa-
ciei eius ammirans dixit socijs suis Ve-
dico vobis, q(uod) si possibile eet. deum
hominem fieri dicerem, q(uod) iste puer esset
deus incarnatus, vn(de) si aliquis eos le-
serit, vel asellum abstulerit, aut ipse
auferet michi vita(m) meam. aut ego au-
feram sibi suam. &c multa altercatio(n)e
eos tandem defendit Tunc b(ea)ta v(ir)go il-
lum latronem ad se vocans dixit Scias
q(uod) iste puer quem defendisti tibi ad-
huc mercedem retribuet. Hic aut(em) dicit(ur)
fuisse latro cum xpo crucifixus a dextris
cui xpus dixit Amen dico tibi. hodie
mecum eris in paradiso Quarto videndu(m)
est de causa ire herodis. p(ro)pter quod dicit(ur)
Iratus est valde. Racio quod sequitur Qui ira-
tus est triplici de causa. Primo p(ro)pter
regni zelum. Crisostomus Si ex alijs caus(is)
irascu(n)t(ur) reges. cito placant(ur) illa ira
inextinguibilis est quia regni zelus
accendit. Prou. xix. Sicut fremitus
leonis. ita et ira regis. Ideo dicit(ur) Pu.
xxvo. Ne gloriosus appareas coram Rege
et in loco magnor(um) ne steteris. Aug(ustinus)
Quid erit tribunal iudicantis q(uod) superbos
reges cuna terrebat infantis. Ps. Pre-
timet reges ad p(ro)p(h)is dexteram iam
sedentem. quem Rex impius timuit ad-
huc matris vbera lambentem. Secundo p(ro)p(ter)
sui (con)temptum. Cris(ostomus). Magi (con)tempnentes
herodem addiderunt eius dolores, q(ui)a q(ui)
ille sedens in throno suade no(n) potuit
hijs ihc iacens in presepio et pannis
inuolutus placuit. Tercio m(ir)is Na(m) sicut
dicit(ur) Eccl. iiijo. Melior est puer pau-

per z sapiens i. xpus. Lege sene z stulto i. herode. Tercio propter cesaris metum. qui preparat quod nullus sub suo imperio rex dicetur vel esset. Act. xvij°. Hij omnes contra decreta cesaris faciunt regem dicentes alium ihesum. Quinto videndum est de sevicia herodis. pro eo. quod dicit Mittens occidit omnes pueros etc. Ergo eius sevicia tanta fuit. quod excessit in tribus. Primo quantum ad numerum quod notatur cum dicitur Omnes. quia debebat unum occidere. occidit omnes. Secundo quantum ad locum. quod notatur cum dicit In bethleem z in omnibus finibus eius. quia cum debebat occidere tantum pueros bethleem civitatis. eius tamen fines invasit. Tercio quantum ad tempus. quia cum deberet tantum occidere pueros anniculos. eo quod dominus tunc habebat annum z quatuor dies. occidit tamen a bimatu z infra i. a puero duorum annorum usque ad puerum unius diei. Vel secundum Eusebium. A bimatu z infra i. a duobus annis usque ad quintum. Timebat enim ne puer cui sydera famulabantur paulo super etatem vel infra faciem commutasset. In hijs ergo tribus excessit. scilicet in numero loco z tempore. propter eius seviciam z implacabilem iram. Quia sicut dicit Prov. xxvij°. Ira non habet misericordiam nec erumpens furor z impetum concitati spiritus ferre quis poterit. Ps. Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu ierusalem. Tamquam aquam dicit i. habundanter pro nichilo z nullo vestigio remanente. Ideo dicit Joel iij°. Effuderunt sanguinem innocentem in terra sua. Malum quod sanguinem fuderunt. peius quod effuderunt i. ex toto universaliter fuderunt. Pessimum quod innocentum. Superpessimum quod domesticum fuderunt quia in terra sua. Huius vero tanti excessus causa fuit. non tantum eius sevicia sed quia in sanguine delectabatur. Apoc. xvij°. Vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum z de sanguine martyrum ihesu. Eccl. viij°. Cuius nichil est ante oculos sanguis. Secundo etiam causa eius fuit astucia ut scilicet deus occidendo ille-

nus posset evadere. que probat. Cum tamen dicatur Job v°. Apprehendit sapientes in astucia eorum. Ve tunc herodes i. sua astucia apprehensus fuit. Causa sicut in quadam cronica legitur. Cum filium suum parvulum tradidisset in bethleem finibus nutriendum oblitus fuit dicere occisoribus. ut ipsum servarent. Et ideo cum ceteris est occisus. Causa etiam fuit divina providencia. quod ex tanta herodis sevicia tantam turbam(?) multitudinem martirum copulavit. Mat. xxiij°. Testimonium estis vobis metipsis quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt. z vos impletis mensuram patrum vestrorum. Cum igitur bona proposita in corde nascencia. ad utilitatem spiritualem extinguere nolunt. peiores videntur herode z pharaone. Immo ipso infernali dracone. qui ut dicit Apoc. xij°. Stetit ante mulierem z cum peperisset eius filium devoraret. Sexto videndum est de tempore occisionis pro eo quod dicit Tunc herodes videns. quia illusus esset a magis etc. Pro quo sciendum. quod interfectio innocentum fuit post adventum magorum. Ideo videtur quod post Epiphaniam celebrari debet. Sciendum tamen quod secundum glosam. post annum z quatuor dies a nativitate christi. ipsa est puerorum interfectio celebrata. Distulit enim hoc herodes triplici de causa. Primo propter discredenciam(?) ut in Glosa. magis discredidit. putans eos fallaci stella fuisse delusos. Abac. i°. Opus factum est in diebus vestris. quod nemo credit cum narrabitur. z dicit hic [illegible] vanitatem. Secundo distulit propter astuciam. licet enim postmodum prophetia Symeonis z Anne certificatus fuit. distulit tamen ut studiosius indagaret. z ut dissimulando puer in publicum deduceretur z inveniret. Eccl. xij°. In labiis suis indulcat inimicus z in corde suo insidiatur ut subvertat te in foveam. Et sic dicit Prov. iij°. Illusores ipse deludet. Tercio distulit propter moram coactam. In isto enim medio Romam ivit ut filiorum obiectionibus coram Cesare responderet(?) z per annum sepe impeditus fuit. z facere non potuit. quod in mente tractavit. Job v°. Dissipat cogitaciones malignorum ne possint imple-

mamis corum· qd tetigit Septimo
videndum est de fletu· matrie copas-
sionis· pcs q dicit· vox in rama au-
dita est· ploratus z vlulatus multus
Rachel plorans filios suos· p rachel
intelligit Bethleem· unde quia rachel
fuit sepulta vel quia multi de tribu
Beniamin fuit occisi Et io mater
introducitur ad plorandum vel est modus
loquendi· G· d· tantus fuit dolor z lugs
q etia mortui copati z flere deberent Circa
qd duo videnda sunt / Primo q mres
flebat / Secundo quare potius matres
introducuntur flere· q pres Non enim
introducit Jacob ad flendum in psona pa-
trum· sicut rachel in psona matru
Circa primum nond q matres flebat· q
filios intuerent Baruch iiijo Nutrivi
illos cum iocunditate / dimisi aut illos
cum fletu· z luctu Tren jo ffacti sut
filij mei perditi· quoniam prevaluit ini-
micus Secundo / quia tales amittebant
s innocentes z sine culpa· pcs / Quis asce-
det in montem domini etc Innocens manibus etc
vn quibz corum dicere poterat illud Job xvjo
hec passus sum ab iniquitate manuum etc
Tertio / quia tales amittebat / qd portat
sioem Tren ijo Juvenes mei cecide-
runt in gladio / Ibidem / Quos educavi
z enutrivi inimicus meus consumpsit eos /
tertium tales / quia an eorum oculos occide-
bantur Tren ijo Cum exalarent aias
suas in sinu matrum suarum / Ysa· xxxo
Infantes eorum alliderentur i oculis eorum
Circa secundum Cur potius introducuntur matres
flere· q pres / Sciendum est q hic fit ex
eo· q mres naturaliter z comuniter plus so-
lent dolere de morte z de adversita-
tibus filiorum· q pres z hic accidit tripli-
ci de causa· / Primo propter carnis naturam passibi-
lem Quia enim matres sunt magis / vnde
passibiles na· z molles· ideo sunt magis
doloris susceptibiles vn licet pr z mr
de bono filiorum gaudeat· z de malo
ipsorum tristentur· tamen z mr plus dolet
de malo filij / z pater plus gaudet de
bono· hic videtur unde salomon· d· ffilius
sapiens letificat patrem· filius vero stultus
tristitia e matris sue / Pater namque de
malo filio z stulto licet ira / mater do-

lorem Prov· xvijo Ira patris filius stul-
tus· z dolor matris q genuit eum / 2a
causa est· propter substantie generationem /
Magis enim mr generat de sba sua fi-
lium q pater· Et ideo magis diligit / q de
sba magis generavit vn verus amor
amori matris comparatur / z Reg· jo Sicut mr
unicum amat filium / ita te diligebam /
propter huiusmodi tam vehementem amorem· mr
filij sui oblivisci non pt / Ysa xlixo Nunquid
oblivisci pt mulier infantem suum· vt
non misereatur filio uteri sui Circa vero
istud qd vehementer amatur· cum vehemen-
ti dolore amittitur Ideo mr q vehementer
amat filium vehementer ipsum dolet z de-
plorat defunctum Ideo Jeremias volens
affligere vehementem dolorem / dolori
matris ipsum comparat· d· Jeremie vjo Filia
populi mei accingere cilicio z conspergere cinere
luctum unigeniti fac tibi planctum ama-
rum / 3a causa e· propter laboriosa edu-
cationem Istud enim magis diligimus
circa quod amplius laboramus vn qa mr
in baiulando z in educando multum labo-
rat Ideo multum amat Thob iiijo Ho-
norem habebis matris tue omnibus diebus vite
eius Memor enim esse debes· quanta pericula
propter te passa sit in utero suo· 2o Mach·
vijo ffili miserere mei q novem mensibus
portavi te z lac triennio dedi z alui
et i etatem istam perduxi / Circa causa
est / propter maiorem certitudinem Mater
enim certa est· q filius sit de suis visceribus
conceptus / pater vero certus non est· q sit
de suo semine generatus· Et ideo mr firmiter
filium diligit· tamquam rem propriam z certam
Pater vero aliquando minus diligit· tamquam
rem non certam· sed dubiam Octavo
videndum est de pena sive morte· herodis
pcs· q dicitur Erat ibi usque ad obitum
herodis· Ipse namque in vita sua sanguinem
sitivit Et ideo ad bibendum deus sanguinem
suum ei dedit / Apoc xvjo Justus es domine
qui hec iudicasti quia sanguinem sanctorum
fuderunt z sanguinem dedisti eis bibere
vt digni sunt / legitur in hystoria Scola-
stica· q cum Cyrus rex Persarum a Ratha-
mia regina fuisset superatus· illa ca-
put eius amputans i utrem plenum

hinnias sagne proicat · et insultando
dixit Satiare sanguine quem sitisti / he-
rodes effudit sanguine puerorum / et ideo
bibit sanguinem proprium et sanguinem filiorum
et sanguine ire dei et satiatus fuit san-
guine quem sitivit / Bibit sanguinem proprium
quia manu propria se occidit · Ier. xv ·
Ciuitas fecit absque liberis inter mulieres
gladius tuus · sic absque liberis erit
inter mulieres mater tua · Secundo bibit san-
guine filiorum · quia filios proprios inter-
fecit vij cum herodes percussus esset · et
ideo carnes porcinas non comedit Au-
gustus Cesar audiens / quod filios occide-
bat ait Mallem esse herodis porcus
quam filius / quia porcis parcit / et filios
occidit / Tercio bibit modo sanguinem ire
dei Deut. xxxij Inebriabo sagittas
meas sanguine Ezech. xiiij Et cum effude-
ro indignationem meam super eam in
sanguine Job xxi De furore omnipotentis
bibet / Secundo videndum est de ipsorum mar-
tirio siue consummatione · pro eo · quod ecclesia
eos tamquam martires veneratur / quod sic videtur
vi non deceret / tamen quod ad limbum descen-
derunt / tamen quia voluntate passi
non sunt · cum vsum liberi arbitrij non
haberent / et propheta dicat Voluntarie sacrifi-
cabo tibi / Circa quod sciendum quod ecclesia
eos tamquam martires veneratur / propter quatuor
prerogatiuas · quas eorum passio habere
videbatur / Prima sumitur ex tempore ·
quia primi fuerunt qui pro Christo sanguinem
effuderunt Apoc. xiiij Hij empti sunt
ex hominibus primicie deo et agno / Secunda
sumitur ex causa · quia sine aliqua culpa
sua passi sunt · cum essent mundi et
innocentes Apoc. xiiij Sine macula
enim sunt ante thronum dei / Tercia sumitur
ex singulari gracia Rex enim terrenus
qui donat multos nouos milites se-
cum facit / Rex noster Christus qui antea e-
rat donatus dona propria · nunc donatus
fuit dona materna Cant. iij Egredimini
filie Syon et videte regem Salomonem
in dyademate · quo donauit eum mater sua
Ideo multos nouos milites et nouos
martires voluit aggregare Apoc. xix
Ecce equus albus et qui sedebat super eum vo-
cabatur fidelis et verax · et vestitus erat
veste aspersa sanguine · et vocabatur nomen
eius verbum dei · et exercitus qui sunt in celo
sequebantur eum in equis albis vesti-
tis bisso albo et mundo Quarta sumitur ex
persona · quia non tantum passi sunt pro
nomine Christi · sed eciam in persona Christi quia
quodammodo in quolibet ipsorum occisus est
Christus · quod non ita in aliis martiribus inuenitur
Hester viij Hostis noster est · cuius crude-
litas redundat in regem Reg. j. c.
xxij dixit dauid ad Abyathar · Qui
quesierit animam tuam queret animam
meam · mecumque seruaberis · Cum autem
defuit istis ad martirium ex parte volun-
tas suppleuit pietas regis nati · quod morte
confessi sunt · et in eius persona mortui
sunt · // Tercio videndum est de subtra-
ctione laudis · quia hoc ecclesia subtrahit
cantica laudis et leticie · Causa autem
quare ecclesia · hoc facit triplex dicitur · Primo
in signum illius fletus · quem matres ha-
buerunt pro morte filiorum vnde quelibet illarum
dicere poterat Baruch iiij Nemo gaudeat
super me vidua et desolata / Ruth j Ne
vocetis me neomi id est pulcram · sed vocate
me marath id est amaram / quia valde me
amaritudine repleuit omnipotens In huius
ergo subtractione illarum fletum ecclesia
innuit et ipsis compassionem ostendit / sic
in passione · ostendit Christo compassionem
quod de nullo alio ecclesia facit / Secundo
in signum illius status · quia sancti ad lymbum
descenderunt · vbi dei gloriam non videbant
Job sciens se illuc descensurum · dicebat
In tenebris straui lectulum meum Job
xvij Tercio in signum illius incola-
tus · quem sustinuit Christus et beata virgo
exulando · et fugiendo in egiptum Ma-
gna compassio · et icone pueri · propter
eius teneram etatem Et icone yozeph
propter eius senectutem Et icone matris
propter eius puellarem debilitatem delicatam
et puerperij nouitatem Jer. xiiij Quare
quasi colonus futurus es in terram · et quasi
viator declinans ad manendum · quare
futurus es · velut vir vagus · vt fortis
qui non potest saluare In eo enim quod in Egi-
ptum fugit · videbatur quod se ipsum saluare

uo posset Nichilominus tamen ipse ista rogat ut ibi non remaneat Vnde nos derelinquat cum sibi dicit Tu autem in nobis es domine et nomen sanctum tuum invocatum est super nos ne derelinquas nos. In octava autem resumuntur omnia cantica leticie quia octava significat octavam resurreccionis in qua erit perfecta leticia de glorificatione corporis et anime. Modo enim datur sanctis tantum una stola scilicet anime felicitas. tunc autem duplex dabitur scilicet anime et corporis felicitas. Et ideo primus in festo innocentum quedam cantica suspenduntur et quedam dicuntur in octava tamen omnia cantica resumuntur. 39

Sermo tercius de eodem

A deo est omnis tunc de eodem medela. et a rege accipiet donationem Eccli xxxviii Constantinus Imperator cum esset lepra percussus. curatus est a Silvestro ymo a deo per Silvestrum Et ideo competit sibi quod dicit A deo est omnis medela. Quoniam non fuit ingratus suo curatori. ymo magnifica dona Silvestro tribuit et ipse Silvestro ab eo vicem talie ipsa recepit Et ideo sibi competit quod sequitur Et a rege accipiet donationem In premissis ergo verbis duo ponuntur Primum est Constantini miraculosa curatio cum dicit A deo est omnis medela. Secundum est Constantini grata recognitio. cum subdit Et a rege accipiet donationem Circa primum notandum Quod Constantinus curatus est per Silvestrum a lepra per virtutem baptismi Circa curationem cuius baptismi quatuor persone considerantur scilicet apostoli Constantinus Silvester et Christus Nam ex parte apostolorum fuit intimata materia et figura Ex parte Constantini fuit dispositio para(?)bla Ex parte Silvestri fuit forma debita et intentio recta Ex parte Christi fuit efficacia virtuosa. Cum enim Petrus et Paulus Constantino apparuerunt dicentes Quia effusionem horrueris sanguinis innocentis Silvester sibi piscinam ostendet in qua immersus tercio ab omni curaretur lepre morbo In hoc quod dixerunt Piscinam intimaverunt materiam In hoc quod dixerunt Immersus tercio intimaverunt figuram Materia enim baptismi non est alius liquor nec aliud elementum nisi aqua Que quidem aqua sanctificata fuit tactu dominice carnis quando scilicet Christus in Jordane baptisatus est. vel in verbi institucione

qn̄ saliter dixit Ioh. iii^o. Nisi quis
renatus fuit ex aqua et spiritu etc. Sa-
guine passionis Ex latere enim christi
exivit sanguis nostre redemptionis et
aqua nostre regenerationis Et ex infusi-
one benedictionis qua sacerdos facit
quia cum totum dictum est totum factum
est Aug. Accedit verbum ad elementum
et fit sacramentum Trina autem immersio
significat triduum dominice sepulture Ro. vi^o
Consepulti enim estis cum illo per baptismum
in mortem Vel quod baptisatur in virtute
et nomine trinitatis Naaman septies
in aqua immersus a lepra est mundatus
ut habetur iiii^o Re. v^o. Septenarius enim
unus est impfectus per quod significatur quod
illa talis lotio imperfecte eum sana-
bat licet enim sibi lepram abstulerit
Non tamen ianuam regni celestis ape-
ruit Iste autem trina immersus est ad
significandum quod virtute mortis christi et beate
trinitatis et a lepra mundabatur et regnum
celeste sibi aperiebatur Vel ideo fit trina
immersio ad significandum quod in baptismo
remittitur triplex peccatum scilicet originale
mortale et veniale. Sexto fuit ex parte
Constantini dispositio preambula Dispo-
suit namque se ad baptismum per contritionem
et confessionem operam penitentie et opera miseri-
cordia in adulto requiritur contritio Ideo di-
citur iii^o Tunc exibat ad Iohannem
omnis Ierosolima et omnis Iudea et baptiza-
bantur ab eo in Iordane confitentes peccata
sua Confitentes id est tamen corde fatentes
Iterum confitentes non excusantes pec-
cata non peccatum quod verum fecerunt
et aliud dicunt sua non aliena Istud
dispositivum habuit Constantinus Ipse enim
ut legenda habet post baptismum ad ec-
clesiam sancti Petri venit et se de peccatis
suis lamentabiliter accusavit Aliter
fictus recedens est quod hic fecit ante ba-
ptismum. Alias enim fictus accederet quia
nunquam sine contritione ad baptismum veniret
Legitur in Cronicis circa annum domini
Septuagesimum Cum rex Frizonum ba-
ptisari deberet et iam unum pedem in sacro
fonte posuisset interrogavit ubi maiores
essent plures maiorum suorum in inferno

aut in paradiso Et audiens quod in inferno
intinctum pedem retraxit Sanctius et
inquit plures quam pauciores sequi Illa
autem die subita et eterna morte periit
quia ad baptismum ficte accessit Habuit
etiam aliud dispositivum scilicet opera penitentie quia
pluribus unius ebdomade ante baptismum
ieiunium indixit Christus non ieiunavit
ante baptismum quia non indigebat ali-
qua dispositione ad gratiam cum ipse
ab instanti conceptionis omnem gratiam
accepisset Ieiunavit tamen post baptismum
ad significandum quod qui in baptismo nascitur
novus homo et filius dei iam non debet
vivere mundo sed deo. Paulus autem et Con-
stantinus ieiunaverunt ante baptismum
ut per hoc se ad gratiam se disponerent
Habuit etiam opera misericordie quia ante baptismum
carceres aperiri fecit et vinctos rela-
xari mandavit ad hoc ut deus sibi ce-
lum aperiret et facilius dei misericordiam in-
veniret Mt. v^o. Beati misericordes quoniam
ipsi misericordiam consequentur Septimo ex parte
Silvestri fuit forma debita et intentio
recta Ista enim duo requiruntur ex parte
baptisantis Qui enim formam mutare
nichil facit Unde ait Eutropius quod
circa annum domini Quadringentesimum
quadragesimum Dum quidam episcopus Arria-
nus quendam nomine Barba baptisaret et diceret
Baptiso te in nomine patris per filium in
spiritu sancto per hoc volens ostendere filium et
spiritum sanctum esse minorem patre mox aqua
tota disparuit et baptisandus ad ecclesiam
catholicam confugit Habuit etiam intentio-
nem rectam quia ipsum virtute sacramenti
intendebat sanare totaliter et in corpore
et in mente ut posset dicere illud Ioh.
vii^o Totum hominem sanum feci in sab-
bato. Tunc enim fuit sabbatum propter
pacem que fuit ecclesie restituta In illo
sabbato civitatis de quo dicit Ysa. lviii^o
Et vocaberis sabbatum delicatum et-
tus homo perfecte sanabitur Peccatores enim
sunt modo medii mortui licet enim
vivant per naturam tamen sunt mortui per culpam
Luc. x^o. plagis impositis abierunt se-
mivivo relicto Iusti vero sunt medii in-
firmi Sunt enim infirmi propter corporis
corruptionem sed sunt sani et fortes per

amini virtute. ij Cor. xii^o Cum enim in-
firmor tunc fortior sum et potens. Beati
autem sunt totaliter sani. Ysa. lx^o. Occu-
pabit salus muros tuos etc. Non tantum
hominibus qui est habitator erit sanus per-
fecte sed etiam ipse muri fictiles i. corpo-
rum erunt perfecta sanitate repleti.
Dampnati vero sunt totaliter infirmi
et totaliter mortui. Aug. Nulla peior
maior et peior est mors quam ubi non
moritur mors. Tercio ex parte xpi sunt
efficacia virtuosa. Nam ipsum in baptismo
curavit a morbo lepre. sibi infudit
lucem gracie et fecit eum dignum sua
visione. Curavit eum enim a morbo
lepre quia de baptismo sanus exivit
unde posset dicere illud ps. Refloruit ca-
ro mea etc. Eius namque caro erat fetida
propter lepram. Erat et vetusta propter veterem
conversationem sed floruit quia deposuit
lepram et induit novam formam. iiii Reg.
v^o. Restituta est caro eius sicut caro
pueri parvuli et mundatus est. Reflo-
ruit autem quia deposuit conversationem ve-
tustam et induit novam. Eph. iiii^o Depo-
nite vos secundum pristinam conversationem veterem
hominem etc. Secundo sibi infudit lucem
gracie. Et hoc significatur per hoc quod in illo baptismo
mirabilis splendor emicuit. descendit
spiritus sanctus in apostolos in linguis igneis
quia in predicatore requiritur lingua ignita
ad predicandum. sed in Constantinum descen-
dit in specie lucis quia in principe requiritur
lux sapiencie ad iudicandum. Tercio enim di-
gnum fecit sua visione quod significatur per
hoc quod xpus Constantino in baptismo appa-
ruit. Baptisatis enim celum aperitur et
divina visione digni efficiuntur. Quod significatur
Luc. iii^o Ihesu baptisato et orante aper-
tum est celum. Dicitur ij^o Reg. xiv^o quod Absalon
duobus annis in Ierusalem mansit et faciem
regis non vidit. Tercio autem anno vidit.
Nam in lege nature contra peccatum ori-
ginale fuit instituta satisfactio. in
lege Moysi fuit instituta circumcisio. sed
neutrum istorum celum aperiebat nec
dignum divina visione faciebat. In lege
autem gracie quasi in tercio anno institutus
est baptismus qui celum aperit et dei visione

dignum facit. Secundo notatur Constantini
grata recognitio cum dicitur Et a rege
accipiet donationem. Ipse enim Constantinus
ecclesiam fundavit. Nam in fundamento
ecclesie sancti Petri primus terram aperuit
et xii cophinos terre in honore xii
apostolorum propriis humeris de fundamento
foras eiecit. Ideo dicitur Ysa. lx. Edifi-
cabunt filii peregrinorum muros tuos
et reges eorum ministrabunt tibi. Ubi
dicit Glosa. filii peregrinorum sunt prin-
cipes gentium qui per orbem ecclesias edi-
ficaverunt sicut Constantinus qui Rome xii
ecclesias in honore xii apostolorum fecit.
Constantinus ergo ecclesiam fundavit. sed xpus
eam confirmavit. ps. Ipse fundavit eam altissimus.
Mt. vii^o Fundata erat super firmam petram.
Et ideo contra ipsam nichil potuit plu-
via i. tribulatio de celo veniens a deo
permittente. Nec flumina i. persecutio ve-
niens a tyranno terreno seviente. Nec
ventus temptationis a dyabolo qui est in
aere flante. Tercio fundatam dotavit.
Ipse enim totam Ytaliam sibi in dote
donavit. Ps. iiii^o Tribuat tibi terram
desiderabilem hereditatem preclaram exer-
cituum gencium. Deus enim hoc tribuit quia
Constantinus deo inspirante istud sibi do-
navit. Gen. xxx^o Dotavit me dominus
dote bona. Hec bona sed in futuro do-
tabitur dote optima. Centum enim interest
inter bonum et optimum. tanto et multo am-
plius inter bonum temporale et celeste. Et sequitur
Nunc mecum erit maritus meus eo quod genue-
rim ei sex filios. Ecclesia namque iure debet
deo inseparabiliter copulari quia sex sibi
filios genuit s. apostolos martires confesso-
res virgines continentes coniugatos. Tercio
dotatam privilegiis communivit. Dedit enim
legem ut quicunque in ecclesias confugerit
ab omnibus sit immunis. et quod ad edi-
ficationem ecclesiarum decime possessionum re-
galium tribuantur et plures alias leges
promulgavit. Xpus tamen ipsam ecclesiam
nobilioribus privilegiis communivit. De quibus
dicitur ij^o Par. vii^o Sanctificavi domum hanc
ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum
et erunt oculi mei et cor meum cunctis diebus.
Ecce maxima privilegia que deus ecclesie

sua posuit nom sum. oclos suos. z cor
suum zc. Ecclia nominat ex nomine dei
videt oclis dei. z venit ex corde dei/ ppt
primum est famosa. z vbiqz gnoscibil.
Synagoga quidem in sola Judea in-
cludebat. sicut dicit in ps. Notus i
Judea deus/ in isrl magnum nom eius
In ecclia autem vbiqz gnoscibilis
z nominabilis est. Malach. jo. Ab or-
tu solis vsqz ad occasum. magnum e
nom meum i gentibus/ z in omni loco
sacrificat. z offertur nomini meo ob-
latio munda. quia magnum nom i gen-
tib/ ppter rem est circumspecta. z infal-
libilis. prov. j. frustra iacit rethe
an oclos pennatorum. Ideo sigt p ani-
lia plena oclis an z retro. de qb
dicit Apoc. iiij. ppt tamen est ppetua
z indelebilis ysa. xxxiij. Oculi tui vi-
debunt ierlm habitationem opulenta
thabnaculum. qd nequaqz transferri
potent zc. Xpo summa dignitatib
exornavit. Nam sic legit in testa-
mento Constantini Silvestro dedit co-
ronam nauticam z equm album. Voluit na-
qz ecclam nobiliter exornare. qa faciebat
ipam esse summi regis sponsam Ideo a-
stitit regina. Faciebat ipam ee ad di
dexteram collocandam Ideo sequitur
A dextris tuis. Faciebat ipam ee immor-
talitatis stola induendam Ideo subdit
In vestitu deaurato. Faciebat angelorum
multitudinem eius obsequijs mancipatam
patam Ideo subdit Circumamicta vari-
etate. Et ideo tam nobilem sponsam
xpi voluit nobiliter exornare. Apoc.
xix. Uxor agni ppavit se z datum e
ei vt cooperiat se bissino splendenti z
candido.

Sermo quartus de eodem

Honoria mediat ppter necessitatem
Eccl. xxxviij. Cum i multas
necessitates Constantinus Augustus inci-
disset z nullum salutis remedium
invenirett. celestis medicus silvester
affuit. qui necessitates illas expulit z
sanitate donavit Et io Constantinus
ipm magnifice honoravit/ In vbis g
pmissis duo ponuntur. primum e Constantini
necessitas in qua incidit/ zm honoris subli-
mitas. quo Silvestrum honoravit/ Circa
primum notandum qd Constantinus triplicem
necessitate paciebat/ Prima erat corporalis
q erat in carne sua. Secunda spualis q
erat in mente sua. Tercia gnalis. que
erat in gente sua/ Prima erat morbus
lepre. Secunda morbus erroris z ydolatrie. tercia
morbus qui cadebat ex dictionis infe-
ctione. Hunc triplicem morbum curare
volebat triplici brachii remedio. Nam
lepram curare voluit p innocentis san-
guinis effusionem/ ydolatriam non curare
re. sed augmentare volebat/ p xpiane
religionis extirpationem Infectionem
dictionis curare volebat p xpianorum ab
ipo devorationem z cenobialium exhibi-
tionem. Sed affuit celestis medicus s.
Silvester. qui hunc triplicem morbum
salubri remedio curavit. Nam primum
curavit p baptismi regnationem/ secundum
p doctrinam z miraculorum opationem/ terciu
per aplicam missionem/ Primum qd est
morbum s. corporalem. qui erat in car-
ne sua s. lepram corpis curavit p bapmi
regenationem. quia mox vt enim sil-
vester baptisavit. ab omni lepra mun-
datus exivit Istud aut figuratum est in
iiij Reg. v. vbi dicit de Naaman qd de-
scendit z lavit se i Jordane septies
iuxta sermonem viri dei z restituta e
caro eius. sicut caro pueri parvuli z
mundatus zc. In hc q dicit Descendit.
notat q homo qui p suppbia se ad
creatorem erexit vsqz ad creaturam
se dz humiliare. z ab ipo suam iustifi-
cationem petere. In hc q dicit Lavit.
ostendit q sicut aqua lavat. refri-
gerat. z fecundat Sic gracia baptisma-
tis interius lavat anima a culpa. refri-
gerat a gehenna. z fecundat in gra.
In hoc q dicit in Jordane. q est rivus
iudicij notat q in bapmo fit iudi-
tiu discretionis quia baptisati fiunt
filij dei. Joh. j. dedit eis ptatem filios
dei fieri. Alij sunt filij dyaboli Ephes. ij.
Eramus natura filij ire. In hc q dicit
Septies notat q in bapo datur se-
ptem dona spus sancti/ vel ad signifi-
candum. q baptismus ht virtutem z
efficaciam a septem effusionibus sangui-
nis ihu xpi Quarum prima fuit in
circumcisione/ secunda in sudatione/ tercia in fla-
gellatione/ quarta in coronatione. Quinta

manus p̄dicatoꝛ. Sexta in pedum affixione. Septima in lateris apercione.
In h̄ē q̄ d̄r iuxta sermone viri dei
sigiꝰ illud qd dicit Aug̃ᵘˢ. Verbum ac-
cedit ad elementum. ⁊ fit sacramentum.
In hoc q̄ dicitur. Et restituta est caro
eius sicut caro pueri paruuli ⁊ mundatus
est. Sciendum ergo Constantinus infirmus e-
rat in mente ⁊ carne. In carne habebat
triplicem infirmitatem. Una erat que
causabatur ex lepre aspersione. ⁊ quantum ad
hoc dicit Restitutus est caro eius. Caro
quippe sua que fuerat sic infecta. fuit sa-
nitati pristine restituta. Secunda erat
que causabatur ex fomite concupie. que in membris
regnabat. de qua dicit Iac. iiii°. Unde bel-
la ⁊ lites in vobis nonne ex concupiscentiis ve-
stris. Ista infirmitas in baptismo impri-
mitur ⁊ debilitatur. adeo. vt quilibet ba-
ptisatus se possit in puritate ⁊ mun-
dicia conseruare. Et quantum ad hoc dicit
Sicut caro pueri. qui dicitur a puritate.
Tercia erat. que causabatur ex vetusta conuersatione
⁊ peccandi consuetudine. Hec autem vetu-
sta conuersatio in baptismo deponitur
⁊ noua induitur. Col. iii°. Expoliantes
vos veterem hominem cum actibus suis. ⁊
induentes nouum. qui renouatur in agni-
tione dei secundum ymaginem eius. qui cre-
auit eum. Et quantum ad hoc dicit paruuli.
qui non habent carne vetustatem. sed noua.
Infirmitas autem in mente causabatur ex peccato
originalis ⁊ actualis infectione. aqua
baptismi animam mundat. Et quantum ad
hoc dicit. Et mundatus est. Secundus
morbus erat spiritualis in mente sua. que e-
rat morbus siue lepra erroris ⁊ infideli-
tatis. Et hunc curauit Siluester per sa-
cri predicationem. Circa quod notandum. quod
tunc erat quadruplex error. primus gen-
tilitatis ⁊ ydolatrie. secundus iudaice perfidie.
tercius prauitatis heretice. quartus vanitatis
philosophice. Errore gentilitatis et
ydolatrie curauit doctrinis ⁊ miraculis
sua per sua doctrinam Constantinum curauit
⁊ Romam ab ydolatria curatur liberauit. ⁊
ad katholicam fidem adduxit. Unde posset
dici de eo illud Ps. Dabit voci sue vo-
cem virtutis etc. Ex quo ostenditur quod
vox predicatoris. non est sua. sed est dei.
Et ideo dicit voci sue. Et quod non est vox
inefficax. sed virtuosa. Et ideo dicit vir-
tutis. Sed non in omnibus habet ista virtute
sed in hijs. qui deum glorificant per bona
operacionem. Et ideo dicit Date gloriam deo
Et qui deum videt per certam fidem. Et ideo
dicit. Super Israel magnificencia eius. Et
qui a mundanis eleuatur per despectionem.
Et ideo dicit. Et virtus eius in nubibus.
Curauit eciam hunc morbum miraculis
videlicet miraculosa curatione Constantini ⁊ mira-
culosa interfectione siue relegatione dra-
conis. Tunc enim infinita multitudo Ro-
manorum ad fidem conuersa est. Secundus er-
ror erat iudaice perfidie. ⁊ istum similiter
curauit doctrinis ⁊ miraculis. Per suam enim
doctrinam Helenam matrem Constantini. a-
lios quoque Iudeos. qui secum ad disputa-
cionem conuenerant. ad fidem conuertit. pro-
misserat enim dominus Luce xxi°. Ego enim dabo
vobis os. Sed quia eloquencia sine sa-
piencia est vana. ⁊ sapiencia sine eloquencia
est amissa. Ideo subdit. Et sapienciam. Sed quia
hec duo nichil valent in homine timi-
do. Ideo addit constanciam. cum subdit. Cui non
poterunt resistere ⁊ contradicere omnes aduer-
sarij vestri. Curauit eciam hunc mor-
bum miraculis. videlicet per miraculosam resu-
scitationem thauri. Tunc enim Helena
⁊ Iudei ad fidem conuersi sunt. Dicebat A-
postolus in Cor. i°. Iudei signa petunt et
greci sapienciam querunt etc. Siluester autem
grecis gentilibus ⁊ Iudeis. ⁊ sapienciam ⁊ signa
prebebat. Sapientes enim acquiescunt racionibus.
Simplices autem miraculis. Sed quia v-
trumque datur virtus. ad maiorem cedit
firmitatem. quia ⁊ raciones miracula subse-
quencia commendant. ⁊ miracula raciones
confirmant. Tercius error erat prauitatis he-
retice. ⁊ iste fuit error Arrij. qui stati
post Siluestrum. adhuc tamen viuente
Constantino incepit. qui dicebat Christum
fuisse puram creaturam. ⁊ quia aliquando fuit
aliquando non fuit. Et istum curauit Siluester
per filium suum Constantinum. doctrinis similiter
⁊ miraculis. Nam Constantinus contra Arrium congre-
gari fecit Nycenum Concilium. vbi inter-
fuit CCC xviii. vbi symbolo fidei.

qui p Eclias solemnit in missa cata
editus fuit Et Error arij apcit auto
ritatibus ofutatus fuit / fuit etia
curatus hic error mirabilr. vz ma
closa z ignominiosa morte Arrij Va
sialr dicit Arri9 Ipe Arri9 in facie
sua cecidit. z medius crepuit. at ne
phado ore quo xpm blasphemauat
viscera sua euomuit / Arrij error dit
vanitatis philozo Tunc em i cad
Niceno ocilio vl synodo phi snip
fidei eneruare molliti sunt vta sit
dicit in Eccastica hystoria / videtes
phi sacdotes dei p Jmpatore ad Cocil
liu conuocari. illuc ouoti z phi et
dyaletici valde nobiles z opinatissi
mi oruenerut Quida aut insignior
celis ceteis epis oflictu sumi certamis
oniouebat Et ep hoc spctaclu grande
fiebat Sed vt deus ostenderet. quia
regnu dei no est in sermoe. sed in v
tute. Quida Epus simplicissime ne
nichil aliud sciens. nisi xpm ihm z
hunc crucifixum. dixit se velle cu pho
sermocinari. dolentib alijs Epis ne
forte ipe risui z ofusioni pateret. dixit
igit In nomine ihu xpi Audi phe.
audi q vera sunt. deus vnus vnus est.
qui celum z terram creauit. ex virgine
carne assumpsit. sua nos passioe re
demit. sua resurrectioe eterna nobis
vita donauit. que etia venturi iudi
ce exspectamus Credis hc ita ee phe
At ille virtute dictorum obstupefactus
sic mutus effectus est. vt ad hec oina
nc potrat plenu verbum reddere. sed
ita sibi videri. q nec aliud esse vera
q qd dixerat Tunc senior. si hc ita
esse credis. surge z seqre me ad xpm
Tunc phus conuersus ad socios suos
ait Viri eruditi. donec verbis mecum
res gesta est. ea verbis opposui. vbi vo
p verbis virtus processit ex ore dicentis
Nec potuerit resistere va virtuti nec ho
aduersari potuit deo. Ideo siquis vestru
potuit sentire q sensi. credat xpo z seqr
eum senem, z phus xpianus effectus se
victum gratulatus est / Legit etia i hysto
ria tripartita q cu phi cu catholicis in

eodem ocilio ariens disputaret, z plu
rimi Eporum eorum argumenta refelle
rent, erat int ceteros Alexader Cosa
tinopolita9 Epus vir quidem ouersatio
mirandus. sed humani verum exercitatio
inexpertus Qui cu ceteris iubente in
patore suscepisset. dixit phus Vt
vnu eligeret ex scriptis que mallet
Cuncti vnus fuisset electus. consus ad
phum Alex dixit In nomine ihu xpi.
impero tibi ne loquaris Repete aute
ille vt smone audiuit obligato ore
oticuit z mutus effectus fuit. / Tertius
morbus fuit generalis in gente sua. qui
erat infectio ex flatu draconis. Dom
em in illo dracone habitans. plus q
CCC homines quotidie flatu veneno
so interficiebat / Tum quia no daba
sibi homines ad deuorandum / Tum
quia plurius ritus cerimonialium sibi
no impendebat / Hunc aut morbum Dns
noster curauit p aplica missionem
Petrus naq Siluestro apparuit. pr
cipiens vt ad draconem descenderet. et
tria ibi faceret / vnu. vt p misterium
dominice incarnationis sibi preciperet. q eu
venientem iudicem exspectaret / scdm vt
os eius ligaret / Tertium. vt cum sigil
lo habente crucem sigillaret / hoc at
ta no vacat a misterio / xpus naq
in sua incarnatione vicit dyabolu p potentia
sapiam z iusticiam. vicit potentiam
Luc xjo. Cum fortis armatus custod
atrium suum i pace sunt omnia q possi
det Et hc signat preceptum qd fecit / pre
ceptum em signum est potencie Et ideo
demones ad ipius preceptu otremiscut
Jac ijo Demones credunt z otremiscut
Scdo vicit p sapiam Job xxvjo Pru
dentia eius percussit superbum Sapia
aut eius in hoc apparuit, quia hu
mani diuinitate abscondit sub esca huma
nitatis dyabolus aut volens cape escam
captus e ab hamo. Job xlo An extrahe
potes leuiathan hamo z fune ligabis
lingua eius. Et hc signat ligatio. qua
fecit draconi Tertio vicit p iusticiam
q quidem apparuit i passioe Quia cu
i eu i que ius no habuit. manus apposuit

Ideo iuste humanum genus in quo ius
habe videbat amisit. Et hec signi si-
gillatio facta cum sigillo bente clem
Secundo ponit honoris sollempnitatem q
Costantinus silvestru honorat cu dicatur
homo mediator gentes qd Rondum, cum ec-
clesia est vicaria xpi. Ideo xpus sum
potificem suum vicarium relinquens de-
dit ei Joh xxjo Pasce oves meas no
distinguens int has et illas. ut oste-
deret ad suas oves minime ptinere q
Petrum recusat habe pastorem. Jo
Paulus facies se xpi vicarium et legatum
Dicebat ij Cor v^o. pro xpo legatio-
ne fungimur. Est eciam sponsa agni Apoc
xxj^o veni ostendam tibi sponsam uxore
agni Joh iij^o Qui habet sponsam sponsus
est. Est eciam thezauraria dei. xpus n.
commisit ei thezaurum sacramentorum Isti
thesauri in synagoga erant abscon-
diti sub quibusdam figuris. sicut dicit
Aplus j Cor x^o Nolo vos ignorare
fratres. quoniam patres vestri omnes
sub nube fuerunt. et omnes mare transie-
runt. et omnes in moyse baptisati sunt
Sed in ecclia isti thesauri aperti sunt
et revelati Ecci xliij^o aperti sunt the-
sauri Est eciam hostiaria paradisi Mt
xvj^o Tibi dabo claves regni celorum
Quia igitur ecclia est vicaria dei Ideo
Costantinus in sede ei cessit. et imperiale
sibi sedem reliquit. Dedit enim sibi pa-
lacium lateranense. quod omnibus palaciis
mundi erat nobilius Dimisit eciam ei
sacram tocius urbis. et ipse in Costantino-
poli sede collocavit vnde sic ait in suo
testamento ubi principatus sacerdotum et xpia-
ne religionis caput ab imperatore ce-
lesti constitutum est. iustum est ut illic im-
perator terrenus non habeat potestatem Octavo
quia est sponsa agni. ipsam nobiliter
adornavit Quia enim in futuro cum
ad nupcias ducetur. nobiliter a sponso
suo est ornanda Sicut dicitur Apoc xxj
Vidi civitatem sanctam ierlm novam et c
Ideo Costantinus tamquam fidelis paranymphus
pro suo modulo in presenti sponsam domini
ornare curavit Nam sic habetur in testa-

mento Costantini. dedit silvestro coronam
imperialem cum frigio aureo. superhu-
merale. quo imperiale circumdat collum
suum equm. clamidem purpuream. tunicam
coccineam et omnia imperalia indumenta
ordinans quod cardinales essent consules et
patricii. et imperialibus dignitatibus adornati
Silvester tamen pro reverencia clericalis corone
vel pocius humilitatis causa. coronam im-
perialem non est sibi passus imponi Et io
Costantinus coronam candidissimam dominice
resurrectionis presignatam ei impo-
suit Costantinus eciam tenens frenum equi
stratoris officio pro reverencia beati Petri
ac sponse xpi usus fuit. Octavo quia fuit
thesauraria dei imperium ei custodiens
commisit vnde sicut in eodem testamento
habetur. commisit ecclie ytalia et occidentales
provincias. et ipse ad partes orientales
transiens Costantinopolim edificavit.
Ysa xlv^o Dabo tibi thesauros abscon-
ditos et c Nullus autem iustum est unus la-
pis preciosus in thezauro ecclie ponitur
Et quia non est conveniens ut in thesauro
ecclie vasa fictilia reponantur Ideo Costa-
tinus probare voluit. qui essent lapides
preciosi et qui erant vasa fictilia Nam
sic legitur in tripartita historia Volens Co-
stantinus illos. qui ei adherebant probare
Quum boni xpiani erant vocavit eos et dixit
se velle redire ad cultum ydolorum unde
illi qui secum diis ymolare vellent. se-
cum maneant Alii vero de palacio suo
et a se recedant Cum autem quidam recessis-
sent et quidam stetissent. istos qui ste-
terunt. tamquam fidei desertores. a se eiecit
arbitrans eos numquam circa principem fore
devotos. qui dei sui fuerant proditores.
Illos autem in suos amicos et familiares
recepit Nono quia hostiaria paradisi Jo
suo iudicio se ligandum et absolvendum suppo-
suit vnde legitur in ecclastica hystoria Cum
enim in Niceno concilio diversi epi. diversos
libellos portassent. ut Costantinus inter
eos iudicaret. ille omnibus admiratis et
ignem eos proiecit dicens Deus vos potestatem
dedit de nobis iudicandi. et Ideo nos a vobis re-
cte iudicamur. Vos autem non potestis ab
hominibus iudicari. Vos enim nobis a deo dati

estas diu · et quemes non est · ut homo indicet deos · Sed ille de quo dicitur Deus stetit in synagoga deorum

De circumcisione domini sermo 19

De circumcisione domini Sermo primus

# Infans octo dierum circumcidetur in vobis

Gen. xvii°. Quia infans contrahebat originale peccatum ideo deus sibi providit circumcisionis remedium. Circa ipsam autem circumcisionem septem videnda sunt. Primo videndum est de sexu cui fiebat. 2° de loco ubi fiebat. Tercio de tempore quo fiebat. 4° de instrumento cum quo fiebat. Quinto de personis cui data erat. Sexto de ipsius cessatione et baptismi susceptione. Septimo de efficacia ipsius. Circa primum scilicet sexum cui fiebat respondendum quod non est data ipsa circumcisio feminis · sed tantum viris Gen. xvii° Circumcidetur in vobis omne masculinum. Huius autem triplex est ratio. Una est · quia femina quemcumque sibi contra peccatum originale remedium habuit. Justificabatur enim per fidem et bona operationem · bona parentum si erat adulta. Vel parentum si parvula. Secunda · quia causa originalis ipsa non fuit. In originali enim est culpa reatus et penalitas. Quantum ergo ad culpam et reatum descendit a viris · quantum vero ad penalitatem a mulieribus · quia pater est efficiens in generatione · materiam vero mater ministrat. Circumcisio vero data est ad culpam tollendam · non ad corruptionem sive penalitatem removendam. Et ideo viris non feminis dari debuit. Licet enim transgressio a feminis incepit · tamen causa originalis peccati ipsa non fuit · sed vir · quia si vir non peccasset · originale transfusum non fuisset. Ideo dicit Apostolus Ro. v°. Per unum hominem intravit peccatum in hunc mundum. Tercia ratio est · quia circumcisio non tantum est data in remedium · sed etiam in signum distinctivum populi fidelis ab infideli. Vnde sicut apud hebreos non computantur genealogie ex parte mulierum sed virorum. Sic nec etiam ipsa populi distinctio cum femine sint viris subdite. Circa

est non circumcidi · sed totaliter incidi debuit. Circumcidi enim est superflua incidere. Peccatum autem sit totum superfluum · non est circumcidendum sed totaliter incidendum. Per virum quem intelligitur opera virilia et spiritualia in christianis semper habent aliquid infectionis. Et ideo debent circumcidi. Vnde Ysa. Bona nostra · non sunt pure bona · sed mala nostra sunt pure mala. Ysa. lxiiii°. Omnes iusticie nostre quasi pannus menstruate. Per mulierem vero quam significat sensualitatem vel carnalitatem intelliguntur peccata que totaliter debent abicia. Hunc modum ostendit dominus Joh. xv°. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. Ecce quia mala sunt abicienda · et omnem qui fert fructum purgabit eum · ut fructum plus afferat. Ecce quia bona sunt purganda. Sicut enim agricola omnes herbas nocivas penitus extirpat · ut bonum semen seminare valeat. Sic quilibet debet peccata omnia de agro sui cordis abicere · ut possit bona opera seminare. Jeremie iiii°. Novate vobis novale et nolite serere super spinas. Circumcidimini domino et auferte preputia cordis vestri. Quod significatum est Deut. xxi°. Si videris in numero captivorum mulierem pulchram et adamaveris eam · volueris que habere uxorem · introduces eam in domum tuam · que radet cesariem et circumcidet ungues et deponet vestem in qua capta est. Si inter rationem et sensualitatem debet spirituale matrimonium fieri · debet fieri ab ipsa sensualitate capilli radi · ungues precidi et vestes deponi. Per capillos capitis intelliguntur cogitationes mentis. Sed notandum · quod sunt capilli albi et flavi id est cogitationes munde et celestes. Apoc. i°. Caput autem eius et capilli erant candidi tamquam lana alba. Tales non sunt incidendi · sed pocius nutriendi. De talibus capillis dicit Sap. v°. Cogitationes eorum apud altissimum. Ps. Cogitatio hominis confitebitur tibi et reliquie cogitationis festum agent tibi. Sunt etiam capilli nigri id est cogitationes noxie. Can. iiii°. Capilli tui sicut greges caprarum. Oportet enim eciam habere aliquos qui sibi videre

adhere per fidem. sed tamen instar ca-
pillorum capite habent cogitationes in-
gratas 2 hispidas. Gen vj° videns
deus quod cuncta cogitatio hominis inten-
ta erat ad malum omni tempore. pu.
xxiiij° Cogitatio stulti peccatum est. Ta-
les sunt penitus radende. ysa. j° Au-
ferte malum cogitacionum vestrarum ab
oculis meis Sunt etiam capilli medij
i. cogitaciones 2 sollicitudines circa cu-
ras temporalium rerum prov. xix° Mul-
te cogitaciones in corde viri. Tales sunt
circumcidende. quia una alteri sic succedit
quod totam mentem occupat 2 confundunt
Job xx Cogitaciones mee varie succedunt
sibi. 2 mens ad diversa rapitur. Barbe vero
sunt sicut affectiones circa ipsa temporalia Af-
fectus enim temporalium non debet esse nimius sed
moderatus Sicut enim ungues mode-
rate scalpendo carnem relevant. 2 immo-
derate vulnerant. sic amor temporalium mo-
deratus est ad anime recepcionem. pu.
xiij° Redempcio viri anime divicie
eius Inmoderatus vero ad vulneracionem.
Et ideo assimilatur spinis. luc viij°
vbi dicit Greg. Divicie spine sunt
quia cogitacionum suarum punctionibus
mentem lacerant. 2 cum usque ad peccatum
pertrahunt. quasi inflicto vulnere mentem
cruentant. Amor ergo temporalium superfluus
resecandus est quia quanto ramus infe-
rius multiplicatur. tanto minus arbor
superius crescit Sic quanto amor temporalium
magis invalescit. tanto homo minus
in dei amore est perfectus Greg. Tan-
to amplius mens ab amore dei disiun-
gitur. quanto magis in inferioribus delectatur
Vestes vero sunt mundana conversatio que
ex toto deponenda est. maxime cum
spectat ad veterem hominem Eph iiij° De-
ponite vos cum pristina conversatione ve-
terem hominem. qui corrumpitur secundum desi-
deria carnis. Renovamini autem spiritu
mentis vestre 2 induite novum hominem.
Qui autem non vult deponere veterem conversa-
tionem abiciendus est de consorcio aliorum
ne alios inficiat Sic des putridos
abicitur de medio aliorum ne alios cor-
rumpat Gen xvij° Masculus cuius prepu-

cij caro circumcisa non fuerit delebitur anima
illa de populo suo In presenti quidem debet abici
a consorcio fidelium per excommunicacionem
et in futuro abicietur per eternam separacionem
Tamo igitur ipsa sensualitas bene ordinatur
2 rationi bene subiacet. quando ab ipsa radit
capillos superflue cogitacionis. circum-
cidit ungues terrene affectionis 2 de-
ponit vestes mundane conversationis. Cir-
cumcisio locum in quo fiebat Notandum
quod non fiebat in quolibet membro. sed in membro
generationi deputato 2 hoc multiplici
de causa. Primo in signum culpe originalis
purgande. que inde transfundebatur Aug.
Ex quo instituta est circumcisio in populo
dei ad purgationem valebat magnis 2 parvulis
originalis veteris quam peccati. Circumcisio igitur
que est remedium contra concupiscentiam convenienter
in illo membro fieri debuit. ubi ipsa
concupiscentia serviebat Illud enim opus carnale
multa indigebat circumcisione. cum propter
illud in toto humano genere diluvium
evenisset Secundo in signum castitatis
servande Ideo dixit dominus ad Josue
postquam fuit circumcisus Josue quinto Hodie
abstuli obprobrium egipti a vobis.
Illud scilicet obprobrium de quo dicitur pu.
vj° Qui adulter est propter cordis ino-
piam. perdet animam suam. turpitudinem
et ignominiam congregabit sibi. 2 obprobrium
illius non delebitur Tercio in signum o-
bedientie demonstrande Nam in parte illa
primus homo primus sensit culpam inobedientie
Quia enim ipse recesserat ab obedientia sui
superioris. iustum fuit ut sensualitas
recederet ab obedientia rationis Quia igitur
homo in parte illa primo culpam inobedientie
sensit Ideo ibi obedientie signum accepit
per quod homo per obedientiam deo subditus
fieret. 2 concupiscentia refrenata sub domi-
nio rationis maneret Quarto in signum
operationis occultande Ideo dicit Ro. ij
Non enim qui in manifesto iudeus est.
neque que in manifesto in carne circumci-
sio est. sed qui in abscondito iudeus est.
2 circumcisio cordis in spiritu non littera. cuius
laus non ex hominibus. sed ex deo. Quinto est
contra illos qui per aliqua signa opera sua

manifestat. Sicut solet fieri in thabernis 1° machab. 1° Suspenderunt pueros circuitus domos in ceruicibus p vinus(?) per domos ps. Posuerunt signa signa signa. Mt v° Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Quinto in signum illius gratiationis deo macipande. Deus quidem gratiationem abrahe suam dare voluit, ut inde amplius educat. quem in laude suam fortiret. Ysa xliij° populum istum formaui michi. Ideo in signum huius dominij. signum suum ibi ponere voluit. ad innuendum quod illa gratiationem sibi vendicauit. Sic autem qui vineam vult habere bonam et palmites bonos eligit. et ipsam consignat et claudit. Sic et deus semen bonum eligit et suo signaculo communiuit. Jer ij° Ego te plantaui vineam electam omne semen verum. Competit etiam deus sigillum curationis officio gratiationis. ad innuendum quod hoc generabat Abrahe circumcisio gratiabant. et deo spiritualiter. Sexto in signum lingue refrenande, lingua enim est membrum gratiarum spirituali deputatum que quidem multum indiget curatione. Eccl xxij° Quis dabit ori meo custodiam. ps. Pone domine custodiam ori meo etc. Prou xix° Mors et vita in manibus lingue. Nam secundum Bern. Si in lingua tua est vita non est circumcidenda sed custodienda. nunc autem quia ibi est mors. est circumcidenda. quia ibi est vita. et custodienda. Tercio tangitur tempus quo fiebat. Notandum quod octaua die fiebat. per quod signabatur quod in octaua die circumcidemur ab omni culpa et miseria, Modo quippe in anima est multiplex miseria quia et racio habet errorem. et voluntas perturbationem. et memoria obliuionem. Sed tunc a racione circumcidetur error et habebit plenam cognitionem. Ysa xj° Repleta est terra sciencia domini. sicut aque maris operientes. A voluntate circumcidetur perturbatio dolor. et habebit tranquillam et suauem id est dei delectationem. Ysa xxxij° Sedebit populus meus in pulcritudine pacis in thabernaculis fiducie et in requie opulenta. Illa enim delectatio faciet eam quietam.

pulcram. securam et opulentam. Tam quietam. vt non oporteat vlterius laborare. Tam pulcram vt non oporteat amplius se purgare. Tam securam. vt non oporteat amplius timere. Tam opulentam. vt non oporteat amplius indigere. A memoria circumcidetur obliuio. et habebit eternam cognitionem et cogniti et dilecti retentionem. ps. In memoria eterna erit iustus. Iustus est iustus qui modo habet memoriam labilem. tunc habebit memoriam eternam et stabilem vt scilicet cognitum et dilectum in eternum possideat. Sic et corpus multiplicem patitur miseriam. Est enim modo vile et deforme. sed tunc resecabitur omnis superfluitatis deformitas. et induet claritatem. phil. iij° Saluatorem expectamus dominum nostrum ihesum christum. qui reformabit corpus humilitatis nostre. configuratum corpori claritatis sue. Est etiam tardum et ponderosum. Sed tunc resecabitur omnis ponderositas. et induet agilitatem. ysa xl° Assument pennas sicut aquile currrent. et non laborabunt. ambulabunt et non deficient. Est etiam mortale et morti addictum. sed precidetur omnis mortalitas. et induet immortalitatem. luc xx° Nec enim vltra mori poterunt. Est etiam grossum et terrenum. sed circumcidetur omnis grossicies. et induet subtilitatem. Ad quod innuendum. dominus post resurrectionem clausis ianuis intrauit. Ista quatuor tangit apostolus j cor xv° Seminatur id est sepelitur in corrupcione, surget in incorruptione ecce impassibilitas, seminatur id est in ignobilitate id est sub horrore et cum multa vilitate, surget in gloria id est gloriosum et clarum, ecce claritas, seminatur in infirmitate id est in impotencia se mouendi, surget in virtute id est virtuosum et agile ecce agilitas, seminatur corpus animale id est alimonia indigens, surget corpus spirituale id est simile spiritui in aliquibus proprietatibus. ecce subtilitas. Quarto tangitur instrumentum quo fiebat. Notandum quod illud instrumentum erat cultellus lapideus acutissimus. Non enim erat cultellus acutus lapideus, sed acutissimus. habetur Josue v° vbi dixit dominus ad Josue Fac tibi cultros lapide-

os et truncade filios Israel. Iste vero ille cutel-
lus esset acutissimus, habetur Ezech. xxi. ubi
dicitur Tulit sophora acutissimam pe-
tram et circumcidit carnem preputii filii sui.
Per hunc igitur cutellum significatur Christus, qui
quidem in parte est cutellus lapideus,
sed cutellus est bonis, quibus resecat
omnem culpam. Ysa. xliii. Ego sum
ipse qui deleo iniquitates tuas propter
me et peccatorum tuorum non recordabor.
Lapideus vero est malis. Luce xx. O-
mnis qui ceciderit super lapidem illum
conquassabitur, super quem autem ceciderit
it, conminuet illum. Si enim vas ficti-
le cadit super lapidem, aut conquassatur
aut frangitur; si vero lapis cadit super
illud, minutatim frangitur. Peccatores ter-
renis dediti sunt quasi vas fictile, quia
secundum Augustinum, Cum terram diligit terra
est. Cum quidem non caderunt super deum,
et conquassantur et franguntur, et ideo omnis
gracia que in eis erat effunditur. Eccl.
xxi. Cor fatui quasi vas confractum
omnem sapienciam non tenebit. Licet tamen con-
quassentur, non tamen conminuuntur, sed in fu-
turo deus cadet super illos et tunc conmi-
nuet et minutatim franget. Et ideo
numquam resurgent. Psalmus Tamquam vas fi-
guli confringes eos. In futuro autem iste
cutellus lapideus erit acutissimus et bo-
nis et malis. Bonis, quia resecabit
ab eis omnem culpam et omnem miseriam.
Apoc. xxi. Absterget deus omnem lacri-
mam ab oculis sanctorum, quo ad resecac-
ionem culpe. Tunc enim non habebunt ne-
cesse flere pro aliqua culpa, et mors ul-
tra non erit, quo ad penam contractam.
Neque luctus neque clamor neque dolor erit
ultra, quo ad penam inflictam, quia nullus
tyrannus eis nocere poterit, quod oporteat
eos flere vel ad deum clamare vel
dolorem aliquem sustinere. Item Apoc.
vii. Non esurient neque sicient amplius,
hoc quantum ad penalitatem contractam. Ne-
que cadet super illos sol, scilicet estus persecucionis
et tribulacionis, hoc quantum ad penam
inflictam. Neque ullus estus, scilicet concupiscencie

male, que est radix et fomes omnium pec-
catorum. Hoc quantum ad culpam. Erit eciam
acutissimus dampnatis, quia eos incidet
in corpore et in anima. Apoc. i. De
ore eius gladius ex utraque parte acu-
tus exibit. Ille gladius bis acutus
erit, quia corpus et animam secabit.
Circa quintum, scilicet populum cui data fuit
circumcisio, quod deus non dedit eam populo
Babilonico vel Egipciaco, sed populo Isra-
helitico, qui erat populus suus, ad sig-
nificandum quod circumcisio spiritualis, cuius si-
gnum est circumcisio carnalis, signum
est quod illi sunt de populo dei. Gal. v.
Qui autem sunt Christi carnem suam cru-
cifixerunt cum viciis et concupiscenciis. Cum
quidem arboris abscinduntur inferius,
ut arbor crescat superius. Sic deus
vult nostra desideria rescindi quantum
ad inferiora, ut amor noster crescat
ad celestia. Deut. xxx. Circumcidet dominus
deus tuus cor tuum et cor seminis tui,
ut diligas dominum deum tuum etc. Qui
autem hanc circumcisionem non facit, signum
est quod ipse est de populo dyaboli. Sic enim
ille qui nec capillos nec ungues
umquam recindet, potius pecus quam homo
esse videtur. Sic ille qui sua desi-
deria sequitur et nullum resecat, potius
est brutalis quam racionalis. Boecius Cum
non videtur ipsis bestiis quodammodo bestia-
lior esse homo racione vigens et racione
non utens. Iohannis. Qui post carnem
ambulant in venere et libidinem per-
inde quasi animalia reputantur. Circa septum
scilicet ipsius circumcisionis cessacionem et baptismi
successionem, Nota quod ipsa circumcisio sic
et alia legalia ante Christi passionem fuit
viva, quia tunc efficiebat quod significa-
bat. Post passionem vero facta est mor-
tua, quia nullius utilitatis fuit, sed
tamen non erat mortifera. Post divulga-
cionem vero Evangelii fuit sepulta et
mortifera eam observantibus, et in eam
spem ponentibus. Gal. v. Si circumcidimini
Christus nichil vobis proderit. Medio igitur

tempore. quando tantum erat mortua licitum fuit servare, non ut spes in ea salutis poneretur, sed ut mater synagoga cum honore ad tumulum duceretur. Adveniente autem baptismo debuit cessare circumcisio. Prima sicut dicitur Cor. xiii^o Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. Circumcisio quidem baptismi imperfecta erat. Primo quantum ad significationem, quia non ita significabat expresse emundationem totius hominis ab immunditia culpe originalis. sic ablutio baptismalis. Secundo quantum ad efficaciam, quia non tam habundans gratia ad operandum et reprimendum fomitem in circumcisione dabatur sicut in baptismo. Tercio quantum ad utilitatem, quia non erat eius utilitas ita communis sic baptismum. habet determinatum sexum. determinatum tempus. quod in baptismo non accidit. Circa septimum scilicet eius efficacia Respondeo. Quia in peccato originali quatuor sunt. scilicet culpa. fomes sive concupiscentia reatus carencie divine visionis et privatio gratie. In circumcisione vero auferebatur culpa. Beda. Idem salutifere curationis remedium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat. quod baptismus agere revelate gratie tempore consuevit. excepto quod regni celestis ianuam nondum intrare poterant. Secundo debilitabatur fomes, quod significabatur in hoc quod Abraham in senectute signaculum circumcisionis accepit. Tercio conferebat non tantum quo ad actus privativos. scilicet culpa remittebatur et reatum auferebat. sed etiam quo ad actus positivos, quia scilicet animam ordinabat ad vitam et dignam vite eterne faciebat. non tamen quo ad omnes actus gratie positivos, quos confert gratia baptismi. Prime quidem sufficit ad concupiscentiam tollendam reprimenda et ad meritorie agendum. ad que gratia in circumcisione data sufficere non valebat. Quarto tollebatur reatus carencie visionis divine. Quod significatum est quia Abraham circumciso mox deus apparuit. Unde habetur Gen. xvii^o et xviii^o. visione tamen dei frui non poterat. quia nondum ianua aperta erat.

ex eo quod nondum erat precium persolutum. Unde si etiam eo tempore baptismo fuisset. ianuam tamen non aperuisset. Et si modo circumcisio locum haberet ianua aperiret. Christus autem quantum ad hoc circumcisione non indigebat. quia in ipso non fuit aliqua culpa originalis quia fuit in utero sanctus. Luc. primo Quod enim ex te nascetur sanctum etc. Nec actualis. prima Pet. ii^o Peccatum non fecit. nec inventus est dolus in ore eius. Nec in carne sua fuit aliquis fomes. quia per spiritum sanctum caro sua in utero matris fuit omnino mundata. Et ideo in archa sanctificationis id est in Christi corpore benedicto ac sanctificato omnia naturalia fuerunt purificata. quia in eius carne nullus motus rationi contrarius insurrexit. Nec fuit in eo carencia visionis divine. quia in terra degens divina visione fruebatur. Joh. iii^o Nemo ascendit in celum. nisi qui de celo descendit. filius hominis qui est in celo. Nec habuit privationem. quia omnino habuit habundanciam et plenitudinem gratie. Joh. primo. Plenum gratia et veritate. Verumtamen licet non indigeret. voluit tamen circumcidi. ut legem impleret. quia non venerat solvere sed ad implere. Mt. v^o. Dico enim Ihesum Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei. ad confirmandas promissiones patrum. Secundo ut filium Abrahe se ostenderet. cui scilicet factum erat preceptum circumcisionis et semini nasciturum. ut sic dei promissiones in se impleta insinuaret. Tercio ut conformitatem nobis commendaret. Cum hoc confirmator conformitatis et commendator qui habere facit unius moris in domo. quomodo illam desereret. et alios scandalisaret. Quarto enim non scandalisaret eam. videntes aliquem de genere Iudeorum non baptisatum. Unde Iudei fuissent scandalisati videntes eum non circumcisum. Sermo.

Postquam consummati sunt dies octo. ut circumcideretur puer etc. Secundum Christus dominus fuit circumcisus a parentibus in parte corporis. sed fuit circumcisus a Iudeis in omnibus sensibus corporis. Prima autem circumcisionem voluit accipere. non propter indigenciam. sed propter decenciam. Non enim indigebat

propter aliqd pctm. Bulg. Qm no fe-
ceris peccatum etas ipa manifestat.
q no gtraxeris. multo fortius pus di-
uinitas probat. z mris integritas.
Est tibi pater ab eterno. sed deus est. i
quem pctm no cadit. est tibi mater ex
tempore. sed virgo est. nc potuit pa-
re incorruptio corruptela. Voluit ty
xpus circucidi multiplici de causa. salz
in exemplum. documentu. medicamentu
z sacramentum. In exemplum humilita-
tis nobis gmedande. Bulg. Quado
verbum caro factum est. filius dei in-
nouatus est paulominus ab agelis. Hodie
vero mirabilius aliquid audio. Ita mi-
noratus est multominus ab agelis. qa
no hz tantum formam hominis. sed etiam
forma pctoris hz. z insignitur velut
quoda cauterio latronis. Idem. Vestigi-
u nullum vulneris. huc alligatura
vulneris non refugit. Nos aute eru-
bescimus vulnerum alligaturam. qui de vul-
neribus inclitum gloriamur etia. qui pctm
no fecit. no dedignatus est se reputa-
tari pctorem. Nos autem esse volumus
z reputari nolumus. Scdo in docu-
mentum spualis circucisionis a nobis fie-
de phil. iijo. Nos enim sumus circucisio.
qui spu deo seruimus z gloriamur in
xpo ihu. z no in carne fiducia hentes.
Tercio in medicamentum nature nostre
sanande. Sicut enim fit cauterium in v-
no mebro. vt totum corpus sanetur.
Sic xpus voluit cauterium circucisio-
accipe. vt totum misticum corpus sana-
ret. Colloce ijo. Circucisi estis circucisioe
no manufacta in ex spoliatioe corporis
carnis. sed circucisione corporis xi. Qrto
in sacramentu pfecte circucisionis. i octa-
uis celebrande. Gal vjo. In xpo
ihu neq circucisio aliquid valet. neq
pputiu. sed noua creatura. Scdo fuit
circucisus a judeis in omnibus ptibus
corporis. Primo quantum ad aures.
quia judei sibi multipliciter detraxerunt
detrahentes sic potetur. Mt xxvijo. Ali-
os saluos fecit. seipm saluum facere non
pt. Mt ix. In belzebub principe demo-
niorum eicit demonia. Que sapie Joh.

viijo. Tu de teipso testimonium perhibes
testimonium tuum non est verum. Que bor-
tati z mnc. luc vo. Quis est hic qui
loquitur blasphemias. quis pt dimit-
te pcta. nisi solus deus. Item xvo. Mur-
murabat phsei z scribe dicentes. quia
hic pctores recipit z manducat cu illis.
Secundo fuit circucisus quantum ad oclos.
quia emisit lacrimas gpassionis. luc
xixo. Videns ciuitatem fleuit sup illa
re. lacrimas amoris Ita sic dicitur Joh
xjo. lacrimatus est ihus sup lazarum
mortuu. Dixerunt ergo iudei Ecce q-
mo amabat eum. lacrimas doloris ef-
fudit in passioe. Hebr. vo. In diebus
carnis sue. preces supplicationes q ad
deum qui posset illum saluum facere.
a morte cu clamore valido z lacrimis
offerens exauditus est p sua reuerentia
Tercio fuit circucisus. quantum ad olfactu.
Sentit enim fetorem grauem fetidum z fetidis-
simu. Odor grauis emanauit ex poculo.
quod fuit mirratum z absynthiatum.
que quidem hnt grauem odorem. Tren
iijo. Inebriauit me absinthio. Mr xvo.
Dabat ei bibere vinum mirratum.
Odor fetidus emanauit ex cadaueribus
mortuorum. qui erant in loco. vbi cru-
cifixus. Ysa xxxiijo. De cadaueribus eorum
ascendet fetor. Et ex sputis iudeorum
quibus faciem eius impleuerunt. Odor
fetidissimus emanauit ex spurcicijs
pctorum. Pcta naqz aere inficiunt
z fetidu reddunt. Joel ijo. Ascendet fe-
tor eius. z ascendet putredo eius. qa
supbe egit. Homines vero cum sit feti-
di z corrupti huiusmodi fetorem no senciunt
Ps. Corrupti sunt z abhominabiles fa-
cti sunt. xpus autem qui hebat pu-
rum integrum z incorruptum naz hodi
fetorem senciebat. Qrto fuit circucisus.
quantum ad gustum. quia amarum
potum sibi ppinauerunt. potu vz mix-
tu. cum felle aceto z mirra. De duobus
primis Ps. Dederunt in escam meam fel. z i siti
mea potauerunt me aceto. Hunc aute
potu sit mixtu dederunt vt acetu qd

est penetratiuum fellis i minit amari-
tudinem p totum corpus ducat · et totu
amaritudine repleat. Nos igitur.
si quando aduersi aliquid patimur debemus
recordari primo fellis domini · vt pos-
simus ad aggrediendum ardua animari/
Fel enim ex sui ebulitione circa cor est auda-
cie prouocatiuum vnde aialia magne
ferocitatis et animositatis magnum fel
habere consueuerunt Animalia vero mar
mansueta minus sunt habentia fellis
Secundo debemus recordari aceti do-
mini · vt possimus ad paciam confortari
licet enim acetum sit acerbum tamen
panis assus cum aceto neruos confortat
Panis est ille qui dixit Joh vi° Ego
sum panis viuus/ hic in cruce assa-
tus et aceto fuit intinctus Et ideo debemus
nos in aduersis inmobiliter confortare
Tercio debemus recordari mirre domine ·
vt possimus p perseuerancia conseruari/
Mirra enim quantum dissoluit · tantum
consumit Et ideo corpa mortuorum cum
condita a putredine conseruatur Sic etiam
quantum aduersitas animum nostrum dissoluit
tantum et multo amplius xpi passio consu-
mit et in dei amore accendit Quinto
fuit crucifixus quantum ad manus/ quia
eius manus ligauit · perforauit · et cru-
cifixerunt/ habuit igitur manus ligatas
vinculo amoris De quo vinculo dicitur
Eccli vj° Iniice pedem tuum in compedes
illius et in torques illius collum tuum
subiice humerum tuum et porta illam ·
et ne accidieris in vinculis illius Et
ponitur ibi quadruplex alligatio · scilicet in pedi-
bus · collo · humero · et manibus In his
enim amor in xpo exsuperauit · qui voluit
ligari in manibus et pedibus ad voluptatem
Voluit ligari in collo · dum trahebatur
ad supplicium Voluit ligatum habere
humerum · dum voluit portare patibu-
lum/ Primus quidem homo habuit pedes
dissolutos · dum ad arborem vetitam ac-
cessit Manus · dum eas ad pomum extendit
Collum dum ipsum glutiuit/ humerum ·
dum iugum dei ab humero suo discussit
Et ideo xpus in illis locis esse voluit

ligatus/ vt eius ligatio pro primi hominis
mala dissolutione satisfaceret · et eam
emendaret Nos etiam vinculis amoris
debemus ligari In pedibus · ne per affectus
terrenos discurrant In collo ne per ma-
la verba effluat/ In humero/ ne iugum
dei abiiciat In manibus ne ad munda-
na opera se extendant/ Secundo habuit manus
perforatas largitate muneris Ps Ape-
ris manum tuam et imples omne animal
benedictione/ Tercio habuit manus cruci af-
fixas exemplo pene finalis/ vt huius exemplo
homo cruci penitencie se semper affigat Cla-
uus autem per quem homo penitencie affigitur
est timor dei Ps Confige timore tuo
carnes meas· In his autem quinque sen-
sibus xpus voluit taliter cruciari/ Pri-
mo vt culpam eue deleret· que quidem circum
omnes sensus intrinsecus· qui eas suggestioni
serpentis accomodauit Oculos quando
pomum vetitum aspexit Olfactu· qui
ad pomi odorem allecta fuit Gustu
quia ipsum comedit Manus· quia ad ipsum
capiendum eas extendit Secundo · vt
nos in nostris quinque sensibus cauendos
ostenderet Primus quippe cauendi in
visu· a laseiua consideratione Et ideo sic
dicitur Jere· ix° Ascendit mors per fene-
stras meas· ingressa est domos nostras
Domus nostra est corpus· quod habet duas
fenestras i duos oculos/ habitator huius
domus est animus Cum igitur fenestre domus
non bene custodiuntur· mors sepe in domum
vsque ad habitatorem ingreditur Vnde sic
dicitur Mt vi° Si oculus tuus nequam
fuit· etiam totum corpus tuum tenebro-
sum erit Non debemus igitur admittere
hostem inter fenestras sine portas· sed
foris debemus ipsum alloqui vt recedat
Ps Non confundetur cum loquetur inimicis suis
in porta: Ideo dicebat Job xxxj° Pe-
pigi fedus cum oculis meis vt ne co-
gitarem quidem de virgine In viris quod
sactus· cor facit pactum cum oculo· et
oculus cum corde oculus enim promittit
quod nichil ei renunciabit nisi quod indu-
cere possit ad concupiscenciam diuiciarum honorum
et voluptatum Videns itaque oculus a-

narii· subito elatum cordi· hoc renunci-
at dicens Job v° Ego vidi stultum
firma radice z maledixi pulcritudini
eius statim Stultum vocat divitem
De quo dicitur luc xii° Stulte hac nocte
repetent animam tuam a te· q̄ aut̄ congre-
gasti cuius erunt radicem vocat illam
De qua dicitur j thim vj° Radix omni
malorum est cupiditas· Maledixi i
maledicendum sibi a deo esse predixi scilicet
la s maledictione de qua dicitur heb· vj°
Terra producens spinas ac tribulos re-
proba est z maledicto proxima Vides
aliquem superbum cito defectum cordi hoc
renunciat dicens Job xv° Ego vidi nar-
rabo tibi cunctis diebus suis impius super-
z num annorum incertus est tyrannidis
eius Et infra Tetendit adversus deum
erecto collo z pingui cervice armatus
est Et infra Ramos eius arefaciet
flamma z auferetur spiritu oris sui Ite
ps Vidi impium super exaltatum z eleva-
tum sicut cedros lybani z transivi et
ecce non erat zc videns vero aliquem
voluptuosum dyabolicis laqueis vinculatum
z ad mortem eternam tendentem· cordi hoc
renunciat· d· Prover· vij° De fenestra
domus mee per cancellos prospexi iuve-
nem z ecce mulier occurrit illi ornatu
meretricio Et infra Veni inebriemur
uberibus z fruamur cupitis amplexibus
statim eam sequitur q̄si bos ad victimam
ductus· z nescit q̄ ad vincula stultus
trahatur· donec transfigat iecur eius
sagitta Cor vero in facto uno pro-
mittit oculo· q̄ refrenabit omnes inor-
dinatos motus eius· vt s ratio in
investigando z in inquirendo velut ec-
nimium curiosa· ipam protinus refre-
nabit ij Cor x° Consilia destruentes·
z omne altitudinem extollentem se ad-
versus sciam dei· z in captivitatem
redigentes omnem intellectum in obsequi-
um xpi Secundo q̄ refrenabit omnes
appetitus illicitos sensualitatis j Cor
ix° Castigo corpus meum z in servitutem
redigo 3° q̄ refrenabit omnes oculos
z pravas suggestiones occulti hostis ij
Cor iiij° Abyciamus occulta dedecoris

Istud signatur Gen xvij° vbi dicitur q̄
Abraham circumcidit filium suum ysmael· z
suos vernaculos z empticios Abraham
qui interpretatur pater multarum gentium· e
animus qui habet regere multas cogitatio-
nes z affectiones Filius eius est ipsa
ratio sive intellectus· qui debet circumcidi ab
omni curiosa investigatione Ro· xij° Non
plus sapere q̄ oportet sapere· s sapere ad so-
brietatem Omnis vernaculus est appetitus
inordinatus procedens a sensualitate q̄
nascitur in domo nostra i in carne nostra
Iste debet circumcidi ab omni carnalitate Eccli-
xviij° Post concupiscencias tuas non eas z
a voluntate tua avertere zc Servus
empticius est mala suggestio inimi-
ci· quam homo a dyabolo emit dando consensum
que debet circumcidi ab omni consensu volun-
Et tunc secundum Greg· non erit peccatum· s
materia exercende virtutis Octo denique
circumcidi in auditu a nociva auditione
s detractionis z adulationis vt ne audiat
serpentes mordentes z detrahentes Eccle·
x° Si mordeat serpens in silencio nihil
eo minus habet qui occulte detrahit Ne syre-
nes adulatores ysa xiij° Syrene in
delubris voluptatis Vbi dicit glossa Sy-
rene pisces marini in specie muliebri
sunt portenta dyabolica· que dulci cantilena
decipiunt homines scilicet naufragium non
clausis auribus transeuntes Nos ad-
monemur Eccli xxviij° Sepi aures tuas
spinis z noli audire linguam nequam·
Et possunt intelligi spine vel aculei di-
vini timoris vel punctiones divine ob-
iurgationis vel memoria divine passionis
Est i° sensus ne audias linguam ne-
quam detrahentem· vel adulatorem vel blas-
phematorem· sed sepi aures tuas spinis
i aculeis timoris domini ps Confige
timore tuo carnes meas Vel spinis
i verbis divine reprehensionis ponitur
enim spine etiam plattis q̄ morsus bestiarum
Sic etiam contra morsus detrahentium debe-
mus aures nostras ponere spinas obiurga-
tionum Tamen cum cessant detractiones
que sunt divine increpationes homo enim non
libenter ponit os ad spinas sic nec de-
tractor libenter ponit os suum· vbi patitur

reprehensiones diuinas Prou. xxv° Ventus aquilo dissipat pluuias et facies tristis linguam detrahentem. Vel sepi aures tuas spinis. illis scilicet spinis quibus xpus fuit coronatus id est memoria dominice passionis et tanti supplicij incor no sustineas xpo blasphemias irrogari. Iudei in veteri lege aures contingebat cum blasphematores audiret Act. vij° Continuerunt aures suas etc. Tercio denique custodiri olfactum a vana odoris requisitione. Vera sicut dicit ysa. iij° Erit pro suaui odore fetor. Multi sunt qui redolent in corpore et fetent in mente Consciencia namque sua fetet quia est latrina diaboli. quia porci infernales in eorum consciencia volutantur ij pe. ij° Sus lota in volutabro luti. Dyabolus enim dicit. sus Job xl° Dormit in locis humentibus in lutosis et fetentibus Est etiam ipsorum consciencia sentina peccati quia omnes immundicias peccatorum colligit ysa. xxxiiij° Ibi cubauit lamia et inuenit sibi requiem. hoc quantum ad luxuriam. Quia lamia secundum glossam. ipsius certa habeat membra feminea. tamen pedes habet equinos. Ibi habuit fouea erinus. hoc quantum ad superbiam. quia superbi semper se pungunt Prou. xiij° Inter superbos semper iurgia sunt. Illuc congregati sunt miluii. quantum ad auariciam et rapinam quia miluus est auis rapacissima Est etiam ipsorum consciencia mortua a vita dei Et ideo fetet Joh. xj° Domine iam fetet quatriduanus enim est Prima dies mortis est consensus 2a operatio Tercia iteratio Quarta longa consuetudo. Tunc enim multum fetet coram deo. Joel j° Computruerunt iumenta in stercore suo Quarto denique custodiri in lingua a verborum inconsideratione Ideo dixit moyses humilitatis causa Exodi vj° Incircumcisus labijs sum. preputium enim est insti lingua circumdatur Quia sicut dicit Ecci xxviij° lingua tercia multos commouit et dispersit illos de gente in gentem lingua tercia est lingua detractionis Deus namque dedit homini lingua ad duplex officium Primo videlicet ad deum laudandum Ecci. ho dedit michi dominus linguam mercedem meam et in ipsa laudabo eum. 2° ad proximum edificandum ysa. l. Dominus dedit michi linguam eruditam vt sciam sustentare eum qui lapsus est verbo. homo vero addit tercium officium. quod est quia tercia lingua. quam habet ipsam ad detrahendum ps. Acuerunt linguas suas sicut serpentes etc. Et quantum ad hoc tercium officium est truncanda Vel potest dici quod in corde hominis possunt loqui tres lingue. Vna est lingua dei. que loquitur cordi vt ei aperiat Cant. v° Aperi michi soror mea amica mea etc. Apoc. iij° Ego sto ad hostium et pulso etc. Secunda lingua est angeli que loquitur in corde hominis vt bonum promoueat et in aduersis consolationem immittat Zach. j° Angelus qui loquebatur in me verba bona verba consolatoria Tercia est lingua dyaboli. que loquitur in corde hominis vt sibi consenciat ysa. ho Dixerunt anime tue incuruare vt transeamus Ista etiam lingua est truncanda et penitus abscindenda. Vel lingua tercia est lingua aduocati. tercia inter actorem et reum. que multos et laycos et clericos et religiosos ad lites commouet et dispergit de gente in gentem per appellacionem Vel dispergit. quia eos ad mendicandum inducit Vel lingua tercia est lingua vetule. que est tercia inter iuuenem et iuuenculam. que sepe mulieres fortes in timore dei et in amore castitatis a sua constancia abijcit et turpitudini consentire facit Ecci xxviij° lingua tercia mulieres fortes deiecit et priuauit illas laboribus suis Omnes iste lingue tercie sunt truncande et penitus precidende Quinto denique custodiri in tactu. sine in manibus ab inordinata operatione Hebr. xij° Remissas manus et soluta genua erigite et gressus rectos facite pedibus vestris vt non claudicans quis erret. magis autem sanetur In ordinata namque operatio potest esse quatuor modis. primo si fit cum negligencia Et ideo dicit Remissas manus erigite Ecci. vij° Qui timet deum nichil negligit 2° cum non fit

cum perseuerancia Et ideo dicit Et solu-
ta genua erigite propter hec duo dicit
Ysa. xxxvj° Confortate manus dissolu-
tas et genua debilia roborate Tercio quod
non sit ei intencio recta Ideo dicitur Gres-
sus rectos facite pedibus vestris Ysa. xxvj°
Semita iusti recta est rectus callis
iusti ad ambulandum Quarto quod est
ei admixtio gratia quia seruit deo et simul
et mamone Et ideo dicit vt non claudi-
cas quis exeat in Ecc. xviij° vsque
claudicatis in duas partes. si dominus est
deus sequimini eum. si autem Baal. sequimini
illum Ex hijs quatuor opera mea est cauen-
denda. vt si sit operatio feruens et solli-
ta. sit constans et firma. sit recta et sit im-
permixta Istam circumcisione in omnibus
partibus corporis faciendam ostendit Ysa. de capitulo
xxxiij° Quis poterit habitare ex vobis cum
igne deuorante i. cum deo qui est ignis
rubiginem malitie consumens. qui ambu-
lat in iusticijs. hoc quantum ad circum-
cisionem pedum Et loquitur veritatem hoc
quantum ad circumcisionem lingue. qui pro-
icit auariciam ex calumpnia et excutit
manus suas ab omni munere. hoc quan-
tum ad circumcisionem manuum Qui ob-
turat aures suas ne audiat sanguinem
hoc quantum ad circumcisionem aurium. et
claudit oculos suos ne videat malum
hoc quantum ad circumcisionem oculorum

Postquam consummati sunt Sermo 2us
dies octo vt circumcideretur puer.
etc. Quia ex peccato originali
primi parentis. totum humanum genus
erat corruptum Ideo deus contra tale mor-
bum salubre adinuenit remedium ipsius
circumcisionis sigillum Sed quia circumci-
sio data fuit solum tempore Abrahe et non
fuisset communis vt illi qui ante tempus suum
fuerant nullum remedium habuissent Se-
cundum Ideo statim post morbum deus
non destitit dare salubre remedium varia
sicut dicit Hugo de s. victore Quinque
remedia contra originale peccatum. deus per pro-
cessum temporis humano generi dedit. primum
fuit oblatio Ideo statim post peccatum abel
isto remedio vsus est Gen. iiij° Abel
obtulit de primogenitis gregis sui

et de adipibus eorum Et respexit dominus
ad Abel et ad munera eius Et istud re-
medium durauit vsque ad diluuium Secundum
fuit sacrificiorum oblatio ymolatio et incre-
pit post diluuium Postquam Noe de archa
est egressus vnde dicit Gen. viij° Edi-
ficauit Noe altare domino et tollens de
cunctis pectoribus et volucribus mundis
obtulit super altare Tercium fuit decima-
tio et istud incepit in Abraham et Mel-
chisedech Abraham enim sicut tamquam summo
sacerdoti decimas dedit vnde hec Gen. xiiij°
Ideo dicit Hebr. vij° per Abraham et le-
ui qui decimas accepit decimatus est.
Adhuc enim in lumbis patris erat. quando ob-
uiauit sibi Melchisedech Vbi dicit Augustinus
in glosa Cum ista figuratio ad figu-
randum medicinam pertineret Illud in
Abrahe carne decimabitur quod curabat
non illud quod curabat Quartum est
circumcisio. et istud incepit in Abraham
Ideo dixit ei dominus Gen. xvij° Hoc est
pactum quod obseruabitis inter me et vos
et semen tuum post te Circumcidetur ex vobis
omne masculinum etc. Quintum est bapti-
smalis sacra regeneratio et istud incepit
quantum ad materiam. quando Christus bapti-
satus est Tunc enim tactu sue mun-
dissime carnis vim regeneratiuam contulit
aquis Quantum autem ad formam. quando
dixit Math. vltimo baptisantes eos in no-
mine patris etc. Quantum vero ad efficaciam
quando de eius latere exiuit san-
guis et aqua Sicut dicit Joh. xix° I-
sta autem quinque remedia Christus in se ac-
cipere voluit. non quod indigeret sed quia sua
humilitatem ostenderet. et ea fuisse bona
monstraret Primum igitur remedium fuit
oblatio et istud Christus assumpsit Et vt
melius videatur quomodo. notandum quod precept-
um fuit sic filijs israel Deut. xvj° Tribus
vicibus per annum apparebit omne masculi-
num in conspectu domini dei tui in loco quem
elegerit in solennitate azimorum. et
in solennitate Ebdomadarum et in solen-
nitate tabernaculorum non apparebit ante
dominum vacuus. sed offeret vnusquisque
quod habuerit Solennitas azimorum
erat pascha. Ebdomadarum penthecostes.

Thabnaclorum Scenophegia· qd festum
filij israel faciebant extra in thabna-
culis in memoriam q xl annis habita
uit in deserto/ Possimus igitur dicere
q xpus hec tria festa fecit· in quibus
deo munera obtulit/ ffestum enim Eb-
domadarum fecit in circumcisione· qd dicitur
Ebdomadarum· quia octaua die fiebat·
et in illo festo vacuus no apparuit· sed
carnem et sanguinem obtulit Quam
quidem oblationem fecit primo· vt no-
stram redeptionem iniciaret ysa· viij°
Voca nomen eius s xpi· accelera spolia
detrahe· festina predare· quia antequam sci-
at puer vocare patrem suum· et matrem
suam· aufertur fortitudo damasci/ In cir-
cumcisione namque vbi xpus sanguinem suum
fudit· nostram redeptionem accelerando
iniciauit Nam antequam sciret in hu-
manitate vocare matrem suam et patrem
suum putatiuum· hoc est in ipsa circumcisione
incepit quantum ad initium per sanguinem
quem effudit Spolia i captiuitatem
sanctorum detrahere/ infernum predare·
et fortitudinem a dyabolo auferre Secundo vt
nos deo et sibi coplaret incepit Nos enim
eramus remoti a deo· per sanguinem autem
xpi sumus deo coniuncti Eph· ij° Vos qui
aliquando eratis longe facti estis prope
in sanguine xpi/ hanc autem coniunctionem
et coplationem hodie iniciauit/ hoc
signatum est Exo· iiij° vbi postquam Ze-
phora i ecclesia· circumcidit filium suum· dixit
Moysi i deo patri Sponsus sanguinum tu
michi es i· me tibi coplasti per sangui-
nem filij tui· quem in circumcisione ef-
fundis Tercio vt nos siluestres dome-
sticaret/ Sicut enim aliquis auis do-
mesticatur sanguinem bibendo· Sic
xpus nos domesticare voluit· suum
nobis sanguinem offerendo Job xxx
ix° pulli eius lambunt sanguinem
ffestum azimorum fecit in cena· vbi a-
zimos panes comedit In quo quidem
festo vacuus no apparuit· sed corpus et
sanguinem in specie panis et vini obtulit
hanc autem oblationem fecit in sue pas-
sionis et amoris commemorationem/ Sicut
enim sponsus longe profecturus sponse sue
aliquod memoriale sui amoris relin-
quit· sic xpus fecit luc· xxij° hoc faci-
te in meam commemorationem/ Secundo in eterne
refectionis pregustationem Datus enim
seipsum in futuro in cibum· voluit vt
de illo cibo in presenti aliquid pregustaremus
vt qd habent angeli ad sacietatem· habea-
mus ad aliqua pregustationem Sap· xvj°
Angelorum esca nutriuisti populum tuum
et paratum panem de celo prestitisti illis
sine labore/ omne delectamentum in se
habentem· et omnis saporis suauitatem/
Tercio in eterne hereditatis assecuracionem
Dimisit enim nobis hoc pignus· vt de e-
terna vita securi esse possimus/ Hujus pi-
gnus habes· tenui tenes· quo ei fidu-
cialius vniaris/ ffestum thabnaclorum
fecit in passione· quia sic habetur Heb·
xiij° xpus extra portam passus est·
In quo festo vacuus no apparuit· sed
quinque preciosa vulnera obtulit munera
Tunc enim obtulit deo carnem in satis-
factionem pro peccatis Tunc nos carpimus tunc expol-
uebam/ ysa· liij°· Cuius liuore sanati
sumus Sanguine in redeptionem i pe· j°
Non corruptibilibus auro vel argento
redempti estis· sed precioso sanguine quasi
agni incontaminati et inmaculati xpi Aquam
quia in regenerationem Ex illa enim aqua
que de latere eius emanauit· virtutem
baptismus accepit vbi spiritualiter regene-
ramur i Pe· j° Regenerauit nos in spem
viuam· animam in reconciliationem ij Cor· v°
Omnia autem ex deo qui reconciliauit nos
sibi per xpm· et dedit nobis ministerium reco-
ciliationis· deitatem in fruitionem ysta
latroni statim in cruce obtulit· Luc·
xxiij° hodie mecum eris in paradiso· i
in aperta dei visione· que nichil aliud
est quam paradisus· Joh· xvij°/ hec est autem
vita eterna· vt cognoscant te solum verum
deum et quem misisti ihesum xpm Ecce
qualiter primum remedium s oblationem
xpus assumpsit· et quomodo preciosa munera
obtulit Nos eciam istud triplex festum
debemus agere· s· Ebdomadarum Azimorum
et Thabnaclorum/ in quibus debemus deo offerre
animam· corpus· et substanciam temporalem/ Pe-

stum eldoarii i Pethecostes agimus. tranquillitate animi qn scilicet omnes cogitationes uniunt' in deo. Ps Reliquie cogitationis diem festum agent tibi Ps Iterum i fidelis anima. que edificat' ut civitas. quia ibi dz esse animi i cogitationum unitas. Et id subdit' Cuius participatio eius in idipsum. Festum azimorum agit' in renovatione sui. ut s' vetus conversatio deponat' et nova induat'. Io Machabeorum xo Induit se Ionathas stola sta in die solemni. De ista tali renovatione agunt festum eciam angeli. Luc xvo Gaudium erit coram anglis dei super uno peccatore. penitenciam agente. Festum thabernaculorum agimus in contemptu mundi. Ideo dixit dominus Abrahe Gen xiio Egredere de terra tua et de cognatione tua etc. Heb. xiiio Ihesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra. improperium eius portantes. Secundum remedium fuit sacrificiorum ymolatio. et istud xpus assumpsit. qui se in ara crucis ymolavit. Dicit' autem Levit vio Omne sacrificium sacerdotum in igne consumetur. Ideo xpus ut deo acceptabile sacrificium fieret. voluit in cruce totaliter cremari. s. igne amoris a planta pedis usque ad verticem. Un Cant vo Caput eius aurum esse describit. Et Apoc io Pedes eius similes aurichalco. sicut in camino ardenti fuisse dicunt'. A capite ergo usque ad pedes totus fuit igneus i amore nostro succensus. Et istud expressius tangit' Ezech viiio Ab aspectu lumborum eius deorsum ignis et a lumbis eius et sursum. quasi aspectus splendoris ut visio electri. Secundo fuit crematus igne doloris. Tren io O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor similis. sic dolor meus. Mat xxvio Tristis est anima mea usque ad mortem. Tertio fuit crematus igne passionis. Ps Ossa mea sicut cremium aruerunt. Exodi xiio Edent carnes agni assas igne. Et isto ait

sacrificio sic oblato et cremato. ascendit fumus odoriferus. qui deum reconciliat. Gen octa Odoratus est dominus odorem suavitatis. Et ait Nequaquam ultra maledicam terre propter homines. Qui dyabolum effugavit Cant iio Vinea mea floruit. Odor florentis vinee serpentes expellit. Sic odor xpi. qui fuit flos virginis i beate virginis. expulit omnes demones. Qui genus humanum ad se traxit Cant primo Trahe me post te. curremus i odore unguentorum tuorum. Similiter et nos debemus cremari igne amoris. Ps Concaluit cor meum intra me etc. Igne passionis i afflictionis penitencie. Ex isto igne electi a reprobis cognoscuntur. quia electi perseverant. reprobi vero recedunt. Eccl iio In igne probatur aurum et argentum in camino. homines vero receptibiles in camino humiliationis. Igne doloris i contritionis. hoc igne anima peccatis rubiginosus totus efficitur purus et liquidus. Prov xxvo Aufer rubiginem de argento. et egredietur vas purissimum. Prov xviio Sicut igne probatur aurum et argentum camino. ita corda probat dominus. Ex isto sacrificio procedit fumus sanctarum orationum et desideriorum. qui valet ad divine gratie impetrationem. Ps Vespertina oratio ascendat ad te domine etc. Apoc viiio Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo. Valet ad demonum expulsionem. Thob. vio Cordis eius particulam si super carbones ponas. fumus eius extricat omne genus demoniorum. Valet ad angelorum ad deum missionem. ut scilicet orationes nostras deo offerant. Ipsi enim cum fumo aromatico orationum nostrarum et desideriorum in celum ascendunt. Iudic xiiio Cum ascenderet flamma altaris in celum. angelus domini pariter ascendit. Tertium remedium fuit decimatio. Sed nondum. quod sunt decime rerum. que debent solvi ministris dei. tam s. decime prediales quam personales. Istas autem decimas xpus exsolvere non potuit. ut prediales. quia in hac vita non possedit. Mat viiio Vulpes foveas habent et volu

ares celi nidos. filius aut hominis no
habet vbi caput suu reclinet. Itē p̄p-
nales. quia nō erant opa sine mer-
cimonia corruptibilia. sed eterna. Joh.
vj°. Opamini cibum nō qui perit sed
qui permanet in vitam eternam. Quar-
tado decime dierum. Et istas deo solt-
quado xl diebȝ et xl noctibus ieiunat.
Et licet xxxvj dies sint decime anni.
voluit tamē xpus dies q̄tuor super-
addere. ad innuēd q̄ in seruicio dei.
et in opibȝ p̄nie semp̄ debemus plus fa-
cere q̄ minus. quia in faciendo plus.
est nutum. in faciendo minus ē peri-
culum. Istas etiā decimas dierum et
nos deo impedimus. qui q̄dragita die-
es ieiunamus. vn̄ ait Greg. Om-
p̄ma dnice xlᵉ a p̄nti die vsqȝ ad pa-
schalis solennitatis gau. sex ebdo-
eueniūt. quorū dies xlij° sunt. ex qbȝ
dum sex dies dominici abstinencie subt-
hunt. nō plus in abstinencia q̄ xxx
vj remanent. Dum vero p xxx. et
sexaginta sex dies affligimur. quasi
anni nostri decima deo damus. Quar-
tas decime preceptorum. Deus naqȝ
multa precepta dedit. que omnia ad no-
stram vtilitatem cōtinit. Decē aut̄ i. de-
calogum sibi retinuit vt illa b̄ tanq̄
suorum preceptorum decima exsolua-
mus. et tamen de illis decem. tm̄ tria
p̄ma b̄ retinuit. et alia ad nostram
vtilitate cōtinit. Istam aut̄ decimam
xpus deo exsoluit. quia legem per-
fecte impleuit. Mt. v. Nō veni le-
gem soluē. sed adimplē. Quint q̄rto
decime ordinū. Noue enim sut ordines
angelorum. quos mittit ad misteriu
nostrum. Decimus aut̄ ordo est homi. Ex
igit̄ deus dat homi noue ordines ad
sum misteriū. dȝ homo seipsm̄ dare ad
suū seruiciū. Ista est decima dragma
q̄ perierat. quia xpus querē venit
vt hēr. Luc. xv°. Ista decima xpus deo
obtulit. qa totalit se dedit patri ad
honorem. et homi ad redeptioēȝ. Mt.
xx°. Filius hominis nō venit ministrari
sed ministrare. et dare aiam suā in
redeptionem p multis. Decimum re-

S
medium sunt circūcisio. Circa qd̄ notād
ē triplex est circūcisio. Prima est iudeorum
q̄ fiebat in carne. Secūda ē xanonu
q̄ fieri hȝ in mente a culpa. Tertia est be-
atorum. que hȝ fieri in vtroqȝ ab ōi
culpa et miseria. Secūda xpus non indi-
guit. quia nichil viciosum in mente
huit. Terciam in sua redeptioē fecit
quia omnē penalitatem et miseriam
a se remouit. Primā vero accipe voluit
primo vt verā carnem hr̄e se ostenderet.
Si enim non eēt verum corpus cōplexio-
natū et in q̄litates nales sangwis inde
non exiret. Joh. v°. Tres sunt qui te-
stimoniu dant in terra. i. in humana
x̄ natura. spus que emisit. sanguis
et aqua. quem effudit. qd̄ est contra
hereticos. qui dicūt ipm̄ nō carnem
verum. sed fantasticam assupsisse.
Tit. iij°. Apparuit benignitas et hu-
manitas saluatoris nr̄i dei. Secūdo vt
vt incarnationis misteriū dyabolo occul-
taret. vt sic eum deciperet. Sicut enim
auis volens capē escā capit ab ha-
mo. Sic dyabolus videns xp̄m circūci-
credidit purū hominem eē. qui circūci-
sionis remedio indigeret. et ideo volē
capere ipm̄ in carne. captus ē a sua
deitate. Job xl°. Vnc illides ei q̄
auis. Tercio ne judei se excusarent po-
tuissent enim dicē. Ideo te nō audimus
quia contra lege facis. sed tanq̄ legis
transgressorem debemus te abijcē et
de populo nr̄o debemus pellē. cum preptu
sit. Gen. xvij°. Masculus cuius prepuci
caro nō circūcisa fuit. delebit ani-
ma illa de populo suo. quia pactum
meū irritum fecit. Quarto vt nos spi-
ritualit̄ circūcidendos esse ostenderet. Ra
Seueh. Debemus circūcidē cupiditate
p mundanorū abdicationem. i. Thi. vj°.
Nichil intulimus in hunc mundum.
haut dubiū. quia nec auferre q̄d pos-
sumus habentes aut alimenta et qbȝ
tegamur. hijs contenti simus. Secūdo
concupiam p carnis maceratioēm. Gal.
vj°. Qui aut sunt xpi. carnē sua
crucifixerūt cum vicijs et concupis-
Tercio supbiam p humiliatioēȝ. Thob.

iiij° Superbiam inicq in tuo sensu
aut in tuo verbo dominari permittas
Hec tn̄ cauidenda Aplus monz .d. j.
Cor. vij° Qui habent vxores tanq̄
nō habentes sint / hoc quantum ad refre-
nationem carnalis concupiscentie. et qui gau-
dent tanq̄ non gaudentes. hoc quantum
ad refrenationem vanitatis mundane / et
qui vtunt' hoc mundo tanq̄ nō vtant' /
hoc quantum ad refrenationem terrene cu-
piditatis / Quintum remedium fuit
baptismus Est aut triplex baptismus.
quem xpūs accepit / primus e bap-
fluminis. que accepit ad sanctificatioz
Nam ex tactu sue mundissime carnis
aquas sanctificauit et virtute sanctificandi
eis dedit Ista e aqua sanctificationis
de qua dicit' Nu° xix° Aspgetur ex hac
aqua die tercio et septimo et mundabitur
Si die tercio aspsus nō fuit. septio nō
poterit cessi expiari In hac enim aq̄
baptismum dz quilibet mergi in fide
trinitatis. et hoc est aspgi die tercio
Hec etiam aqua hz efficaciam a septem
effusionibus sanguinis xpī Quarum
prima fuit in circumcisione / secunda in capi-
tis coronatione. tercia in lateris apertione.
quattuor sequentes in duarum manuum et
duorum pedum pforatione et hic est
septimus dies. Si quis nō fuit baptisatus
in fide trinitatis. nichil ei proderunt se-
ptem aspsiones sanguinis xpī / et hoc
est qd dicit Si die tercio aspsus non
fuit. septio nō potit expiari Scdus
est baptismus flaminis. quem accepit
ad nostram iustificationem Ipse enim ac-
cepit spm̄ sanctum sine mensura Joh.
iij° Non enim ad mensuram dat deus spi-
ritum Ex qua plenitudine nb̄ comunicat
Joh. j° De plenitudine eius nos omnes
accepimus Ex qua comunicatione nos iu-
stificat Joh. j° / hic est qui baptisat i
spū sancto Ex qua iustificatione nos cla-
rificat Unde postq̄ Joh. dixit de ple-
nitudine eius nos omnes accepimus /
Subdit Et graciam pro gracia s. iustificantem. p
gracia s. vivificante / Tercius e baptismus
sanguinis. que accepit ad nostram rede-
mptionem De quo Luc. xij° baptismo habeo
baptisari et quomodo coartor vsq̄ dum pfi-
ciat' / Ex quo baptismo sanguinis nos
redemit Apoc. v° Redemisti nos deus
in sanguine tuo. Isto triplici baptisma-
te et nos spualiter baptisari debemus
Primo baptismo fluminis qui fit in pura
confessione. Confessio enim e aqua spi-
ritualis. que lauat sordes omnium viciorum
Ysa. j° lauamini mundi estote Et bene
dicit mundi estote Quia dicit' Eccli xx-
iiij° Qui baptisat' a mortuo et iterum
tangit mortuum quid proficit laua-
tio eius. Scdo baptismo flaminis. qui
fit in gracie infusione De quo Ezech. xxx-
vj° Effundam sup vos aquam mundam
et mundabimini ab omnibus inquinamentis
vestris. Ysa. xliiij° Effundam aquam sup
sicientem et fluenta sup aridam De
hoc baptismo dicit' Act. j° Johes quidem
baptisauit aqua vos aut baptisa-
bimini spū sancto Tercio baptismo san-
guinis. qui fit in lacrimarum effusione.
De quo ps lauabo per singulas noctes
lectum meum lacrimis meis stratum
meum rigabo Gladius enim q' voluat
cor. est ipse dolor de peccato De quo gla-
dio dicit' Luc. ij° Tuam ipsius animam p-
transibit gladius / Ex tali punctione
sanguis i. inundatio lacrimarum ema-
nat Eccli xxij° / Pungens oculum deducit
lacrimas

**Sermo tercius de eadem**

Vocatum est nomen eius ihūs. qd
vocatum e ab Angelo. prius q̄ in
vtero conciperet' Luc. ij° Circumcisio enim dum
ptinet ad veritatem humanitatis / nomen
vero gloriam indicat maiestatis / Habuit
aut dominus quattuor ppria nomina. et tria
cognomina / Primum namq; pprium nomen est
ihūs de quo dicit' hic / Scdm e xpūs
Act. j° de qua natus e ihūs qui vocat'
xpūs Tercium est filius dei Act. / vere
hic filius dei erat / Quartum est emanuel.
Act. j° vocabit' nomen eius emanuel. qd
est interpretatum nobiscum deus Ista aut
nomina nō sine causa s' fuerunt imposita

sed multa 9tinet sacramenta Primu ig^r
nom est ihus Quare aut h^c nomie
sit vocatus· agelus testio^m phibet
dicens· mt^t 1o Ipe em saluu faciet po-
pulum suu a peccatis eorum Ihus em
saluator interpretat^r Et dicit in pl'i a
pctis quia saluauit nos a pcto ori-
ginali p baptismi regnatioem mr^k vlt
Qui crediderit et baptisatus fuerit
saluus erit A pcto actuali p p'nie
opatioem mt^t iiijo penitentiam agite ap-
propinquabit em regnu celorum A
pcto veniali p eukaristie susceptioe
mt^t xxvjo hic est sanguis meus no-
ui testamenti qui pro multis effundet^r
in remissioe pctoru Heb xo Sanguis
guis xpi emundabit 9sciam vestra
ab opib^9 mortuis· Ad ista tria pcta
sanada· xpus tripp^x vulnus sustinuit
Vulnus lateris 9tra originale q^a
eua de viri latere formata est a qua
originale incepit/ vulnus manuu
9tra actuale quia i manib^9 opatio
designat^r vulnus pedum 9tra venia-
le quia pedes sunt^r affectus Vel p^t
dici q^m omne pctm· aut est ex inuie-
uenia dei· sicut violata blasphemia
et hgdi/ et 9tra h^c accepit vlnus i ma-
nibus Manus em dyab^li est sugge-
stio dyab^li/ sed dyabolus habet duas
manus s^z attrahentem· q^a omnes ad
se trahebat/ Et impellentem q^a omes
in pctm impellebat/ P vlnus man^9
dextre amputauit manu dyab^li pctm
attrahentem/ quia iam nullos amicos
dei ad se p^t trahe/ sed xpus eos ad se
trahit Ioh xijo Si exaltatus fuero
a terra omia traha ad meipm/ Per
vlnus man^9 sinistre ma^m dyab^li im-
pellentem no ex toto amputauit· sed ip-
giut^r vulnauit/ et adeo debilitauit vt
no possit vincere nisi volentem Aut
est ex nimio amore sui· q^m si quis
nimis h^t cor ad seipm ij Thi^r iijo
Erunt homines seipos amates Ideo h^c
accepit vlnus iuxta cor· Aut est
ex nimio amore mundi/ et q^a h^c accepit
vlnus in pedibus· p q^s designatur

affectus Sed mundus p^t amari aut
9tra deum et est mortale/ et 9tra hoc
accepit vlnus in pede dextro Aut p^t
deum et c^e est veniale/ et 9tra h^c accepit
vlnus in pede sinistro/ Secdm nome
est xpus q^d interptat^r vnctus A pre
vnctioe carismatis ps vnxit te ds
deus tuus oleo letitie p 9sort^t· A
matre vnctioe lacmationis/ quia q^m corp^9
xpi de cruce depositum fuit· mr eius
totum ipm lacrimis rigauit vt posset
dici de eo q^d dicit^r Thob· xo flebat eu
mater eius inremediabilibus lacrimis
atq^z dicebat Heu me fili mi· lumen
oculorum nrorum· solaciu vite nostre
spes posteritatis nostre/ Tertio a mag-
dalena vnctioe deuotionis/ Ioh xijo
Maria accepit libram vnguenti nar-
di pistici preciosi etc mt^t xxvjo Cum
esset ihus in Bethania etc Quarto a
Iudeis vnctioe sanguinis Gen xxxvij^e
Tulerunt tunica eius et in sangune
edi que occiderunt tinxerunt etc ysa lxiij
Quare rubru est indumentu tuu etc
Olym aut q^tuor psone inungebant^r
s^z sacerdotes· reges· pugiles et pphete
P hoc aut· q^d vocatus est xpus· dat^r
intelligi q^d ipe fuit xpus sacerdos
in patris recociliatioe Ro· vo Si em
cu inimici essemus deo· reconciliati sum^9
ei p mortem filij eius etc Pugil i
dyab^li debellatioe Ierie xlvjo fort
impegit in fortem etc luc xjo Cum
fortis armatus custodit atrium suu
in pace sunt omia q^e possidet/ Si at
fortior illo superueniens vicerit eum etc
Rex in p^mioru distributioe mt^t xxvo
Tunc dicet rex hijs qui a dextris sunt etc
Ppheta in doctrine eruditioe· luc vijo
Ppheta magnus surrexit in nobis·
Tertiu nom eius est filius dei Et q^a
hoc sibi 9uenit· multiplr mo^s ostenditur
vt de hilario de trinitate· s^z noie nati-
uitate· na^ra ptate et pfessione· Ostendit^r
igit^r p^mo nomine· luc 1o filius altissi-
mi vocabit^r Ipe etia clare se vocat
Ioh ixo Tu credis in filiu dei· q^s credo
mne vt credam in eu Et dixit ei ihc
Et vidisti eum et qui loquit^r tecu ipse

est Secundo Natiuitate · qa ex deo no
pt nasci nisi deus Ps Ex vtero an
luciferum genui te Tercio na quia ea
dem cu patre h3 natura Joh x° Ego
z pater vnu sumus Quarto ptate Joh
v° Queciq3 enim pater facit h3 z filius
similit facit Quinto pfessione q2 pte
stacio facta est a patre de celo · Mt iij°
hic est filius meus dilectus in q° m
cplacui / Ab apl'o in mundo Mt xvj° Tu
es xpus filius dei viui A demonib3
de inferno Mt · Quid m z tibi ihu
fili dei summi Ab angelo de padiso Luc j°
hic erit magnus z filius altissimi vo
cabitur Nomen nou est Emanuel · qd
interpretatur nobiscum deus · Est enim nobis
quatuor modis generaliter z h' p essenciam
dando esse Joh j° Omnia p ipm facta
sunt / potencia conseruando in esse Heb
j° portans omnia verbo virtutis sue p
puidenciam dando vtilit e Gen primo
vidit deus cuncta q fecerat · z erant valde
bona · Secundo spualiter p graciam Mt
xviij° Vbi enim sunt duo vel tres congrega
ti in nomine meo · ibi sum in medio
eorum Joh xiiij° Ad eum veniemus
z mansionem apud eum faciemus / 3°
singulariter p nature vnione Joh j°
Verbum caro factum est z habitabit in
nobis Gen xviij° Frater enim z caro nra
est Baruch iij° Post hec in terris visus
est · z cum hominibus conuersatus e / Quarto
sacramentaliter p sui corporis dimissione
quia dimisit nobis corpus suum i sacra
mentum Mt vlt Ecce ego vobiscum sum
omnibus diebus · vsq3 ad consummatione
seculi Jere xliij° Nolite timere quia
vobiscum sum ego · vt saluos vos fa
ciam / Secundo habet quatuor cognomina
pt namq3 quis cognomen suum trahere a
ppria patria · sic paulus dictus e Thar
sensis · Act ix° Quere saulum noie
Tharsensem Et lucas Anthiocenus ·
Aliqn a prouincia · sicut dicitur lucas Sy
rus Aliqn a progenie sue pro pa
rente · sic Joh xxj° Petrus dicitur Sy
mon Johis i filius · Aliqn ab euentu
sicut Paulus dictus est paulus · q2 conuertit

Paulum pconsulem Et scipio dictus
Affricanus · quia deuicit Affricam Isto
quadruplici modo xpus sua traxit
cognomina / habet enim cognomen a patria
vñ dictus est ihus Nazarenus · Mt ij°
Vt adimpleretur qd dictum est p pphetam
Quoniam Nazarenus vocabitur / Luc xviij°
Dixerunt aut q ihus Nazarenus trans
iret / Secundo habet cognomen a prouin
cia vñ dictus est Galileus Nazareth
enim erat in prouincia Galilee Ideo
dicit Luc j° Missus est angelus gabriel
a deo in Ciuitatem Nazareth / Ideo ete
dicit Luc xxiij° Interrogauit pilatus
Ihm · si homo galileus esset Ideo cum
Nycodemus eum excusaret · dixerunt
ei Judei Nunqd z tu galileus es · Scru
tare scripturas · z vide · quia ppheta a
Galilea no surgit Tercio habet cogno
men a progenie sua vñ dictus e ihc
filius dauid / Luc xviij° Ihu fili da
uid miserere mei / Quarto habet cognomen
ab euentu / vñ dictus est ihus crucifi
xus · Mt xxviij° Scio enim · q ihm q
crucifixus est queritis / Mr xvj° Ihm
queritis Nazarenum crucifixum / Ista at
cognomina · no sinistra hic voluit · sed
magna in xpus misteria continet Est
igitur primum cognomen Nazarenus · q
interpretatur floridus Fuit enim flos Cant
ij° Ego flos campi / qui quidem sine homi
studio nascitur · z omnibus communis habetur
Sic xpus natus est sine vili semine
z odor suus no est clausus · s3 omnibus
communis z apertus Iste flos fuit gladio
passionis abscisus · Ysa · liij° Et m abs
cisus est de terra viuencium · Fuit i cruce
exsiccatus Ps Aruit tamq3 testa virtus
mea / Deinde manibus persecutorum fuit
attritus · Ysa liij° Attritus e propter
scelera nra / Et sic de isto flore sic abs
ciso · sic exsiccato · sic attrito · odor mira
bilis emanauit · vt claret z dicit Gen
xxvij° Ecce odor filij mei · sic odor
agri pleni / Et dicit Agri pleni / quia
sicut in agro sunt diuersi flores · ex
quibus mixtus odor consurgit Sic z xpc fuit

quida ager· in quo diversi flores fuerunt Ipse enim fuit candens lilium in nativitate Can. ijo Ego flos campi et lilium convallium Et dicit convallium in plurali· quia hoc lilium quod plantatum erat in monte paterne celsitudinis· transplantatum est in valle uteri virginalis in valle presepij· in valle tumuli/ in valle limbi/ Fuit viola livida in flagellatione Ysa liijo Livore eius sanati sumus/ Fuit rosa rubea in passione Ecci· xxiiijo Quasi plantatio rose in yericho· Secundum cognomen est galileus Galilea transmigratio interpretatur Cognominatus est ergo galileus· ad innuendum transmigracionem quam fecit in resurrectione· xpus namque assumpsit mortalitatem quo ad corpus passibilitatem quo ad animam/ miseriam multiplicem· quo ad utrumque Sed in resurrectione transivit de morte ad vitam· quo ad corpus· De passibilitate ad impassibilitatem eternam· quo ad animam· De miseria ad perpetuam gloriam· quo ad utrumque Ista tria tangit Leo papa dicens Post passionem suam ruptis vinculis mortis· infirmitas in virtutem mortalitas in eternitatem contumelia transit in gloriam/ Tercium cognomen est filius david licet david multas habuerit virtutes Precipue tamen tres habuit tres scilicet humilitatem et reverenciam quo ad deum patet cum ante archam domini saltavit ad domine david et omnis mansuetudinis eius· 2o Re. vjo/ Ludam ait dominus· qui elegit me· Ludam et vilior fiam plus quam factus sum et ero humilis in oculis meis Secundo pietatem et pacienciam quo ad proximum Tante enim pietatis extitit· quod filium perdita deplorans· dicebat ijo Re xviijo Fili mi absalon· absalon fili mi/ fili mi absalon Tam paciens fuit ut dicatur de eo· ijo Re xiiijo Sicut enim angelus domini· sic est dominus meus rex ut nec benedictione nec maledictione moveatur/ Tercio habuit habundanciam gracie quo ad seipsum ps Inveni david servum meum· oleo sancto meo unxi eum/ xpus igitur fuit filius david non tantum carne· sed etiam mores filiacione

Habuit etiam humilitatem et reverenciam quo ad deum Mt xj Discite a me quia mitis sum et humilis corde Joh viijo Honorifico patrem meum et vos inhonorastis me/ habuit pietatem et pacienciam quo ad proximum· Luc xixo videns civitatem flevit super illam et Ysa liijo Sicut ovis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tondente se obmutescet habuit gracie superhabundanciam· quo ad seipsum· ps Unxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis· Act xo Unxit enim deus spiritu sancto et Quartum cognomen est anastasius/ pulcrum cognomen· quod ostendit triumphum· designat meritum· et prebet exemplum/ per hoc enim quod dicitur anastasius ostendit eius victoriam et triumphum· quem habuit de demonibus per passionem Col· ijo Expolians principatus et potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso Sicut autem qui gloriatur in certamine victorie· ita gloriatur in nomine victorie/ et ita gloria est xpo tale cognomine insigniri Secundo ostendit eius meritum/ per passionem enim suam ipse meruit gloriam resurrectionis sue/ Phil ijo Humiliavit semetipsum factus obediens patri usque ad mortem· mortem autem crucis/ propter quod et deus exaltavit illum et Augustinus Humilitas claritatis est meritum/ claritas humilitatis est premium/ Luc xxiiijo Nonne hec oportuit xpum pati et ita intrare in gloriam suam/ Tercio prebet exemplum· ut si volumus regnare in celo· studeamus cum ipso et propter ipso pati in mundo i Pet ijo xpus passus est pro nobis· nobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius Roma· viijo Si tamen compatimur ut et simul glorificemur/ Sermo quartus

Vocabitur nomen eius magni consilij angelus Istud legitur Ysa· ixo iuxta aliam translationem ubi enim nostra litera habet Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius et Translatio hec habet magni consilij angelus Et hoc nomine Ecclesia utitur in nativitate domini in missa maiori ubi dicit Puer natus est nobis et Et vocabitur nomen eius magni consilij angelus Angelus autem non est officium non

nature Et ideo xpus dicit angelus non quantum ad naturam. sed quantum ad officium. quia officium habuit nunciandi nobis etiam salutem / Circa hoc igitur notandum quod xpus non tantum habuit quedam nomina specialia et quedam cognomina / de quibus supra dictum est. sed etiam habuit quedam nomina officialia. et quedam nomina quia Officialia nomina que sibi competunt ratione officii sunt quatuor / Primum est angelus. quod sibi competit ab officio nunciandi ut supra dictum est. / Secundum est magister quod sibi competit ab officio docendi Joh xiij° vos vocatis me magister et domine et bene dicitis sum etenim. / Tertium est medicus quod sibi competit ab officio sanandi Mt ix° Non est opus valentibus medicus. sed male habentibus. luc x° utique dicetis michi hanc similitudinem. Medice cura teipsum Quartum est advocatus. quod ei competit ab officio advocandi j Joh ij° Advocatum habemus apud patrem ihesum xpm iustum etc. Est igitur primum nomen angelus quod ei competit ab officio nunciandi Ante adventum huius nuncii homo non afficiebatur nisi aut circa vanitatem Ps Veruntamen universa vanitas omnis homo vivens Aut circa carnalitatem Gen vj° Non permanebit spiritus meus in homine in eternum. quia caro est Aut circa terrenitatem Joh iij° Qui de terra est. de terra loquitur Et Joh iiij° Ipsi de mundo sunt ideo de mundo loquuntur et mundus eos audit Sed propter contra vana nobis annunciavit etiam j Joh ij° Hec est repromissio quam ipse pollicitus est nobis vitam eternam Joh vj° Verba vite eterne habes Contra carnalia annunciavit nobis spiritualia j pe iiij° Huius qui in carne caruit gelusi specialiter venies pedrat Eph j° Benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in xpo Contra terrena annunciavit celestia Heb iij° Fratres sancti vocationis celestis participes Unde quosdam obstinatos reprehendebat d. Joh iij° Si terrena dixi vobis et non creditis. quomodo si dixero vobis celestia credetis / Secundum nomen est magister. quod sibi competit ab officio docendi Iste autem magister habet duas magnas scolas. scilicet

celum et terram. Ysa. lxvj° Celum sedes mea et terra scabellum pedum meorum Habet autem multos scolares scilicet angelos et homines et sublimem kathedram de qua Ysa vj° vidi dominum sedentem super solium excelsum et elevatum Augustinus / xpus est qui docet cathedram habet in celo. et scolas habet in terris Non docet autem fabulas poetarum. sed tres utilissimas lectiones Unde subdit xpus est. qui docet audiamus timeamus. faciamus Docet enim ut ipsum audiamus sicut magistrum discipuli Ysa l° Erige michi aurem ut audiam quasi magistrum. Ut ipsum timeamus sicut dominum servi Malach j° Si pater ego sum ubi est honor meus. homo enim faciendo precepta dei honorat deum. et deus honorat ipsum j° Re ij° Quicumque honorificaverit me glorificabo eum. Tertium nomen est medicus. quod sibi competit ab officio sanandi Circa quod notandum quod homo infirmatus fuerat ex quadruplici causa. scilicet ex nimietate comestionis quia Ada et Eva cibum vetitum comederunt Eccli. xxxvij° propter crapula multi obierunt etc Ex habundantia et corruptione sanguinis Ysa j° Manus vestre sanguine plene sunt Ex infrigidatione totius corporis Je. vj° Sic frigidam facit cisterna aquam suam sic frigidam fecit maliciam suam Ex superfluitate noxii et corrupti humoris Ps Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in iniquitatibus suis / Quia igitur infirmitate xpus sanavit. per dicte observationem. qui scilicet xl diebus et xl noctibus ieiunavit. Secundam per minutionem sicut hodie. qui in una parte sui corporis sibi minui volunt. et sanguinem effudit / sed postmodum sibi minui fecit in duobus pedibus et duabus manibus et in latere / Tertiam per sudorem. quia amore adeo plenus fuit quod ex nimio calore sudavit. et naturam in frigidatorem calesceret / Quartum per amare potionis suptionem quod dederunt in escam meam fel etc. Quartum nomen est advocatus. quod sibi competit ab officio advocandi j Joh ij° Advocatum habemus apud patrem ihesum xpm iustum Allegat autem in sua advocatione inmutata ... dicens

Jone ij°. Scio quia tu deus misericors
es patiens et multe miserationis et
ignoscens super malicia etc. Secundo alle-
gat hominis multiplicem miseria. qa
scilicet naturaliter pronus est ad malum. propter
carnis corruptionem Gen viij° Sensus
et cogitatio humani cordis in malum
prona sunt ab adolescentia sua ps
homo est spiritus vadens et non rediens.
Mt xxvj° Spiritus quidem promptus
est. caro autem infirma Sap. ix°
Corpus quod corrumpitur aggravat animam etc.
Tercio allegat Christi satisfactionem
exhibitam Joh xvij° Opus consuma-
vi quod dedisti michi ut facerem Ipse
enim pro homine assumpto et perfecte deo
patri satisfecit Joh xvij° Ego pro eis
sanctifico meipsum. Secundo hunt quatuor
nomina quia et illa precipue sunt ex
quo ponit ysidorus primum est Eloy i. deus.
ysa ix° vocabitur nomen eius admirabilis
consiliarius deus etc. Secundum est adonay
i. dominus. Exodi vj° nomen meum ado-
nay non indicavi eis. Judith xvj°. Do-
minus nomen est illi. Tercium est sa-
bay i. omnipotens Exo xv° Dominus quasi
vir pugnator omnipotens nomen eius Quar-
tum est Elyon i. excelsus. ysa xvj°
Memento quoniam excelsum est nomen eius.
Ista quatuor nomina sunt cognomina
quia conveniunt tribus personis primum igitur
est Eloy i. deus quod ut Damas. dicit
a thein quod est currere vel fovere vel ab e-
thim quod est ardere vel ab ethim teaste
quod est considerare Ipse enim deus in nobis
currit quia currere nos facit per operati-
onem spiritualem Ro. ix° Non est volentis
neque currentis sed miserentis est dei fovet
dando perseverantiam deus est qui operatur
in nobis et velle et perficere Phil ij° Ardet
in nobis dando caritatem ignitam Deut°
iiij° Deus tuus ignis consumens est
Considerat per sapientiam profunda Eccli
xxiij° Oculi domini multo plus luci-
diores super solem circumspicientes omnes vi-
as hominum et profundum abyssi etc.
Secundum nomen est Adonay i. dominus Ad
perfectum autem dominium tria sunt necessaria

sicut ait Cyprianus in libro xij abusi-
onum seculi Tria ingerit necessaria hos qui
dominantur oportet habere. scilicet terrorem ordinationem
et amorem Nisi enim ametur dominus et
metuatur. ordinatio illius stare non potest
Christus igitur verus est dominus. qui debet
timeri. quia iustissimus est Je. xxiij°
hoc est nomen quod vocabunt eum dominus
iustus noster ps Justus dominus et iu-
sticias dilexit Debet amari quia
benignus est Sap xij° Tu autem do-
minator virtutis cum tranquillitate iudi-
cas et cum magna reverentia disponis nos
Iste enim dominus adeo est benignus et man-
suetus. quod vocatur agnus ysa xvj° E-
mitte agnum domine dominatorem terre
Et eius ordinatio firmari. quia sapi-
entissimus est Sap vij° Ipse sapiencie
dux est et sapientium emendator. Col
ij° In quo sunt omnes thesauri sa-
piencie et sciencie dei absconditi Juste igitur huius
domini precepta servanda sunt et propter timo-
rem et propter amorem. et propter sapientem
ordinationem Tercium nomen est Sabaoth
i. omnipotens Ipse enim dicitur omnipotens. quia omnia
potest Sap xij° Subest enim tibi cum
volueris posse Non tamen potest ea que sunt
contra suam potentiam. sicut mori. I Thi.
1° Regi autem seculorum immortali etc. Vin-
ci et superari Judith xvj° Adonay
domine magnus es tu et preclarus in
virtute quem superare nemo potest.
Nec potest ea que sunt contra suam sapientiam
quia non potest mentiri. Heb vj° Ut per
duas res immobiles quibus impossibile
est mentiri deum etc. Nec potest fallere vel
falli. Prov. xxiiij° Servatorem anime
tue nichil fallit Nec potest ea que sunt
contra suam bonitatem. quia non potest negare
veniam penitenti ij Thi. ij° Negare se-
ipsum non potest Nec potest auferre gratiam tenere
volenti Sicut dicit Augustinus Quia tunc velle
eum nolle. quod est eum velle Nec potest
punire innocentem Ideo dixit angelus
in persona dei ad loth Gen xix° Fe-
stina et salvare ibi. quia non potero
facere quicquam donec ingrediaris illuc Quar-
tum nomen est Elyon i. excelsus licet autem

sit excelsus potencia. tamen videt hu-
miles per unam. Ps. Excelsus dominus
et humilia respicit. Deus namque habet
triplex excelsum scilicet potentie sapientie et
misericordie. Homo vero habet triplex humile
scilicet humile infirmitatis humane quo
ad corpus. Sap. ix°. Corpus quod cor-
rumpitur aggravat animam. humile i-
gnorantie quo ad animam. Job xxx-
vi°. Nos quippe involvimur tenebris.
humile multiplicis miserie quo ad u-
trumque. Ps. In miseriis non subsistet.
Tot enim miserias patitur homo in
corpore et anima ut vix sustinere suf-
ficiat. Deus ergo de excelso potentie
respicit humile infirmitatis humane
ut scilicet det homini virtutem per quam
malo resistat et in bono proficiat
Phil. iiii°. Omnia possum in eo qui
me confortat. De excelso sapientie respi-
cit humile nostre ignorantie ut scilicet
lumen sue nobis infundat per quam
viam veritatis agnoscere valeamus.
Joh. i°. Illuminat omnem hominem venien-
tem in hunc mundum. Job xxv°. Super
quem non surgit lumen illius. De ex-
celso misericordie respicit humile nostre mise-
rie ut nobis misereatur et condescendat
Ps. Quomodo miseretur pater filiorum misertus
est dominus timentibus se. quoniam
ipse cognovit figmentum nostrum etc.

Vocabis nomen **Sermo quintus**
eius Ihesum. Luc. i°. Loquamur
aliquid de hoc nomine Ihesus
ad laudem et gloriam salvatoris. Istud u-
nomen Ihesus non fuit fortuitu inventum
nec casu Christo impositum. sed potius
fuit ab ore dei nominatum. Ysa. lxii°.
Vocabit tibi nomen novum quod os domini
nominavit. A propheta prenunciatum. Aba-
cuk iii°. Exultabo in deo Ihesu meo.
A patribus prefiguratum sicut in Yosue
qui populum Israel in terram promissionis
introduxit. per quod figurabat quod Ihesus
in terram viventium quam deus nobis pro-
misit inducere nos debebat. Et in Ihesu
sacerdote magno. De quo habetur Zach.
iii°. De quo dicitur et Sathan stabat
a dextris eius ut adversaretur ei. Omnia
sim sordida que ad Ihesum in carne e-
xistentem venit. et in dextris eorum
amicus se posuit. si aliquid ius in eo in-
venire posset. De quo etiam dicitur. De-
etiam abstulit ab eo indumenta sordi-
da. et induit eum mutatoriis. quia Ihesus
in resurrectione omnem penalitatem de-
posuit et gloriam felicitatis induit. Fuit
etiam ab angelo impositum. Angelus
namque Gabriel imposuit Yozeph. ut hoc
nomen sibi imponeret. Mt. i. Pariet autem
tibi filium et vocabis nomen eius Ihesum.
Hoc quidem etiam imposuit Marie. Luc. i°.
Ecce concipies in utero et paries filium
et vocabis nomen eius Ihesum. Fuit ultimo
a Yozeph et Maria impositum Christo. Luc.
ii°. Vocatum est nomen eius Ihesus. a Io-
zeph et a matre ut vera magnificentia
huius nominis nobis apertius innote-
scat. Notandum quod hoc nomen Ihesus est
nomen gloriosum sua sublimitate. est
virtuosum sua potestate. est preciosum mi-
sterii profunditate. Et est deliciosum sua
suavitate. Est igitur hoc nomen gloriosum
sua sublimitate. quam sublimitatem
Apostolus describens ait Phil. ii°. Deus
illum exaltavit et dedit illi nomen quod est
super omne nomen. ut in nomine Ihesu
omne genu flectatur celestium terrestrium
et infernorum et omnis lingua confiteatur
quia dominus Ihesus Christus in gloria est
dei patris. Ex quibus verbis quintuplex
sublimitas huius nominis Ihesu colligitur.
Habet namque ipsum in reverentia deus quia scilicet ipsum
exaltavit. quod notatur cum dicitur deus illum
exaltavit. Valde quidem ipsum nomen exal-
tavit. quia ad ipsius nominis invoca-
tionem etiam salutem peccatorum remissionem
et gratie infusionem nobis dari instituit
Act. iiii°. Nec enim nomen datum est sub
celo hominibus in quo oporteat nos sal-
vos fieri. Act. ii°. Baptizetur unusquisque
vestrum in nomine Ihesu Christi in remissionem
omnium peccatorum vestrorum. Joh. xvi°. Si quid
petieritis patrem in nomine meo dabit
vobis. Credo habet ipsum in reverentia an-
gelus quia ad eius nutum omnia vicia

sua disposuit Quod not cu dicit In
nomine ihu omne genu flectat celestiu.
Ps. xxxi° Domine creatum non tibi
Reem. xo Exercitus celi te adorat Ipe
enim rest dominus angelorum i imperando
z angeli enim adorant sibi obediendo/
Nam z ipse tamquam dominus anglos ad of-
ficia sua dirigit Mt xiij° Mittet an-
glos suos. Et ipi sicut ministri ei obe-
diunt Ps Qui facit anglos suos spe/
Tercio hz ipm in reuerencia dyabolus.
quia ad eius nominationem gtla z tre-
mit qd notat cu dicit Et infernorum.
Ysa. xxx°. Ecce nomen domini venit de lon-
ginquo ardens furor eius z gnis
ad portandum .s. demonibus Jacobi ij°
Demones credunt z contremiscunt. luc
.x. Domine etiam demonia subiciuntur
nobis in nomine tuo. Quarto habet
ipm in reuerencia creatura irronalis
quia ad eius inuocationem sibi obedit
z hoc notat cum dicit Terrestrium
Obediunt namque creature superiores Ba-
ruch iij° Stelle dederunt lumine in
custodijs suis z letate sunt. vocate sunt
z dixerunt assumus Creature inferio-
res Job xxxviij° Qui conclusit hostijs
mare. z huc usque venies z no procedes
amplius z hic confringes fluctus
tuos tumentes Creature medie sicut
aer Mt vij° Quis est hic. qa venti
z mare obediunt ei Quinto hz ipm
in reuerencia creatura ronalis. ut ho
qd notat cum dicit Et omnis lingua
confiteatur quia dominus ihus xc Ista aut
confessio. qua homo non e confitei debz.
habet fieri p dei laudationem Hester
xiij° Viuentes laudemus no ȝ tuum
domine / p operationem Col iij° Omne qd-
cumque facitis. in verbo vl in ope. oia
in nomine dni nri ihu. gras agentes
deo z patri p ihm p passionum tolleran-
ciam Apoc ij° Tenes nomen meum z
no negasti fidem meam Secdo est
virtuosissimum sua ptate / de cuius virtute z
ptate dicit Mr vlt In nomine meo
demonia eicient. linguis loquentur no-
uis. serpentes tollent Et si mortiferum

quid biberit. no eos nocebit. sup egros
manus imponent z bn habebunt Eca
qd Rondum / q prudens medicus.
primo omnes radices infirmitatis
extirpare laborat Deinde reliquias
infirmitatis q remanet curat Vltio
ad statum pristinum sanitatis totaliter
reuocat Sic z deus p nome ihu oes
radices spualis infirmitatis a corde
euellit Radices peccatorum sunt tres s.
Auaricia supbia z luxuria Aufert igitur
nomen ihu radicem supbie Et hc est
qd dicit Demonia eicient / p demonia
enim intelligitur supbie vicium. quia
ipe est rex z princeps filiorum Job
xlj°/ Ipe est rex sup omnes filios su-
perbie luc xj° Erat ihus eiciens de-
monium z illud erat mutum Supbia enim
facit homine mutum a dei laude. quia
supbus deum no laudat / sz impugnat
Job xv° Cucurrit aduersus deum e-
recto collo z pingui ceruice armatus
est Aufert etiam radicem auaricie Et
hoc est qd dicit Serpentes tollent / p
serpentes enim intelligitur auarus. quia
sicut serpens terram comedit Gen iij°
Terram comedes cunctis diebus vite tue
Sic auarus terrena concupiscit Ysa xlv°
Serpenti pulvis panis eius Vnde
sic serpes terram lingit Sic ipe auide
z insaciabiliter terrena concupiscit Mich
vij° lingent pulverem sicut serpentes/
Et no solum terram lingit. sed etiam ter
existit Terra s Aug Amando terra ef-
ficitur terra Et quia efficitur terra datur
serpenti in cibum Istam radicem ds
euellit. quando amorem terrenum mutat
i celestem Job 9. Qui commouet terram
de loco suo. Tunc enim terra sua de loco
amouet. quando terrenum affectum. qui
erat in superiori parte ronis ponit in-
ferius Et tunc verificatur qd dicitur Pro.
xxv° Celum sursum z terra deorsum/
Aufert etiam radicem luxurie Et hoc est
qd subdit Et si mortiferum quid bibe-
rint xc p venenum enim mortiferum
luxuria designatur / Prou. xxiij° Ingre-
ditur blande. sz in nouissimo mordebit
vt coluber z sicut regulus venena dif-
fundet i. in diuersis ptibus fundet Alia

93

scta morbida venenum fundit: sz non dif-
fundunt. Error namque venenum diffundit
in rationem. Avaritia in affectionem.
Superbia in irascibilem. sed luxuria ra-
tionem obnubilat. affectum inquinat.
irascibilem enervat. et insuper totum
corpus corrumpit et viciat. j. Cor. vj°.
Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra
corpus est. qui autem fornicatur. in cor-
pus suum peccat. Sed quia post curationem
infirmitatis et radicis. remanent quedam
reliquie et quedam accidentia sicut lan-
guor nature. gravitas et ponderositas
ad bonum. Ideo nomine ihesu omnia ista sa-
nat. Et hoc est quod dicit linguis loquentur
novis. et super egros manus imponent et c.
Postquam enim sanate sunt radices que fa-
ciebant animam mortuam. sepe remanet
languor vel ponderositas que faciunt
animam infirmam. i. debilem et pigram
ad bonum. Sed adveniente virtute et opera-
tione huius nominis ihesu continuo liberatur.
Et ideo dicitur. Super egros manus im-
ponent et c. Deinde hominem totum ad
statum pristinum novitatis reducit.
Dat enim cor novum per bona cogitationem
et affectionem. Ezech. xj°. Dabo eis cor
novum et spiritum novum tribuam in visce-
ribus eorum. Dat os novum per di-
vina laudationem. Judith xvj°. Modu-
lamini illi canticum novum. j° Re. ij°. Re-
cedant vetera de ore vestro. Dat ma-
nus novas per bona operationem. Col. iij°.
Expoliantes vos veterem hominem et c.
Renovamini autem spiritu mentis vestre et c. Et
sic totum hominem novum facit. et nichil
de vetustate dimittit. Et patet quante
sit virtutis et potestatis. quia eius devo-
ta invocatio. expellit vitium superbie
avaritie luxurie torporis et negligentie
et induit novitatem et sanctitatem vite.
Tercio est preciosum sua misterii profun-
ditate. profunditas autem misterii in hoc
nomine attenditur. quia vicem gerit tamen
nomine domini thetragramaton. i. quatuor
litterarum. quod apud Judeos est ineffabile.
nec ipsum audet pronunciare. quod summus
sacerdos in fronte portabat. dicitur autem

Ineffabile. non quod dici non possit. sed quia
ineffabilem significat. Et dicit nomen illud ie
ve. Ex quo patet. quanta est convenientia
et similitudo ad hoc nomen ihesus. hoc
enim nomen ihesus. habet illas easdem vocales.
quas habet illud nomen. Constat enim ex
quatuor litteris vocalibus. hoc est ie
ve. vel magis tribus. quia una est
ibi geminata vz e. Que quidem tres
vocales in hoc nomine ihesu reperiuntur.
hoc autem ieve. significat. principium vite pas-
sionis iste. hoc est iste quod significat iste sacer-
dos passione. est principium vite. Quod
tribus modis intelligitur. Primo sic.
per passionem ostendit quod habeat vitam
principalem i. vitam diviniam. ecce. scilicet quod
in morte detineri non potuit. Ps. Non
dabis sanctum tuum videre corruptionem.
Immo potius morte vicit. Osee xiij°.
Ero mors tua o mors morsus tuus e-
ro inferne. Vel per passionem restaura-
ta est vita. que fuit perdita in adam. Osee
vj°. vivificabit nos post duos dies. et
die tercio suscitabit nos. et c. Vel sic.
passionem iste fuit principium vite
quia primo habuit vitam gloriosam. j. Cor.
xv°. Per hominem mors et per hominem
resurrectio mortuorum. unusquisque autem
in suo ordine primicie xpistus. Quarto est
delicosum sua suavitate. Delectat nam-
que nos pre dulcedinis immensitate. Bernardus
super id Cant. j°. Oleum effusum nomen
tuum. Aridus est omnis anime cibus
si non oleo isto infunditur. insipidus. si
non hoc sale conditur. Si quis bolum
in ore haberet. qui ex omni parte melle
circumdatus et involutus est. multa ori
dulcedine infunderet. Hoc nomen ihesus
triplici dulcedine circumdatum et involu-
tum est. Prima est dulcedo divinitatis. De
qua Sap. xvj°. Substantia enim tua et dul-
cedinem quam in filios habes ostendebas.
Secunda est dulcedo sue carnis. Eccli. xj°.
Brevis in volatilibus est apis. i. beata
virgo et initium dulcoris habet fructus eius.
Tercia est dulcedo carismatis. quia eius
anima spiritu sancto totaliter repleta fuit.
De qua dulcedine dicitur Eccli. xxiiij°.

Opus meus sup mel dulcis et c. Cum
ergo hoc nomen ihesus qui iat sibi inquit
est deus humane nature ipse vinctus
manifestum est quod hoc nomen ihesus tota
dulcedine est involutum Et ideo dic
proferri non potest quin ipsius dul-
cedinis imensitas senciatur Ita quod
dicatur i cor xij° Nemo potest dicere dominus
ihesus nisi in spiritu sancto. Secundo delectat
auditum per melodie suavitatem Sonus
namque melodie consurgit ex flatu in-
fuso in vas musicum sufflatus quod est dei-
tas. De quo ii° re xix° post ignem sibi-
lus aure tenuis et ibi dominus Vas
autem musicum est corpus dominicum Ex
hijs duplici natura divina scilicet et huma-
na consurgit tamquam sonus armonia
hoc nomen ihesus quod auditum mire dele-
ctat ut dicat sponsa Can. scdo Sonet
vox tua hoc nomen scilicet ihesus in auribus
meis Vox enim tua dulcis et c. Tercio
delectat visum per specie amenitatem
Oculus non delectat circa colores extremos
ut album vel nigrum sed circa medi-
os ut viridem Color albus qui ma-
xime est receptivus lucis id est qui vi-
sum id est qui visum disgregat est ipsa
divinitas ad cuius aspectum oculus non
potest assurgere pre nimia claritate i Thi.
vj° lucem habitat inaccessibilem Ecci.
xliij° Refulgens radijs suis obcecat
oculos Color niger est ipsa humanitas
in passione nimium denigrata ad
cuius aspectum oculus non valet assurgere
pre nimia vultus deformitate et ni-
mia compassione. Ysa. liij° Non est ei
species neque decor et vidimus eum et non
erat aspectus et c. Ideo quod xpus quoddam ubi
temperamentum fecit et hoc nomen ihesus
sibi imponi voluit quod est quasi medius
color viridis ex albo divinitatis et nigro
humanitatis tactus cum sibi competat racione
utriusque nature ut supradictum est et oculus
qui ad divinitatem non poterat assurgere
pre nimia claritate Nec ad humanita-
tem in passione denigratam pre nimia
compassione ad hoc nomen ihesus respiciat
et in eo tamquam in colore ameno et viri-
di delectetur quando scilicet ipsum legit vel scriptum

aspiciat Ideo quod Symeon postquam xpum
aspexit et vidit tamquam hoc colore viridi
exclamavit et dixit Luc ij° Nunc dimittis
servum tuum domine secundum verbum tuum in
pace Quia viderunt oculi mei saluta-
re tuum. Augustinus Si scribas non sapit mihi
nisi ibi legero ihesum Si disputes aut
conferas non sapit michi nisi sonuerit
ibi ihesus. Quarto delectat olfactum
per amoris magnitudinem summe cari-
tatis. qui olfactum delectat est qui ex
speciebus pluribus aromaticis consurgit
In xpo fuerunt tres species aromatice scilicet bal-
samum divine nature. Cynamomum
devote anime Et mirra carnis mor-
tificate De quibus Eccli. xxiiij° Sicut
cynamomum et balsamum aromatizans
odorem dedi. quasi mirra electa dedi
suavitatem Ex hijs consurgit tamquam odor
aromaticus hoc nomen ihesus Est enim
conditum balsamo divinitatis preciosissimo Cyna-
momo devote anime et mirra carnis
mortificate Talibus igitur et tam odori-
feris delibutum ungentis non potest esse n-
omen odoriferum et suave De huius
ungentis dicit sic beatus Augustinus Cum no-
mino ihesum hominem propono mitem
humilem sobrium et misericordem et omni hone-
state ac sanctitate conspicuum eundemque om-
nipotentem qui suo me exemplo sanet et
roboret adiutorio hec omnia michi
sonat cum insonuerit ihesus Sumo
itaque michi exempla ab homine et auxilium
ab omnipotente illa tamquam ungentarias
species hoc tamquam unde acua eas et facio
confectionem cui similem medicorum nemo
facere possit hoc tibi electuarium habes
o anima mea reconditum in vasculo vocabuli
huius quod est ihesus Salutifer certe
quod nulli umquam pesti tue inveniatur inef-
ficax Quinto delectat tactum per sui mo-
llicie et lenitate Deus ante suam incarnacionem
videbatur nimis rigidus et durus per iniusticiam
et inflexibilis ad miseriam Sap. xj° Illos
tamquam durus rex interrogans condempnasti
Job xxx° Mutatus es michi in crudelem
Ideo quod erat durus quod non permittebat
se videri Exo. xxxiij° Non videbit me ho-

z vinet. Nec audivit ideo populus audiens vocem dei perterritus est. z dixit moysi. Exodi xx°. loquere tu nobis z audiemus. Non loquatur nobis dominus. ne forte moriamur. Nec tangi. ideo dixit dominus moysi Exodi iij°. Ne appropies huc. Nec volebat hominibus loqui. sed potius loquebatur per angelum sicut moysi vel per prophetas. Ideo dixit dominus Joh. v°. Neque enim vocem eius unquam audistis nec speciem eius vidistis. Sed qui videbat se durus adeo in incarnatione omnes gratie z mie sunt inventus. q totus factus est flexibilis z mansuetus sic accidit in corio. quod prius durum est z rigidum per unctionem efficitur molle z mansuetum. Nam quippe factus e flexibilis. q ille q olim non permittebat se videri visibilem se nobis ostendit ysa. lij°. videbit omnis caro salutare dei nostri Baruch iij° post hoc in terris visus est z cum hominibus conversatus est. Qui olim non permittebat se audiri modo dicit Mat. xiij°. Beati oculi qui vident. q vos videtis z aures q audiunt q vos auditis. Amen dico vobis quia multi prophete z iusti cupierunt videre q vos videtis z non viderunt z audire q vos auditis. z non audierunt. Qui olim non permittebat ad se accedere nec se tangi modo dicit Mat. xj°. Venite ad me omnes q laboratis z onerati estis z ego reficiam vos. Ideo Johes exclamat z dicit i Joh. i°. Quod vidimus oculis nostris quod perspeximus z manus nostre contrectaverunt de verbo vite zc. Thomam quoque ad tangendum invitat dicens Joh. xx°. Affer manum tuam z mitte in latus meum. Item luc. ultimo palpate z videte. quia spiritus carnem z ossa non habet. Qui olim non per se sed per prophetas hominibus loquebatur. nunc per se locutus est. Hebr. i°. Multipharie multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis. Novissime diebus istis locutus est nobis in filio. hoc igitur nomen ihesus totum plenum est unctione. per quam unctionem factus e mollis z mansuetus. Et ideo nostrum spiritualem tactum delectat. ut eum tanquam factum mollem z mansuetum secure tangere possimus per fidem z fiduciam z devotionem. Sexto delectat cor nostrum per gaudium z iubilum iocunditatis. hoc enim nomine ihesus. habet secum aliquod gaudium. z ideo cor in quod ingreditur sine gaudio esse non potest. Istud gaudium senserat. qui dicebat Apoc. iii°. Ego autem in domino gaudebo. z exultabo in domino ihesu meo. Idem etiam senserat qui dicebat ysa. xxvi°. Nomen tuum z memoriale tuum in desiderio anime. Istud dat gaudium cordis. cor vere delectat. Eccl. xxx°. Non est oblectamentum super cordis gaudium. Bernhardus. ihesus mel in ore. in aure melos. z in corde iubilus. Idem. Nimis toties confortaris. quoties recordaris ysa. lj°. Gaudens gaudebo in domino z exultabit anima mea in deo meo.

# Ecce magi venerunt ab oriente ierusalem

Sermo decimus de Epiphania domini. 19.

dicentes zc. Consuetudo est. quando aliquis rex vadit accipere sibi regnum. q veniunt ad eum milites curie ut de sua sublimatione in regnum congaudeant z gratias deo referant. Veniunt prelati ut eius dominium recognoscant. Veniunt principes z barones ut homagia deferant z fidelitatem faciant z dominum recognoscant. Christus habuit duo regna. scilicet celeste z terrestre. Regnum celeste pacifice obtinebat. Regnum autem terrestre. dyabolus usurpabat. Et ideo christus venit in mundum. ut dyabolum de regno suo eiceret. z ipse regnum suum reciperet. Unde dixit Joh. xii°. Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Venerunt ergo primo ad christum visitandum milites sue curie celestis de sua sublimatione in regnum gratias referentes z dicentes. Gloria in altissimis deo. Venerunt prelati. i. pastores. z eum in recognitionem dominii visitaverunt. z similiter de sua sublimatione gratias egerunt. Unde dicitur. Reversi sunt pastores glorificantes z laudantes deum zc. Tercio venerunt principes z barones ut fidelitatem sibi fa-

ceuit Et ideo prudentes adorauit eu(m) et munera obtulerut / et id apertis the-sauris suis obtulerut ei munera / Cir-ca istos magos primo reges deuotos tria tangunt(ur) / primo nam(que) ponit(ur) ipsor(um) sapientia cum dicit(ur) Ecce magi / Secundo sol-licitudo et diligentia cum dicit(ur) Ab ori-ente venerunt ierusalem (et)c(etera) Tercio ad-uentus ipsorum causa motiua cum dicit(ur) Magi a sapientia Nam quem greci philosophos hebrei scribas latini sapientes / perse magos vo-cant. Eorum aut(em) sapientia apparuit. quia christum dei virtutem et dei sapientiam sapienter quesiuerunt Et ideo inuenire meruerunt Maxime quia habuerunt desiderium in addiscendo studium in interrogando man-suetudinem autem in acquiescendo ordinem co-gnitionis in inquirendo et finem debitum in in-tendendo. Magnum quidem desiderium ha-buerunt cognoscendi et inueniendi dei sa-pientiam i(d est) christum. quod ex eo patet quia secundum crisostomum Singulis annis ascendebant super montem victorialem. et tribus diebus ibidem mora-tes deum orabant vt eis stellam quam eis Balaam pater eorum predixerat ostenderet Qui igitur vult sapientiam dei addiscere ac eam inuenire necesse est ipsum desi-derium et auiditatem habere / Prouerbiorum ii(o) Si quesieris eam quasi pecuniam et sicut thesauros effoderis eam. tunc intelli-ges timorem domini. et scientiam dei inue-nies Sapientie vi(o) Preoccupat qui se concupi-scunt. vt illis se prior ostendat Initi-um enim illius verissima est concupiscentia discipline / Secundo habuerunt studium in interrogando d(icentes). Vbi est qui natus est rex iudeorum Interrogatio autem si conue-nit. debet habere tres conditiones / debet namque fieri a sapientibus. Non enim stultis. sed sa-pientes interrogandi sunt. Ideo Roboam regnum perdidit quia iuuenum insipien-tium consilium requisiuit vt habetur iii(o) Re-gum xii(o) Ideo dicitur Thobie iiii(o) Consilium semper a sapiente perquire Ideo magi vt sapi-entes interrogauerunt. venerunt ierusalem. vbi erant scribe et legis doctores. Debet etiam fieri de re vtili et necessaria. non friuola et curiosa Ideo dicitur Ecclesiastici vii(o) Ne dicas quid putas cause est. quod priora tempora me-liora fuere. quam nunc sunt / stulta est enim interrogatio huiusmodi Ideo discipuli repre-hendunt(ur) Actuum i(o) Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater po-suit in sua potestate (et)c(etera) Isti autem reges de re vtili et necessaria consulerunt cum dicunt Vbi est qui natus est (et)c(etera) Debet insuper fieri animo addiscendi. non animo te-ptandi Sicut regina Saba temptare voluit Salomonem iii(o) paralipomenon. ix(o) Regina quoque saba cum audisset famam Sa-lomonis / venit vt temptaret eum in enigmatibus Sic etiam pharisei christum animo temptandi sepe interrogabant Mathei xxii(o) Interrogauit eum vnus ex ipsis legis doctor temptans eum Magister quod est mandatum magnum in lege (et)c(etera) Don quidem erat. de quo interrogabat. sed non animo addiscendi faciebat Isti autem reges de christo querebant. non animo tempta-di sed inueniendi et adorandi Et ideo subdunt Et venimus adorare eum / Multi autem sunt qui nolunt interrogare nec ab aliis addiscere. qui se doctos pu-tant Seneca Verbosi sibi placentes Ideo non discentes necessaria. quia superuacua didicerunt Tercio habuerunt mansuetudinem in acquiescendo. Triplex namque in-structio eis facta est Vna a celo per stelle apparitionem Secunda ab homine. per prophe-tie reuelationem / Tercia a domino per inspirationem / Acquieuerunt igitur et stelle ductioni eius ducatum seque-tes. et prophetice reuelationi. Natiuitatis locum querentes / et diuine inspirationi ad herodem non redeuntes. Sed multi sunt qui instructionibus contrariant(ur). Creaturarum magnitudo predicat dei potentiam vt ti-meatur / pulcritudo et dispositio dei sapientiam vt honoretur. vtilitas dei bonitatem vt diligatur nolunt acquiescere Romanorum i(o) In-uisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciunt(ur) Et simi-liter dei verba contempnunt. Prouerbiorum i(o) Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt Et diuinam inspirationem extinguunt i ad thessalonicenses v(o). Spiritum nolite extinguere Quarto habuerunt

ordine cognitum in diuina inquirendo. Nam
sicut dyonisius est triplex scilicet per sensibilium
manductionem, per intellectualium opa-
cionem et per immediata vnitionem. Magi
ergo primo usi sunt sensibili stella.
Deinde intellectuali et spirituali prophetia tandem
immediata et pura. Secundo habuerunt
finem debitum in intendendo. Secundum
enim Bernardum: sunt quidam qui scire vo-
lunt vt sciant et turpis vanitas est.
Quidam vt sciantur et curiositas est. Quidam
vt sciam suam vendant et cupiditas est.
Quidam vt edificent et caritas est. Quidam
vt edificentur et humilitas et prudencia
est. Isti autem magi volebant diuinam sa-
pientiam inuenire propter vanitatem vel cu-
riositatem. Non enim erant vani vel
curiosi qui singulis annis super montem
orientalem ascendebant et vt sapientiam
dei sibi ostenderet deum orabant. Nec propter
cupiditatem quia si ad herodem redire
voluissent magna auri pondera obtinuis-
sent. Volebant autem hanc dei sapientiam
scire propter caritatem vt ceteros edifica-
rent et docerent. Vnde dicit Crisostomus. Magi pri-
mo fuerunt coadiutores sancto matheo
in predicando fidem christi. Et propter humi-
litatem vt ipsi etiam edificarentur. Vnde
videntes christum adeo sunt edificati quod
procidentes adorauerunt eum. Secundo ponit
eorum solicitudinem et diligentiam cum dicitur
Ab oriente venerunt ierusalem. Circa quod
sciendum. Quod deus primicias gentium
fidei christiane vocare voluit potius ab ori-
ente quam ab alia regione. Cum regio o-
rientalis olim erat odiosa immunda et
maledicta. Nam ex eo quod ibi ortum
habuit prima preuaricatio odiebatur a deo
angelis et hominibus. Volens igitur deus
partem orientalem reconciliare primicias
fidei gentium inde educere voluit. vt vn-
de prius oriebatur lux visibilis inde prius
oriretur lux spiritualis. Et vbi fuerat
principium nostre preuaricationis inde pro-
diret principium nostre iustificationis
vt vbi habundauit delictum superhabun-
daret et gratia. Hinc est quod dominus in
cruce positus vt ait Damascenus dorsum habuit
versum ad orientem ad significandum
quod culpam ibi ortam post dorsum po-
suerat. Nec ipsam vltra ad puniendum
considerare volebat. Ysaie xxxviij. Proiecisti
post tergum tuum omnia peccata mea. Psalmus A-
uerte faciem tuam a peccatis meis.
Secundo erat immunda. Cayn enim per effusionem
fraterni sanguinis ipsam fedauit et ma-
culauit. Ydolatria etiam certum inficiebat
per sanguinem innocentum quem ydolis ymmola-
bant. Volebat igitur deus vt que immunda
fuerat per effusionem sanguinis sanctificaretur
et mundaretur per apparitionem noui sideris
et vbi ortum habuerat prima terre maculacio
ibi oriretur prima gentium sanctificacio.
Hinc est quod dominus in celum ascendens
ad orientem ascendit sicut propheta ait
Psallite domino qui ascendit super celum
celi ad orientem. vt presentia ascensio-
nis corporis ipsam mundaret et sanctificaret.
Tercio erat maledicta quia deus illi terre
maledixit qui dixit Maledicta terra
in opere tuo. Voluit igitur deus vt vbi
ortum habuit prima maledictio ibi ori-
retur in gentibus prima benedictio. Hinc
est quod licet iudei adorent ad occidentem
Sarraceni ad meridiem christiani tamen ado-
rant ad orientem. Et secundum damascenum est
traditio apostolorum eo quod inde venit
prima benedictio fidei et gracie. Cap. xvii°
Propter preuenire solem ad benedictionem
tuam et ortum lucis te adorare. Tercio
ponit aduentus temporis causam motiuam
cum dicitur vidimus enim stellam eius in
oriente. Circa quod notandum. Quod magi
propter quatuor ad veniendum moti sunt. scilicet
propter stellam apparentem. per angelum in-
pellentem. propheciam alloquentem et per diuinam
inspirationem reuelantem. Viderunt enim stel-
lam illam non esse aliquam de primo factis
sed tunc de nouo creatam. Et hoc ex quibus
colligebat. quia scilicet videbat ipsam
differre ab aliis in situ in motu in
claritatis magnitudine in illuminationis
tempore et illuminationis interpolatione.
In situ quidem differebat quia non erat in
firmamento cum fixis nec in ethere cum
planetis sed in aere vicinas terre tenebat

Primo Ambrosius.
uias in motu· quia alie stelle mouet
ab oriente in occidentem/ hec autem
sedm Dam͂ quandoque mouebatur ab oriente
in occidentem/ quandoque ex aquilone in
austrum· quod non est stellarum ordinis
vel nature Quandoque vero ab origente in
meridiem et a meridie in aquilonem/
Sic enim vt dicit Crisostomus iacet palestina
respectu persidis· In claritatis magnitu-
dine· quia eius splendore lux solis non
potuit obumbrare Crisostomus Sole lucente
apparet et radios vincit solares/ In
illuminationis tempore Crisostomus Non
tantum in nocte sed etiam in media appa-
rebat· quod non est alt Dam· Omnis stellarum.
In illuminacionis interpolatione vnde ait Dam
quandoque quidem occultabatur/ quandoque autem ap-
parebat/ hoc enim non est astrorum ordinis
vel nature quia nunquam occultantur· nisi per
eclipsis impedimentum/ Cum igitur
isti essent successores Balaam· qui di-
xerat Num xxiiijo Orietur stella ex ia-
cob etc Et viderunt stellam illam de pri-
mo scirent non esse· sed ab aliis sic differre
Moti sunt ad credendum· quod esset illa stel-
la quam Balaam predixerat· quod in ortu regis
nasci debebat Et ideo ad ipsum quod
venerunt/ Secundo moti sunt ad veniend
per angelum nunciantem vt dicit Augustinus in
sermone· Si dictum est· a quibus
magi audierunt· quod talis stella regem
natum significaret· perfecto ab angelis
aliqua monitione reuelationis Et sicut
Augustinus Potuerunt igitur illis angeli dicere
Ite adorate illum/ vbi natus est· et sic
indicare qualis quantus et natus sit/
Tertio moti sunt ad veniendum propter
stellam alloquentem Ita sicut narrat
Crisostomus in originali super mattheum Cum super
montem victorialem in die natalis do-
mini conuenerunt et pro stelle apparicione deum
rogarent/ stella venit ad eos descendit
huius forma pueri paruuli super cuius capi-
tem splendebat· que magos allocuta
est vt iherusalem irent et puerum natum inue-
nirent Quarto moti sunt ad veniendum
per diuinam inspiracionem reuelatam vt
Augustinus in sermone Quis esset rex vel vbi

sidus illud non indicabat· sed quod eloqui
stella non potuit· alia reuelatione deus
monstrauit Cuius modum reuela-
tionis scriptura non dicit· sed prudenter
intelligendum dereliquit Item leo Preter
illam stelle speciem· qui corporeum incita-
uit obtutum· fulgentior veritatis ra-
dius eorum corda perdocuit Item Bul
perfecto qui magos adduxit· ipse et in-
struxit et qui stella foris admonuit
ipse in occulto corda edocuit Isti sunt qua-
tuor per quos deus nos vocat ad penitenti-
am admonitionem· qua sanctifacit per predica-
tores et nuncios suos Luc xiiij Misit
seruum suum hora cene· dicere inuitatis vt ve-
nirent Isti sunt angeli· id est nuncii dei·
de quibus dicitur Malach iio/ labia sacerdotis
custodiunt scientiam et legem requirunt de
ore eius· quia angelus domini exercituum
est· Sed quia multi sunt· qui per ipsos
nuncios venire contempnunt Ideo vocat secundo
per gratie irradiationem/ quia gratiam
suam omnibus volentibus recipere semper
offert· et ista est stella· Duplex enim lu-
men deus posuit in pietate peccatoris vt ab ipsis
tenebris sue culpe illuminetur scilicet lune id est
virginis gloriose et luminis stelle id est diuine
gratie ps lunam et stellas in potestatem no-
ctis Sed quia multi sunt· qui isti stel-
le hospitium cordis claudunt/ De quibus
dicitur Job xxiiijo Ipsi sunt rebelles lu-
mini Ideo deus tertio vocat per internam
inspiracionem qua quidem inspiracione
sancti viri mox audiunt ps Audiam
quid loquatur in me dominus deus Mox
intellectum concipiunt Job xxxiio Inspiratio
omnipotentis dat intelligentiam Mox
cor suum ei aperiunt Apoc iiio Ego sto
ad hostium et pulso· siquis aperuerit
michi etc Quia vero sunt multi du-
ri et induratati qui per istos nuncios ad
deum venire nolunt Ideo non habent apli
nisi vnum refugium id est christi passionem
que signatur per puerum in capite crucis por-
tantem Sicut enim Adamas frangi non
potest igne nec ferro· sed sanguine hirci
et calido· Sic multorum corda ad penitentiam
flecti non possunt nec igne tribulationis nec
malleo diuine comminationis franguntur· a
memoria dominice passionis/ Cum tamen

sigui adeo duri z obstinati · qui nec et
xpi passionem pnt frangi quibus
ming comminat dicens · Prov · 1o Voca
ui z p meos nuncios amonendo · et
renuistis Extendi manus meas scilz
in cruce · nemi ibi sanguine effundendo
no fuit qui aspiceret Despexistis oe
silm meum · quo vobis osulebam
salubres inspiratioes immittendo z in
crepatioes meas neglexistis · gratia
mea que vos reprehendebat no recipi
endo · Ego quoq in interitu vro ridebo
subsannabo cum vobis qd timebatis
uenerit Stella aut hec inquantum apparuit
in oriente · sc gratia baptismalem
inquantum vero recipat pq recessimus
ab herode · sc gratia pnialem Inquantum
uit ad puerum pducat · sc gratia fina
lem Prov · iiiio Justorum semita qs
lux splendens · Quantum ad luce gre
baptismalis pcedit quantum ad effectum z
pfectum gre pnialis / z crescit vsq ad per
fectum diem · quantum ad pfectioem gre final

Ecce magi ab  Sermo secundus
oriente venerunt ihrlmam dc s
Adventus magorum describit quantum
ad tria / Primo quantum ad locum · cum dr
ab oriente venerunt / Scdo quantum ad du
ctum Cum dicit Vidimus eni stellam
eius in oriente / Tercio quantum ad fi
nalem intentum cum dicit Et venimus
adorare eum / Circa primum Notandum q
in oriente orta fuerat habundancia viciorum
Et ideo ibi oriri debuit inter gentes
prima habundancia graciarum Ibi namq or
tum fuit vicium inobediencie deus namq
plantauerat paradisum voluptatis a prin
cipio Alia translatio dicit paradisum i
eden ad orientem Eden aut hebraice
dicitur delicie latine Est aut locus a
menissimus adeo sublimis · vt vsq ad
lunarem globum attingat vn z dilu
uii aque illuc no attigerunt Ibi igitur
vicium inobediencie ortum habuit · qa adam
cum vxore precepto dei no obedivit
Scdo in oriente ortum habuit pctm et
furor fraterne inuidie · quia Caym occi
dit abel · Tercium fuit · pctm auaricie
Nam Caym cum deo offerre deberet · meliora
sibi retinuit · z spicas corrosas z vix
viam attas deo obtulit Ipse eciam primus
Ciuitatem cum muris edificauit · rapi
nas z latrocinia cum suis primus exercuit
Mensuras z pondera primus inuenit
Terminos primus posuit Quarto pctm y
dolatrie Belus namq remotades pq
Rex cum in Babilonia regnasset · tandem
intrauit in Assirios · quo mortuo filius
eius Ninus · tota assyria obtinuit
Et edificauit Niniuen Ciuitatem · quam
nomine suo appellauit Deinde in sui do
loris solatium · patris ymaginem sibi fecit
Cui tantam reuerenciam exhibebat vt
quibuslibz reis · qui ad illud confugerent
parceret / z ideo homines regni eius ho
nores diuinos ei impendere ceperunt / huius
exemplo plurimi caris suis mortuis
ymagines dedicauerunt zc ab ydolo beli
cetera ydola traxerunt originem Quinto
ibi orta est confusio lingue Cum eni
post mortem Noe turrim in campo sen
naar vsq in celum edificare vellet
vt a diluuio eent securi / deus lin
guam eorum sic confudit vt vnus alium
no intelligeret Et ideo Ciuitas est
appellata Babilon · i · confusio · quia ibi
lingua oim confusa est Cum igitur i
oriente orta fuerit multiplicitas vi
ciorum Ideo deus i magis ab orien
te venientibus multiplicitate posuit
virtutum vt lux noctem fugaret · et
virtus vicium expelleret · z quia
rantur Ipsi eni contra vicium inobediencie
fuerunt obediencie velocitate qd patz
Nam xiii Aug iter vnius anni ·
tredecim diebus peregerunt Non eni fuerunt
segnes vl negligentes · sed solliciti et
feruentes ad inueniendum z ad inquirendum
Quorum exemplo nimis no debemus
conuersionem differre Eccli · vo Ne tardes
conuerti ad dnm z ne differas de die
i diem Ex tanta aut magorum sollici
tudine confundit torpor nre negligencie
Ipsi eni venerunt querere primum morte

in stabulo. Nos nolumus ipm querere
regnatem in celo. Ipsi venerunt ad re
gione tam longinqua. nos ire nolumus
ad ecclesiam propinquam. Ipsi venerunt
ad stellam apparentem. Nos nolumus
ire ad xpm. nos de celo vocatem. Se
cundo viciu fraterne invidie. habuerunt
mutua caritatem. Ipsi enim mutua
caritatem habentes concordit venerunt
Ideo tres fuisse dicuntur. vt indicaretur quod ha
buerunt caritatem dei et proximi et sui.
Magna aut laus fuit in eis. quod tam
concorditer venerunt. Nam secundum eccliesie re
putatioem in pictura quod sunt libri lay
corum. vnus erat adolescens. alius vir.
tercius senex. Adolescentes autem consue
uerunt esse temerarii et presumptuosi. Vi
ri superbi et ambiciosi. Senes vero iracun
di auari et suspiciosi. Poterat igitur
dicere adolescens. qui debebat esse te
merarius et presumptuosus. postquam stelle
nobis ducatum subtraxit. ipm am
plius non querimus. Poterat dicere vir
qui debebat esse superbus et ambiciosus
Iste puer a regibus nullatenus est ado
randus. Credebamus enim inuenire
palacium pictum. et inuenimus fetens sta
bulum. Inuenire puerum generis et scire
fulgentem. et inuenimus panis sordente
Inuenire diuersa genera musicorum. et in
uenimus mugitus animalium. Poterat
dicere senex. qui debebat esse auarus
iracundus et suspiciosus. Isti puero
thesauros meos numquam dabo. sed meis
filiis reseruabo. Poterat etiam sepe irasci
ob vie longitudinem et difficultate. et stel
le amissionem. Poterat etiam suspicari
quod deus non esset. quem sic vilem natum
videret. Fuit ergo mirum et diuine gracie
ascribendum. quod Adolescens Vir et Se
nex. in quibus solet esse tanta morum diuer
sitas. sic pacifice. sic concorditer per tam
longa terrarum spacia aduenerunt. Ysa.
xi°. Vitulus et leo et ouis simul mora
buntur et puer paruulus minabit eos.
Vitulus est adolescens lasciuus. Leo est
vir iracundus et superbus. ouis que est anial
inerme senex qui habet anhelitum frigidum. et

sub obscurum balatum. et paucitatem
tim. senem imitatur. Isti pacifice et con
corditer morati sunt. et puer paruulus
in amabilibus ex eius eos ad se mina
et adduxit. Tercio contra vicium auaricie
habuerunt liberalitatem. Quod notatur cum dicitur
Apertis thesauris suis etc. Non enim the
sauros clauserunt sed aperuerunt os
dentes thesauros caritatis tempore
esse aperiendos. Contra quod fecit ille
diues. qui horrea edificare volebat ad
reponendum. de. luc. xii°. Anima mea
habes multa bona reposita in annos plu
rimos etc. Ipsos autem thesauros non
aperuerunt herodi diuiti. sed tantum
paupi. luc. xiiii°. Cum facis prandium
aut cenam Noli vocare amicos. Neque fratres
Neque cognatos. Neque vicinos diuites
ne forte ipsi te reinuitent. et fiat tibi retribu
cio. Nec dederunt vilia. sed preciosa quam
thezauros. Contra quod fecit ille diues
qui nec etiam micas lazaro dare volebat
Nec aperuerunt eos in via. sed cum ad
xpm peruenerunt. quia non sunt aliqua
conferenda propter apparencia humana. sed
propter laudem diuinam. Gregorius. Depre
dari desiderat. qui thezauros in via pu
blice portat. Quarto contra vicium ydola
trie habuerunt fidei magnitudinem. quod notatur
cum dicitur. Et procidentes adorauerunt
eum. Non tantum aut flexerunt genua
corporis. sed etiam genua cordis. Non
nulli enim sunt qui se inclinant corpore
et tamen stant erecti corde. Et equaliter
Multi adorant curuo corpore. qui deo
se humiliant corde. Dominus. Vera genu
flexione esse dicimus in anima. quia
multi corporale flectunt genu. qui ani
mam nequaquam poplitem incuruauerunt
contra. Alii corpore erecto dei magnitudine
magis se animo curuauerunt. Sicut
aut iustus flectit genua sua deo. sic
iniustus flectit dyabolo atque peccato. Dominus.
Tociens dyabolo genu flectimus. quociens sa
peccamus. Idem. Qui fornicator est
libidini flectit genu. qui furiosus a
dorat iram genu. qui mamona susce
pit sit deus huius venter est. flectit

gemina luxurie atque auaricie / Quinto contra confusionem lingue habuerunt lingue uniformitatem. Dicentes Venimus adorare eum Non enim in ipsis minuitur sed vna et concordi lingua dixerunt Venimus adorare eum et tamen multa habuerunt retinencia re velata procedere et eum adorarent Primum erat timor regis poterant quidem dicere Ex quo rex turbatur periculum est nobis velata procedere De hoc sic dicit Crisostomus Nunquam enim non intelligebant quia qui adhuc lege viuere alterius lege dampnat punitur in sanguine sed dum contemplabantur regem futurum non timebant presentem. adhuc non viderant Christum et iam parati erant mori pro Christo Vbi Magi qui ante conspectum crudelissimi regis. prius quam regem cognoscerent. Christi facti sunt confessores Secundum erat amissio sideris poterant quidem dicere Decepti sumus per quandam stellam quam vidimus et ideo redeamus. Tercium erat vilitas nascentis Poterant enim dicere Credebamus inuenire lectum eburneum et gemmatum et inuenimus presepe et feni puerum pannis pauperis inuolutum et inuenimus vilibus [illegible] Matrem dyademate redimitam et inuenimus vilibus pannis [illegible] Non autem ad inuicem huius contradictiones habuerunt sed vnanimiter dixerunt Venimus adorare eum Vnde exclamat Bernhardus Quid facitis o magi quid facitis. lactantem puerum adoratis in tugurio vili in vilibus pannis Ergo ne deus iste deus est in templo sancto suo deus in celo sedes eius et vos eum queritis in vili stabulo in matris gremio Quid facitis quod aurum offertis ergo rex est ipse et vbi aula regia vbi tronus Vbi curie regalis frequentia Nunquid aula stabulum thronus presepium regalis curie frequentia Ioseph et Maria [illegible] qui illos adduxit ipse et instruxit Christus enim nasci noluit tamen potestate ne conuersionem mundi violencie attribueret vnde dicit Theodorus Si Christus maximam ciuitatem Romam elegisset potencia ciuium mutationem orbis terrarum factam putaret Si filius fuisset imperatoris. potestati conuersionem ascriberent etc. Secundo describitur aduentus magorum. quantum ad dictum eorum dicit Vidimus enim stellam eius in oriente Stella eius id est sue natiuitatis consignum Sed quare Christus voluit ostendere natiuitatem suam per stellam potius quam per aliam creaturam Dicendum quod hoc fecit quadruplici ratione Primo vt suam natiuitatem purissimam indicaret Stella enim corpus purissimum est. Et hec puritas attenditur tam ex parte matris vnde dicitur Sicut sydus radium profert virgo filium pari forma etc. Tam ex parte prolis que tante puritatis existit. vt ipse stelle in sui comparatione immunde appareant Iob xxv Stelle non sunt munde in conspectu eius Tante etiam claritatis est vt stelle in sui comparatione obscure sint Ezechiel xxxii Nigrescere faciam stellas celi Sapientie vii Candor enim lucis eterne et speculum sine macula Secundo vt incarnationis misterium insinuaret Stella enim est corpus celeste a luce solari irradiatum et quia solem in se conspicere non sufficimus. eius radium in stellis videmus lux solaris est diuinitas quam in se videre non poteramus i Thimothei vi Lucem habitat inaccessibilem Vniuit igitur se corpori terreno vt lucem sue diuinitatis videre possimus Sicut videtur radius solis in sydere in nube et in monte Videmus namque lucem sue diuinitatis in humano corpore. sicut videtur lux solis in sidere Dicitur enim lumen stelle est contemperatum et nobis proporcionatum Sic lux diuinitatis purissimo corpori se uniens nobis se contemperauit et proporcionauit vt ipsum possimus aspicere Ideo vocat se stellam splendidam dicens Apoc xxii Ego sum radix dauid. stella splendida et matutina lux etiam solis quam in se non conspicitur in nube videtur Ideo lux diuinitatis nubi lucide id est carni purissime uniri se voluit vt eam videre possimus Vsa

xo. Ascendet dominus sup nube leue
z ingredietur egiptum. Caro eciam nra
est tan pcti pondere prostrata. Caro
vero xpi est mons quia estabomni
pcti pondere sublimata. Huic monti
lux diuinitatis se viniuit vt nb visi
fieret. Ideo ipe xpus incarnatus mons
vocat. Ysa ijo. Erit i nouissimis di-
ebus preparatus mons domus domini in
vertice moncium &c. Propter hoc dicit Guido
Cantuarien pone hec tria. dei vbum
humanam mentem. humanum corpus. si prim
bene videre possemus. no indigemus
scdo. si saltem scdm videmus. no indi-
gemus tercio. Sed quia nos nec primum
nec scdm. i nec dei vbum nec humana
mentem vide potuimus. additum est
tercium i corpus humanum. atque ita
vbum caro factum est z habitabit i nobis
Tercio voluit natiuitatem suam per
stellam manifestare. vt lingua celi
sibi testimonium perhiberet. Est enim qua-
druplex lingua. scz diuina. angelica. hu-
mana z celestis. De prima Job xxxiijo
Semel loquitur deus i verbum suum profert
vna z eadem quatuor. De scda z tercia
i Corinth. xiijo Si linguis hominum loquar z
angelorum. De quarta ps Celi enarrant glo-
riam dei. Locuta igitur fuit lingua
diuina z prima. quando filio suo dixit
Dominus dixit ad me. filius meus es
tu. ego hodie genui te. Locuta fuit
lingua humana. s. lingua prophetarum
que xpi natiuitatem predixit. Ysa vijo
Ecce virgo concipiet z pariet filium
Locuta fuit lingua angelica. cum dixit
Luc ijo Natus est nb hodie saluator &c
Lingua celestis locuta fuit. quum stella
de celo apparuit. Augustinus. Quid erat il-
la stella. nisi magnifica lingua celi
que narraret gloriam dei. que inusitatum
virginis partum inusitato fulgore cla-
ret. cum postea non apparenti celum toto
orbe succederet. Idem. Cum verbum caro fa-
ctum laudet lingua celestis. quid ab
eius laude cessare pt lingua carnis
Item Gregorius. Racionis ordo poscebat vt
loquentem iam dominum loquentes predicato-
res gentibus innotescerent z nondum
loquentem muta elementa predicarent.
Iste sunt quatuor lingue spirituales. que
pnt de homine testimonium perhiberi
Prima est diuine inspiracionis facte
prompta obediencia z ista est lingua di-
uina. ps Audiam quid loquatur i me
dominus deus meus. Cant. ijo En dilectus
meus loquitur michi. surge propera amica
mea &c. Scda est bona z secura consciencia
Et ista est lingua angelica. que in corde
generat multam leticiam z consolacionem. Za-
ch. jo Angelus loquitur in me verba bona
verba consolatoria. ij Corinth. jo Gloria nostra
hec est testimonium consciencie nre. Tercia est bo-
na conuersacio z bona vita. z hec est lingua
celestis. quum s. quis habet celestem conuersa-
cionem. Phil. ijo Nostra conuersacio in
celis est. Quarta est bona fama. z hec
est lingua humana. que maxime requiritur
in prelatis. i Thi. iijo Oportet autem illum
testimonium habere bonum. ab hys qui foris
sunt. Quarto natiuitatem suam per stellam
manifestare voluit. vt magos per sibi
congnita z assueta manuduceret. Crisostomus
dicit. Hec fecit volens eos manuducere
per sibi congnita z consueta. Per illa eos
vocat que familiaria illis consuetudo fa-
ciebat. quia vnumquemque consuetudinis a-
miciia ligat. Quinto describitur eorum
aduentus quantum ad finalem intentum
tum dicitur. Et venimus adorare eum.
Rabanus. Adorauit in cunis virum ihesum in-
fanciam sapiam in infirmitate virtute
in forma hominis diuinam maiestatem. Adora-
uit autem z honorauit eum quatuor
modis. Corde. quia verum de ipso fidem
habuit. Ore. quia ipsum regem z deum
z hominem confessi sunt. Corpore. quia se hu-
militer ante ipsum prostrauit. Opere. quia
sibi preciosa munera obtulerunt. Istis
quatuor modis z nos ipsum honorare
debemus. s. corde. nos ei humiliter subicien-
do. Eccli. iijo Quanto magnus es humi-
lia te in omnibus z coram deo inue-
nies graciam. quoniam magna potencia
dei solius z ab humilibus honoratur. Dr
eius laudibus vacando. Eu in corde co-

corde Ne dicat qd dicit Mathei xv°
Populus hic labijs me honorat · cor
autem eorum longe est a me Opere
me operibus insistendo prover. iiiº hono
ra dominum de tua substancia z de primicijs frugum
tuarum da pauperibus Corpore · puritate
z mundicia observando i thess. iiiiº h
enim est voluntas dei sanctificacio vestra
ut abstineatis vos a fornicacione ut sci
at unusquisque vestrum suum vas possidere
in sanctificacione z honore Talis de suo
corpore deum apostolus honorabat · dicens
phil. iº Magnificabitur xpus in corpe
meo sive per vita · sive per morte (39

Ubi est qui Sermo sextus
natus est rex iudeorum Post
quam magi amiserunt ducatum
stelle recurrunt ad oraculum prophetie Ra
z per divinam providenciam · stella est as
ad tempus subtracta ut legisperitis
querere cogerentur Ubi est qui natus est rex
Ista autem questio multiplicat potest intelligi
z formari primo ergo queri potest Ubi est quantum
Ad qd potest rideri quia ubique z hoc per
essenciam in quantum in nobis omnia operatur
Ysa xxviº Omnia enim opera nostra operatus
es in nobis i Cor. xijº Divisiones operacionum
sunt idem vero deus qui operatur omnia
in omnibus phil. ijº deus est enim qui
operatur in nobis z velle perficere pro bona vo
luntate Est etiam ubique potencia ingi
tium in nobis facta z operata custodit ps
nisi dominus custodierit civitatem etc. homo
aliquando a bono opere cadit per adversi
tatem feruentem aliquando per prosperitatem
blandientem In utroque statu deus cu
stodit Ideo interrogat ysa. xxjº custos
est custos in nocte adversitatis ut di
custos qui de nocte · custos quid de nocte
Et ponit ibi bis nox quia a adver
sitas permissa a deo z immissa a dyabolo
in quantum qualibet tempore custodit Ad
versitatum autem ipse est custos in nocte adu
sitatis · sed eciam in die sive in mane
prosperitatis Et ideo subdit Dixit custos ·
Venit mane z nox · i · sum custos z in
mane prosperitatis z in nocte adversitatis
Si queritis auxilium a me querite quam
mihi a peto z venite ad me inconcussi

de quo custodit homines
in utroque statu

Est eciam ubique per puritatem ingenitam
in nobis omnia conspexit Hebr. iiiiº Non
est ulla creatura invisibilis in conspectu eius
Omnia autem nuda z aperta sunt oculis eius
Eccl. xxiiij Oculi domini multo plus
lucidiores super solem circumspicientes omnes
vias hominum etc. Secundo queri potest ubi
est localiter Ad qd potest rideri · quia in
mundo per incarnacionem assumptam licet
enim ante incarnacionem non esset in loco
cum esset invisibilis z incircumscriptibilis
per naturam tamen assumptam · hodie cepit esse
in mundo · qui prius semper videbatur esse
in celo Joh. iº In mundo erat Celi
quod erat in celo · per naturam pia · z
consolacionem veram ps domine in celo
misericordia tua z veritas tua usque ad nubes ·
In mundo erat per pena iusticie puniens
z per profunditate iudicij decernens ·
Et ideo subdit Iusticia tua sicut mon
tes dei · iudicia tua abyssus multa ·
Per incarnacionem autem adeo est misericordia mul
tiplicata in mundo · quod in mundo sal
vat homines malos · brutales z iumenta
les Animales z peccatores magnos
qui per homines brutales · z peccatores
maiores · qui per iumenta Et iustos
z bonos · qui per filios hominum Ideo sub
infert homines z iumenta salvabis
domine etc. filij autem hominum in tegmine
alarum tuarum sperabunt Ra. secundum glosa
Augustini homines dicuntur qui sunt secundum
Adam · qui portat ymaginem veteris ho
filij autem hominum · qui sunt secundum xpm z
qui ymaginem eius portant Similiter z di
vina ac vera consolacio est adeo multa
infusa quod est multe vetustatis · quia
sui oblivisci facit mundane consolacionis
Ideo subdit Inebriabuntur ab ubertate
domus tue · multe copiositatis · cum
dicitur torrente multe delectabilitatis ·
cum dicitur voluptatis tue · multe dignitatis
quia non per miseriam · sed per se ipsum separatam
consolacionem propinat Ideo subdit Pota
bis eos Tercio queri potest ubi est singula
riter Ad qd potest respondere quod in bina
na una per unionem Joh. iº Verbum

caro factu est et habitabit in nobis i.
humana nostra na. Ex qua unde
factus est frat noster. Heb. ijo Non
confundit fres eos vocare d. Narra
bo nomen tuum fribus meis. Et hec scilicet
quod ipse est frat noster. est nobis ad mul
tam nobilitatem in mundo. quia no
biliores angelis facti sumus. exeo quod
nobiscum. et non cum eis parentelam con
traxit. Hebr. ijo Nusquam angelos app
hendit. sed semen abrahe apphendit.
ples omne animal benedictione. Deut.
xv°. Aperies manum pauperi. Dominus
super epistolam Gal. Nam et tytus vespe-
siani filius tante liberalitatis fuisse di-
citur quod cum quadam nocte recordaretur in ce-
na quod nichil boni fecisset illa die.
dixit amicis. hunc diem perdidi. Recitat
Ambrosius de quodam in libro de vi-
nea naboth. Novi ego divitem in agro
proficiscentem. panes brevinotes urbe delatos
innare solere. ut per numerum panis estimare
quot dies in agro esset futurus. nole-
bat obsignatum aperire horreum ne quid
de congesto minueretur. panis dieti unus
deputabatur qui tenaci vix satiare possit.
Comperi etiam mera fide. si quod ovum
esset appositum. conqueri quod pullus esset occisus.
Debet ergo elemosina esse copiosa secundum
facultatem dantis. Thob. iiij°. Quomodo po-
tueris ita esto misericors. si multum tibi
fuit habundanter tribue. si exiguum libenter
impartiri stude. Nam secundum quod dicitur
ij Cor. ix°. Qui parce seminat parce et
metet. et qui seminat in benedictionibus
de benedictionibus et metet. Gregorius in omelia
Estimacionem regnum dei non habet sed tan-
tum valet quantum vales. valuit Zacheo
dimidium substancie sue. relictis suis petro.
duobus minutis vidue. alteri valet cali-
ce aque frigide. nichil vilius cum emitur
nichil carius cum possidetur. Secundo
debet esse preciosa. quod notatur cum dicitur thesauris
vehitur est. quod pauperibus non
assuetis deliciis. nō multum expedit
dare divitias. vel cibaria preciosa. nisi

cent infirmi. Augustinus in sermone de
Que sunt tibi superflua. sunt paupe-
ribus necessaria. Sed pauperi inuitas vili-
bus vti. ego autem preciosis. preciosis
aut cibus quid sit. cum ad te venit
Nomine si speculo in vestre thronus de
omnibus cibis preciosis. quibus se saciant
sumus erubescimus. Vel sic ita dixeris
ut cogat divites tibi pauperum vesti-
vtantur divites infirmitatis sue consue-
tudine et doleat se aliter facere non posse.
Utere cibis preciosis et electis. qui aliter
non potes. quia sic consuetudine imitaris
egrotares. Utere superfluis et da pau-
peribus necessaria. utere preciosis. et da paupe-
ribus vilia. Sunt tamen ex hiis aliqui magna-
tes se excusare et dicere. Non decet pau-
peres accipere preciosa. et me dare vilia.
Super quo similiamus eum dictum Senece
dicentis. Ab Anthigono rege cinicus
petiit talentum. Respondit plus esse quam cy-
nicus recipere debet. repulsus petiit de-
narium. respondit minus esse quam regem di-
decet dare. Turpissima cavillacio hec
est. invenit quo neutrum daret. cum
posset dare denarium tanquam cinico. et ta-
lentum tanquam rex. Sic et dives potest dare
preciosa inquantum dives. et vilia inquantum
pauperi. licet autem pauperibus non multum
expediat dare preciosa. iustis tamen
ecclesie propter reverenciam dei dari possunt.
Numeri xviij°. Omnia que offertis ex decimis
et in donaria domini separatis. optima
et electa erunt. Gen. xliij°. Mit-
tite de optimis terre fructibus in vasis
vestris. et offerte viro munera. Tercio
debet esse propria quod notatur cum dicitur suis.
Debet enim fieri de proprio. non de alieno. Cu-
ius figuram precepit dominus. Deut. xvij°.
Non immolabis domino deo tuo bovem
vel ovem in quo est macula. aut quippi-
am vicii. quia abhominacio est domino
deo tuo. Eccli. xxxiiij°. Dona iniquorum
non probat altissimus nec respicit in
oblacionibus iniquorum. qui offert sacrifi-
cium ex substancia pauperum. quasi qui victimat
filium in conspectu patris sui. Dic enim

aqua immunda no lauat. sed coinqui-
nat Sic elca de rapina facta non
iustificat. sed maculat Ecci. xxxiiijo
ymolantis ex iniquo oblacio est macula-
ta z nõ bñplacite subsannaciões in-
iustorum Gris sr ayt Qui de labo-
rib3 suis indigentibus nõ dat non
panem suu. sed panem alienu ma-
ducat Qualis est eni illa iusticia
de sanguine iustorum tolle. z deo
offerre/ ymo id nõ est deo offerre. sed sue
violencie socium velle facere Tercio d3
esse velox z festina qd notat cu dicit
Obtulimus no eni pp pcces longas
tribuit Ecci. iiijo Cor inopis ne af-
flixeris z ne protrahas datum angustia-
ti Aug9 sr ps. Plerumq3 elca dat
a tstibus vt tedio careat interpellant
nõ vt victũ reficiat indigentis/ sed
si pane tristis dedisti. z pane z meritu
amisisti Det ḡo ee festina. vt cito
detur. et in vita detur. nc pp mortem
differatur Ecci. xiiijo An morte be-
ne fac amico s xpo. et z in vires tuas
exporriges da pauperi Sic eni lucer-
na q precedit custodit hominem. ne
in fouea cadat. q aut sequit nõ cu-
stodit. Sic Elca q in vita datur nõ
q pp morte reservat hominem custodit
ne cadat in foueam infernalem Ecci
xiiijo Fili si habes benefac tecu z deo di-
gnas oblaciões offer/ memor esto. qm
mors nõ tardat. z testamentum inferorum
qd tibi demonstratum est/ Quinto d3 ee
discreta. qd notat cu dicit Ei i. xpo
pauperi z iusto Discrecio eni e vt de-
paupi. nõ diuiti/ z inter paupes me-
liori/ Panem tuum cum esurientib3 z ege-
nis comede tuum/ z vinu tuu sr sepl-
turam iusti constitue Et noli exeo man-
ducare cu peccatoribus. Ideo dicit Ecci.
xijo Da bono z ne receperis peccatore
benefac humili/ z ne dederis impio/ hc
aut intelligendum est. ex omnib3 circumsta-
ciis pariter bonus e malo proponendus
Nicholaus z in necessitate mal e sb-
veniendum non occasione fouende

culpe. sed intende nãe Aug9 sr ps.
Est qui dat hystrioni vel meretrici ter
attendit ibi natam opis dei. sed nequici-
am opis humani/ Sicut ergo qui acci-
pit iustum in nomine iusti. mercedem
iusti accipiet Sic qui recipit pecca-
torem in nomine peccatoris mercede perdet
Glo. sup Ecclasticum Qui indigenti
peccatori nõ quia peccator est. sed quia
homo est. tribuit. nõ peccatorem sed
iustum nutrit. quia nõ culpam. sed nãm
diligit Ideo nimiam cura facit qua
illum p delicto nõ spernit Bonus ai pa-
linus Caue parus ne ex sbaz impu-
dent effundas. z rem pauperum. non
pauperib3 tribuas Ac sm prudentem
Dans libaliter perdat libalitas. Sexto d3
esse libens z gratuita Vñ notat cu dic
elemosina. nõ debitum nõ mutuum Ecc
ixo Non ex tristicia aut ex necessitate
Item sup illud Mt xxo Ecce nos re-
liquimus omnia. dicit glosa Cor z vo-
luntatem deus pesat. nc attendit quod
in eius sacrificio sed ex quanto offert
Bonus Leue offerunt. nõ sui pondere
sz offerencium voluntate pesant Ideo dicit
luc vjo Date z dabitur vobis Nec
dicit vendere. Ille vendit. qui ce-
dunt aut honorem. aut fauorem aut tem-
poralem retribucionem luc xiiijo Cum facis
prandium aut cena noli vocare amicos
tuos Neq3 diuites Ne forte ipi te
reinuitent z fiat t retribucio Septimo
d3 fieri cum vultus hylaritate z simul
mansuetudine. qd notat cu dicit Ac
qd est fulgidum z decorum Ecci. xxxvo
omni dato hilarem fac vultum tuum. Item
xviijo Fili in bonis non des querelam
z in omi dato nõ des tristiciam verbi mali
Item iiijo Declina pauperi sine tristicia au-
rem tuam z redde debitum tuum. z respond.
pacifica mansuetudine Greg9 Sunt
nonulli. qui mox vt ab egenis fu-
erint necia petita prius in eos contu-
meliosa vba iactant qui vero misteria
pietatis perficiunt verbis in contumelio
humilitatis gratiam perdunt Glosa sup Eccla-
sticum Sicco est per ira paup exasperans

sed blanda locutione placatus. Qui
ergo potest tribuat munus absconditum.
qui vero non potest sermo bonus est ei
super datum optimum. Omnit etiam quidam
qui non solum dicta tradet. sed etiam
convicia immiscet. Unde ait Iohannes ad Eu-
stochium. Vidi quedam in basilica beati
petri apostoli xpistiana manu qui religiosior
putaret singulos nummos dispertire
pauperibus. Interea ut usu perstabile est
anus quedam pannis obsita precurrit. ut
alterum nummum acciperet. ad quam cum per-
venisset pugnum porrigit pro denario. et
statim tanti reus sanguinis infundit.
Octavus debet fieri cordis cum humilitate
quod notatur cum dicit thus. Humilitas enim
per thus signatur quia per ardorem amoris
divini cor quasi annichilatur et in odorem
suavitatis ipsum deo offertur. Hec autem
humilitas in tribus consistit. Primo ut etiam
faciens inde gloriam vanam non querat
Mt. v. Te autem faciente eleemosynam nesciat
sinistra tua quid faciat dextera tua. Sed
contrarium videtur esse quod dicit Mt. v. Sic
luceat lux vestra coram hominibus etc. Sed
operatio potest esse in aperto. dummodo sit inten-
tio in occulto. ut propter intentionem abscon-
ditam dictum sit. Nesciat sinistra tua etc.
Et propter operationem aptam dictum sit. Sic
luceat lux vestra coram hominibus etc. Eccli.
xxix. Conclude eleemosynam in sinu pauperis
et hec pro te exorabit ab omni malo.
Greg. Sufficiat iustis ab eo videri. a
quo exspectat remuneratum. Iohannes super
Ps. Omnit plerique. quos si pauper rogat
hic illicoque transpiciant et nisi teste viderint
non pecuniam non tribuunt. vel si plus
testis sint. non libenter dant. sed manu gra-
ta. O inane si demum testem queris. hu-
manos oculos tuos require. Secundo ne pau-
perem despiciat. Ysa. lviii. Carnem tuam
ne despexeris. Item glossa Luc. xvi. super
parabolam de divite et lazaro. Singula
reprehensibilia videmus in pauperibus. non
debemus despicere. quia fortasse quos
morum infirmitas vulnerat. medicina
paupertatis curat. Aug. in ordine divina
Interrogo te divitem superbum. et pauperem
pannosum. non qualis vestibus sitis. sed quales

nati fuitis. Ambo certe nudi. ambo infir-
mi. vitam miseram inchoantes. et ob hoc
ambo plorantes. qui nascuntur infantes
recedat de medio pompes. et agnoscant
pueri divites flentes. Nunc autem dicite de
natis iam dico de mortuis. cum aliquo
casu veterum sepulcrum frangitur. ossa
divitis non agnoscuntur. Tertio ne pro
hiis nimis de se presumat. Eccli. vii.
Ne dicas in multitudine munerum me-
orum respiciet me deus. et offerente me
altissimo munera mea suscipiet. Quarto
non debet fieri tamen sine emendatione.
Quod notatur cum dicit. Et mirra. Debet
enim quilibet in se omnia vicia mortificare.
et aliis postmodum subvenire. Unde
dicitur de ipso illud Eccli. xiiii. Qui
sibi nequam est. cui alii bonus erit. Item
dicitur Eccli. xxx. Miserere anime tue
placens deo. Aug. Deus rogat ut
tui miserearis. et tu non vis. quomodo exau-
diet te deus in die necessitatis supplica-
tem. cum tu eum pro te ipso non audis
orantem. Ideo melius est vitam mutando
et per eleemosynas de peccatis preteritis deum
non adhuc quesiviuo emendo. ut iniqua
liceat impune committere. Greg. in
pastorali. Cibum esca aut vestimentum
pauperibus largitur. sed tamen anime vel
corporis iniquitate polluitur. quod minus
est offert iusticie. quod magis est culpe.
sua quippe dat deo. et se dyabolo. Nono

Apertis thesauris suis octavus
obtulerunt ei munera. aurum. thus.
et mirram. Quare magi hec xpisto obtu-
lerunt. multiplex est ratio. Una quam
Bernhardus. Aurum obtulerunt in sustentationem.
thus contra stabuli fetorem. mirram ad me-
brorum puerilium consolidationem. et malorum
brutorum expulsionem. Alia est quam tangitur
in glossa. quia aurum ad tributum. thus
ad sacrificium. mirram ad sepulturam pertinet
mortuorum. Per hec enim tria in xpisto in-
timantur regia potestas. divina maiestas.
humana mortalitas. Alia est quam tangitur
ibidem. Thus offerimus si cogitationes
carnis in corde per studium orationis incen-
dimus. Aurum domini superna sapientia resp-
lendemus. mirram si carnis vicia per
abstinentiam mortificamus. Alia est.

quoniam p aurum signat' diuinitas p̄cio-
sissima· p thus anima deuotissima·
p mirra caro mortalitati subiecta
Alia est scd'm Aug'· qui dicit Aurum
offerimus si electam faciamus / thus si
orōes fundamus· mirram si pcs mor-
tificam' Alia est scd'm Bern'. Aurum
offerimus· si mundi diuitias contempni'
thus si fragrantia desiderio celestia re-
quirim' / mirram si carnem mortificamus
Alia est qua per aurum intelligit' diuina
dilectio· p thus deuota orō· p mirra
carnis mortificatō / et hac ultimam nunc
psequamur Ista ergo tria moralit' deo
offerre debemus / primo aurum diuine dilecto'
p aurum enim diuina dilectio intelligit'· ex eo
q' aurum preciosum est· cuius preciositas
cat' ex tribus· s' ex raritate· ex durabi-
bilitate et ex utilitate· Est enim aurum
rarum / et ideo preciosum est / Homo de
quo rarum est magis appetit / Pole'gium
apud iudeos preciosum est· magis quam
aurum Sic et caritas dicit' preciosa· quia
rara est· i· in paucis dicit' Col iij°
Omnes que sua sunt querunt· sed dicit' j Cor
xiij° Caritas non querit que sua sunt Ergo
sequitur quod nullus vel pauci caritatem habent
Ista aut' raritas non accidit ex eo quod deus
non det· sed ex eo· quod homo non accipit
Sicut ponitur exemplum de pulsan-
te ad hostium Siquis enim ad hostium
domus pulset et non ingrediatur· hic non
est culpa ex parte pulsantis· sed non ape-
rientis Sic et deus ad hostium cordis
pulsat· et si non ingreditur non est culpa
dei intrare volentis· sed hominis aditum
prohibentis Istud exemplum ponitur Apoc iij°
Ego sto ad hostium et pulso etc Exemplum de
sole illuminante domum Istud exemplum ponit
Dyonis' Si enim sol domum extra clausa
fenestram non illuminat· non est culpa solis·
sed hominis fenestram non aperientis
Tercio de homine porrigente pomum Istud
exemplum ponit Augustinus Si enim ego porrigo
tibi pomum· et tu non accipis· quod tu non
habes pomum / non est culpa mei dantis
sed tui non recipientis Ideo dicit' Hebr'
xij° videte ne quis desit gracie dei Gra-
cia dei nulli deest· sed omnibus adest
Homo autem frequenter gracie dei deest
cum se non disponit· sed cor et volunt-

tate claudit Secundo cat' preciositas a[uri]
ex sui durabilitate Ideo quidem du[ra]
bile est· quod nec in luto marcescit v[el]
in igne corrumpit' Ideo dicit Dyon[is']
Aurum habet incorruptibilem· incorru-
ptibilem inmmouabile et immacula[tum]
splendorem Sic dilectio dei est precio[sa]
quia est immortalis et eterna j Cor xiij°
Caritas numquam excidit / Item Nunc
manent· fides· spes· caritas· tria hec [ma]
ior aut' hiis est caritas· Est enim [ma]
ior durabilitate· quia illis peritur[is]
ista non perit· peribit lingua· et sci[enci]a
cordium presens cognicio / peribit fides[e]
succedet aperta visio peribit spes et s[uc]
cedet perpetualis possessio· Caritas a[utem]
non peribit· quia nichil est· quod ipsi s[uc]
cedere possit sed hic incipit' et in
futuro perficiet' Ita de igniculo parui
moris peruenit ad caminum socialis
dilectionis Ysa· xxij° dicit dominus· cui[us]
ignis in syon et caminus in ierusalem / [Ter]
cio cat' preciositas auri ex sui utili[tate]
et virtute Cuius virtus est quia cor con[for]
tat et letificat Et ut dicit' in innen[tus]
te confluunt viri et diuites propter hoc et el[ec]
tuarijs aliquid auri fundunt Sic et
caritas dicit' preciosa· quia hec cor confort[at]
Cor enim infirmum et debile· facit con-
stans et forte Sic cor apostoli forte fec[it]
qui dicebat Ro· viij° Quis nos se[para]
bit a caritate dei· tribulacio an angu[stia]
an fames an nuditas· an periculum [an]
gladius Certus sum· quia neque m[ors]
neque vita etc poterit nos separare a ca[ritate]
dei Can' viij° fortis est ut mors d[i]
lectio dura ut infernus emulacio / aque
multe non poterunt extinguere cari[tatem]
hec cor letificare unde apostolus vocat
ipsam solacium· dicens / Phil· ij° Si qu[a]
consolacio in xpo· si quod solacium ca[ritatis]
Causa aut' quare caritas hec letificat
quia hec secum amenam delectacion[em]
unde dictum est primo anglo Ez' xxviij°
In delicijs paradisi fuisti· Delicie pa[ra]
disi dei· sunt delicie amoris dei hec e[st]
amena pulcritudine / unde dicitur sponsa
Can' vij° Quam pulcra es et quam decora c[ar]
issima in delicijs Item dicit' Sap vij[°]
O quam pulcra es casta generacio cum clarit[ate]

tem etiam habet annexam securitatem que excludit omnem timorem. Ex quibus colligitur caritas dei cor multum letificat que sic habet annexam delectationem pulchram et securitatem. Hec in iuventute conservat eorum plenum aut in iuventute conservat sed etiam de sene facit iuvenem, de vetusto novum, de mortuo vivum. Facit quidem de sene iuvenem. Psalmus: Renovabitur ut aquile iuventus tua. Aquila quidem cum renovari debet ad solis ardorem se exaltat et in fonte se immergit. Sic et homo a peccato inveteratus si fuit igne divini amoris percussus et in fonte caritatis submersus quasi aquila iuvenis efficitur. Facit etiam de vetusto novum. Joh. xiii°. Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Et dicitur novum ab effectu quia facit hominem novum. Istam novationem petebat propheta dicens: Emitte spiritum tuum et creabuntur et renovabis faciem terre. Facit etiam de mortuo vivum. Prima Joh. iii°. Qui non diligit manet in morte. Ergo qui diligit manet in vita. Ibidem: Scimus quod translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres. Amor dei est vita anime sicut anima est vita corporis. Augustinus: Vivit corpus meum de anima mea, vivit anima mea de te deus meus. Secundo debemus deo offerre thus devote orationis per thus enim oratio designatur. Psalmus: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Thus redolens ex carbonibus ignis procedit, in altum ascendit et odorem reddit. Sic oratio debet procedere ex corde ignito per dilectionem. Ecclesiastici l°. Quasi ignis effulgens et thus ardens in igne. Talis enim oratio sic ignita dyabolum arcet [?]. Thob. vi°. Cordis eius particulam si super carbones ponas fumus eius extricat [?] omne genus demoniorum. Sive a vino id est a ratione sive a militia id est a sensualitate. Talem orationem sic ignitam petebat propheta. Nam cum dominus sibi dicit: Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam id est contra suggestionem dyabolicam, respondit: Sagitte potentis acute cum carbonibus desolatoriis. Petit enim orationes acutas per exercitium meditationis. Unde dicit: Sagitte acute. Psalmus: In meditatione mea exardescet ignis. Eccl. x° [?]. Si retusum fuerit ferrum in multo labore exacuatur. Per igne. Petit orationes a potentis arcu iaculatas per vigorem mentis cum dicit potentis. Animus enim debilis et infirmus vix renovatur. Eccl. iiii°. Sicut is qui de fore vix hoc comparat, sic is qui intus est renovatur de die in diem. Petit orationes ignitas per fervorem caritatis cum dicit: cum carbonibus. Petit orationes vastatorias per consumptionem criminis cum dicit: desolatoriis sive vastatoriis. Haec ergo propheta quia oratio acuta mentem exacuat, potenter iaculata deum accelerat, facit ignita dyabolum accendit, vastatoria vitia consumit. Ideo petit et dicit volo et peto ut dentur mihi sagitte potentis acute etc.

Tercio thus id est fumus thuris in altum ascendit sic et oratio ascendit in celum maxime quando est pura lacrimabilis et humilis. Thus enim ab arbore incisa confluit per quod intelligitur oratio lacrimosa que habet in celum ascendere. Psalmus: Posuisti lacrimas meas in conspectu tuo. Eccli. xxxv°. Lacrime vidue a maxilla ascendunt usque ad celum. Thus etiam purum et lucidum in sacrificio dei eligitur. Levit. xxiiii°. Pones super eos thus lucidissimum per quod intelligitur oratio pura que est sine macula et pondere peccati. Ideo dixit dominus Ysa. i°. Cum multiplicaveritis orationem non exaudiam. Manus enim vestre sanguine plene sunt. Thus annichilatur in igne per quod intelligitur oratio humilis qui in igne divini amoris adeo se annichilat ut in eis nichil remaneat nisi fumus sancte orationis et sic oratio in celum ascendit. Eccli. xxxv°. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Quarto thus odorem reddit. Sic et oratio est odorifera apud deum maxime quando funditur a corpore mortificato et corde per amorem dilatato. Apoc. v°. Habentes singuli cytharas. Glosa: id est corpora mortificata. Et phialas. Glosa: id est lata corda per amorem inimicorum plenas odoramentorum que sunt orationes sanctorum. Secundo quando funditur a mente serena per spiritualem letitiam non turbulenta per seculi tristitiam. Eccli. l°. Quasi thus redolens in diebus estatis. Odor thuris

gtius sentit in estate q in hyeme /
Quia estate o acius putat. et sere-
nitas In hyeme vero turbulencia et nubi-
lositas Illa ergo oro est odorifera
apud deum q fundit mete serena per
leticia spualem Ephe v° Cantates et
psallentes in cordibus vris domino
Non q fundit a mete turbulenta per
tristicia Quia sic dicit ij Cor vij°
Seculi tristicia morte opatur / Tercio
quando in puti ordinis copia preparat
vt post morte fructus metat Ideo fi
illud Eccli l Quasi thus redolens in
diebus estatis dicit expositor Arbor
thuris in estate incidit vt autu-
pnali collectioni preparet ps Qui se-
minat in lacrimis in exultatione metet
Tercio demus deo offerre mirra morti-
ficationis / mirra habet virtute expulsiua
confortatiuam / et conseruatiua Odor eius
minime expellit vermes / sic et mortificatio
carnis expellit omnes diabolicas
temptationes Prou xxij° Stulticia
colligata est in collo pueri et pueri-
liter vinctis et virga disciplinae fuga-
bit eam Eccli xx° Malicia hominis vinus
oblivionem facit luxurie magne Sic
enim dicit Thob vj° / piscis et dracones
in aquis delicias innatant / in sicco
vero abstinentiae palpitat et moritur
Secundo habet virtute confortatiua Con-
fortat enim membra tenera atque debi-
lia Sic et mortificatio infirmum et de-
bile constatem facit et fortem ij Cor
xij° Cum enim infirmor tunc enim for-
cior sum et potens Sancti enim viri ar-
mis penitentiae armati adeo fortes effi-
ciuntur q omnia diabolica munimenta fran-
gunt et destruunt ij Cor x° Arma
militiae nostrae non sunt carnalia sed poten-
cia dei ad destructionem inimicorum con-
silia destruentes etc / Tercio habet virtutem
conseruatiua quia quantum dissoluit tantum
consumit Sic et mortificatio gratiam et vir-
tutes conseruat ij Cor xij° Virtus in infir-
mitate perficitur / hoc sciens Apostolus / qui
mortificatio habet conseruare et preseruare di-
cebat j Cor ix° Castigo corpus meum
et in seruitutem redigo ne forte cum
aliis predicauerim ipse reprobus efficiar

Sic enim sal preseruat a putredine sic
mortificatio animam a corruptione
Et ideo necesse est vt hic sale omnes
saliat Marci ix° Omnis enim igne sale-
tur et omnis victima sale salietur Ideo in-
crepuit dominus ierusalem Ezech xvj° Nec sale
es salita Sed sunt quidam qui mirram
sive sale mortificationis tunc se apponere
volunt cum iam corpus est desiccatum
per nimia senectute ps Aruit tamquam testa
virtus mea Alii cum iam putruerunt
omnibus viciorum Ideo dicitur iiij° Reg ij°
Afferte mihi vas nouum et mittite in il-
lud sal Alii qui modicum granum mirre
vel salis se apponunt cum ad corporis et cor-
dis conseruationem plurimum exigatur Ideo
dixit sponsa Cant v° Digiti mei ple-
ni mirra probatissima Sermo Nonus

Luce splendida fulgebis natio-
nes ex longinquo ad te venient et
munera deferentes adorabunt ... domi-
num et terram tua in sanctificatione habebunt Thob
xiij° Notandum q ante xpi aduentum
tria mala mundum occupauerunt scilicet corru-
ptio inquinatio et afflictio Corruptio ad tan-
tam cecitatem homines deuenerant q hono-
rem lignis et lapidibus tribuebant
Cecitate secuta est inquinatio Quia
lutum non videt non cauet Ideo omni
genere immundicie se inquinabat Inqui-
nationem vero peccati iuste afflictio con-
secuta Augustinus in libro de libero arbitrio
Nullo temporis interuallo ista duo diui-
duntur vt quasi alio tempore non faciat
quod debet et alio patiatur ne vel temporis
puncto vniuersalis pulchritudo turpetur
ut sit in ea dedecus culpe cum decor
iusticiae / Contra ista tria mala xpus attu-
lit tria remedia Contra gentium cecitatem
stella fulgente misit Erant enim tene-
brae facte in xpi passione signabat cecitatem
iudeorum sic splendor huius stelle que
apparuit in sua natiuitate signabat lumine
fidei in cordibus gentium Augustinus Simul
statim noua stella declarauit natum qui
antiquum solem decolorauit occisus illa
luce inchoata est fides gentium Istis
tenebris designata est perfidia iudeorum
Contra inquinationem aquas suo baptismo sanc-
tificauit dans eis virtute mundandi / pa-

min[us] homi[ni] balneu[m] quo mundaret[ur]. quod
aliqu[o] tactu sue carnis ip[s]e mundauit
v[ir]tutem mundandi dedit Amb[rosius] i[n] ser-
mone. Renatus est saluatoris baptis[m]o
in quo purgaui[t] potius flu[e]cta q[uam] pur-
geret. Nouo en[im] sanctificacionis genere
ip[s]um no[n] tam lauit vnda q[uam] lota est Co-
na afflictio[n]is xp[ist]us aqua[m] i[n] vinu[m] mu-
dauit p[er] hoc ei[us] sig[nifica]t[ur]. aquas tribula-
tionu[m] esse mutadas i[n] vinu[m] [con]solacionis
Sue quide[m] mutatio iam facta e[st] in re.
quia xp[ist]us mala pene tollando. illa
nostra leuia fecit, p[er]fecta aut[em] mutacio
erit in futuro. quia tu[n]c vna gutta t[ri]bu-
lationis [con]uert[et]ur. et pro vna hora. qua
quis afflictione[m] pen[a]e sustinuerit. per
dece[m] milia annoru[m] in delicijs paradisi erit
p[ri]mu[m] aut[em] remediu[m]. quo xp[ist]us tenebras
expulit. per lume[n] fidei. quod in cor-
dibus p[ri]mitiuu[m] gentiu[m] irradiauit hoc
maxime t[r]ollit Cu[m] aut[em] rex aliquis
d[e]z coronari. solent eius famuli palla-
tiu[m] et thronu[m] lucidu[m] sibi [con]stituere.
Solent eciam barones et p[ro]ceres eum vi-
sitare, munera offerre, honorem sibi et
reuerenciam exhibe[re], et domu[m] ac tera eius
fideli[te]r custodire. Ista no[n] p[er]tinent possumus
in verbis premissis. xp[ist]us en[im] olim
coronatus a p[at]re corona claritatis, hodie
coronatus est a m[at]re corona m[at]er[i]e carnis
Can[ticorum] iij^o Egredimini filie syon et videte
regem Salomonem in dyademate quo
coronauit eum m[ate]r sua, Po[n]itur ergo
in verb[is] p[re]missis huius regis coronati
lucida palla[ti]um et thron[us] in p[ar]atio. cum
dicit[ur] luce splendida fulgebis. Et pos-
sunt ee ea ecclie alloquentis bethlee,
vel potius illa domu[m] regalem in q[ua]
xp[ist]us coronatus iacebat Illa en[im] domus
tota fuit lucida et fulgida. Illuminabat[ur]
namq[ue] a luce superiori inferiori et exteriori
lux superior fuit lux corporalis i[d est] lux stel-
le de super venientis. que illa domu[m]
illuminabat vn[de] dicit[ur] vsq[ue] dum veniens
staret supra vbi erat puer Aug[ustinus]
Ostendit stella hospitiu[m] radiabat am-
plissimo lumine et tecta nati p[er]fudit.
Lux interior fuit dupl[e]x. sp[irit]ualis et sup[er]-
sp[irit]ualis Sp[irit]ualis fuit virgo beata que
adeo fuit lucida et tota luce p[er]fusa vt

dicit glosa Origen[is]. Q[uod] Ioseph in
eius faciem clare no[n] potuit intue-
ri et ip[s]am plene [co]gnoscere, lux sup[er]-
sp[irit]ualis fuit xp[ist]us Ioh[annis] i^o. lux venit
in mundum. et dilexerunt homines mag[is]
tenebras. q[uam] lucem, lux exterior similit[er]
fuit dupl[ex] p[rim]a intellectualis et celestis.
lux intellectualis est angelus Gen[esis] i^o
fiat lux. et facta est lux Ista lux do-
mu[m] illa[m] regalem illuxit Luc[e] ij^o. Subi-
to facta est cum angelo multitudo
milicie celestis, lux celestis fuit illa.
De qua dicit[ur] Luc[e] ij^o. Ecce angel[us] d[omi]ni
stetit iux[ta] illos et claritas domini circu[m]-
fulsit illos Non est ergo mirum
si domus illa regalis luce splendida
fulgebat. qua tam multiplex lux illu-
minabat Et quia domus illa sic erat
splendida et gloriosa. Aug[ustinus] ea alloq[ui]t[ur]
d[icens]. O beatu[m] tugurium. o sedes dei su-
p[er] celum. vbi no[n] lucerna sed stella. o
celeste pallatiu[m]. in qua habitat non
rex gemmatus. sed deus incarnatus. cui
ca[n]dit p[ro] mollib[us] thoris durissi[m]a p[re]sepia
p[ro] laquearib[us] aureis fumea culminu[m]
tecta. sed sideru[m] obsequio decorata.
Sed q[ui]a nos sumus domus dei in qua
deus habitat p[er] gratiam. debemus et nos illu-
minari luce superiori interiori et exteriori
luce superiori p[er] superna[m] [con]templacione[m] ij Cor[inthios]
iij^o Nos vero omnes reuelata fa-
cie gl[ori]am domini speculantes etc. luce
interiori p[er] [con]sciencie puritatem ij Cor[inthios] iiij^o
Deus qui dixit de tenebris lucem
splendescere, illuxit in cordib[us] nostris
luce exteriori p[er] honestam [con]uersatione[m]
Mat[thei] v^o Sic luceat lux vestra coram
hominib[us] etc. Secundo ponit[ur] baronu[m] et
procerum visitatio. cum dicit[ur] Natio-
nes delonginquo ad te venient Ipsum
en[im] regem coronatum. p[ri]mo p[er]uenerunt
multi nuncij et percursores Quorum
vnus p[re]dixit natiuitatis locum Mich[ee]
v^o. Et tu bethleem effrata paruula es.
ex te egredietur dux. qui sit dominator
in Isr[ae]l Alius p[re]dixit natiuitatis temp[us]
Gen[esis] xlix^o Non aufer[e]t[ur] sceptru[m] de Iuda
et dux de femore eius donec veniet
qui mittendus est Alius p[re]dixit natiuitat[is]

signu Nu. xxiiij° Orietur stella
ex Iacob etc. Postmodum ipsum visita-
uit sue celestis curie milites. ut ad
eius honorem cantica leticie decantaret
Unde dicitur Luc ij° pastores loquebantur
ad inuicem transeamus usque ad Beth-
leem. et videamus hoc verbum quod factum est.
et venerunt festinantes etc. Hodie vero
visitauit eum principes et barones.
ut sibi fidelitatem faceret. Secundo
ait quod erant tria genera hominum in mundo.
Primi erant philosophi et sapientes. secundi ydio-
te et simplices. Tercii medij. inter hos
homines racionales et irracionabiles viuen-
tes. Omnes istos xpus sua natiui-
tate cognoscere fecit. Nam per magos in-
telliguntur primi. per animalia secundi. pasto-
res tercij. Ordo tamen fuit inter eos. Nam
sapientes ad se adduxit per stellam tamquam
per vestigium suum. pastores pastores
nobiliori modo adduxit scilicet per angelum
tamquam per nuncium suum. Simplices adhuc
nobiliori modo adduxit scilicet per se ipsum ma-
nifestando eis vultum suum. Prou. v° Cum
simplicibus sermocinatio eius. Alia dicta
est quia homines mediocris status citius
conuertuntur. quam illi qui sunt in sublimitati-
bus constituti. Et tamen magi postquam ve-
nerunt coram puero prociderunt. quod
pastores fecisse non legitur. quia magni
viri postquam ad deum conuertuntur. magis
humiliter conuersantur. quam alij. utrique tamen
scilicet pastores et reges innocenti puero re-
dierunt. Animalia tamen scilicet bos et azinus
in homines innocentes et simplices. et
gemina tenuerunt et puerum semper adora-
uerunt et associauerunt quia tales et humiliter
deo seruiunt et ab ipso numquam discedunt.
Sed qui tales sunt reges. vix mundus potest
habere pauperes Ps. Tibi derelictus est
pauper Voluit autem xpus esse reges
quos primo vocauit. ad innuendum
quod illi ad ipsum venerunt. qui bene se regunt.
in quibus scilicet sensualitati racio dominatur
Luc xvij° Regnum dei intra vos est.
Seneca multos reges si racio te rexe-
rit. Tullius Omnis sapiens liber. omnis
stultus seruus reputatur etc. imperator hoc
genere dignus. quo vel cur libato im-
perabit. qui suis cupiditatibus imperare

non potest Secundo ad innuendum quod illi
reges. qui deo seruiunt. quia deo seruire
est regnare Eccli. x° Magnus est iu-
dex et potens in honore. et non est maior
illo qui timet deum Tercio ad innuen-
dum seruitores dei regnum celeste ha-
bere Luc xij° Nolite timere pusillus grex quia
complacuit patri vestro dare vobis
regnum. Et quia reges in tribus locis
inunguntur. Sic deo famuli in baptismo accipiunt
hanc triplicem regalem dignitatem. In
tribus partibus corporis inunguntur. scilicet in
pectore in scapulis et in vertice In pe-
ctore ut ostendat regalis dignitas
in seruiendo. quia scilicet illi sunt reges. qui
omnes xpi libenter seruiunt In vertice rega-
lis dignitas in accipiendo. quia scilicet serui-
tores dei coronam glorie a deo accipiunt
Ps. Posuisti domine super caput eius
coronam de lapide precioso Tercio pone-
re munerum oblacio. tunc dicitur Munera
deserentes Munera autem offerre debent se-
cundum statum et condicionem illorum. quibus offeruntur.
puta si offeras pontifici mitram vel
coronam. militi clipeum etc. Isti autem
reges sciebant istum puerum esse deum
et hominem mortalem Quia igitur
sciebant ipsum esse deum. obtulerunt ei thus
quod deo offertur in sacrificium Secundo sciebant
ipsum esse regem. obtulerunt ei aurum. quod
regi offertur in tributum Tercio sciebant
ipsum hominem esse mortalem. obtulerunt
ei mirram. qua condiuntur corpora mortuorum
Quarto ponitur reuerencie exhibicio. cum
dicitur Adorabunt inter dominum Adoracio
autem est cognicio diuine dominacionis. et
humane subieccionis. que congnicio
aliquando fit verbo per professionem Gen.
xviij° loquar domino meo cum sim cin-
nis et cinis Aliquando facto per oblacionem
Gen iiij° Abel obtulit de primogenitis
gregis sui et de adipibus eorum In signum
huius dominij. deus sibi oblaciones obti-
nuit decimarum Aliquando fit signo per genu-
flexione siue prostracionem Thob xij°
prostrati per tres horas in faciem benedixerunt
deum Apoc xiiij° Seniores ceciderunt
in facies suas et adorauerunt Aliquando fit
obsequio per diuino cultui dedicationem
quando scilicet quis diuino cultui totaliter dedica

concupivit. Ideo deus in signum huius
dominii. unam eorum clemencia reti-
nuit. et suo cultui mancipavit. Magi ergo
dominum recognoverunt eo quod dixerunt
ubi est qui natus est rex iudeorum. Reco-
gnoverunt sacerdotem quod sibi aurum in tributo
obtulerunt. Recognoverunt signum. quod se ad
ipsum prostraverunt. Recognoverunt obsequio
quia eius obsequio se totaliter mancipa-
verunt. Nam stella eius etc. Crisostomus. solitis
sacrificiis et donis consueverant. et ad ipsum
querendum se totaliter mancipaverunt. Et ut dicit
Crisostomus super Matheum. Et a thoma apostolo postmodum
baptisati fidem christi sollicite predicaverunt.
Quinto ponitur dominium suum et terre dominii sui
fidelis conservacio. cum dicitur. Et terram
in sanctificationem habuerunt. Ipsi enim dominium
suum fideliter conservaverunt quia herodi ipsum
non prodiderunt. Herodes tamen habebat
maliciam in corde. quod notatur cum dicitur.
Turbatus est valde. Ex hoc enim ondit
se de christi adventu dolere. Quia sicut dicit
Crisostomus. Mali gaudent se letari de adventu iusti.
Astuciam in opere. quod notatur in hoc quia
a iudeis locum et a magis discere voluit
tempus. et tamen sua astucia ei nichil pro-
fuit. Job v. Apprehendit sapientes in
astucia eorum religione simulata. unde
ei dicitur. Et ego veniens adorem eum.
Proverbiorum xii. In labiis suis indulcat ini-
micus. et insidiatur in corde suo. ut
subvertat te in foveam. Magi autem non a-
gnoverunt eius maliciam nec eius astuciam
nec eius religionem simulatam. propter
tres causas. sicut dicit Crisostomus. Primo
propter eorum bonitatem et simplicitatem
secundum quas ceteros extimabant. unusquisque
enim de alio iudicat secundum seipsum. Inno-
cens non potest malum de alio suspicari
Ideo decipitur. Proverbiorum xxvii. Astutus videns
abscondit se. parvuli transeuntes sus-
tinuerunt dispendia. Proverbiorum xiiii. Innocens
credit omni verbo. astutus considerat vias
suas. Secundo propter regiam dignitatem
quia non poterant credere quod talis et tantus
rex contra verum puerum tale maliciam cogitaret.
Tercio propter pueri maiestatem. Non enim opi-
nabantur quod tam amabili puero molli
auderet insidias. Conformatur tamen eius maliciam

astuciam et religionem simulatam. tercio re-
medium habuerunt. primum est suffragium orationis
devote. et hoc est quod dicitur. Et responso ac-
cepto in sompniis. Glosa. Sicut Moyses ta-
cens clamabat. sic isti pio affectu interroga-
bant. quid divina iuberet voluntas. Unde Poli-
carpus. Cum ignoremus quid agere debeamus
hoc solum habemus residui ut oculos no-
stros dirigamus ad te. Secundum est subsidium
inspirationis divine. quia deus et maliciam
herodis eis intimavit. et quid facere debe-
bant revelavit. Unde dicitur. Et responso acce-
pto in sompniis etc. Job xxxii. Inspiratio
omnipotentis dat intelligentiam. Tercium
est promptitudo obedire. quia mox di-
vine revelacioni obedierunt et acquieve-
runt. cum dicitur. Per aliam viam reversi sunt
in regionem suam. Actuum xxvi. Non
fui incredulus celesti visioni. Deo gracias.

De sancto fabiano et Sebastiano sermo primus

# Sancti per fidem vicerunt regna. operati sunt

iusticiam. adepti sunt repromissiones. Hebreorum
xi. Ex hiis verbis ostendit apostolus
sanctos martires. quinque magna preconia habuisse
secundum sanctitatem perfectam. Tu dicitur. Sancti. Se-
cundum fidei integritatem. cum dicitur per fidem.
Tercio pugnam victoriosam. cum dicitur
Vicerunt regna. Quarto operationem soli-
citam. cum dicitur. Operati sunt iusticiam.
Quinto retributionem eternam. cum dicitur.
Adepti sunt repromissiones. Ista quinque
preconia perfecte in hiis duobus martiribus
reperiuntur. Primo videamus qualiter ista quinque
fuit in sancto fabiano pontifice. Deinde
qualiter in sancto Sebastiano milite. De
sancto namque fabiano. quinque dicuntur. scilicet quod
miraculose fuit electus. quod contra fidei deser-
tores fuit fervidus et strenuus. quod in potes-
tatum reprehensione fuit constans et firmus.
Quod circa divinum cultum fuit sollicitus et
devotus. Quod tandem fuit martirio coronatus.
Signatum igitur fuit miraculose electus.
ostendit quod habuit sanctitatem perfectam.
Columba namque a deo missa super ipsum
venit. quod eum dignum tanto ministerio de-
monstravit. Nec quicquam cum deus miraculose

De fabiano et Sebastiano

eligeret nisi factum ee (esse) congsteret . Nu
xvi° cunctique elegerant dominus ipse erit
factus / Secundo inquantum erat fidei de-
fensiorem fuit fervens et strenuus . ostendit
quod habuit fidem integram / Apparuit enim
fidem et fervet predicavit et tamquam pu-
gil strennus eam defendit / i Pet iii°
parati semper ad satisffactionem omni po-
scenti vos racionem de ea que in vobis
est fide et spe etc / Tercio inquantum in po-
tentum reprehensione fuit constans et fir-
mus ostenditur quod habuit pugnam victo-
riosam / Ita sic ait haymo / Imperatori
Philippo volenti interesse pasche sole-
mpniis et diuinis communicare mysteriis . constan-
ter restitit Rex quousque peccata sua non confite-
retur et inter penitentes staret . ipsum ibidem esse
non permisit / Ecclesiastici xlviii° / In diebus suis
non pertimuit principem et potencia nemo
vicit illum / Ambrosius in epistola ad The-
odosium / Nichil in sacerdote tam peri-
culosum apud deum . tam turpe apud ho-
mines . quam quod senciat non libere denun-
ciare / Quarto inquantum erat di-
uinum cultum fuit solliciator et deuotus o-
stenditur quod habuit oracionem sollicitam
veram sicut dicit Damasus papa / Ipse fabia-
nus per omnes regiones septem dyaconos
misit et eisdem subdyaconos totidem
assignauit . qui omnium martirum gesta colligere-
rent et ad ipsum deferrent et per hunc modum
gesta martirum per totum mundum collecta sunt .
i Thi . iiii° Exerce teipsum ad pietatem
est autem pietas cultus deo exhibitus /
Quinto inquantum martirio fuit coronatus dicitur
quod habuit retribucionem eternam / Jac i° Beatus
vir qui suffert temptacionem . quia cum
probatus fuerit accipiet coronam vite
quam repromisit deus hiis qui diligunt
illum / Ista eciam quinque habuit beatus Seba-
stianus / habuit namque sanctitate perfecta
Sicut autem dicit Aug / Sanctum faciunt
peccatorum mundicia . spiritus sancti presencia
et bonorum operum affluencia / habuit ergo
mundiciam peccatorum . quam acquisiuit et
per caritatem quam habuit / i Pet iiii° Cari-
tas operit multitudinem peccatorum / Et per infi-
deles et peccatores quos conuertit / Jac v° Scia-
tis quoniam qui conuertere fecerit peccatorem ab er-

rore sue vie saluabit animam suam a
morte et operit multitudinem peccatorum / Et per ...
dei quem in corde portauit / Joh xv° Jam vos
mundi estis propter sermonem quem locu-
tus sum vobis / ps / In corde meo abscondi
eloquia tua ut non peccem tibi / Secundo
habuit spiritus sancti presenciam . quod patet per verba
diuina et celestia que predicabat / Mt x° Non
enim vos estis qui loquimini sed spiritus
patris vestri . qui loquitur in vobis / ...
tum sanctum verba loquebatur dixit ei Zoe u-
xor nycostrati / Vidi angelum librum
ante te tenentem . ubi omnia que dixisti scri-
pta erant / Secundo per miracula que fa-
ciebat . que quidem fieri habuit per spiritum sanctum
Mt xii° Si in spiritu dei eicio demones
Tercio per tormenta que sustinebat vnde
Apostoli . qui ante aduentum spiritus sancti erant
debiles . postmodum facti sunt adeo fortes
ut nulla tormenta timerent / ps / Spiritu
oris eius omnis virtus eorum / Tercio
habuit bonorum operum affluenciam / Nam
et sanctos martires confortabat sua exhor-
tacione / Ysa xxxv° Confortate manus
dissolutas et genua debilia roborate
Et infideles conuertebat sua predicacione
ps / Dabit voci sue vocem virtutis Et
diaboli cultum euacuabat ydolorum com-
minuendo Sic patet in legenda / Joh xii°
Nunc iudicium est mundi nunc princeps huius
mundi eicietur foras / Et demum propriam
peccatoribus faciebat sua oracione / Vnde dixit im-
peratori / pro salute tua christum semper
colui et pro statu romani imperii deum
qui in celis est semper adoraui / ps / In-
uocabit me et ego exaudiam eum / Se...
habuit fidem integram / fides autem integra
quando est magna . quando est viua . quando est firma
Talis fuit fides Sebastiani / habuit
namque fidem magnam quod patet quia prin-
cipatum deseruit et omnia mundana de-
spexit / Glossa super illud i Thi vi Se-
ctare iusticiam . pietatem . fidem . qui ve-
ram fidem veram de deo habet non cupit in
miseriis huius seculi diues fieri / habuit
fidem viuam . per quam fructum bono-
rum operum ferebat / Alias enim non fuisset viua
sed mortua / Jac ii° Sicut corpus sine spiritu
mortuum est . ita fides sine operibus mor-
tua est / habuit fidem firmam . quia per

nulla tormenta ab ipsa cadere potuit. Thob.
ijo vitam illius exspectamus. quam deus
daturus est hijs. qui fidem suam nunquam
mutant ab ea. Tercio habet pugnam
victoriosam. quod notatur cum dicitur vi-
cit regna. Dicitur enim illud tempus re-
gnum mundi. de quo dicitur j Joh. ijo Om-
ne quod est in mundo. concupiscencia carnis est.
aut concupiscencia oculorum. aut superbia vite.
Babilonia dicitur et contrarium regni scilicet
celeste. Primum ergo regnum scilicet concupiscen-
carnis dicitur. quia omnes carnales con-
cupiscencias superavit. Nunc quidem per quinque re-
media superantur et vincuntur. scilicet Per ante-
cam orationem. Sap. viijo vt sciui quoniam
aliter non possum esse continens nisi deus
det. et hoc ipsum erat sapiencia scire cuius hoc
esset donum. Adij dominum et deprecatus sum
illum etc. Aug. Continenciam iubes
da quod iubes. et iube quod vis. Per corporis
maceracionem. j Cor. ixo Castigo corpus
meum etc. Eccli. xjo Malicia hore ob-
livionem facit luxurie magne. Sepe
enim nimia pinguedo hominem suffocat.
sicut nimis pinguis luxuriat. et equus
nimis pastus recalcitrat. De hijs du-
obus ait Matt. xvijo hoc genus demoniorum
non eicitur nisi per oracionem et ieiunium. Per
laboris exercitacionem. Qui enim videt se
inclinari ad avariciam. debet se exercitare
circa elemosinas. Qui ad luxuriam vel
gulam circa abstinencias. qui ad accidi-
am circa silencium observandum. Qui ad
malas cogitaciones circa diversa opera. Jeron.
Semper aliquid boni facito. vt dyabolus
te inveniat occupatum. Ideo dicitur Ezech.
xvjo hec fuit iniquitas sodome. superbia
saturitas. habundancia panis. et ocium
ipsius. Prov. xxiiijo Per agrum hominis
pigri transivi. et per vineam viri stulti. et
ecce totum repleverant vrtice operuerunt
superficiem eius spine. Per fugam relo-
gacionem. j Cor. vjo Fugite fornica-
cionem. Eccli. ixo Cum aliena muliere
ne sedeas omnino. nec accumbas cum ea
super cubitum. Ibidem Averte faciem tuam
a muliere compta et ne circumspicias fa-
ciem alienam. legitur quod philosophi videntes
lenam. facies suas protinus avertentes
et vultum operientes exclamaverunt fugiamus
fugiamus. Aug. Temptacionibus sub-
iacet cui femina est coniuncta in qua nil
aliud est. nisi quod feriat proximitatem.
Valens peccati est forma feminea. et mortis
condicio non aliunde surrexit. Policraticus.
Julius Cesar aiebat in bello corpora
hominum gladijs. in pace voluptatibus
vulnerari. Deserit enim contra triumpha-
tor voluptatem nullo modo tam facile su-
perari quam fuga. eo quod ipsum qui gentes do-
minerat venereis nexibus innodavit
mulier impudica. Ista fuga facienda
docetur Eccli. xxjo Quasi a facie colubri
fuge peccatum. primo multo magis. Eciam
quia serpens inficit corpus peccatum autem
animam. quia serpens et eciam infernus deum
benedicit. peccatum autem deum maledicit.
Ps. Laudate dominum de terra dracones et
omnes abyssi. Ex quo habetur quod peccatum
est deterius quam serpens vel infernus. per cogi-
tacionum abortacionem. Eccli. xlijo De
vestimentis procedit tinea et a muliere
iniquitas viri. Prov. vjo Nunquid ho-
mo potest abscondere ignem in sinu suo. vt ve-
stimenta sua non ardeant. aut ambulare
super prunas vt non comburantur plante
eius. Ps. Beatus qui tenebit scilicet cor
suum. ne mala cogitacio subintret. et
si intraverit postquam adhuc cogitacio est
parvula. nec adhuc multum in corde cre-
vit. Allidet ad petram. i. ad Christum. Ter-
cium regnum scilicet avaricia dicitur. quod omnes
divicias contempsit. Nunc quidem contempni-
tur quatuor modis. Primo eas non ap-
petendo. Multi enim sunt. qui non habent
substanciam temporalem. habent tamen habendi ar-
dentissimam voluntatem. Prov. xiijo Est
quasi dives cum nichil habeat. Hoc modo apostoli
divicias contempserunt. quia non solum
temporalia reliquerunt. sed eciam habendi vo-
luntatem non habuerunt. Secundo habitas non
amando. Ps. Divicie si affluant nolite
cor apponere. Eccli. vo Qui amat divici-
as fructum non capit ex eis. Eccli. xxxjo
Beatus dives qui inventus est sine macula. et
qui post aurum non abijt nec speravit in pe-

tinue thesauris Et quia hoc est valde
difficile · divicias s habere · et eas non amare
Ideo subditur Quis est hic et laudabimus
eum · fecit enim mirabilia in vita sua ·
Tercio bonitas relinquendo · et hec est perfe-
ctus modus contempnendi divicias Math
xix° Si vis perfectus esse vade et vende
omnia que habes et da pauperibus / perfecti
enim viri omnia relinquunt · ut christum pau-
perem liberius sequi valeat / et ne ser-
pens infernalis in eos prevaliat · qui
nudos fugit · et indutos invadit ut
more luctatum se terrenis expolient s
re diabolus inveniat unde eos teneat ·
Avari autem instar talparum super se ter-
ram ponunt et se vivos sepeliunt Secundo
bonitas distribuendo · Sic contempnunt illi
qui divicias retinent · ut pauperibus inde
subveniant Sicut fuit pres veteris
testamenti · tales inimicum vincunt elemosina
Ecclesiastici xxix° Elemosina viri quasi sacculus
cum ipso Et infra Super scutum potentis
et super lanceam adversus inimicum
tuum pugnabit Augustinus super id Misericordia
mea et refugium meum · De nulla
re sic vincatur inimicus ut de misericordia / 3m
Regnum supra superbia vincit / quia honores
dimisit relinquendo quidem sunt mundani
honores / primo · quia eorum status habet
precipicium · Luc xiiii° Omnis qui se exal-
tat humiliabitur Iob xxx° Elevasti
me et quasi super ventum elisisti me val-
lide / Secundo quia mutat affectum / honores
enim mutant mores Sicut patet in Saul
Iob xi° / Vir vanus in superbia erigitur
et tamquam pullum onagri se liberum natum
putat / Tercio extra · quod reddit animum in-
quietum · quasi ventis et turbinibus expositum
Animi enim eminentes ut dicit Crisostomus se-
pe a ventis conquatiuntur · qui autem in plano
sunt securi consistunt Sic et illi qui sunt
in dignitatibus constituti ventis variarum
passionum conquassantur Iob xxi° Erunt
sicut palee ante faciem venti · et sicut fa-
villa quam turbo dispergit Quarto ex hoc
quod super hoc a sapientissimo homine exemplum
id est a christo · qui fugit ne fieret rex a turba
sicut dicitur Iob vi° Quinto quia hoc est
stultum et confusione dignum / valde enim

stultus esset · qui morti adiudicatus ho-
nores et ambiciones quereret Cum ergo homo
adiudicatus Ro viii° Corpus mortuum
propter peccatum Confusio est illi ambi-
ciones et honores querere / Phil iii
Gloria in confusione ipsorum · qui ter-
rena sapiunt · Luc xvi° Quod hominibus
altum est · abhominacio est ante deum
Rebellionis vicit et contra regnum s
celeste Math xi° Regnum celorum vim pa-
titur et violenti rapiunt illud Sancti
enim viri regnum celeste sic acquirunt
Primo per vim ei inferendo · quia se con-
vincunt · quia sensualitatem racioni sub-
iciunt · quia corpus suum affligunt Et ideo
vim patitur / Secundo violenter expu-
gnando · quod quidem expugnatur ele-
mosinis et operibus pietatis Elemosine
quidem sunt lapides spirituales · quibus
castrum illud expugnatur · Et ideo dicitur
et violenti / Tercio illud de ceteris mani-
bus rapiendo Quod quidem rapuerunt pau-
peres christi · qui omnia reliquerunt Et ideo
dicitur rapiunt illud Math v Beati pau-
peres spiritu quoniam ipsorum est regnum ce-
lorum Quarto habet operatorem solicitum
quod notatur cum dicitur Operatus sum in-
sticiam Est autem iusticia virtus reddens
unicuique quod suum est Sanctus igitur S
Sebastianus est iusticia operatus Nam ope-
ratus est bonum quantum ad deum sibi fi-
deliter serviendo unde dicitur de eo · christo
quotidie sedulum exhibebat servitum
etc · Quia cum domino in iusticia et sancti-
tate Operatus est bonum quantum ad pro-
ximum · pro ipso contemne omnino unde dicit
imperatori · pro salute tua christum semper
colui etc Iac ii° Orate pro invicem ut sal-
vemini Operatus est bonum quantum ad
seipsum · se in omni sanctitate custodiendo
Apoc xxii° Qui iustus est iustificetur
adhuc Deut° iiii° Custodi temetipsum
et animam tuam sollicite / Quinto habet
retribucionem eternam · quod notatur cum dicitur
Adepti sunt repromissiones Quas quidem
repromissiones · celestes sancti per quatuor
sunt adepti / primo videlicet · per hereditariam
successionem Ro viii° Si autem filii

heredes heredes quidem dei coheredes aut
xpi Col iii° A domino accipietis retri
bucionem hereditatis Mt xxv° Venite be
nedicti patris mei possidete vos paratum
regnum a constitucione mundi. Secundo per
legittimam empcionem Emerunt enim ce
leste hereditatem precio sanguinis Magnus
negociator iste beatus dedit minus ut
acciperet amplius emit quietas sanguinis
regnum salutis. Factaque est ei brevis pas
sio perpetua beatitudo Item precio bonorum
operum Sap iii° Reddet iustis merce
dem laborum suorum Eccles iii° Bonorum
laborum gloriosus est fructus. Tercio per vi
ctoriosam expugnacionem Mt xi° Re
gnum celorum vim patitur et violenti ra
piunt illud Ps lx° Exultabunt victores
capta preda qui dividunt spolia. Quarto
per gratuitam et plenariam largicionem Luc xii°
Nolite timere pusillus grex quia com
placuit patri vestro dare vobis regnum
Tit iii° Non ex operibus iusticie que fecimus
nos sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit

Sagitte tue infixe sunt Simon v.
michi possunt hec verba esse beati Seba
stiani qui adeo fuit sagittis repletus
ut quasi ericius videretur Iste autem sagitte
dicuntur fuisse et dei scilicet per promissionem
et demonis scilicet per suggestionem et persecu
toris scilicet per inflictionem et Sebastiani
sed per passionem Notandum autem quod mul
tiplex est arcus a quo sagitte mictuntur ia
ciuntur habet namque arcum deus habet dyabolus
habet homo malus habet et iustus Deus
aut dupliciter habet arcum Unum in hoc mundo
qui est arcus misericordie alium in iudicio qui
est arcus iusticie De arcu misericordie qui est
in hoc mundo iacit deus tres sagittas
Prima est sagitta amoris de qua dicit
sponsa Cant Vulnerata caritate ego sum
De qua Ps Sagitte potentis acute
cum carbonibus desolatoriis Hec enim sagitta
amoris et est acuta quia vulnerat corda
Cant iiii° Vulnerasti cor meum soror mea
sponsa Et est ignita quia inflamat de
sideria Ps Concaluit cor meum intra me
etc. Est desolatoria sive vastatoria
quia vastat vicia Hebr xii° Deus no
ster consumens est Secunda est sagitta cor

reccionis quia vulnerat ad sanandum sine
perimendum Et ista sequitur ad primam Qua
sicut dicitur Hebr xii° Quos diligit
dominus castigat flagellat autem omnem
filium quem recipit Sepe namque deus
remittit aliquas penas transitorias ut
parcat eternas Deut xxxii° Sagittas
meas complebo in eis Sagitte enim
istorum et tribulaciones eorum complentur
in hoc mundo ne fuerint in alio. De hac
sagitta dicitur in Ps Dedisti metuenti
bus te significacionem ut fugiant a fa
cie arcus. Arcus significatus est in hoc
mundo a quo mittitur sagitta correccionis
Sed arcus vero erit in futuro de quo emit
tetur sagitta eterne dampnacionis Per
has enim tribulaciones significatur quod si sancti sic pu
niuntur in hoc mundo qualiter reprobi af
fligentur in futuro i Pet iiii° Si iustus
vix salvabitur impius et peccator ubi pa
rebunt dicit ergo Dedisti metuentibus
te significacionem id est arcum significativum
iacientem sagittam correccionis ut per
hoc fugiant a facie arcus eterne dampnacionis
De hoc arcu significativo dicitur Gen ix°
Arcum meum ponam in nubibus celi et
erit signum inter me et terram Iste enim
arcus in nube positus habet tria que sunt
in signum Primum quod est sine corda Sic
et ira dei in presenti est sine corda quia
ipsum non extendit corda severitatis sed
remississimum facit dulcor pietatis Job
xxxv° Nunc enim non infert furorem
suum nec ulciscitur scelus valde Secundo
quia nulla habet appositam sagittam
Sic et ira dei in presenti non habet sagittas
quia pene transitorie quas infert non
deum reputantur sagitte respectu eternarum
penarum Sic pruina presens comparata eterna
nix pruina esse videtur sed adveniente ni
ve nichil esse conspicitur Job vi° Qui
timet pruinam irruet super eum nix
Tercio quia arcus celestis versus nos cor
nua tenet Ita dei in presenti duo cor
nua habet scilicet misericordiam et graciam Ista duo
cornua versus nos tenet quia paratus est
nobis semper et veniam dare et graciam infundere
Ps Numquid continebit in ira sua misericordias
suas Abacuk iii° Cum iratus fueris
misericordie recordaberis Tercia est sagitta

timoris/ quia wlnat ad psticmas Et
hec sequit ad prima 2 ad scdam/ quia
2 dilectio hz timorem· qui qd diligi
timemus offende 2 correctio ht tio
rem· quo quis timet ne puniat a
deo ex aliqua ira dei/ hac sagitta
timoris petebat pphta d· Confige ti
more tuo carnes meas· De hac
sagitta dicit in ps Fulgura motes
2 fumigabut ffulgura chorustaciones
2 dissipabis eos· emitte sagittas tua
2 conturbabis eos· Deus em aliquo
tiet exemplo punido s aliquem insu
dic Job Jdeo dicit Tange motes i vi
ros iustos· qui sunt alti vita 2 sapia
2 scia Et tuc alij hoc videtes 2 ti
metes fumigabut p copunctioem a
nimi i Pet iiijo Tempus est· vt in
cipiat iudiciu a domo dei· si aute
primu a nob· quis finis eoz qui no
credut euangelio Aliqn tiet vo co
minado suppliciu Vnde nota cu dicit
Fulgura chorustationes tuas/ 2c time
tes dissipat p abhominatioem pcti
Je xxxjo Castigasti me 2 erudit su
qi iuuencalus indomitus/ postqm enim
couertisti me egi pniam· 2 postqm on
disti michi percussi femur meu Ali
quado tiet facto aliquid s terribile 2
delictum extendo iudiciu Et io dicit
Emitte sagittas tuas· i· scilia iudicia
tua· 2c alij videtes 2 timetes contur
babimur p timore dei ps A iudicijs
em tuis timui Jsta sagitta
ffuit wlnatus b· Sebastia9 s sagit
ta aeris Quia sicut dicit Aug9 Ec
est pfecta caritas in hac vita quado
p ipa contempnitur vita/ Scda sagit
ta tribulacois· quia sagittas fuit reple
tus Tren iijo Misit in renib9 meis
filias pharetre sue· Tcia sagitta ti
moris vt possit dice illud Job xxxjo
Semp quasi timetes sup me fluctus
timui deu· 2 podus eius ferre no po
tui· Scda hz deus arcu in iudicio
qui est arcus iusticie De quo ps·
Nisi cůsi fuitis gladiu suu vibrauit
arcu suu tetendit 2 parauit illu De qo
arcu iustic tres 9t reprobos sagitta
emittet Vna qua ipos de celo 2 de

conspectu beatoru exclmabit· Sapie
Ibunt directe emissiones fulgurum· 2 q
abrum curato arcu inibu extermina
Scdam qua quilz dapnatus in corde
suo portabit· 2 qua deus in cor sun
infiget 2 hec erit remorsus 9scie
ps Sagitte tue acute ppli sub t
cadent in corda inimicoz regu
Prou· vijo Resat qd ad vincula
stultus trahatur Donec transfigat sag
ta iecur eius. Tcia qua dapna
spm 2 sanguine de coru cordib9 ex
to euacuabit Deut° xxxijo Inc
bo sagittas meas sanguine Job v
Sagitte domi in me· quaz indign
ebibit spm meu Jlla aut prima de
feriet vniusalit qr erit directa· u
q a nullo declinabit· sed cunctos u
nerabit Deut°· xxxijo Non e· q
de manu tua possit eruere ffeiet in
ceptabilit· quia erit subita i Thess
Cum em dixerit pax 2 securitas t
repetinus eis superueniet interitus
ffeiet fortit non superficialit· qa u
lenta Job xxxiijo Violeta sagitta
mea· ffeiet tolet i· corpus 2 aia
qa erit acuta· ymo bis acuta Ap
io De ore eius gladius ex vtraqz p
acutus exibat/ ffeiet ardenter qu
ignita Ardebit em viscera 2 co
buret Deut° xxxijo Ignis succensu
est in furore meo· 2 ardebit vsqz a
inferni nouissima ps Arcu suum
tetendit 2 parauit illu· 2 in eo parau
vasa mortis· sagittas suas ardent
effecit ffeiet insaciabilit/ qa ine
briata· Ibid Inebriabo sagittas mea
sanguine/ 2 gladius meus deuora
carnes· Scdo hz arcu dyaly de
quo emittit quatuor sagittas i· co
temptacoim dicas· q tangunt a pph
cu dicit Non timebis a timore noc
Distinguit em Aug9 in glos quat
tuor temptacoim Quedam em e leui
2 occulta 2 hc est timor nocturnus quedam
leuis 2 aperta 2 hc est sagitta volas
in die· quedam grauis 2 occulta/ 2 hc est
negocium perambulans in tenebris/ quedam
grauior 2 aperta 2 hc e pcursus· 2 demo
niu meridianu/ Tcio hz arcu ho

malus Habet quidē arcū intesum amarū. dolosum z peruū/ Ps̄ Intende- runt arcū. ecce arcu intesū. Ecce ad- hic ecce arcū amarū. vt sagittet in oc̄ultis/ ecce arcus dolosus/ imitatu ecce arcū puus z iniqꝰ/ De hꝰ q̄- druplici arcu iacit q̄tuor sagittas. Pam de arcu extenso iacit sagittam detractionis. qua vulnerat in fama per detractionem Ieremie ix° Sagitta vulne- rans lingua eorū Vere vulnerans. q̄a vno ictu tres vulnerat. s. dicentem au- dientem. z eum d̄ quo dicit̄ Prou. xxv° Jaculū z gladius z sagitta a- cuta homo qui loquit̄ c̄ proximum suū falsum testimoniū hec aut sagitta di- citur ab arcu intenso/ quia detractor sep̄ hꝫ lingua intensam z pparatam ad det- rahendum Ps̄ Sepulcrū patens ē gut- tur eorū Scd̄o de arcu amaro iacit sagittam corruptionis q̄a alios vul- nerat z corrumpūt ī Cor̄ viij° Sic aut̄ pc̄cantes in fres z pcutientes con- sciam infirmam in xpm peccatis. hec aut dicit̄ iaci ab arcu amaro/ q̄a ꝓ tali puo exemplo q̄ua in q̄scientia amaritudo pcti/ Prou. v° Nouissima aut illig amara q̄ absinthiū/ Tercio de arcu doloso iacit sagitta deceptōis qua vulnerant in sbā p̄ rerū fraudu- lenta ablacoēz Prou. xxvj° Sic no- xius est qui mittit lanceam z sagittas in mortē/ sic vir qui fraudulēt nocet amico suo. Et hec sagitta dicit̄ iaci ab arcu doloso. Ps̄e vj° ffacti sūt quasi arcus Quarto ab arcu puo ia- ciunt sagitta psecucōis. q̄ vulnerant in psona p iniurias z suppliciorū irrogacōem Ps̄ Gladiū euaginauert ptores intenderūt arcū suū vt deci- piat pauperem z trucidet rectos corde. hec aut sagitta iacit̄ ab arcu puo Ps̄/ Conūsi sūt in arcū puū/ Scd̄o hꝫ arcū homo iustus De q° iacit tres sagittas/ Prima est oronis sa- gitta. quam dirigit ad deum iiij° Reg̃ j° Sagitta Jonathe nunq̄ abijt retrorsū Tunc eni oro retro redit q̄n qs per- ccīm suū exaudiri nō meret̄ Talis erat oro illorū de quibꝫ dicit̄ Ysa primo.

Cum multiplicauitis oronem nō exau- diam/ quia manus vre plene sūt sanguine Tunc oro retrorsum redit qn̄ quis petit orando sibi dimissum recato qnittit/ z tūc recato retro red̄t Ideo monem̄ Eccī viij° Ne iteres vbū in tua oratione Tunc sagitta oronis quodamodo nō retrorsum redit/ qn̄ s fremi suū odit/ z tn̄ dicat Dimitte nobis debita nra zc̄ Ps̄ Oro eius fiat in pctm̄ Scd̄a est sagitta pdi- cationis. qua dirigit ad proxi̅m̅ De q̄ Ysa xlix° Posuit me quasi sagittā electam Tunc ē sagitta electa/ quād qs quis ore pdicat. ope q̄summat Tūc eni velociter currit i corde electorum auditor̄ Ps̄ Velociter currit s̄mo eius ij Thess iij° Orate pro vobis vt s̄mo cur- rat dei/ Ista est sagitta de q̄ j Reg xx° Ecce ibi non est sagitta vltra te/ porro Qui eni tacitū vō pdicat sagittas int̄ se tenet. quia nullū fructū facere pnt Qui vō vō pdi- cat z cetō. sagittas suas vlt̄ se iacit/ quia multos q̄uertit Tercia ē sagitta q̄fessionis. qua iacit̄ q̄ dyabolū/ de qua iiij° Reg xiij° Aperi fenestram orientale Cumq3 aperuisset dixit Helizeus Ja- ce sagittam Et ait Helizeꝰ Sagitta salutis domini z sagitta salut̄ q̄ Syria Et infra. percuies Syriam etc̄. viab3 ffenestra est os q̄ dicitur orientalis quia ab ore inicium hūit omīs culpa ab ore s. dyab̄ q̄ mulierem sedupit z ab ore mulieris q̄ viro suasit/ z ab ore viri. q̄ culpā suam q̄fiteri noluit sed p mulierem se excusauit Ista porta i q̄fessione apit̄/ z tūc q̄ Syria q̄ interptat̄ sublimis iacit̄ sagitta quia ex tali q̄fessione dyabolꝰ qui dei sublimitate apetiuit vulnerat̄ Talib3 aut̄ viab3 pcutit̄ q̄n quis z corde q̄terit̄ z ore q̄fitet̄ z ope satisfacit

Tetendit arcū suū Sermo tercius z posuit me quasi signum ad sa- gittam Treñ iij° Quia viri aliqn̄ docet vō aliqn̄ informant exē- plo Validiora aut̄ sūt z vtiliora ex̄pa q̄ vba/ Sicut ergo Sebastianus ad q̄stanciam multos rectos animauit.

verbo deinde ipsos confirmauit exemplo quia
ad martirium quod alijs verbo predicauit
etiam se opere exhibuit. Fuit enim quasi
signum positus et a persidis sagittatus.
Notandum autem quod fuit positus in multiplex
signum. Primo videlicet in signum prudencie.
Prudentia enim est prouidencia. Magna fuit
quia maiori bono se reseruauit. Qui
se sub militari habitu occultabat, ut
sanctos martires qui videbat in tormentis
deficere confortaret. Bonum quidem fuis-
set si statim se paganis confessus fuisset
sed melius fuit quod pro tali utilita-
te ad tempus se voluit occultare. Ideo
dominus volens discipulos suos maioribus
utilitatibus conseruare amonuit dicens. Cum
autem persequentur vos in una ciuitate
fugite in aliam. Bonum quidem fuisset si
discipuli non fugientes fructum martirij
recepissent sed melius erat ut se utili-
tatibus aliorum reseruarent. Ideo Paulus
discipulum amonuit dicens. i. Thi. v. Noli
adhuc aquam bibere sed modico vino
utere propter stomachum tuum et frequentes
tuas infirmitates. Bonum fuerat ut di-
scipulus fructum pacientie de sua infirmita-
te acciperet, sed melius erat ut cura-
tioni sue intendens alijs utilis esse
posset. Ideo Apostolus de se dicit ij. Cor.
xi. Per fenestram in sporta dimissus
sum per murum et effugi manus eius.
Bonum erat si Apostolus non fugiens assecutus
fuisset palmam martirij sed melius erat
ut ad tempus se reseruaret utilitatibus
proximorum. Hoc fecit beatus Sebastianus
ad tempus se occultabat ut sanctos martires
animaret. Primo ergo habuit fidem sicut
loricam sub veste quam sicut se paganis occulta-
bat. i. Thess. v. Induti loricam fidei. Secundo
habuit apertam fidem ut scutum quam paganis
manifeste se esse proclamauit. Ephe. vi.
In omnibus sumentes fidei. Hoc scuto Se-
bastianus dyaboli sagittas non timuit
Et ideo subditur. Ut possitis omnia tela
nequissimi ignea extinguere. Secundo fuit
nobis in signum constancie cuius constancia in
tribus apparuit. Primo in corroborando
quando dixit Marco et Marcelliano qui
in tormentis deficere videbantur. O fortis-
simi milites christi nolite per miseram

blandimenta conatus deponere sempronius
Ideo potest sibi competere quod dicit Job iiij.
vacillantes confirmauerunt sermones tui et
genua trementia confortasti. Genua
trementia efficiuntur aut propter timorem
propter languorem. Sic et isti martires in tor-
mentis timidi facti erant et propter timorem
tormentorum et propter languidum ani-
pentium. Secundo eius constantia apparuit in
arguendo quia impatientes constanter ar-
guit de malis que paganis irrogabant.
Et notandum quod postquam fuit sagittatus
et flagellatus magis in arguendo et re-
darguendo fuit constans et firmus. Multi
quidem constantes esse videntur antequam flagel-
la experiantur sed postmodum cum exper-
iuntur efficiuntur pusillanimes et timidi. Non
tales erant apostoli de quibus dicitur Act.
v. Cesis denunciauerunt apostolis ne ali-
quid loquerentur in nomine ihesu et illi qui-
dem ibant gaudentes a conspectu concilij etc.
Tertio apparuit constantia eius in sufferendo quia
vinci non potuit sed constanter martirium
sustinuit et illud est nobile genus vin-
cendi quando sicut quis patiendo triumphat
et vincit unde cantatur victorum genus
optimum. Martir enim cum occiditur
non debet dici victus sed magis invictus
Invictus quia voluntate non cessit. Tu quo-
que morte canit invictum quia patiendo ob-
ijt. Omnia enim voluntate non cessit
invictus fuit. Vincere enim aliquem non est
ipsum vulnerare vel occidere sed ipsum sue
voluntati facere obedire. Hugo de cu-
ra dei. Quid est victoria nisi subiectio
repugnantium. Homo ex ea parte qua
nobilior est iudicandus est. Non ergo
dicendus est pulcher in corpore qui est
fedus in mente. Mt. xxiij. Ve vobis
scribe et pharisei qui similes estis sepulchris
dealbatis etc. Ut dicendum est nobili-
tone genus qui fuit peccatis. Jo. viij.
qui facit peccatum seruus est peccati. Nec
dicendus est invictus ab aduersarijs
qui capitur vicijs. Hugo. Malus tot
dominorum seruus est quot viciorum. Sic e-
nim est dicendus victus fuisse in corpore
qui invictus manet in mente. Seneca. Fa-
cilius est gentem unam vincere quam vicium
unum vincere. Hic modo invictus fuit beatus.

Debeamus / vt possit dicere cum Apostolo
Ro. viii° Quis nos separabit a caritate
christi tribulatio an angustia Secundo
invictus fuit quia in morte cavit Augustinus
de civitate dei Si diligenter consideremus
cum quis veritate fideliter et laudabiliter
moritur mors cavetur suscipit a corpore
separatio anime Ideo adeo anima separata
ut ipsa separetur a corpore / vt sic totam
hominis morte completam sola mors
capiat sempiterna / Tertio invictus
fuit quia paciendo obtinuit Prover. xvi°
Melior est paciens viro forti et qui do-
minatur animo suo expugnatore urbium
Sepe namque equo mortuo miles evadit
quem tamen a longe prospicientibus mortuum
estimatur. sicud armaturam sub veste cir-
cumpositam volunt a nefactibus credere
Sic et facta mors equo corporis percusso
liberi transivit. et armaturam virtutum
munitam vincere non potuit / licet corium a fa-
ctis esset Quarto fuit nobis in exemplum
sive signum doctrine / Docuit enim nos
tres utiles lectiones // Prima fuit contra
contemptum temporalium. quando dixit Vita hec in
se credentes fefellit. se exspectantes irrisit
ita nullum omnino eorum reddidit
vt omnibus probetur esse mendacia / i Joh. ii°
Nolite diligere mundum neque ea que in
mundo sunt Et Jac. iiii° / Que enim est vi-
ta nostra. vapor est ad modicum parens
Secunda fuit contra appetitum celestium. quando
dixit Non separabimur a vobis / sed vade
in celum vobis parare sedes mansio-
nes Hebr. xiii° Non enim hic habemus
manentem civitatem. sed futuram inqui-
rimus Tertia fuit contra tollerancia adversa-
riorum vel adversitatum. quando dixit In amore
meum nos ita suscitemus affectus etc.
Quarto fuit nobis in signum paciencie
quia tormenta patienter et constanter sus-
tinuit Magna constancia et paciencia quod mar-
tires in tormentis non cesserunt / Cyprianus
Torti torquentibus fortiores steterunt
ac laniantes unguibus laniata membra
vicerunt fluebat sanguis qui persecutionis
incendium extingueret. flammas gehenne
reprimeret Maior quod non maledixerit
christo. i Pet. ii° Cum malediceretur non
maledicebat / Luc. vi° Benedicite male-
dicentibus vobis Maxima quod adversus deum
non murmuravit contra carnem / Non murmur
resonat nec querimonia / Pro maxima
quod in corde paciam sua valuerit vnde
sequitur Sed corde tanto. meus bene consciat
consonat paciam Supermaxima quod pro
persecutoribus oravit Luc. vi° Orate pro
calumpniantibus vos. christus pro. qui pro suis
crucifixoribus orans dixit / Luc. xxiii° Pater
dimitte illis. quia nesciunt quid faciunt /
Quinto fuit nobis in signum operationis bo-
ne / habuit enim operationem bonam. i. vtile
delectabilem et honestam / Vtile quantum
ad aliorum conversionem / multos enim ad
fidem convertit. et viam veritatis adduxit
Talem operationem vtilem habuit Apostolus
qui dicebat i Cor. x° Non querens quod
michi vtile est. sed quod multis vt
salvi fiant / Honesta vero quantum ad
pacificam conversationem vnde dicitur Erat vir
totius prudentie in sermone verax / in
bonitate conspicuus / in vniversa morum
honestate preclarus / habuit vniversis caris-
simus venerabatur affectu Erat enim verus
dei cultor et recte erat quem deus per-
fuderat gratia vt ab omnibus amaretur i
Tess. iiii° honeste ambuletis ad eos
qui foris sunt. et nullius aliquid desi-
deretis / delectabile aut quantum ad ce-
lestem contemplationem Eccl. xi Dulce
lumen et delectabile est oculis videre solem
per contemplationem solem i. christum Sexto
fuit in signum eterne pene. improbis
infernde Si enim deus tantum punit
et affligit illos qui habent vitam iustam
et sanctam quanto magis illos qui habent vi-
tam iniustam et iniquam Prover. xi°
Si iustus in terra recipit. quanto magis
impius et peccator i Pet. iiii° Si iu-
stus quidem vix salvabitur / impius
et peccator vbi parebunt / Item si deus
tantum punit in presenti illos in quibus
benedicitur et laudatur quantum puniet illos
in futuro in quibus blasphematur Jer.
xxv° Bibentes bibetis / quia ecce ego
incipio affligere et vos quasi innocentes et
immunes eritis. non eritis immunes Item
Si deus tantum punit illos. qui sunt

vides in ɔscia ꝛ in vita quitu pruni-
et illos qui sunt aridam ɔsciaꝫ et cor-
rupta vitam Luc xxiij Si in viridi
ligno hec faciunt in arido quid fiet

Ecce docuisti Sermo quartus
plurimos ꝛ manus lassas robo-
rasti vacillantes ɔfirmaverunt sermones
tui ꝛ genua debilia ɔfortasti Job
iiij possunt hec vba sancto Sebastiano
non incongrue convenire qui habuit officium
docendi ꝛ ɔfortandi Ipse enim fuit doctor
ignorancium Ideo dicitur Ecce docuisti
plurimos Secundo fuit roborator debilium
et ideo dicitur Manus lassas robora-
sti vacillantes ɔfirmaverunt sermones t(ui) Tercio
fuit ɔsolator afflictorum cum dicitur
Genua debilia ɔfortasti Fuit igitur
primo doctor ignorancium Erant enim tunc
multiplices ignorantes Quidam enim ig-
norabat veritatem dei ut ydolatre dediti
Ro j° Commutaverunt veritatem dei in menda-
cium ꝛ servierunt creature potius quam cre-
atori Quidam ignorabat vanitatem
mundi ut cupidi ꝛ avari Si enim mundi
vanitatem cognovisset ab eius amore
refugisset Naum iij° Omnis qui te vi-
derit resiliet a te Quidam ignorabat
vilitatem sui ut superbi ꝛ ambitiosi
qua tamen vilitate non habent necesse lon-
ge querere sed intra se poterunt inveni-
re Mich vj° humiliatio tua in me-
dio tui Quidam ignorabat levitatem ꝛ
brevitatem presentis supplicii ut timidi
ꝛ delicati ij Cor iiij° Id enim quod in
presenti est momentaneum ꝛ leve tribula-
tionis nostre etc Quidam ignorabat astu-
ciam dyaboli ut neophiti ꝛ inexperti
presertim namque astucia dyaboli cognoscunt
Hebr v° perfectorum est solidus cibus
eorum qui pro ɔsuetudine exercitatos
habent sensus ad discretionem boni ac
mali pueruli autem de facili decipiuntur
Prov xxvij° Astutus videns malum
absconditus est pueruli transeuntes sus-
tinuere dispendia Beatus ergo Sebasti-
anus docuit dei veritatem cum saluti
ydolatre cultum enarravit ꝛ veritatem fidei
introduxit Unde una die plus quam CC
ydola Cromatius prefecti ɔfregit ꝛ ipsum

et Mille CCCC de eius familia
baptisavit Naturam sicut dicitur j Joh iij
In hoc apparuit filius dei ut dissolvat
opera s(ua) et sermones suos opera dyaboli
docuit mundi vanitatem ꝛ iniquitatem
quam dixit Vita hec admonet fuere
ut rapiat Iustitiam mundum ut serviat de-
date ut fallat Joh v Mundus totus
in maligno positus est Docuit hu-
mane vite vilitatem ꝛ brevitatem quam
dixit Ab initio mundi hec vita in se
credentes fefellit sed expectantes inanit
ꝛ ita omnes nullum certum reddidit ut
omnibus probetur esse mentita Jac iiij°
est enim vita nostra vapor est ad mo-
dicum parens Docuit pene temporalis
levitatem ꝛ brevitatem quando dixit hec persecucio
qua hic patimur hodre excandescat
cras evanescat hodie exardescat
cras refrigescat sub una hora inducitur
ꝛ sub una hora excluditur Dolor ad
eternus renovatur ut seviat augmentatur
ut comburat inflammatur ut puniat
ta enim dicitur est preteritis pene ad futurum
quanta stille ad flumen ꝛ scintilla ad to-
rrentem Job xxvj° Cum vix parva stil-
la sermonis eius audierimus quis po-
terit tonitruum magnitudinis eius intueri Do-
cuit dyaboli astuciam quam dixit In ad-
ventum nos suscitatemus affectus Ibi enim
dyabolus se victorem existimat qui dum
capit captus est dum tenet victus est
dum torquet torquetur dum iugulat
occisus est dum exultat irrisus est
Ideo dicitur Job xl° An extrahere poteris
leviathan hamo Esca quidem est cas-
tior penis afflicta hamus veri
mitior est ferata pacia dyaboli igitur
sanctos innocentes credit se capere per escam carnis
totus mortuus ꝛ capitur ab hamo in-
terioris ɔstantie Secundo fuit roborator
fidelium debilium quod notatur cum dicitur Manus
lassas roborasti etc Notandum autem quod
quidam sunt debiles ad bonum incipiendum
Quidam ad bonum inceptum prosequendum
Quidam ad bonum perfectum ɔsummandum
Quidam ad adversum sustinendum Sunt
igitur quidam debiles ad bonum incipiendum
Prov xix° Abscondit piger manum
suam sub ascella nec ad os suum applicat

Multi enim sunt qui circa eam debu-
erunt confirmare sicut voluit in capite Eccli.
primo Cum confirmauit hoc sicut incepit.
Tales enim sunt debiles ad incipiendum
Sebastianus corroborauit ut feliciter
inciperent De quorum vno fuit Croma-
cius prefectus qui cum omnia ydola con-
fringere promisisset. vnum tamen abscondit
Et ideo sanitatem recipere non meruit.
tandem vero aperuit et sic sanatus est
huius similes sunt multi qui volentes
primam inchoare peccata sua deserunt.
aliquid tamen retinent Et ideo in sanitatem
non merentur Secundo quidam sunt debiles
ad bonum inceptum prosequendum Bernhardus
in via dei non progredi est regredi.
Tales sunt sicut simulacra de quibus dicitur
pedes habent et non ambulabunt Istos cor-
roborauit ut constanter proficerent Ideo
militari clamide ad hoc solum non de-
bebat ut pauorum animas quas videbat
in tormentis deficere confortaret Tercio sunt
quidam debiles ad bonum prosecutum con-
summandum In quorum persona dicit Apostolus
Ro. vii° perficere autem bonum non inuenio
Tales corroborabat ut perseuerant perfecte
De quorum vno fuit Marcellianus
Marcus qui cum in tormentis deficere
et dixit eis O fortissimi milites
Christi nolite per miseram blandimenta co-
ronam deponere sempiternam Quarto sunt quidam
debiles ad aduersum sufferendum Luce viii°
hii radices non habent quia ad tem-
pus credunt et in tempore temptacionis
recedunt. hos corroborauit ut patien-
ter sufferrent De quorum vno erant pa-
rentes [illegible] predictorum quibus dixit no-
lite timere non separabuntur a vobis sed va-
dunt in celum vobis parare sydereas
mansiones Tercio fuit consolator afflicto-
rum cum dicit Domina debilia confor-
tasti Erant quidam afflicti propter penam
inflictam a tyranno Act. xii° Misit
Herodes rex manus ut affligeret quosdam
de ecclesia quorum de vno erant Marcel-
lianus et Marcus Quidam propter penam
inflictam a morbo Job x. Et si iustus
fuero non leuabo caput meum saturatus
afflictione et miseria De quorum vno erat

Zoe uxor Nicostrati et Tranquillinus
atque Cromacius qui morbo grauissimo
laborabat Quidam propter penam assumptam
a seipsis Leuit. xvi° Mense vii° die x°
septimi affligetis animas vestras De
quorum vno videbatur esse Sebastianus
qui sponte se tali pene obligauit ut si
Cromatius fracto ydolo non liberaretur
ipse viuus in clibano poneretur Quidam
propter penam inmissam a deo Job vi° hec
michi sit consolacio ut affligens me do-
lore non parcat Eccli. xxvii° vasa figuli
probat fornax et homines iustos temptacio
tribulacionis De quorum vno erant Ro-
mani et Papienses contra quos ut legitur in hi-
storia Longobardorum tanta pestis adeo
fuit missa ut vix viuus alterum sufficeret
sepelire Quidam propter penam inflictam a
dyabolo Job ii° percussit Sathan Job vl-
cere pessimo a planta pedis usque ad ver-
ticem De quorum vno fuit quedam mulier
in Thuscia ut refert Gregorius in dya-
logo que cum ad dedicacionem ecclesie sancti
Sebastiani ire deberet nocte illa a con-
cupiscentia stimulata a viro suo noluit
abstinere Tunc mox ut oratorium sancti
Sebastiani est ingressa a dyabolo est ve-
xata Afflictos ergo propter penam inflictam
a tyranno Sebastianus consolatus est sa-
nando per salubrem exhortacionem qui dixit
O fortissimi milites Christi etc. Eccli. xviii°
Nonne ardorem refrigerabit ros sic
et verbum melius quam datum Ysa. l. Dominus
dedit michi linguam eruditam ut sciam
sustentare eum qui lapsus est. Affli-
ctos propter penam inflictam a morbo con-
solatus est sanando per efficaciam oracionis
Vnde dicit Si ego Christi famulus sum et si vera
sunt omnia que hec mulier ex ore meo
audiuit et credidit aperiat os eius qui
aperuit Zacharie prophete Et statim
Zoe sanata est Jac. v° Orate pro
inuicem ut saluemini multum enim valet
deprecacio iusti assidua Ipse vero consolacionem
recepit ab obligacione pene ad quam
se obligauerat propter spem et rei promisse
adimplecionem quia et de dei virtute sperauit
et quod promisit adimpleuit Judith vi°

Non delinquis p̄sumetes de te / ꝛ p̄su-
metes de se ꝛ de sua virtute humilias.
Afflictos ꝑpt̄ penā immissam a deo ꝯsola-
tus est sanado p̄ suarū reliquiarū
deuotam venatōem / Moxem vt sue
reliquie papia sunt delate ꝛ deuote a-
doratē. pestilencia illa cessauit / Dan-
iel ex rupi ꝛ firma petra aq̄ī heremo
emanauit et ex maxilla asini sapsō
sicienti. ex viris reliquiis vngētib
bꝫ oleo emanare incredibile non est.
Afflictos ꝑpt̄ penā inflictam a dyab
ꝯsolatus est sanado per sua ꝛ sancti
fortunati intercessiōem Job v. Voca ergo
si est. qui tibi rūdeat ꝛ ad aliquē sctorꝫ
ꝯuertere voluit m ea p̄us vexari. vt
ostēdat q̄ diligit p̄itatem ꝛ mundi-
ciam ps Ambulans in via immaculata
hic michi ministrabat / q̄ odit p̄sump-
tuosam audaciam deo sacerdote de se
p̄sumetem. qui palio altaris ea o-
peruit. similr̄ dyab̄ inuasit Reg x-
vij.o O p̄sumptio nequissima vnde
creata es Jer̄ detestat̄ sr̄sticionem
fallacem ꝛ vanam deo dum inuocata-
retur. legio demonū in ipam intruit /
Gal. iiij.o Dies obsuuat̄ ꝛ menses et
tpa ꝛ annos timeo ne forte sī causa
laborauerim in vobis. Fabiano ꝛ Sebastiano

Gladiu euaginauerunt peccatores in-
tenderunt arcum suum vt decapi-
ant pauperem ꝛ trucidet rectos corde.
Hodierna dies duplici solennitate
refulget. dum in ea celebrat̄ festiui-
tas ffabiani Pontific̄ ꝛ Sebastiani
militis. quorꝫ p̄mus fuit decapitatꝰ
Et ideo competit sibi qđ dicit̄ Gla-
diū euaginauerunt peccatores / Reliquꝰ fuit
sagittatus. Et ideo sibi competit qđ
sequit̄ Intenderunt arcum suum. pulcr̄
ꝯiunctio Pontificis ꝛ milit̄ / sine vt on-
dat̄ q̄ opus fecit nos deo nr̄o regnū
ꝛ sacerdotes / vt dicit̄ Apoc v. Sive vt
ostēdat̄. q̄ ad glām celestem p̄ueniunt
non solum deuoti clici. sed ecia fide-
les layci Siue vt ostēdat̄ q̄ illi ad
deum p̄ueniunt. qui ꝯ assistunt p̄ oram
ꝯtemplacionis ꝛ ꝯ militat p̄ laborem
operacionis / In verb igit̄ p̄missis po-

ex pte p̄secutorū audeles sentēcia.
dicit̄ Gladiū euaginauerunt peccatores
Ex pte vero sanctorum ponit̄ innocēcia
penā. cum dicit̄ vt decapitat pa-
perem. Sentencia aut̄ p̄secutorꝫ in
duobꝫ appet. s. in euaginado gladiū
quo fabianū decapitauerunt / ꝛ in in-
tendendo arcum. quo Sebastianū sa-
gittauerunt / Circa p̄mū notandum est
q̄ peccatores hent gladios / q̄s eua-
ginat ꝯ sctos / ꝛ sancti hent gladios q̄s
euaginat ꝯ reprobos / ꝛ deus hꝫ gla-
dios. quos euaginat ꝯ peccatores et
impios / Hunc igit̄ peccatores ꝛ p̄seca-
tores gladios vnum sꝫ in corde qui
est malicie ps Gladius eorū intret in
corda ipor̄ / Hunc euaginat cum ma-
liciam aperiunt ad p̄sequendum ps Conce-
pit dolorem ꝛ peperit iniquitatem /
Aliū in ore. qui est male linguę
ps Et gladius in labiis eorum / Hunc
euaginat cum linguā laxant ad de-
trahendum ps Exacuerunt vt gladiū
linguas suas / Tercium in manu. qui
est malignitatis ꝛ crudelitatis iniq
ps De gladio maligno eripe me
Hunc euaginat. cū manū extēdunt
ad p̄sequendum ꝛ ad occidend / Deut
xxxij.o dixit inimicus p̄sequar ꝛ com-
prehendā. diuidam spolia ꝛ imple-
bit anima mea Euaginabo gladiū
meum ꝛ interficiet eos manus mea.
Primū gladiū euaginauit Decius ꝯ
ffabianū papa. cui ꝛ Ecclie dei ma-
gna p̄secucōem ꝯmouit Sedm e-
uaginauit Dyocleciauus ꝯ Sebastianum
que proditorem suum appellauit dicens
Ego te inter primos in pallacio meo
semper habui. ꝛ tu ꝯtra salute mea
ꝛ deorꝫ iniuria actenus latuisti /
Tercium vtrꝫ euaginauit ꝯ vtrumqꝫ / Quia
ille fabianum fecit decollari / ꝛ iste Se-
bastianū sagittari Secūdo hunt sancti
gladios. q̄s euaginat ꝯ reprobos
Primus est doctrine / Hebr. iiij.o Viuus
est s̄mo dei ꝛ efficax ꝛ penetrabilior
omni gladio ancipiti. hunc euaginat
in proximi eruditōe Eph vj.o Gla-
dium spus. qđ est verbum dei Secūdꝫ

et iustice / Exo. xxxij. Ponat vir
gladium suum sup femur suum / p qd on-
ditur q platus semp det se patus ad
vltionem pcti. et nulli parcere propt
munerum acceptionem / Ite et redite de
porta vsqz ad portam. p medium castroru
p qd ostenditur q nulli debet parcere
propter cathelam vel spaale amorem / Ideo
ista tria a deo excluduntur ij. paralip. xix.
Non est apud dnm deum nrm ini-
quitas. nec psonaru acceptio nec cupi-
do munerum / hunc gladium euaginat
pcti vltionem / ps. Et gladij ancipites
in manibus eorum / quia debent vlcisci co-
missa et obmissa / Alius est gladius
fortitudinis et constantie / Cant. iijo. En
lectulum Salomonis lx fortes ambiunt
ex fortissimis isrl. omnes tenentes gla-
dios et ad bella doctissimi / de quibus ta-
citur quia fortes sunt quia armati
sunt quia docti sunt / Fortes sut vt fe-
rant / Armati sut vt se defendant / docti
sunt vt non tantum vibus sed etiam arte
pugnare sciant / hunc euaginat in ecclesie
omnia defensione / 1o Mach. iijo Iudas
gladio suo protegebat castra / Gla-
dium igitur doctrine Sebastianus euag-
inauit / qui philippum imperatorem con-
uertit / Gladium fortitudinis et constantie
vtique euaginauit. qui vtique constanter et for-
titer martirium tollerauit / Alios habz deus
gladios. quos euaginat contra peccatores
impios sed precipue euaginabit gla-
dium vltionis extreme de quo dicitur Iob
xixo. fugite a facie gladij quoniam vltor
iniquitatum gladius est. et scitote esse iudicium
De hoc etiam gladio dicitur ysa. xxvijo.
visitabit dominus in gladio suo. grandi
forti et / Duro vt nulli cedat / gran-
di vt nullus euadat. forti vt anima
corpus inuadat / Istum autem gladium
extremi iudicij deus dicitur euaginare
hoc in iudicij comminatione / Iob xx. Et
eductus et egrediens de vagina sua et
fulgurans in amaritudine sua / Eze.
xxjo. Mucro euagina te ad occidendum
euaginatum acuere in peccatores et ini-
quorum emulatione. Quos enim peccata
magis cumulant tanto gladius dei magis
acuit / Deut. xxxijo. Si acuero vt
fulgur gladium meum et Acuatum
limare in signorum terribilium ostensionem
que quidem ante diem iudicij manifestat
Eze. xxjo. Ierlm calcabitur a gentibus.
donec impleantur tpa nationum / ecce gla-
dius limatus / limatum vibrare id est sine
prorogatione / ps. Nisi conuersi fuerit gla-
dium suum vibrauit / Tunc enim gladium
sup capita reprobrorum vibrabit cum dicet
Mt. xxvo. Discedite a me maledicti
in ignem eternum / Cum vibrato incidere
in fine execucione / Deut. xxxijo. Gladius
meus deuorabit carnes / hic enim exe-
cutioni mandabitur. q peccatores in infer-
no demergentur / Mt. xxvo. Et ibunt hij
in supplicium eternum / Secundo appet sententia
peccatorum in eo q Sebastianum sagit-
tauit. Vbi notandum dicitur intenderunt
arcum suum / Circa qd sciendum q pecca-
tores habent tres arcus / de quibus iaciunt tres
sagittas / Primus est arcus mundane po-
tentie / de quo emittunt sagittam oppressionis
et ablacionis sicut habent tiranni mundana potencia
cito decidit / ps. Arcus eorum confringatur
Et ideo non est spes in ea ponenda / ps.
Non enim in arcu meo sperabo / Secundus
est arcus fraudulentie / de quo emittunt
sagittam deceptionis iniuste / qui sepe per
falsas rationes decipiunt et a fide bona
et operatione auertunt / Osee vijo / Reuersi sunt
vt essent absqz iugo. facti sunt vt arcus
dolosus / Tercius est arcus iniusticie et nequicie
de quo emittunt sagittas persecutionis
et cruciacionis in corpore / ps. Ecce quoniam
peccatores intenderunt arcum parauerunt
sagittas suas. in pharetra vt sagittent
in obscuro rectos corde / De hijs tribus
ps. Subito sagittabunt eum / ecce sa-
gitta fraudulentie et non timebunt. ecce sa-
gitta mundane potentie / firmauerunt sibi
sermonem nequam / Ecce sagitta obstinationis
dyabolice quia obstinati sunt ad pec-
candum Sed deficiet eorum nequicia. et inua-
lescet contra eos sanctorum innocentia / Et
Arcus fortium superatus est et infirmi accincti
sunt robore / Sap. v. Tunc stabunt iusti
in magna constantia aduersus eos. qui se

agustiavit re stas tres sagittas pcto-
res gtra Sebastianu recerunt s potree
qua ipm sagittatu. sed mirlose a deo
curatu tadm fustigavit. donc emi-
teret spm. Scdo copte sctorm ponitur
pene innocene. cum dicat ut decipiat
pauperem r inope rc. Sed pmo ponit
pena illata Sebastiano cu dicit ut
decipiat pauperm r inope / 2o pena
illata fabiano. cum subdit ut trucu-
det rectos corde. Paup r inops fuit
Sebastiang. qui fuit paup spu per
humilitate qua hiut r inops ptepe
ralia q gtempsit / Istum aut pauperm
a inopem impatores s3 / dyoclecianu
r maximianu decipe conati sut ind
flis allegatoib / quia ostende vole-
bat homib crucifixu no esse colendu.
sed ydolorn cultum ee suad / Se-
cudo vanis promissionib promittetes sim
pricipatu &' restitue si xpm abne-
gavit Modo diversis passionib qa
ipm fecerut sagittari r usq3 ad mor-
tem fustigari Sed tamen decipi no
potuit Nec flis allegacoib. quia ha-
bat xpm qui sapia est. luc xxi°
Ego em dabo vobis os r sapiam. cui
no poterut resistere r gdice omnes
adversarij vestri Nec vanis promis-
sionib. quia hebat xpm. qui merces
r omne bonu est Gen. xv° Noli ti-
mere ego protector tuus sum r merces
tua magna nimis Exo. xxxiij° Ego
ostendam tibi omne bonu rc Nec varijs
passionibus r cruciatib. quia hebat
xpm. qui virtus r fortitudo e ps dns
protector vite mee a quo trepidabo.
Ite Cum ipo sum in tribulone eripiam
eum r glorificabo eum Et signater
dicit in tribulatioe Magna em tribulaco
fuit sagittari et instar cribri sagitte
repleri ps Intenderunt arcum re ama-
ram Illa naq3 sagittacio magne tribulaco-
nis r amaritudinis fuit sppter in-
tramentate viscerum. qr sagitte non
tantum vulnerant membra exteriora. sed
eciam viscera interiora Job xxx° Interiora
mea efferbuerunt absq3 ulla requie
ppt gnalitate vulneris / quia no in
uno vel in duob loc sed in toto cor-
pe fuit vulneratus. qui totus fuit sag-
repletus Job xvj° Concidit me vu-
sup vulnus Ysa j° A planta pedis
ad verticem non est in eo sanitas
malicia irrisionu / quia ipm in de-
risionem quasi pro signo posuit Cu
em quis patit ipa eius passio au-
getur. si irrisionib urget Ideo i
dei xpm in cruce existente irride-
ut ex irrisionib eius passio aug
luc xxiij° Stabat pplus expectans
r deridebat eum principes cum sa
d. Alios salvos fecit rc Mt xxv°
transeuntes blasphemabant eum m
ventes capita sua r dicentes Vach
destruis templum dei rc ps In me
psallebat qui bibebat vinu Job xi
Deridetur iusti simplicitas lampas
contempta apud cogitaciones divitum
ppt totius ppli spectaculu / Fuit em
spatulo in campo mro palacium cesa
sagittatus. vt illuc omnis pplus gve-
niret r eum spectaret / r hc auget
penam j Cor iiij° Spectaculum fa
sumus mundo r angelis r homib Ideo
eciam ut dicitur Judic xvj° viri r m
lieres ad spectaculu gvenaut. vt lud
tem sampson viderent. ut ex tali spe
ctaculo sibi verecundia augetur. Scdo
ponitur pena illata fabiano. cu dicat
Ut trucidat rectos corde. Ipse em adeo
fuit rectus r iustus q Philippum im
patorem intresse sacris misterijs non
pmisit donec peta sua confiteret. et in
penitentes staret. Iste ergo sic rectus fu
trucidatus. quia pro fide xpi fuit deca
pitatus Sed licet carne trucidarunt
anima tn ledere no potuerunt Mt x.
Nolite timere illos. qui occidut corpus
anima aut no pnt occidere / Racio a
est quare animas sctorum inimici occi-
dere non pnt qa corp aie sut i manu
dei Sap iij° Iustorum anime in manu
dei sunt r no tanget illos tormentu
mortis. Sunt in sinu dei Ysa xl° In
brachio suo levabit agnos r in sinu
portabit In huius figuram Johes in sinu
ihu recubuit Sunt in corde dei phil.
j° Testis michi est deus quo cupia

vos omnes in visceribus ihu xpi. Deo cuilibet facto martiri pt dicere xpus ioh xvij. Siquis conferit animam meam dicet et anima tua meum servaberis. Quia igitur anime sanctorum sunt in manu dei non potest auferri Joh x Non rapiet eas quisquam de manu mea quam sunt in sinu dei non potest amitti Joh xvij Quos dedisti michi custodivi et nemo ex eis periit nisi filius perdicionis Augs Quid times hominem o tu in sinu dei positus tu desinis illius noli cadere et quicquid paucis ad salutem valebit non ad providens Quia sunt in corde dei non potest oblivioni tradi ps Si oblitus fuero tui ierusalem oblivioni detur dextera mea Sermo de sancta Agneta

## Mulierem fortem quis inveniet

Dubitatum est hodie in beata Agnete. quod Salomon aut per impossibilitatem. aut per difficultatem se non invenire posse dicebat Inventa est hodie una mulier fortis. que viros fortes et tyrannos devicit et ipsum dyabolum tyrannorum principem superavit. Fortitudo autem cuiuslibet ostenditur quando constans in certamine invenitur Ipsa autem triplex certamen habuit primum namque habuit contra prefecti filium secundum contra ipsum prefectum Tercium contra prefecti vicarium Filius namque prefecti volebat sibi surripere virginitatem inducendo ipsam ad sui coniugium Prefectus volebat polluere famam eius ac honestatem trahendo ipsam ad prostibulum Vicarius vero prefecti volebat in ipsa corrumpere fidei integritatem ultimum inferendo supplicium Sed in quolibet certamine habuit fidelem custodem et fortem adiutorem In primo namque habuit angelum unde ait Mecum enim habeo custodem corporis mei angelum domini In secundo habuit xpm unde ait Unigenitus filius dei murus michi est impenetrabilis et custos numquam dormiens et defensor numquam deficiens In tercio spiritum sanctum unde ait Ecce timor per spiritum ignis celestis prefusa foco timor me monitur Istud autem triplex eius certamen diligencius exponamus Primo namque in certamine quod habuit cum prefecti filio qui sua volebat virginitate surripere inducendo ad sui coniugium habuit multiplex impedimentum Primo namque impediebatur a iuvenili etate Nam parvus etatis sue annos maturitate precedit et vita iuvenit Etas namque iuvenilis est magis lasciva et amplius concupiscentie dedita unde dicitur Eccl xj Adolescencia et voluptas vana sunt Secundo a corporis pulcritudine De ipsa quidem dicitur quod fuit pulcra facie sed pulcrior fide Pulcra vero consuevit magis sollicitari Jeronimus Quam omnium pulcra cito adamatur. feda facile concupiscitur difficile custoditur quod plures amat. molestum est possidere. quam nemo habere dignatur Proverbiorum xj Circulus aureus in naribus suis mulier pulcra et fatua Pro xxxj Fallax gracia et vana est pulcritudo Tercio a munerum multiplici oblacione Unde dicitur Quia cepit offerre plurima et pluriora promittere Multe quidem sunt quas non decipit iuventus vel pulcritudo sed inducit munerum oblacio Ideo ut dicitur Gen xxiiij Servus Abrahe dedit rebecce donaria ut ipsam facilius ad consensum coniugij domini sui inclinaret Osee viij Munera dederunt amatoribus Quarto ab inducentis celsitudine. quia erat filius prefecti urbis Rome. Nobilitas namque et celsitudo virorum facilius includit animos puellarum Quinto a minarum et suppliciorum comminacionibus unde dicitur quod pater in filiis sui seviciam bladiis primus sermonibus deinde terroribus ea pulsavit Dan xiij Dic sacerdotibus filiabus israel et ille timentes loquebantur vobis Sed licet hec impedimenta habuerit. ipsa tamen victoriam obtinuit Nam etate iuvenilem mentem canitie maturavit unde dicitur. de ea Infancia computabatur in annis. sed erat senectus mentis immensa. Iste corpore iuvencula sed animo cana Sap iiij Cani sunt sensus hominis et etas senectutis vita immaculata. Habuit quidem sensus canos

p sapie maturitate Habint quisacos
p vite sactitatem Ab hoc igitur q
puelle tam tene 2 invincibile tam
grauia pati put Barbati 2 viles a
nimi qfundit Grego In armatos
duces 2 psides ducta stetit. fer
uente robustior indicate sublimior
Quid ergo nos barbati 2 debiles di
cemus. quos ira supat. sebia inflat
ambicio pturbat. luxuria inquinat
Ecclo corporis pulcritudine multiplici
maceratione turpauit vn posset dicere
Can p° Nigra sum sed formosa Nigra
exterius p corporis maceracionem fformo
sa interius p virtutum decorem Nos enim
curauit nisi de interiori pulcritudine
mentis ps Omnis gla eius filie regis
abintus Grego in dyalogo de galla
nobilissima puella sic dicit Illa cor
poris nichil deformitatis timuit q
interiorem speciem amauit Nec enim
si hoc in illa fedaret. qd a celesti
sposo no amaret Tado oblata mu
nera mundi celestis sposi compa
racione despexit. qui dixit Qui longe
te michi meliora obtulit ornamenta
que tamen ab ea veluti quedam sterco
ra sunt reputata Oracbat enim q hodie
munera terrena no dat sposis. sed co
cubinis Gen xxv° filiis aut co
cubinarum largitus est munera. dona at
spualia 2 celestia datur legittimis
sposis vn dicit de sposa x in ps°
filie tyri in muneribus vultum tuum
deprecabuntur Octo nobilitate sposi
terreni cpacione celestis vilipendit
vnde dixit Discede a me pabulum
mortis. quia iam ab alio amatore
preventa sum. qui longe te nobilior
est genere. 2 dignitate Can v. Dilectus
meus candidus 2 rubicundus. electus ex
milibus Prou xxxj° Nobilis in
portis vir eius rc Nono tiores 2
minas derisit vn dicit opi ergo
nec timore cedatur nec blandimento se
ducatur sed eodem vultu 2 animo per
seuerans terrentem simul 2 blandientem
animo deridebat ij° machab vij°
Iuidens audaciam tyranni rc Amb
Ceterae quidem puelle teneros vultus

patiuntur sic no pyr 2 aio puella dispi
plicuit quam voluntaria fleret. hec aut di
uersas carnificum impauida manu
excitauit Grego Sepe aliqui bona
agenda pponimus. sed si leuissimus pro
uidentis eruperit. statim protinus re
linquimus. hec vero frangere nec tormenta
potuerunt Nos ad precepta dominica le
gitur nra supflua nolumus. hec pro
eis carne ipam dedit Quid ergo
nos viri in examine iudicis dicemus
cum huius femine gloriam videbimus O
cius namque in virtutis culmine eius animus
tormenta derisit. prima calcauit 2
certamen habuit q pfectum qui voluit
polluere eius famam. ac nomine hon
statem trahendo ipam ad prostibulum
In hoc aut certamine multa tela iecit
aduersarius contra eam. primum telum est
quia fecit ipam p ciuitatem nudam
duci. vt nuditas sibi verecundia faceret
Dolent enim virgines magis nuditatis
verecundia timere. q penam Ezech xvj°
Eras nuda 2 confusione plena Ibidem
Delinquent te nudam plenamque igno
minia Secundum est. quia in loco tur
pi s. in prostibulo eam fecit includi. 2
nomine 2 honestatem eius pollueret
vn dixit ei pfectus Aut sacrifica dee
veste ad laudem generis tui. aut igno
minia natalium tuorum eris publice
abiectionis scortum Ioel iij° posuit
puerum in prostibulum Tercium est. quia in
loco absconso eam fecit claudi. vt loci
obscuritas virginem deberet. cum tamen
dicatur in Cor ij° Que pactacio luci
ad tenebras Quartum est. quia sine
vestimentis eam fecit relinqui. vt fri
goris aspitas eam affligeret Iob xxiiij°
Desup tunicam pallium sustulistis in
Cor xj° In frigore 2 nuditate Quintum
quia omnibus eam fecit exponi. vt pro
vno que contempserat vniuersos haberet ij°
machab iiij° Ausus est sub ipa arce
gymnasium constituere. 2 optimos quosque
ephebeorum in lupanaribus ponere Sex
tum quia filio suo eam illudenda dedit
vt que noluerat habere maritum. ha
beret amasium Ipsum enim certamen bea

Agnete superavit z vicit Namque primo
habuit capillorum densitatem · vt tale ve-
stimentum ea induet · z vercundia compulsaret
i Cor xi° Capilli pro velamine mulieri
dati sunt Ambrosius Exspoliata virgo
crinibus tegitur z nudata ab hominibus mal·
vestiebatur ab angelis bonis effectus ora-
torium angelorum locus qui prostitutorum fuerat
animarum · exibat inde dei servus · qui
servus diaboli fuerat ingressus Vero tamen aut
capilli corporales eam ornaverunt · corpore
sed etiam spirituales in mente Cant iiii° Ca-
pilli tui sicut greges caprarum que ascenderunt
de monte galaad Capiti pro albo carpendo
alta conscendit Galaad interpretatur acervus
testimonii · quia eius cogitaciones semper
cadunt in celum ascendentes · z in iudicio
eius sanctitatis sue testimonium prebentes
Romanorum ii° Testimonium reddente illis consciencia
ipsorum z inter se invicem cogitacionum accu-
santium Aut etiam defendentium in die cum
deus iudicabit occulta hominum Cont secundum
habuit angelicam puritatem vt angelica pre-
sencia loci infamiam aboleret Ysa xxxv°
In domibus in quibus prius habitabat draco-
nes · orietur viror calami z iunci Cala-
z iuncus virent iuxta fluenta aquarum
z sunt angelica celsitudine quia et angeli
sunt virore contemplacionis z sunt immersi ·
pelago amoris In domo igitur · i · in pro-
stibulo in quo habitabat dracones · i · demones
habitaverant cum beata Agnete angeli deum
contemplantes z amantes Judith xiii° Vi-
uit dominus quam custodivit me angelus
eius z hinc euntem z ibi commorantem
Cont tertium habuit luminis claritatem · vt tanta
lux tenebras repelleret · z impudicorum
oculos excecaret Tanta maxima enim ibi
lux emicuit vt nullus pre splendore ea
posset contingere vel videre Sap xviii°
Sanctis autem tuis maxima erat lux z ho-
rum quidem vocem inimici audiebant
sed figuram non videbant Cont quartum
habuit vestem celestem · que frigoris iniuriam
pelleret Ingressa enim carcerem invenit stolam
candidissimam a deo paratam · nimio candore
choruscantem z ad mensuram corporis eius aptatam ·
Ezech· xvi° Indui te discoloribus Judith
x Induit se vestimentis iocunditatis sue
Cont quintum habuit divine virtutis

operacionem quia omnes qui irridebant dei
virtute convertebat i° Reg x Insiliet in
te spiritus domini z mutaberis in virum
alterum Cont sextum habuit iusticia-
rii dei emulatorem · i · demonis qui filium
prefecti occidit Unde ipsa ait Ille cuius
voluntate volebat perficere in eo potestatem
habuit z occidit i° Reg xviii° Spiritus
malus invasit Saul Dyabolus namque
dicitur z spiritus malus propter iniqua vo-
luntatem z domini propter accepta potestate
Nam voluntate iniqua habet a seipso
sed potestatem a deo z sic est iusticiarius
dei quia quod ipse iniquè vult deus non
nisi iuste fieri permittit Cont septimum
habuit contra prefecti vicarium qui volebat
in ipsa corrumpere fidei integritatem mul-
tiplex inferendo supplicium Fecit
namque ignem copiosum accendi · z in ip-
sum ignem eam proici · z in gutture gladio
ipsam feriri In igne quippe fecit eam
proici propter consumptionem vt scilicet ignis
carnes z ossa quod cinerem redigeret Ne
alique reliquie remanerent · quas populi
adorarent Job xxxi Ignis est usque ad
consumptionem devorans z omnia devo-
rans germina Amos ii° Super tribus
sceleribus moab z super quarto non convertam
eum eo quod incenderit ossa regis ydu-
mee usque ad cinerem Primum scelus
fuit quia filius prefecti virginitatem
quam christo devoverat ei surripere voluit
Secundum fuit quia ipse prefectus eam per
civitatem nudam duci fecit Tercium quia
eam lupanari exposuit Quartum quia
eam in igne proici fecit vt eius os-
sa ad cinerem redigerentur Secundo eam
non tantum in ignem proici fecit · sed
in copiosum z hoc propter accelerationem
vt ignis vehemens cito eam consumeret
Ne si ibi moram faceret violenter ab a-
quibus corpus contingeret Tercio fecit ipsam
in gutture ferire Et hoc propter vite ter-
minationem Videns enim quod eam non pote-
rat occidere per ignem voluit eam tinare
per gutturis sectionem Sed istud tercium
etiam vicit quia contra ignis ardorem
habuit civem devotam · que ipsum ignem
divisit z ipsa incolumis in medio ignis

masit. Unde dicit. Cumque complesset orationem. ita omnis ignis extinctus est ut nec tepor incendii remansisset. Cant. 8o. In medio ignis nostrum estuavi. Contra ignis copiosa dixit. habuit refrigerantem dei gratiam. que sic ipsum ignem penitus extinxit. Unde ipsa ait. Ecce nunc per spiritum sanctum rore celesti perfusa focum iam non metuo. Eccl. 3o. Ignem ardentem extinguit aqua id est refrigerans dei gratia. Numeri. Corpus quod incendia libidinum superaverat refrigerium in mediis flammis invenit. Vita. Danielis. Cum ambularet in igne non combureretur. Coronam virtutis sive gloriosam perfectionem. habuit celestis glorie palmam. que ipsam in eternum confortavit. Unde dicitur in legenda. Gladium in eius guttur mergi precepit. atque hoc modo sanguinis sui robore perfusa. Christus sibi sponsam et martirem consecravit. Est enim de uno illorum de quibus dicitur Apoc. 7o. Stantes ante thronum dei et in conspectu agni amicti stolis albis. et palme in manibus eorum. Stat enim ante thronum dei. et in conspectu agni. per continuam fruitionem deitatis et contemplationem humanitatis. et est amicta stola alba per glorificationem anime. et palma in manibus eius per ostensionem victorie. Alius sermo de eadem.

Ista manus cum hijs quinque digitis super paulum aggrauauit id est fortificauit id est forte esse ostendit. quia primum ipsum superbum ad terram prostrauit in hoc potenciam primi digiti super eum forte eo ostendit. Ps. humiliasti sicut vulneratum superbum. Secundum sapienciam. qui sibi omnia misteria reuelauit Ephe. iii. Secundum reuelacionem notum michi factum est sacramentum. Tercium caritate infinita. quando ipsum sibi et patri reconciliauit. i. Thi. i. prius blasphemus fui. misericordiam consecutus sum. quia ignorans feci in incredulitate. Quartum secundum misericordiam qui cecum ipsius sanauit quod notatur in hoc quod ceciderunt squame ab oculis eius. i. Thi. i. christus ihesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. quorum ego primus sum. Quintum qui ipsum ad humilitatem reduxit vnde ait i. Cor. xv. Ego sum minimus apostolorum. qui non sum dignus vocari apostolus. Tercio ipsum conuertit per moram obiurgatam. quod notatur cum dicitur. dum confligitur spina. Infixit enim cordi suo quadruplicem spinam per quam quadruplex vulnus sibi fecit. Prima spina fuit verbum obiurgacionis cum dixit Saule saule quid me persequeris. dure obiurgatio et reprehensio est quasi spina. Duabus de causis aliquis solet persequi. vel ob vtilitatem propriam. vel ob ipsius culpam. sed non debes me persequi qui ob culpam quam non feci. primo propter te saluaui. Et ideo dixit Ego sum ihesus id est saluator. Nec ob vtilitatem tuam quia inde non accipis comodum sed nocumentum. Et ideo dixit Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Ista autem spina fecit in eo vulnus doloris Ro. ix. Tristicia est michi magna et continuus dolor cordi meo. etc. Secunda spina fuit verbum inpperatoris cum dicitur Ego sum ihesus nazarenus quem tu persequeris Act. 8. ego sum ille qui te saluaui. qui propter te mortem sustinui. et talia michi rependis. Imperacio autem est quam facit sapiens vir alicui iniusto et stulto. Et ista spina fecit in eo vulnus pudoris. Tacuit enim verecundia paulus cum talem imperationem tunc concepit. quia indignum apostolatu se esse asseruit. etc.

Non sum dignus vocari apostolus. quia
persecutus sum ecclesiam dei. Tercia spina
fuit / verbum conquestionis. quod similiter
dixit Act. ix°. Ego sum ihesus naza-
renus etc. Cor. 8. Sufficit tibi de eis
quod iudei me transfixerunt et vulnera-
uerunt et penis meis saciati sunt. Con-
questio enim est quedam spina. et ista spina
fecit in eo vulnus amoris. Tunc enim
passio christi adeo cordi suo fuit infix-
a / ut diceret Gal. ii° christo confixus sum
cruci. Quarta spina fuit verbum commi-
nacionis cum dixit Durum est tibi contra
stimulum calcitrare. Comminacio enim est
quedam spina. Et ista spina fecit in
eo vulnus timoris vnde dixit Tremens
et stupens etc. ii Cor. vii° foris pugne
intus timores

Vas admirabile opus excelsi /
Eccli. xliii°. Istud est illud vas
de quo dicitur Act. ix°. Vade,
quoniam vas electionis est michi iste et
non est vas commune, sed admirabile.
et non est opus hominis. sed opus excelsi dei
Istud ergo vas fuit admirabile et opus
excelsi / quia fuit mirabiliter fictum,
mirabiliter pictum, mirabiliter excoctum,
mirabiliter purificatum, mirabiliter re-
pletum. et mirabiliter effusum. Fuit ergo
primo mirabiliter fictum. Fuit enim fictum
de terra humilitatis profunde quod
notatur in hoc / quod in terram cecidit / Ad
terram cadit. qui terram se esse confitetur
Gen. iii° puluis es et in puluerem
reuerteris / Homo habens castrum forte
non est mirum si aliquis pugnat cum
aliquo potente. Sed stultus esset qui
pugnaret et castrum suum haberet luteum
vel de palea factum. Angelus habebat
castrum forte / et habebat inmortalitatem. et ta-
men eo resistere voluit / succumbuit. Stul-
tus est ergo homo qui non vult hu-
miliari / cum habeat corpus fictile et mor-
tale ii Cor. iiii° Habemus thesaurum
istum in vasis fictilibus / Sed etiam hoc
corpus quasi de palea factum. quod cito com-
buritur. vel igne febris vel igne tem-
ptacionis vel igne tribulacionis Iob iiii°
Hec que seruiunt ei non sunt stabiles /
Fuit etiam fictum ex aqua compunctionis lac-
rimose. Crisostomus Paulus compunctionem excepit
ex lacrimis. Fuit etiam fictum quasi in ter-
ra habuit constructum. veloci motu agita-
tum / et a superfluitatibus resecatum. Con-
structus quidem fuit inter amorem. quod
christus dixit / Ego sum ihesus nazarenus
Et timorem. quando sibi dixit / Durum
est tibi contra stimulum calcitrare. Per
ascendit vsque ad celos, per amorem, et de-
scendit vsque ad abyssos per timorem
Veloci motu ipsum agitauit / quod subito
ipsum lux illustrauit et subito ipsum in
terram proiecit. Ysaie xxxvii° ponam
circulum in naribus tuis ponam frenum
in labiis tuis. et reducam te in viam
per quam venisti. Eccli. xxxviii° Castiga
te. ponam frenum in maxillis tuis et
educam te. Superfluitates in eo resecat
quod temeritatem ab eo remouit Quod no-
tatur in eo quod dicitur Surrexit de terra Fuit
autem istud vas fictum rotundum per obediencie
promptitudinem. quod dixit Domine quid
me vis facere. Subtile per corporis ma-
ceracionem. Adeo quidem se subtiliabat
quod tribus diebus non manducauit neque bi-
bit. i Cor. ix° Castigo corpus meum
et in seruitutem redigo. latum per caritatis
amplitudinem ii Cor. vi° Cor meum
dilatatum est Ps. Viam mandatorum tuorum
cucurri cum dilatasti cor meum / Aptum
per predicacionem Eph. vi° vigilantes in
omni instancia et obsecratione. ut detur michi
sermo in apercione oris mei ii Cor. vi°
Os nostrum patet ad nos o corinthii /
Secundo istud vas fuit mirabiliter pictum
Vas enim quod debet esse in honore / postquam
fictum fuerit, multiplici colore depingitur
Istud igitur vas fuit pictum colore
albo virginalis mundicie / vnde ipse loquitur
de mundicia castitatis dicit volo omnes
homines esse. sicut meipsum / vnde mundi-
cia castitatis semper vadit cum christo
Apoc. iii° Ambulabunt mecum in albis
quoniam digni sunt Crisostomus Iozephus pu-
dicicie virtute decoratus est. et ego ve-
reor ne iam ridiculum sit / habuit etiam
Paulum commendare. qui omnia que videt
clara atque decora cernebat quemadmodum
nos scintillam et cinerem despicimus Co-
lorem humilitatis profunde Vnde ait
i Cor. xv° Ego sum minimus apostolorum

Colore rubeo caritatis infecte Roman v°. Caritas xpi diffusa est in cordibus vestris etc. Colore iacintino contemplacionis superne. philipp iij°. Nostra conversacio in celis est. Colore viridi conversacionis gratie. j Cor j°. In gratia dei ymaginabiliter conversati sumus. Tercio istud vas fuit mirabiliter excoctum. fuit enim excoctum quadruplici genere ignis. Igne amoris de quo luc xij°. Ignem veni mittere in terram etc. ij Cor v°. Caritas xpi urget nos. Crisost. Qui enim erat maximi omnibus xpi amore fruebatur, cum hac beatiore se cunctis putabat. sine hac neque principatum neque potestates cupiebat. hoc illi erat maximum tormentum ab hac caritate discedere. hoc gehenna hoc supplicia infinita. sed potiri xpi caritate. hoc illi vita hoc illi regnum hoc illi bona videbantur innumera. Igne tribulationis sive passionis que ipsum fecit clariorem. Augustinus. sub uno igne aurum rutilat et palea fumat. De quo ps. Igne me examinasti. ij Cor iiij°. In omnibus tribulacionem patimur. sed non angustiamur. aporiamur sed non destituimur. Igne compassionis ij Cor xj°. Quis infirmatur et ego non infirmor. quis scandalisatur et ego non uror. Crisost. paulus nocte et die consolacionem capiebat ex lacrimis. Nullus quippe tanto affectu deflet mala propria. quanto ille flebat aliena. Igne doloris Ro. ix°. Tristicia est in magna et continuus dolor cordi meo. Crisost. Ut ne omni virne molestior de singulis quibusque labentibus mesticia consumebat. omnium mulierem parturiente vehementer affligebat in singulis propter quod et dicebat. filioli mei quos iterum parturio. Quarto fuit illud vas mirabiliter purificatum et lotum et hoc quintuplici lotione. primo lotione baptismi. unde dicit Quinque baptisatus est. 2° lotione spiritus sancti. Act vij°. Vos autem baptisabimini spiritu sancto. Unde autem in Apostolos descendit spiritus sanctus in specie ignis. Sic in paulum in specie lucis. Tercio lotione lacrimose compunctionis. Crisost. Iugiter lacrimarum fontes exeo non diebus solum sed etiam noctibus effundebat. omnem quam mulierem parturiente vehementer affligebat propter quod dicebat filioli mei quos iterum partur io. Quarto lotione sanguinis et passionis hoc in sua passione, ubi in sanguine suo lotus et baptisatus fuit. Apoc vij°. lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni. Quinto lotione lactis in qua pro sanguine lac effudit. et hoc in testimonium sue puritatis. Can v°. oculi eius sicut columbe super rivos aquarum que lacte sunt lote. Quinto istud vas fuit mirabiliter impletum spiritu sapiencie et intellectus. Nam intelligens fuit. ex eo quod divina misteria et profunda intellexit. ij Cor ij°. Nobis autem revelat deus per spiritum suum. Et sapiens quia sapienter ea nos docuit. Ibidem. Sapienciam loquimur inter perfectos. 2° fuit plenum spiritu consilii et fortitudinis. Nam et prudens consiliarius fuit quando dixit j Cor vij°. De virginibus autem preceptum non habeo consilium autem do. Et fortis inter adversa fuit. Roman viij°. Quis nos separabit a caritate xpi. tribulacio an angustia etc. Tercio fuit plenum spiritu sancto sciencie et pietatis quia fuit sciens. Preterea scitis beatum divinis deposicionem ij Cor j°. Quo autem credidi et certus sum quia potens est depositum meum servare. Et fuit pius per compassionem. unde discipulum ad hanc pietatem hortabatur dicens. Exerce teipsum ad pietatem etc. Quarto fuit plenum spiritu timoris domini. Habuit quidem timorem reverencie filialis quo timebat a xpo separari. Hebr iiij°. Timeamus ne forte relicta pollicitacione introeundi in requiem aliquis ex nobis desit. Sexto fuit mirabiliter effusum. Effudit enim se toti ij Cor vij°. Os nostrum patet ad vos o chorinthii. Effudit se scripto philip iij°. Eadem vobis scribere michi quidem non pigrum vobis autem necessarium. Effudit se exemplo ij Cor vij° Capite nos. si in nemine enim lesimus. Effudit se martirio philip ij°. Sed et si immolor super sacrificium et obsequium fidei vestre gaudeo et congratulor omnibus vobis.

Spectaculum facti sumus in mundo et angelis et hominibus j Cor iiij°. hodie deus magnum spectaculum nobis dedit quando beatum paulum ad fidem convertit. Qui

quidem est spectaculum mundo · i · mundanis
peccatoribus et angelis · i · celestibus spi-
ritibus et hominibus · i · iustis et perfectis
Siquidem est spectaculum peccatoribus ad
penitendum / angelis ad mirandum
iustis ad imitandum Ideo dicit Spectacu-
lum facti sumus mundo / Peccatores quidem
in eo spectare possunt contricionem amaram
confessionem puram / et satisfactionem con-
dignam / Possunt quidem in eo spectare do-
lorem et contricionem amaram Nam tantum
doluit / quod tribus diebus comedere recusavit
et hiis diebus gemitu in fletu fuit Tan-
tum doluit quod dolorem suum semper conti-
nuavit Ro· ix° Tristicia est michi ma-
gna et continuus dolor cordi meo Tan-
tum doluit / quod habuit lacrimas com-
punctionis / et hoc in triduo sue conver-
sionis Item habuit lacrimas devocionis ii
Cor v° / Nam et in hoc ingemiscimus
habitacionem que de celo est superindui
cupientes Item habuit lacrimas compassionis
ii Cor ii° / Nam ex multa tribulacione
et angustia cordis scripsi vobis per lacri-
mas multas / Ut non contristemini · sed
ut sciatis / quam caritatem habeo habun-
dancius in vobis · Crisostomus / Nullus tanto
affectu flebat mala propria / quanto pau-
lus deflebat mala aliena · Secundo spe-
ctare possunt confessionem puram i Thi i°
Christus ihesus venit in hunc mundum pec-
catores salvos facere / quorum ego primus
sum Item sicut dicit prov· xviii° Iustus
in principio accusator est sui / peccatum
namque habet principium scilicet malam cogitacionem
habet medium scilicet consensum / habet et finem scilicet
operacionem Iustus enim non solum ac-
cusat se de medio / hoc est de consensu
nec solum de fine / hoc est de operacione
sed eciam de principio · hoc est de co-
gitacione De hiis tribus Paulus
se accusabat scilicet de fine peccati i · de ipso
opere dicens i Thi i° Qui prius fui
blasphemus persecutor et contumeliosus
De medio peccati i · de ipso consensu unde
dicebat Act xxii° Cum funderetur sanguis
Stephani testis tui / ego astabam et
consenciebam · et custodiebam vestimen-
ta interficiencium illum De principio peccati
i · de ipsis malis cogitacionibus · quibus

a corde expellebat ii Cor iv° Abdi-
camus occulta dedecoris i occultas et turpes
cogitaciones cordis / Tercio spectare possunt
satisfactionem condignam Ipse enim Christum
offenderat corde ore et opere / Unde dicit
Act ix° Saulus adhuc spirans quoad
primum · minarum / quoad secundum / et cedis quoad
ad tercium Ideo satisfecit corde ipsum super
omnia diligendo scilicet plus quam se · quia propter
sui amorem se in mortem tradere
paratus erat Act xxi° Ego enim non
solum alligari · sed et mori propter nomen
domini ihesu / plus quam suos · Gal i° Con-
tinuo non acquievi carni et sanguini i
propinquis et consanguineis meis / plus
quam sua Phil iii° Que michi fuerunt lucra
hec arbitratus sum propter Christum detrimenta
Satisfecit ore ipsum fideliter predicando ·
Act ix° vas eleccionis est michi iste
ut portet nomen meum coram gentibus et
regibus et filiis Israel Nam gentes i
populos gentiles convertebat per sapientiam
Et reges et tirannos per miraculorum effi-
caciam Et filios Israel per eorum scripturam
Satisfecit opere quia predicabat et la-
borabat et victum sibi et aliis acquire-
bat i Thess ii° Nocte et die operantes
manibus ne quem vestrum gravaremus
Unde dicit Haymo / A primo gallorum cantu
usque ad quintam horam labori manuum
insistebat / deinde predicacioni vacabat
ita quod plerumque usque ad noctem sermo-
nem protrahebat · residuum vero temporis
comestioni · sompno et oracioni satis neces-
sarium erat Secundo factus est spectaculum
hominibus · i · iustis / qui sunt tunc ut ter-
tes Augustinus in memoria eius conversionis
peccator spem venie concipit / ut provoce-
tur ad penitentiam · et qui iam penitet · per iste
conversionis accipit formam Iusti igitur
spectare possunt in eo tria scilicet contemplacionem
celestium / assiduitatem bonorum operum
et tollerancia adversariorum De contemplacione
celestium · ipse dicit Phil iii° Nostra
conversacio in celis est · Conversacio autem
totam vitam dicit · scilicet cogitaciones locu-
tiones et opera Sunt autem quidam · qui sunt
in celo ore tantum · qui scilicet habent bona
verba · sed non bona opera / sicut illi / de quibus

dicit Mathei xxiii^o. Dicit enim et non faciunt. Quidam fuerunt in celo ore et opere, sed non corde, qui scilicet habent bona verba et bona opera sed mala corda. De illis de quibus dicitur Mt. vii^o: Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Sed paulus erat in celo corde, ore, quia habuit sincerissima verba ii Cor. ii^o: Ex sinceritate sicut ex deo coram deo in Christo loquimur. Opere quia habuit sollicita opera ii Thess. iii^o: Neque gratis panem manducavimus ab aliquo sed in labore et fatigatione nocte et die operantes. Corde quia habuit sancta desideria Phil. i^o: Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo. Et quia paulus taliter erat in celo ideo dicit Ecc. Paulus in terra gradiens sic se gerebat in celestibus quasi angelorum societate frueretur. Secundo iusti spectare possunt in eo assiduitatem et habundanciam bonorum operum i Cor. xv^o: Habundancius omnibus laboravi. Vere habundancius quia plures epistolas scripsit. Vere habundancius quia plus omnibus predicavit Roman. xv^o: Ab Ierusalem per circuitum usque ad Illiricum repleverim evangelium Christi. Cris.: Paulus universum mundum deo studuit offerre qui terram ac mare, Greciam ac barbariem, omnem sub celo regionem quasi volitans cucurrit. Hylarius: Paulus in oriente incipiens in occidente finivit cursorum salutis mundi. Vere habundancius quia plures ad fidem convertit Gal. ii^o: Qui operatus est Petro in apostolatu operatus est et michi inter gentes. Vere habundancius quia plus omnibus maioribus laboravit. Cris.: Nec unum quippe diem in ocio passus est et quiete consistere. Vere habundancius quia plura passus fuit ii Cor. xi^o: Ter virgis cesus sum, semel lapidatus etc. Unde Cris.: Ut enim tibi innumeras ordiam mortes, tot utique sustinuit quot etiam dies vixit. Tercio in eo iusti spectare possunt similia tollerantia adversorum. Ipse enim tam constans in omnibus actibus suis et passionibus fuit quod ut Cris. erat omni saxo durior, omni ferro fortior, omni adamante fortior et omni auro incorruptibilior. Fuit enim saxo durior quia nulli violencie et adversitati cedebat Gal. ii^o: Quibus nec ad horam cessimus subiectione ut veritas evangelii permaneat apud nos. Fuit etiam ferro firmior quia nulla tribulacio ipsum commovebat, immo sic magis firmatur passionibus sicut ille ex passionibus ii Cor. xii^o: Placeo michi in infirmitatibus meis et contumeliis, in necessitatibus, in persecucionibus et angustiis pro Christo. Fuit omni adamante fortior quia nulla infirmitate frangebatur, immo libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Cum enim infirmor tunc fortior sum et potens. Fuit omni auro incorruptibilior quia in nullo igne persecucionis corrumpebat. Cuius enim anima tota per caritatem aurea facta erat et ideo corrumpi non poterat. Eccl. ii^o: In igne probatur aurum et argentum. Ideo factus est spectaculum angelis et hominibus ad mirandum, malis vero ad invidendum. In angelis autem bonis patet quod tamen fuit sibi commissa custodia Ysa. lxii^o: Super muros tuos Ierusalem constitui custodes etc. Velox obediencia Ps.: ministri eius qui faciunt voluntatem eius. Et caritas ignita Ps.: Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem. Ista tamen angeli in paulo mirantur et spectant. In ipso quidem fuit commissa custodia. Sed notandum quod angelorum quidam custodiunt universum mundum sicut dominaciones, virtutes et potestates. Quidam custodiunt provincias sicut principatus. Quidam specialia loca sicut archangeli. Quidam singulares personas sicut angeli. Paulus autem de omnibus hiis curam habuit, primo de mundo universo. Cris.: Angelis sepe diverse gentes est cura commissa sed nullus ita populum creditum gubernavit ut paulus universum orbem. Quasi enim universum orbem genuisset sic omnes in dei regnum inducere festinabat. Habuit etiam curam de provinciis. Cris.: Tam paulus virtute progressus est ut uno ingenti

amicorum spacio et Romanos et Persas et Parthos et Medos et yndos et Scitas et Ethiopes et Sarmatas atque Sarracenos et omne prorsus hominum genus subiugo mittet veritatis. Sunt eciam de spiritualibus locis vnum ad quam loca spiritualia suas epistolas destinauit. sic Romam Chorinthum Gall. Thess. Eph. Habuit eciam de singularibus personis vnum eciam aliquibus personis singularibus proprias epistolas misit. Sic Thimoteo Tyto. Philemoni. Crisostomus dicit quomodo totius mundi esset pater. ita maiorem hominum et ipsos eciam corporaliter imitabat patres. Vnus tuctos non solum carnales verum eciam spirituales patres solicitudine ac pietate superabat. Nunc enim propter hominem deus celestibus cupiebat. Secundo fuit in eo velox obediencia. Crisostomus. Paulus tamquam pennatus toti docendo peruolauit orbem. Volabat enim tam velociter instar sanctorum animalium quadrupertita ala. scilicet amore dei zelo proximi considerationem etiam priuium et consideratione status proprii. Considerans enim quod tam velox fuit in malo. velocior voluit esse in bono. Tercio fuit in eo caritas ignita. Sic quia totus in igne conuersus fuerat. Crisostomus vt enim ferrum missum in ignem totum perfectus ignis efficitur. sic paulus caritate succensus totus effectus est caritas. Sic quia ignem caritatis in eo nichil extinguere poterat. Romanorum viii^o. Certus sum enim quia neque mors neque vita neque angeli neque principatus nec virtutes etc. Sic quia alios vehementius inflammabat Paulus velut ignis ac spiritus totum peruebat orbem. et purgando purgauit. Sic quia omnia mala comburebat. Crisostomus. Sicut stipulas aut fenum aut ignis inmissum. sic omnia demonum opera consumpsit paulo enim in sonante lingwa et omni igne vehemencius irruente cedebat omnia. Quarto factus est spectaculum malis angelis ad inuidendum. In demonibus enim triplex est vicium scilicet superbie. quia ipse lucifer fuit inicium et inuentor superbie. Primum dicit Ecclesiastici x^o. Inuidia dyaboli mors introiuit in orbem terrarum. Et fraudulencie. Genesis iii^o. Serpens erat callidior omnibus animantibus terre. Demones igitur vt videat. spectant in Paulo contra superbiam humilitatem. Superbia enim demonis fuit quia equari deo voluit. humilitas autem pauli fuit quia non solum reputabat se minorem deo. Actuum viii^o. Quid facitis et nos mortales sumus similes vobis. Sed eciam minorem omni alio apostolo. i Corinthiorum xv^o. Ego enim sum minimus omnium apostolorum qui non sum dignus vocari apostolus. Minorem eciam et indigniorem peccatorem aliquo. i Thimothei i^o. Christus ihesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. quorum ego primus sum. Minorem eciam seipso quia nichil boni a seipso se habere reputabat. ii Corinthiorum iii^o. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. Secundo contra inuidiam spectat in ipso demones caritatem. demones quidem hominibus inuident. ex eo quod ipsos saluari conspiciunt. paulus autem omnes homines saluari cupiebat. Crisostomus. Tamquam vniuersum mundum ipse genuisset. sic omnes in dei regnum inducere festinabat. Vnde pro salute aliorum morti se exponebat. ii Corinthiorum xii^o. Ego autem libentissime impendam et superimpendar ego ipse pro animabus vestris. Crisostomus. Abraham filium voluit ymolare. Paulus autem semetipsum milleciens ymolauit. Vnde pro aliorum salute a gloria excludi affectabat. Romanorum ix^o. Optabam enim ego ipse anathema esse a christo pro fratribus meis. Crisostomus. Quemadmodum illi qui non optimam afflictam domum perditionem deflet peccatorum qui vt alii salui fierent. a celorum gloria cupiebat excludi. Nam non saluare illos multo acrius cruciabatur. quam semetipsum perire. Tercio contra fraudulenciam spectant in ipso veritatem. ipse enim omnes veritatem fidei docere satagebat pro simplicitate sue doctrine. i Thimothei ii^o. Doctor gencium in fide et veritate. pro exemplum sue vite. ii Corinthiorum vii^o. Capite nos. scilicet in exemplum. neminem nocuimus. neminem lesimus. neminem circumuenimus. nemini quicquam. Assiduitate orationis deuote. Colossensium i^o. Non cessamus pro vobis orantes

postulatis ut impleam agnitione
voluntatis eius.

Saulus adhuc spirans minarum
et cedis in discipulos domini etc.
Act. ix° Certus in beato paulo
habundavit delictum persecutoris in
ipso tamen postea habundavit gratia
miraculose conversionis / gracia conversa-
tionis et salutifere predicationis In
verbis igitur premissis notatur quante
fuit crudelitatis et seviciae / cum dicitur Spi-
rans minarum et cedis in discipulos domini
Secundo quante fuit presumptionis et febre cum
dicitur accessit ad principes sacerdotum etc.
Glosa non vocatus sed sponte zelo ce-
citate eius / Tercio quante fuit cecitatis
et ignorantie cum dicitur ut si quos inve-
niret huius vie viros et mulieres etc.
Magna cecitas. quia illos qui erant in
via. credebat esse extra viam Sed
in quo tanta habundavit culpa. mira
postmodum in sua conversione refulsit
gracia Siquidem conversus est a sevi-
cia in summa caritatem / a superbia in
profunda humilitate / ab ignorantia in
sapiencie claritate / Crudelitas autem et sevi-
tia ipsius erat. quia sanctos quadru-
pliciter persequebatur. scilicet corde per odij a-
nimositatem cum dicitur Spirans cedis.
i. anhelans ad cedem / verbo per minarum
asperitatem cum dicitur minarum / facto
et hoc dupliciter scilicet in propria persona per carceris
incarcerationem cum dicitur cedis. In rebus
per rerum expoliationem ut premittitur
Act. viij° Paulus autem devastabat ec-
clesiam etc. / propter hec tantam eius se-
vicia vocatur lupus Gen. penult. Ben-
iamin lupus rapax mane comedit
predam et vespere dividet spolia Ipse enim
figuratur per Beniamin / Tum quia fuit de
tribu sua. sicut ipse ait phil. iij° Tum
quia fuit ultimus apostolorum. sicut ille ultimus
patriarcharum / Tum / quia eius nativitas
spiritualis fuit occasio mortis matris sy-
nagoge sicut Benoni i. filius doloris
pri / Act. ix° Christus fuit filius dextere /
Tum quia cyphus aureus Joseph. i.
Paulus qui fuit vas electionis i. sacco
Beniamin inventus fuit Iste mane i.

in iuventute fuit lupus rapax predam
comedendo i. ecclesiam persequendo Sed vespere
i. in fine sue predicationis et illa ecclesia
die sue conversionis spolia arrepta
de manu dyaboli divisit per diversa eccle-
sie officia / De hoc lupo sic dicit Augustinus Ec-
ce lupus rapax adducitur ad ovem sed
predam non recipienda i. ad animam
qui interpretatur ovis. Magna res quia tere-
bentia inducitur / lupus ad ovem captivus
adducitur Tanta autem passim fama lu-
pi raptoris / ut eius nomine audito
timeret ovis / et sub manu pastoris aut
Domine audivi a multis de viro hoc etc.
Secundo ne paveat confortatur semetipsum
ne timeat / ab agno pro ovibus mortuo
sit securus de lupo / Vade inquit Quoniam
vas electionis est michi iste / De tanta
igitur crudelitate et sevicia in summam
caritate conversus est. Tunc enim sanctos
quadrupliciter persequebatur / sic quadrupliciter fuit
compassivus Siquidem dedit cor suum ad
diligendum et compaciendum / de cuius visce-
rosa dilectione dicitur phil. i° Testis
est michi deus quomodo cupiam vos omnes
in visceribus ihesu christi / Crisostomus de lau-
dibus pauli Nihil enim maius omnibus
erat ipsi amore fruebatur / cum hac be-
atiorem se cunctis putabat sine hac
neque dominantium neque principatum potestatis
esse cupiebat / tamen hac dilectione magis
cupiebat esse communis omnino est minimo
puniciore / quam sic hac inter summos et
honores sublimes de ipsius viscerosa
dilectione dicitur ij Cor. xj° Quis infir-
matur et ego non infirmor / quis scan-
dalizatur et ego non uror / Crisostomus paulus
compassionem die et nocte cupiebat ex
lacrimis Nullus quippe tanto affectu
flebat mala propria / quanto ille aliena
Secundo dedit os ad predicandum quia
nulli unquam fuit clausum. sed apertum
atque patens ij Cor. vj° / Os meum
patet ad vos o chorinthij / cor nostrum
dilatatum est. Ephes. vj° Orantes pro
me ut detur michi sermo in apertione
oris mei / predicavit namque sapienter
dulciter et infatigabiliter Ista tria tangit
Dyonisius in epistola beati pauli. d. Abis-

sium sapie. fistula altisona. pdica
tore vitatis infatigabile paulu
dico nobilissimu aplm. Tercio dedit
corpus suu ad moriendum phil ij°
Sz si ymolor sup sacfitiu z obsequi
fidei vestre gaudeo z congratulor oibz
vobis j thess ij° Volebamus trade
vobis no solum evangelium dei sed
etia animas nras. qm carissimi
nobis facti estis Crisos de laudibus
pauli vis eius immensas t ondas
mortes tot vtiqz sustinuit quot
etia diebz vixit Idem morte cotiqz
cruciatus z mille supplicia q lu du
putabat esse pueror. dummo p eo
aliquid sustineret Qrto dedit res ad
sustandum Act xx° Ad ea q michi
opus erant z hijs qui mecu sut mi
nistravit manus iste ij thess ij° Ne
qz gratis panem manducavimus ab aliq
sed in labore z fatigacoe nocte ac
die laborantes ne quem vestru gra
varemus Crisos de laudibz pauli Job
cu oues z boues hret immensas erat
in paupes libalis. hic vo michil
amplius corpori suo possidens de
hoc sufficienter egentibus ministrabat
Scdo conversus est a supbia in pro
funda humilitatem hnit quide
humilem denominacoez humile
conversatioem humile sciam humi
lem vitam Denominatioem quide
hnit humilem qa cu an nominaret
saulus a saul supbo postmodum
vocavit se paulum. i. pvulum j thess
ij° facti sumus pvuli in medio ve
strorum tc Non tantum vocat se
pvulum sed etia servum Roman j°
Paulus servus ihu xpi Ista ei ser
vitus mag dignitatis reputatur
qa servire deo regnare est Eccli x°
Magnus est iudex z potens in hore
z non est maior illo qui tiet deu
Et no tantum vot se servu xpi. sed et
servu servorz j cor ix° Cum li
ber essem ex omnibus. oium me servu
feci z no tantu vot se servu servorz
sed etia minimu aplorz j cor xv°
Ego sum minimus aplorz. q no aplica
denotioe indignus. vn sbdit Et no

sum dignus voci aplus Scdo hnit
humilem conversacoem j cor x° Sine
offensioe estote iudeis z gentibz et
eclie dei. sicut z ego omnibz p omnia
placeo. Eccli xxxij° Rectorem te po
suerunt noli extolli Esto in illis quasi
vnus ex illis. platus naqz respectu il
lorz qs regit. aliqn dz ee superior ill
aliqn equari vnus ex illis. aliqn inferior
illis Superior illis in correctioe au
ctoritate Tit ij° Argue cu omni
imperio Inferior illis in cordis hu
militate. exo illus plati qui au ait
xj° Discite a me quia mitis sum et
humilis corde. Vnus ex illis amica
bili societate Prov xviij° vir amica
bilis ad societate magis amicus erit
q frater Talis erat aplus j thess
ij° facti sumus pvuli in medio ve
strum. ecce quanta humilitas. tanqz
si nutrix foveat filios suos. ecce quanta
auctoritas. qm carissimi facti estis
nobis. ecce quanta amicabilitas Ista
sciam expte tangit Greg9 in pastora
li dicens. Prelatus z eqlem cum certis
se debet cernere z in se peantibz zelo
vlcionis assurgere Sic petrus cornelio
bene agenti. se similem recognovit
d. Surge ne feceris z ego ipse ho sum
Sed cu ananye z zaphire culpa re
perit. mox quanta potentia sup ceteros
excrevisset ostedit Sic paulus pla
tum se fribus nesciebat. cu diceret
facti sumus sic pvuli in medio ve
strum. sed cu culpa invenit illico se
magistrum recognovit d. Quid vultis
in virga veniam ad vos Tertio nempe hi
agentibus p humilitate. dz esse pams
z contra delinquentes p zelum iusticie
erectus. Tercio hnit humilem sciam j
cor ij° Non iudicavi aliquid me scire
inter vos. nisi ihm xpm z hunc cru
cifixum. plus enim hebat sciam feba
Gal j° proficiebam in iudaismo sup
multos coetaneos meos habundancius
emulator existens paternarum mearum
tradicionum Causa aut humo supbie
in scia. erat defectus caritatis j cor viij°
Scia inflat. caritas edificat. Vn de a
liqbz hentibz sciam sine caritate dicit

bat Col ij° Nemo vos seducat in hu-
militate et religione angelorum que non
videt ambulans frustra inflatus sen-
su carnis sue. Paulus habuit humilem
vitam, quia non reputabat se perfectum
sed etiam reputabat se omnium sanctorum minimum
Ephes iij° Michi omnium sanctorum minimo da-
ta est gratia hec. Augustinus Ipse erat mi-
nimus et novissimus tanquam fimbria de vesti-
mento domini hac tamen tacta mulier a
fluxu sanguinis sanata est id est gentilitas
In modico isto deus magnus erat
in minimo grandis habitabat et tanto mi-
nus a se excludebat quanto magis minor erat
Quid mirantur magnum habitare in an-
gusto. Audi aliquando dicentem Super quem
requiescet spiritus meus nisi super hu-
milem et quietum et frementem sermones me-
os. Et non solum reputabat se omnium sanc-
torum minimum, immo etiam non audebat se
reputare iustum j Cor iiij°. Nichil
enim michi conscius sum sed non in hoc
iustificatus sum. Et non solum non re-
putabat se iustum sed etiam reputabat se
peccatorem j Thi j° Christus venit in hunc
mundum peccatores salvos facere, quorum
ego primus sum. Tertio quesivit et ab(us)-
gnoscitur in sapientie claritate, habuit
quidem sapientiam mosaicam euangelicam
et super intellectualem et divinam. Istam triplicem
sapientiam didicit in tribus scolis in quibus
fuit; primo namque fuit in scolis iudeorum
in quibus legem didicit mosaicam
ubi magistrum habuit moysen sive gama-
lielem Act xxij° Ego sum vir iudeus
nutritus in ista civitate, secus pedes
gamalielis eruditus iuxta veritatem le-
gis patrum. Secundo fuit in scolis a-
postolorum in quibus didicit sapientiam E-
uangelicam, ubi habuit duplicem magistrum scilicet
Christum Gal j° Notum vobis facio Evan-
gelium quod euangelizatum est a me
quia non est secundum hominem. Neque enim ego
ab homine accepi illud sed per revelacionem
Ihesu Christi. Habuit etiam magistrum spiritum sanctum
Glossa super illud Et subito circumfulsit eum
sol de celo. ut prius apostolis ignis appa-
ruit, ita paulo lux fulsit. Tertio fuit
in scolis angelorum in quibus didicit legem
superintellectualem et divinam, ubi magistrum

habuit totam trinitatem ij Cor xij°. Scio
hominem in christo ante annos quatuordecim
sive in corpore sive extra corpus nescio
deus scit raptum huiusmodi usque ad terci-
um celum. Et scio huiusmodi hominem qui
raptus est in paradisum et audivit ar-
chana verba que non licet homini loqui.
In hiis autem scolis angelorum didicit ma-
xime tres lectiones. Prima est qua didicit
ordinem ierarchie supercelestis qui con-
sistit in distinctione divinarum personarum
Quam quidem lectionem tradidit Gal iiij°
Quoniam estis filii dei misit deus spiritum
filii sui in corda vestra, in quibus paucis
verbis aperte ostendit distinctionem et
ordinem divinarum personarum. Secunda est qua
didicit ordinem ierarchie celestis
que consistit in distinctione et ordine angelorum
quam lectionem tradidit Col j° Sive
throni sive dominationes sive princi-
patus sive potestates etc. Tertia est quia
didicit ordinem ierarchie subcelestis
qui consistit in sub distinctionibus salvandorum
Salvandi autem distinguuntur in tres ordines
scilicet in prelatos, contemplativos et activos,
quibus omnibus tradit regulam specialem
Regula prelatorum tradit j Thi iij°
Oportet episcopum irreprehensibilem esse so-
brium prudentem pudicum ornatum etc.
Regulam contemplativorum tradit ij Cor
iij° Nos autem revelata facie gloriam
domini speculantes in eadem yma-
ginem transformamur a claritate in cla-
ritatem tanquam a domini spiritu. Regulam
activorum tradit j Cor vij° Qui ha-
bent uxores sint tanquam non habentes et
qui flent sint tanquam non flentes, et qui
gaudent tanquam non gaudentes, et qui emunt
tanquam non possidentes et qui utuntur hoc
mundo, tanquam non utantur. Ecce quomodo
apostolus ad summam devenit sapientiam, quia
de magis scolis iudeorum translatus est
ad maximas scolas angelorum magis
scolas immo maiores apostolorum de maio-
ribus scolis apostolorum translatus est ad ma-
ximas scolas angelorum. Et qui prius
didicerat mosaicam postmodum didicit
Euangelicam deinde didicit sapientiam in-
tellectualem et divinam, cuius eum summe cum
sapientie testatur phylosophus Petrus dicens.

Sicut carissimus frater noster Pau-
lus zm data sapiam · nobis data
s in scolis indoctis · aplorum z agelorum

Paulus adhuc spirans
minarum z cedis in discipulos
domini zc. In hac lectione fit men-
tio de quatuor · s. de infirmo · de medi-
co. Infirmus aut periculose infirma-
batur Tunc enim est periculosa infir-
mitas · quando interius in corde radi-
catur · z exterius per totum corpus diffunditur
Vel quando morbum nescit z ignorat
vel qn contraria z nociua sumit vel
quando medicum ipse contemnit Istis
modis paulus ante conuersionem pe-
riculose infirmabatur Eius namque mor-
bus radicabatur in corde vn dicitur
Spirans heb · iijo · videte fratres ne for-
te sit in aliquo vestro cor incredu-
litatis discedendi a deo viuo · Ideo
dicitur Jeremie iiijo · laua a malicia
tua cor tuum ierusalem · vt salua fias · per
totum corpus eciam exterius spargebatur
s. in prima parte corporis quam nisinabatur
in ore · vnde dicitur Spirans minarum
In extrema parte corporis vi pedibus
Unde dicitur vt iret in damascum In
media parte corporis vel in manibus vnde
Et cedis in discipulos domini ysa · jo ·
A planta pedis vsque ad verticem non
est in eo sanitas. Secundo ipsum suum
morbum ignorabat i thi · jo · Ignorans
feci in incredulitate · Tercio nociua z
contraria sumebat · cum enim debebat
nociua detrahere · potius addebat ·
z mala cumulabat · Non enim vocatus
sed sponte accessit · malo zelo concitatus
Jeremie xxxo · ve filii desertores vt ad-
deretis peccatum super peccatum Quarto me-
dicum contempnebat · vnde potius ipsum co-
uiciis afficiebat · vnde dixit ei Sau-
le saule quid me persequeris · cum tamen
dicitur Ecci xxxviijo · Honora medi-
cum · etenim dominus creauit illum · z non
discedet a te · quia opera eius tibi sunt
vtilia · Secundo modo fit de medico ·
Bonus medicus debet habere sapiam in co-
gnoscendo · vt s. radices morbi co-
gnoscat · Potenciam in curando · quia
parum valet si cognosceret nisi poterit
curiose sanare posset · Voluntatem

in exequendo · quia parum valet si sciret
posset z vellet · nisi vsque ad comple-
mentum sanitatis insisteret · Dulcedinem
in exhortando · quantumque enim procedat
haberet · bonus tamen medicus non esset · si in-
firmum durius verbis ad desperationem indu-
ceret Iste igitur medicus sapiam habuit
qua radicem infirmitatis Pauli cognouit
Videbat quidem Paulum persequi hominem
mortalem · z persequebatur deum celestem ·
Unde infirmitatem suam eum cognoscere
fecit · qui dixit Ego sum ihesus naza-
renus · quem tu persequeris. N. B. Non hominem
persequeris · sed deum · non creaturam · sed
creatorem · non corpus · sed caput · luc
x · Qui vos audit me audit · z qui
vos spernit · me spernit · Secundo habuit poten-
ciam · quia tunc subito ipsum mutauit
z sanauit Ecci · xviijo · Omnia tua do-
mine potestate plenus est · Tercio volunta-
tem habuit bonitate in exequendo · quod patet · quia
personaliter de celo descendit · z sibi locu-
tus fuit i thi iijo · Qui vult omnes
homines saluos fieri · z ad cognitionem ve-
ritatis venire · quod patet · quia ipsum exi-
stentem in voluntate z actu persequendi
conuertit · non sic alios aplos · licet enim
essent non sequentes · non tamen erant per-
sequentes · Quarto habuit sollicitudinem in
proficiendo · cum dixit Ananie Vade
in vicum qui vocatur rectus · z quere ibi
saulum nomine tharsensem i pet vo ·
Omnem sollicitudinem vestram proiicien-
tes in eum · quoniam ipsi cura est de vobis
Quinto habuit dulcedinem in exhortando
quando dixit Surge z ingredere ciuita-
tem · z dicetur tibi · quid te oporteat facere
Ecci · xviijo Nonne ardorem refrigerabit
ros · sic z verbum melius quam datum · Tercio
fit mencio de modo curationis Qui quidem
fuit multiplex · primo enim curatus est
per adustionem · qui scilicet ignis de celo de-
scendit · z ipsum circumfulsit Malach iijo
Sedebit conflans z emundans argentum
z purgabit filios leui · Ecci · ijo · In
igne probatur aurum z argentum · homines
vero receptibiles in camino humiliationis
heb xijo Deus noster ignis consumens est ·
Secundo per emplastri appositionem · Sed quidem
autem emplastrum fuit mordificatiuum
cum dicitur · Saule saule quid me persequeris

Nuncupata leniuit. cui dicit Ego sum ihc
nazarenus etc. Luc x° Infundens oleum
quantum ad lenitum et vinum quantum ad mor-
dicatum. Tercio per inmissionem cui dicit
Durum est tibi contra stimulum calcitrare
Ille enim stimulus cor suum incidit et
omne sanguinem induxit. Hebr iiii° Vi-
uus est sermo dei et efficax et penetrabili-
or omni gladio anacipiti. Eccl xii° Verba
sapientum sicut stimuli et quasi claui in
altum defixi. Quarto per minucionem. Ipse
enim tunc spiritualem minucionem fecit. qui
omnem amorem terrenum a se abdicauit quem
sanguis in eo quadruplicat. Quintum autem
Saulus de terra apertis oculis nichil
videbat. ad manus autem illum trahentes
introduxerunt damascum. et erat ibi tribus
diebus non videns nec manducans neque
bibens. Hebr xii° Deponentes omne pon-
dus et circumstans nos peccatum per pacienciam curramus
ad propositum nobis iter. Quinto per obscuracionem
Dolent enim infirmi et maxime in oculis
pacientes obscura loca querere. Sic et pau-
lum in oculis cordis sui paciente deus
obscuritate posuit. cui dicit Apertis quoque o-
culis nichil videbat. Sed tamen per obscu-
racionem exterius ipsum illuminauit intus
ii Cor iiii° Deus qui dixit lucem de te-
nebris splendescere illuxit in cordibus
nostris ad illuminacionem sciencie claritatis dei
in facie christi. Aug in sermone. Eo tempore
quo ceteram non videbat mistio infor-
batur ardentum. quoniam qui credit
in christum christum dum intuetur. cetera nec nata
computare creatura vilescat. ut creator
dulcescat. Sexto per loci et aeris muta-
cionem Dolent enim multum conferre sani-
tatem mutacio aeris et loci. locus enim in quo
stabat. erat sibi occasio peccati. et ideo locum
et societatem mutauit cum dicitur Ad manus
autem illum trahentes introduxerunt dama-
scum. Iereme xlviii° Requieuit moab i
fecibus et non est transfusus de vase in
vas. Septimo per diete obseruacionem
Erat enim tribus diebus non manducans ne-
que bibens. i Cor ix° Castigo corpus
meum et in seruitutem redigo. Octavo
per deuotam oracionem. vnde dixit dominus Ana-
nie Ecce enim orat. Oro enim sepe impe-
trat corporis et anime sanitatem. Iac v° Or-
acio fidei saluabit infirmum et alleuiabit

eum dominus. et si in peccatis sit. dimittentur
ei. Nono per amare medicine suspcionem
De qua dixit dominus Ego enim ostendam
illi quanta eum oporteat pro nomine me-
o pati. Ysa xxiiii° Amara erit potio
bibentibus illa. Ymmo autem ista potio
amara fuit sensualitati. erat tamen dulcis
racioni. ii Cor xii° libenter gloriabor in
infirmitatibus meis. Decimo per diuinam
visitacionem. cui dicitur Et imponens illi
manus Cofessores sunt dei visitatores.
qui tunc dyabolum vincatur et de carina
cordis eiciunt quando super peccatorem ma-
nus imponunt et eum absoluunt. Act viii°
Tunc imponebant manus super eos. et
acceperunt spiritum sanctum. Sed de aliquibus
dicit Sicut aspidis surde et obturantis
aures suas. etc. Vndecimo per balnei ad-
ministracionem vnde dicit Et surgens bapti-
zatus est. Tale enim balneum lauat de
peccatum. dicit tamen Eccl xxxiiii° Qui
baptizatur a mortuo et iterum tangit mor-
tuum. quid proficit lauacio eius. Duo-
decimo per sudorem. Sudor enim anime est
ipsa effusio lacrimarum. Hos quidem in
triduo illo paulum credimus effudisse.
Luc. pauls consolacionem recipiebat i
lacrimis. Terciodecimo per obediencie impletionem
Omnia enim prodencia prodesse non
posset. nisi infirmus medico obediret
hoc notatur cum dicitur Domine quid me
vis facere. Glosa. heu plures hemo
illius euangelii certi quod nouum apostoli imitan-
tores. Quid vis. ait dominus ad cecum
vt faciam tibi. Quarto sit mencio de per-
fecte curacionis signo. Sed enim perfecte
fuit curatus. quatuor signa ostendunt. primum
est appetitus ordinatus Non enim appe-
tebat carnalia. que mors anime sunt.
Ro. viii° Si enim carnem vixeritis mori-
emini Nec terrena. quia vanitas sunt.
Ps. vt quid diligitis vanitatem et queritis
mendacium Sed appetebat spiritualia atque
celestia. quia vita anime sunt. Secundum si-
gnum per squamas. que ab ipsius oculis ce-
ciderunt Squame enim representant
carnalia. que inquinant affectum. et re-
presentant terrena. que obscurant intellectum.
Tercium signum est totius corporis et corporis
satisfactio fortificacio. vnde dicit Et cum
accepisset cibum confortatus est. Fides

quippe fuit fortificatus / q ledi non
poterit ab aliquo intrinseco vel extrin-
seco. ij Cor. xj° / Preter illa q extrinsecus
sunt instancia mea quotidiana sol-
licitudo ecclesiarum. ij Cor. vij° Foris pu-
gne intus timores / Tercium signum e
coloris venustas. Fuit enim candidus
p puritatem / et rubicundus p caritatem
Unde in sua passione emisit lac in signum
puritatis. sanguinem in signum cari-
tatis vide excellente eius puritate
Nam gloria nostra hec est testimonium nostre
consciencie ij Cor. j° / Vis vide eius invin-
cibilem caritatem Quis nos separabit
a caritate xpi. tribulacio an angustia
et c. Ro. viij° / Quartum signum est cordis
et corporis mira agilitas vel dicta. Et
continuo surgens predicabat ihesum Adeo
quidem agilis fuit / ut sicut dicit Crisostomus
paulus velut penatus totum pervolavit
orbem Adeo quidem fuit agilis. q
nullum habuit pondus terrenorum. nullum c-
ircumstans peccatum. nullum impediment viam
sed semper respiciebat celeste spectaculum
Hebr. xij° Deponentes omne pondus
et circumstans nos peccatum p pacienciam curramus
ad propositum nobis certamen respicien-
tes in auctorem fidei et consummatorem
ihesum /

# Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui

Olim deus valde erat liberalis
in promittendo. Gal. iij° Abrahe
dicte sunt promissiones et semini eius
Modo est valde liberalis in promis-
sa ad implendo Eph. iiij° Qui descendit
ipse est. et qui ascendit super omnes ce-
los ut adimpleret omnia Mt. v° Non
veni solvere legem. sed adimplere /
In futuro autem erit valde liberalis. p-
missa et impleta largiendo et donando
Luc. xij° / Nolite timere pusillus grex
quia complacuit patri meo dare vobis
regnum. Ires istas atqui erit in co-
tinua expectacione / ysa. xxviij° Expe-
cta re expectatur modicum ibi modicum
ibi moderni sunt in devota suscepci-
one. Luc. x° Suscepit israel puerum
suum recordatus misericordie sue. Beati vero

sunt in secura possessione Mt. xxv° Ve-
nite benedicti patris mei possidete
paratum vobis regnum a constitucione mundi
Tercia igitur gracias agere. ut dixit Expe-
ctavimus deus misericordiam tuam / quia hoc
fuit antiquorum Nec dixit Possidemus
deus misericordiam tuam quia hec est beatorum / Sed di-
xit Suscepimus deus misericordiam tuam quia
hoc est modernorum / Potest igitur verbum istud
intelligi de quintuplici templo / scilicet mate-
riali. virginali. corporali spirituali et celesti In tem-
plo igitur materiali hodie misericordiam dei susce-
pimus / quia xpus qui est misericordia nostra
ut legem impleret ad templum voluit
deportari / Tulerunt inquit puerum ihesum pa-
rentes eius et c. Quod recitat ecclesia in pro-
cessione hodierna / sic enim maria et yo-
zeph. Symeon et Anna. xpum qui est
verum lumen. de quo dixit Symeon / lumen
ad revelacionem gencium et c. / processionaliter
in templum detulerunt sic et nos processi-
onaliter incedimus et candelas accensas in
manibus baiulamus / Et quidem de mal-
semper bonum elicere consuevit Ista observancia
ecclesia elicita fuit a honore gentilium super-
sticione Olim enim romani cum adhuc ydol-
deservirent tria festa luminarium in mense fe-
bruario celebrabant / primum s in honorem
proserpine / 2m in honorem ffebrue. Tercium
in honorem tocius infernalis curie. Dicitur
nam eorum fabulas. proserpina speciosam
puellam flores colligentem. pluto deus
infernalis concupiscens / ad infernum ra-
puit. et eam in uxorem accipiens deam
fecit / parentes autem eius et tota milicia
romanorum. tota nocte in silvis proser-
pinam cum luminaribus quesierunt / q non
inventa. pluto eius mandavit / qualiter
ea in uxorem accepisset / et deam fecisset
Singulis igitur annis honore mulieres
in kal. februario tota nocte luminaria
deferebant / recolentes qualiter fuerat cum
luminaribus requisita Recolo et agentes festum
proserpine cum plorone / decoratione et
ipsius deificacione. ut ex hoc plutonis
impetrent graciam. cum sic honorabat
sponsam / Faciebat eciam in hoc mense fe-
bruarij festum luminarium. ad honorem fe-
brue matris dei martis. i. belli / ut

z istum mensem februarii ipi februe
consecrauerunt · z ipum cu luminaribus cele-
brabat · vt filius eius Romanis victo-
ria concederet · cuius ineuntem tam solempni-
ter honoraret / z ista solempnitas fiebat de
lustro in lustrum i de quinquennio in quin-
quennium · in quo vrbem cum luminaribus plura
strabat / Faciebat etiam in hoc mense
festum luminarium · ad honorem omnium demonum
infernalium vt ipos placaret · z super
animabus defunctorum suorum ad miam in-
duceret · vt sibi eos leuius puniret Ro-
tandum / igitur quia postquam ad fidem xpi
peruenerunt · adhuc ista festa luminaribus
in februario peregerunt / quia difficile est
consueta relinquere / Ideo quod Sergius papa
hanc solempnitatem luminarium ad solempnitatem
matris luminum transtulit / vt iam non fiat
ad honorem proserpine sponse dei infernalis /
sed ad honorem matris sponse regis celestis
iam non fiat ad honorem matris dei martis /
sed ad honorem matris dei omnia pacifican-
tis / Iam non fiat ad honorem demonum infer-
nalium · sed ad honorem marie regine omnium
angelorum / Et nunc honorabat proserpinam
vt a sponso suo eis impetraret graciam ·
honorabat februam vt a filio suo eis ob-
tineret victoriam / honorabat demones animas
punientes · vt ipos induceret ad miam
Quia ista tria scilicet graciam · victoriam z miam
mater dei possidens vnde cantat ecclesia ·
Maria mater gratie mater misericordie tu nos ab ho-
ste protege · in hora mortis suscipe · Ipa enim vi-
uis dat graciam / Ideo dicitur maria mater
gratie · defunctis impetrat miam / Ideo sequitur
Mater misericordie / Vniuersali ecclesie obtinet ab
hoste victoriam / ideo sequitur tu nos ab ho-
ste protege · / Secundo vero propositum potest
exponi de templo virginali z vtero beate
virginis / de quo duo sunt videnda · scilicet quale
dicatur templum / z quale in medio huius
templi miam suscepimus / Dicitur ante
templum quod tenet amplum / habuit enim
amplum affectum ad diligendum · quia ami-
cos z inimicos diligebat / Amplum vterum
ad suscipiendum / quia sic cantat ecclesia
quem celi capere non poterant tuo gremio
contulisti / Amplum intellectum ad cogno-
scendum / quia omnia intra z extra deum

sibi manifestauit / Amplum sinum ad com-
patiendum z miserendum / quia intra si-
num sue pietatis omnes admittebat
De ista quadrupli amplitudine dicitur
Eccli xxiiii° Ego mater pulchre dilectionis
z timoris z agnitionis z sancte spei Siqui-
dem amplitudo caritatis ampliatur eius
animum / Ideo dicitur Ego mater pulchre dile-
ctionis z timoris / Amplitudo sinus amplificat ampliat
pliat eius vterum / Ideo subditur Et timoris
Ex eo enim quod ipa effecta est mater dei · de-
monibus est valde terribilis z nobis timore
filiali valde honorabilis / Amplitudo sapientie
z virtutis ampliat eius intellectum / Et
ideo sequitur Et agnitionis / Amplitudo
pietatis ampliat eius mentem sinum / Ideo
subditur Et sancte spei / In medio huius templi
miam dei suscepimus / Olim quidem
mia dei tantum habitabat in celo vnde con-
querebatur propheta dicens · Domine in ce-
lo mia tua · Deinde descendit de celo
z inclinauit se in quoddam angulum scilicet
in populo iudaico · in quo populo erat mia
z cognitio dei · ceteris gentibus sine mia et
cognitione dei existentibus / Ps Notus in
iudea deus · in israel magnum nomen eius ·
Deinde exiuit de isto angulo · z posuit
se in virginis vtero · Cum enim prius
mia z iusticia non conuenirent · in eius
vtero pacem fecerunt Ps Mia z veritas
obuiauerunt sibi iusticia z pax osculate
sunt eum / Tandem in natiuitate xpi exi-
uit de vtero · z diffusa est in toto mun-
do · ita vt possit dici id Ps · Mia do-
mini plena est terra · et hac conuertit
magis in oriente / Ipa igitur est medium
nostre saluationis Ps Deus autem
rex noster ante secula operatus est salutem in
medio terre i in vtero virginis marie
Cuius caro non semper terra · sed medium
erat Caro enim xpi fuit sine peccato con-
cepta z sine peccato nata · Caro autem nostra
econtrario cum peccato concipitur z cum peccato
nascitur Caro autem marie medium tenet
Fuit enim cum peccato originali concepta z
post tamen ad hoc conuenit cum carne nostra ·
Quia fuit sine peccato nata · z quantum ad hoc
conuenit cum carne xpi / Ipa est medium nostre
reconciliationis · sicut solet medius i placere

Ideo vocat sol Cap. vi Pulcra ut luna electa ut sol. Circuit enim sol h3 super se tres planetas superiores. et infra se tres alios inferiores. et ipse est medius. Sic virgo beata non h3 supra se nisi tres in deitate personas. Infra vero se h3 tres status saluandorum. scilicet virginum. continentium et coniugatorum. Et ipsa est in medio constituta. inter alias tres status saluandorum et beatissime trinitati. Ipsa est medium totius nostre rectitudinis et iustificationis. Unde dicit Bernhardus Ad ipsam sic ad medium sicut ad regulam omnium. sic ad negocium singulorum respiciunt qui habitant in celo. et qui in inferno. Qui nos precesserunt. et nos qui sumus. qui nos sequentur et nati natorum et qui ab illis nascentur. Qui in celo sunt ut restaurentur. qui in inferno sunt ut eripiantur. qui precesserunt scilicet prophete ut fideles inveniantur. et qui sequuntur ut glorificentur. Tercio videndum est qualiter hominum proprium intelligatur in templo spirituali id est quolibet iusto et fideli. De quo duo videnda sunt scilicet quare homo iustus dicatur templum. et qualiter in medio sui templi dei misericordia recipiatur. Dicitur autem homo iustus templum. quia h3 fundamentum firmissimum. vinculum fortissimum. tectum altissimum. et edificium preciosissimum. Ista quatuor tangit apostolus Ephesios ii° dicens. Superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum id est quod predicaverunt apostoli et prophete. ecce fundamentum firmissimum. Ipso summo angulari lapide Christo. ecce vinculum fortissimum. quod nectit id est coniungit utrumque parietem scilicet populum iudeorum et gentilium. in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. ecce tectum altissimum. In quo et nos coedificamini in habitaculum dei in spiritu sancto. ecce edificium preciosissimum. Quilibet enim sanctus. est unus lapis preciosus. in hoc edificio collocatus. Aliam racionem quare viri sancti dicantur templum assignat Augustinus in li. de civitate dei. Dei templum sumus omnes. quia et omnium concordia et singulos inhabitare dignatur non in omnibus quam in singulis maior. quia nec mole distenditur nec par-

-ticione minuitur. Cuius est altare cor nostrum. Cuius unigenito eum sacerdote placamus. Cui cruentas victimas cedimus. quando usque ad sanguinem pro eius veritate certamus. Cui suavissimo adolemus incenso. cum in eius conspectu pio sancto quem amore flagramus. Cui dona eius in nobis. nos quoque ipsos vovemus et reddimus. Cui beneficiorum eius solemnitatibus festis et diebus statutis dicamus sacramusque ne ingratitudine volumine temporum ingrata surrepat oblivio. Cui sacrificamus hostiam humilitatis et laudis in ara cordis amoris fervide caritatis. In medio huius templi scilicet cuiuslibet sancti dei misericordia suscipitur. Istud autem quod est in medio. nec est in angulo. non est in occulto. non est in extremo. Christus namque non suscipitur in angulo anime. quia est amator puritatis. Ideo sic dicit Bernhardus. Ubi angulus ibi sordes. Unde dicitur de muliere fornicaria et immunda proverbiorum vii° Iuxta angulos insidians. Nec suscipitur in occulto. qui est amator veritatis. Iohannes xviii° Ego in occulto locutus sum nichil. Unde dixit discipulis suis Matthei xii° dicens in aure audistis in cubiculis. predicate super tecta. Nec suscipitur in extremo anime quia est amator centralitatis. Unde in veritate voluit stare in medio animalium. in vita in medio discipulorum. in medio in morte latronum. Templum tale spirituale fuit Symeon. qui multiplicem misericordiam a deo suscepit scilicet temporalem que consistit in vite prolongatione. quia responsum acceperat non visurum se mortem nisi videret Christum domini. Quia prolongacio pro tanto dicitur misericordia quia ex hoc meruit videre salvatorem. Spiritualem quia spiritu sancto plenus fuit unde dicitur Et spiritus sanctus erat cum eo. Corporalem quia Christum meruit videre portare amplexari et osculari. Celestem quia requiem eternam invenit unde ipse dixit Nunc dimittis domine servum tuum in pace. Propter has quatuor misericordias poterat Symeon deo regraciari. et cum propheta dicere Tenuisti manum dexteram meam scilicet in vita conservando et in voluntate tua deduxisti me. in spiritualem quia me in terram rectam deduxit credendo. et cum gloria suscepisti me scilicet

celestem glaz largiens Quid enim m
est in celo et a te quid volui super terram
ps. d. nichil nisi te videre te tangere te
amplexari te osculari Certo per verbum
propositum intelligi de templo misterio
et spirituali quod est ecclesia militans De quo
duo sunt videnda scilicet quare dicatur templum
et qualiter dei misericordia in medio eius sus-
cipiatur Dicitur autem ecclesia militans te-
plum secundum hugonem de sancto victore quia
sicut templum materiale dividitur in tres partes
scilicet in sanctuarium chorum et navem sic et
ipsa ecclesia militans dividitur in tres sta-
tus salvandorum scilicet virginum continentium et
coniugatorum Strictius est enim sanctua-
rium quam chorus et chorus quam navis quia pau-
ciores sunt virgines quam continentes et con-
tinentes quam coniugati Sanctius est enim sa-
nctuarium quam chorus et chorus quam navis quia
digniores sunt virgines quam continentes et
continentes quam coniugati In medio autem
ecclesie militantis misericordia dei suscipitur et in-
venitur Plurimum dei misericordia colitur magis cari-
stia quia vel in oportunitate nunc in tribula-
tione potest homo misericordiam invenire unde conque-
batur propheta d. despicias in oportunitatibus
in tribulatione Idem Quare faciem tuam
avertis oblivisceris inopie et tribulationis mee
In iudicio autem erit inde magis indigentia
unde dixerunt virgines sapientes fatuis
Mt xxv^o Ne forte non sufficiat nobis et
vobis etc. In inferno autem erit inde
magna penuria ita quod dives etiam
minima gutta aque habere non potuit vero
etiam ibi erit oblivio perpetua Job xx
iiij^o Obliviscatur misericordia Quod autem est inde
magis copia probatur Apud dominum misericordia copi-
osa etc. Et ideo dicitur In medio ecclesie
suscipitur et habetur Sed si tanta est copia
Quare ergo non omnes eam habent hoc
non est ex culpa dei sed solum ex culpa
nostra et super hoc ponit triplex exemplum
Unum ponit Augustinus dicens Si enim ego
porrigo tibi pomum et tu non accipis quod
non habes pomum hoc non est ex culpa mei
porrigentis sed tui non accipientis Deus
omnibus porrigit pomum id est suae gratie donum
sed si aliquis non accipit non est culpa
dei sed sui Unde dicebat Apostolus Heb

xij^o Contemplantes ne quis desit gr-
atie dei etc. d. gratia dei nulli deest
sed homo sepe deest gratie Aliud
exemplum ponit Dyonisius Anima si quis fe-
nestram clausam tenet quod sol domum non
illuminat non est culpa solis omnia illu-
minantis sed istius fenestram domus
clausam tenentis Deus omnibus lucem tribuit
Job xxv^o Super quem non surgit lumen
illius sed homo cor suum claudit et
ipsum non recipit Job xxiiij^o Ipsi fuerunt
rebelles lumini Tertium exemplum ponit
ipse dominus d. Apoc iij^o Ego sto ad ho-
stium et pulso si quis michi aperuerit in-
trabo ad eum Si ergo aliquis non ha-
bet eum in domo sua hoc non est propter
dei pulsantis sed propter hominis non a-
perientis Tertio ecclesia militans dei
misericordiam suscipit in medio quia est media
inter synagogam et ecclesiam triumphantem
quantum ad cognitionem divinorum Est enim
cognitio umbratica speculativa et aperta
Cognitio umbratica fuit in synago-
ga Heb x Umbram enim habens lex fu-
turorum bonorum non ipsam imaginem
rerum etc. Cognitio speculativa est in
ecclesia militante i Cor xiij^o Videmus
nunc per speculum in enigmate Cognitio
aperta est in ecclesia triumphante unde sequitur
Tunc autem facie ad faciem Cognitio
igitur speculativa est media inter um-
braticam et apertam Est enim clarior quam
umbratica sed obscurior quam aperta
Nunc vero propositum potest exponi de
templo celesti Circa quod duo videnda
sunt scilicet quare patria beatorum dicatur templum
et qualiter misericordiam dei in medio eius
beati susceperunt Circa primum notandum
quod sicut in templo materiali sunt tres
mansiones in quarum prima scilicet in sanctuario
stant plurimum deo assistentes in secunda scilicet
in choro deum laudantes In tertia scilicet
in navi stant dei voluntatem populo predi-
cantes et sacramenta ministrantes Sic in
patria celesti sunt tres mansiones de quibus
dicitur Joh xiiij^o In domo patris mei ma-
nsiones multe sunt scilicet tres ierarchie superior media
et infima In quarum prima sunt angeli
deo plurimum assistentes Dan vij^o mi-
lia milium ministrabant ei et decies milia

tetena milia assistebat ei. In secunda sunt angeli deum laudantes et ad eius gloriam cantantes Apoc. iiii. Requiem non habebant quatuor animalia dicentia Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens qui erat et qui est et qui venturus est. In tertia sunt angeli uel ministrantes Matthaei iiii. Et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. In huius templi medio beati mariam dei susceperunt. Homo habet duo extrema scilicet nativitatem et mortem. inter que vita est medium. Duo autem extrema tunc penitus removentur. quia nullus ibi oritur et nullus ibi moritur. Medium autem scilicet vita solummodo remanebit. et tunc erit invenire medium sine extremis. Sancti igitur tunc suscipient mariam in medio quia nativitas cessabit. mors nulla erit et vita perpetua remanebit. Istud tangit dominus Matthaei xxii. In resurrectione neque nubent neque nubentur. Ecce quod nullus ibi oritur. sed sunt sicut angeli in celo. qui sunt inmortales. Ecce quia nullus ibi moritur. Et infra. Omnes enim vivunt ei. ecce quod omnes ibi vitam perpetuam assequentur. Susceperunt etiam dei mariam in medio non in angulo. Angulus enim habet impuritatem et obscuritatem. et quandam reflexionis curvitatem. Sed ibi nulla est impuritas Apoc. xxi. Non intrabit in illam aliquid coinquinatum. Nulla igitur ibi obscuritas. ysa. lviii. Implebit deus splendoribus animam tuam. Nulla reflexionis curvitas. Nullus enim ibi poterit flecti uel cadere ab illa beatitudine. Ista tangit dominus Matthaei xiii. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Iusti ecce mira eternitas. Quia sicut dicitur Sap. i. Iusticia perpetua est et inmortalis. Fulgebunt ecce mira claritas. sicut sol ecce mira puritas. lux enim solaris purissima est. Illud etiam quod in medio est. que est. Sancti igitur dei mariam susceperunt in medio i. communiter. quia communiter deum videbunt communiter deum amabunt. communiter deum laudabunt. Augustinus in li. de civitate dei. Ipse est finis desideriorum nostrorum. qui sine fine videbitur. sine fastidio amabitur. sine fatigatione laudabitur. Hoc munus hic affectus hic actus profecto erit omnibus. sicut ipsa vita eterna erit communis.

Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator dominus. quem vos queritis. et angelus testamenti quem vos vultis. et quis poterit cogitare diem adventus eius. etc. Malach. iii. Cum aliquem expectamus. oportet ut sciamus tempus quo venturus est. ut possimus nos preparare. ut sciamus locum ad quem venturus est. ut possimus ipsum ornare. ut sciamus excellentiam eius qui venturus est. ut possimus eum honorare. ut sciamus illos ad quos et propter quos venturus est. ut possimus eos ornare. ut sciamus causam propter quam venturus est. ut possimus ipsum digne suscipere. Ista quinque determinat propheta in verbis premissis circa adventum salvatoris in templum. Determinat enim primo eius adventum ex parte temporis quo venit cum dicat Et statim veniet. secundo ex parte loci ad quem venit cum dicat ad templum sanctum suum. Tertio ex parte persone que venit. cum dicat Dominator dominus. Quarto ex parte illorum ad quos venit. cum dicat quem vos queritis et quem vos vultis. Quinto ex parte cause sive finis propter quem venit. cum dicat Et sedebit conflans et emundans argentum. Primo enim determinat tempus quo venit cum dicat Et statim veniet. Sepius determinat de adventu precursoris dicens. Ecce ego mitto angelum meum etc. postea immediate subdit. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator dominus etc. Quia inter adventum precursoris et salvatoris quasi nullum fuit medium sed statim christus secutus est iohannem sicut sol statim sequitur luciferum. sponsus paranymphum. dominus precursorem. verbum vocem. Christus namque est sol. Malach. iiii. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitie. Iohannes autem erat lucifer. Job xxxviii. Numquid produces luciferum in tempore suo. Sicut igitur sol statim sequitur luciferum. sic christus statim secutus est iohannem. Christus etiam fuit sponsus. Iohannes autem fuit paranymphus et amicus sponsi. Joh. iii. Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi

stat et audit eum etc. Sicut enim sponsus statim sequitur paranimphum, sic xpistus statim secutus est Johannem. Xpistus etiam fuit dominus, Johannes autem precursor domini. Luc. i°. Tu puer propheta altissimi vocaberis, preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Sicut igitur dominus statim sequitur paranimphum, sic xpistus statim secutus est Johannem. Xpistus fuit verbum. Joh. i°. In principio erat verbum. Johannes autem vox. Unde Joh. i°. Ego vox clamantis in deserto. Sicut igitur vox precedit verbum et verbum statim sequitur vocem, sic Johannes xpistum precessit, et xpistus statim Johannem secutus fuit, et nascendo et baptisando et predicando et moriendo. Secundo describit locus ad quem venit, cum dicitur Ad templum sanctum suum. Potest autem intelligi de templo virginali, spirituali et materiali. Ad templum quidem virginale venit quando in eius conceptu fuit utero, et tunc ipsum templum per se fundavit. Eccl. l. Altitudo templi ab ipso fundata est. Opus sanctum consecravit. Ps. Sanctum est templum tuum mirabile in equitate. Sic adimplevit. iii° Reg. viii°. Impleverat gloria domini domum domini. Tunc autem Salomon dixit: Dominus ut habitaret in nebula, i. in virgine maria. Secundo venit ad templum spirituale, i. ad ecclesiam militantem, sive fidelem congregationem. Ad quam quidem venit ut suam promissionem impleret. Luc. po. Jusiurandum quod iuravit ad abraham patrem nostrum daturum se nobis, ut a tyrannica servitute eam eriperet. Unde sequitur: ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati illi. Ut eam satisfaceret. Unde sequitur: in sanctitate. Ut pro captivis satisfaceret deo, scilicet: et iusticia. Justicia quidem dei exigebat ut homo satisfaceret de offensa. Tercio venit hodierna die ad templum materiale. Ad quod quidem venit ut legem impleret. Mat. v. Non veni solvere legem sed adimplere. Sunt autem quidam in lege ut illi qui eam servant ex amore, in quorum persona dicit propheta: Statue servo tuo in timore tuo. Contra legem, qui illos servant, de quibus dicitur Judit ii°. Et audientes mandata domini omnia fecerunt contra. Supra legem vero nullus est nisi solus deus, qui est dator et conditor legis.

Jacobi iiii°. Unus est legislator et iudex qui potest perdere et liberare. Xpistus igitur licet esset supra legem, voluit tamen esse sub lege, non necessitate sed spontanea voluntate. Venit etiam ad hoc templum ut se more tamquam luminis ostenderet esse. Ideo dicitur Lumen ad revelationem gentium. Templum enim fundatum erat in monte oliveti, qui dicebatur mons luminum. Hodie quidem venit ad templum mons luminum, i. xpistus, in quo fuit lumen superius, scilicet divinitas fulgida, lumen intimus, scilicet anima luminosa, et lumen exterius, scilicet caro virginea. Tercio describit persona que venit, cum dicitur Dominator et angelus. Dicitur enim dominator, quia ubique dominatur, in celo, in mundo, in inferno. Phil. ii°. In nomine ihesu omne genu flectatur celestium, terrestrium et infernorum. Ad hoc autem quod aliquis sit verus dominus, tria requiruntur, sicut dicit Dyonisius in libro de divinis nominibus, scilicet ut alios emineat, ut digna possideat, et ut ea quibus eminet et possidet potenter teneat et defendat. Ista tria xpistus in suo dominio ostendit. Videtur autem se valde humilem, in quantum se fecit subditum legis et servum, et non videbatur legi penitus, sed subesse. Ostendit se valde pauperem in eo quod oblationem pauperum habere voluit, et non videbatur digna possidere. Videtur se valde infirmum et impotentem in eo quod ad templum voluit duci et portari, et non videbatur aliquam potentiam habere. Tamen autem etc. in suo dominio ista habet. Quidem ipse omnibus preminet. Ps. Excelsus super omnes gentes dominus, et super celos gloria eius. Ipse omnia possidet. Ps. Dominabitur a mari usque ad mare etc. Ipse subita et possessa potenter observat, ut numquam amittat. Dan. iiii. Potestas eius potestas eterna que non auferetur, et regnum eius quod non corrumpetur. Dicitur autem angelus, non ratione nature sed officii. Officium autem angeli secundum Dyonisium est purgare, illuminare et perficere. Istud triplex officium habuit xpistus. Ipse quod Symeon vocat ipsum salutare, lumen et gloriam. Ipse purgavit remittendo culpam. Ideo dicitur Salutare. Mat. i°. Vocabis

ut verus domi[illegible] tria requirit

Nichil fecit in lege
contra legem
supra legem

nome eius ihm i salutare. Ipse enim
saluum faciet populum suum etc. Illuminauit
ad dei cognicionem diuinam Et io vocatur
lumen Luc ijo Illuminare hijs qui in
tenebris et in vmbra mortis sedent ad diri-
gendos pedes nostros in via pacis perfect
ducendo ad consummacionem eternam Ideo vo-
catur gloria Luc ijo Pare via domino plebe
perfectam. Tercio describunt illi ad quos
venit. Venit enim ad sollicite querentes
ad feruenter desiderantes ad mediter
retinentes et ad ardenter suspirantes.
Primo namque venit ad sollicite querentes
Ideo dicitur Dominator quem vos queritis
Sap vjo Inuenitur ab hijs qui querunt
illum Soph ijo Querite iustum que-
rite mansuetum. Secundo venit ad fer-
uenter desiderantes Ideo dicitur Quem vos
multis desideratis prou xo Desideri-
um suum iustis dabitur Sap vij° Optaui
et datus est michi sensus Tercio venit
ad mediter retinentes Ideo dicitur Et qui
potuit cogitare et mediter semper retinet
diem aduentus eius V. d. paucis prou
iijo In omnibus vijs cogita illum
et ipse diriget gressus tuos. Sap vj°
Cogitare de illo sensus est consummatus
et qui vigilauerit propter ipsum cito erit secu-
rus. Quarto venit ad ardenter suspiran-
tes quod nos eum dicitur Quis stabit ad
videndum eum. Vim est enim affectatis
et suspirantis. V. d. Quis victurus est
quando ista faciet deus eius. ps propter
miseriam inopum et gemitum pauperum
nunc exurgam dicit dominus. Quarto de-
scribitur ex parte finis propter quem venit
Ipse namque venit propter quadruplicem
finem scilicet propter ablucionem siue dealba-
cionem. cum dicitur. quasi herba fullonum.
propter conflacionem et emundacionem cum dicitur
Et sedebit conflans et emundans argentum.
propter purgacionem cum dicitur Et purgabit
filios leui. propter colacionem cum dicitur
Et colabit eos quasi aurum. Ut vero ista
melius pateat notandum est quod hic habetur
sapiencia eloquencia et opera quod fit quantum
ad deum proximum et opera quod fit quantum
ad deum. Ista autem sepe habent aliquid
impuritatis in nobis et imperfeccionis. Sciencia
enim sepe habet inflacionem 1 Cor viij°
Sciencia inflat etc. Eloquencia sepe profert

ociosum sermonem sic qui nimis loquitur
de terenis ysa xxxix° De humo eloqui-
um inrepitabit Opera que facimus quantum
ad proximum sepe habent ostentacionem va-
nam Mt xxiiij° Omnia autem opera sua
faciunt. vt videantur ab hominibus Opera
vero que facimus quantum ad deum sepe ha-
bent negligenciam et torporem Apoc iij° Quia
frigidus es. incipiam te euomere ex ore
meo. Per aurum igitur intelligitur sapiencia
per argentum eloquencia mundana Glossa
ibidem Quicquid in auro i. in sensu
meo et argento i. eloquio commixtum est
cite stanno et plumbo carminis dei exco-
quitur vt purum remaneat aurum et argentum
De purgacione auri Sapiencie dicit Job xxiij°
Probauit me quasi aurum. Eiusdem xxviij°
Auro locus est in quo conflatur. De purga-
cione argenti eloquencie dicit prou xxv°
Aufer rubiginem de argento et egredietur
vas purissimum Et tunc potest dici illud
prou x. Argentum electum lingua iusti
Sed de multis potest dici illud. prou xxvi
Quomodo si argento sordido ornare velis vas
fictile. sic labia tumencia cum corde pes-
simo sociata. Magnum enim periculum est
quod in corde est malicia et in eloquencia
sonat tumor superbia. Opera eciam que
faciunt ministri dei quantum ad proximum
sunt lauanda herba fullonum vt loti
mundicia restituat et lauet sordes filiarum
syon. De hac ablucione dicit Ezech xvj°
Laui te aqua Opera eciam que faciunt
ministri dei sunt purganda vnde dicitur Et
purgabit filios leui Glossa per filios leui
intelligitur sacerdotalis dignitas. Et si
sacerdotes purgandi sunt et colandi. quid
de ceteris dicendum est. cum iudicium inci-
piat a domo domini Si igitur purgandi sunt
filij leui multo forcius filij babilonis.
Luc xxiij° Si in viridi ligno hoc faci-
unt. In arido quid fiet. Si enim deus
cruciat ierusalem multo forcius cruciabit babi-
lonem Soph j° Scrutabor ierusalem in lu-
cernis Jeremie xlv° Ecce quos edificaui
ego destruo et quos plantaui ego euello
et vniuersam terram hanc et tu queris tibi gran-
dia. noli querere quia ecce ego adducam malum

Gaudete fratres omnes carissimi aut domini
Gillum in ierusalem vt essent cum
domino ro luc ijo Hodierna die

ihus fuit ad templu portatus / fuit in
templo purgatus / fuit in templo obla-
tus / fuit in templo redemptus / fuit
aut hodie portatus a quatuor psonis / sic
glosa innuere videntur s. a maria a io-
zeph a Symeone et ab Anna. Maria enim
maria et ioseph eum portavit / habetur
ex textu evangelii / ubi dicitur Tulerunt
illum in ierlm s. maria et ioseph. Sy-
mon aut Symeon eum portavit innuitur ubi
dicitur Et ipse accepit eum in ulnas
suas. Sed aut anna eu acceperit vel por-
taverit / quamvis ex textu non habeatur tamen
propter devocionem feminarum hoc supponitur.
Spiritualiter aut datur intelligi / quod xpus a
quatuor psonis portatur scilicet ab illis qui
habent penitenciam amaram / ab illis qui
habent operacionem continuam / ab illis qui habent
longanimitatem et constanciam / ab illis qui
habent puritatem et mundiciam. Per mariam
aut que dicitur amara intelliguntur hii qui
habent amaram penitenciam. Tales enim portant
vexilla regis et signa / que sunt affliccio-
nes et asperitudines corporis. Que quidem
signa apostolus portabat Gal. vi.o Ego e-
nim stigmata domini mei ihu xpi in cor-
pore meo porto. / Eiusdem v.o Qui aut
sunt xpi carnem suam crucifixerunt
cum viciis et concupiscenciis. Valde enim incon-
veniens est / ut caput portet spinas af-
flictionum Joh. xix.o Exivit ihc portans
spineam coronam / membra aut portent flo-
res delicias / de quibus dicitur Sap. ii.o
Coronemus nos rosis antequam marce-
scant. Sed illi qui sunt vera membra xpi
portant xpi improperium / Heb. xiii.o Exe-
amus ad eum extra castra improperium
eius portantes / portare quidem flores
carnalium deliciarum spectat ad ymaginem
terreni hominis / portare vero spinas pe-
nitenciarum pertinet ad ymaginem celestis
hominis. i Cor. xv.o Sicut portavimus y-
maginem terreni / ita portemus et ymaginem
celestis. Secundo portatur ab illis qui habent
operacionem continuam qui significantur per
Ioseph qui interpretatur augmentum. Ta-
les sunt qui incipiunt ab adolescencia
et progrediuntur et continuant usque ad sene-
ctutem suam. Tren. iii.o Bonum est viro
cum portaverit iugum domini ab adolescencia
sua. Eccl. xi.o Mane semina semen tuum

et in iuventute et vespere et in senectute
ne cesset manus tua. Illi ergo sunt
Ioseph et proficientes qui non revertuntur
ad vomitum ut frigidi / nec stant per torpo-
rem et ocium ut tepidi / sed procedunt
et currunt per fervorem continuum ut cali-
di. Apoc. iii.o Utinam frigidus esses aut
calidus etc. Tercio portatur ab illis qui
habent longanimitatem et constanciam in ad-
versis qui significantur per Symeonem qui longa-
nimiter et constanciam habuit in expectando.
Eccl. viii.o Subice humeros tuos et
porta illum et ne acidieris in vinculis
eius. Sunt quidam qui subeunt os
qui sciunt alios provocare ad pacienciam.
Quidam qui subeunt digitos qui aliqua-
lem licet modicam habent pacienciam. Quidam
qui subeunt manum dextram / qui habent
tantum pacienciam in prosperis. Quidam qui
subeunt manum sinistram qui habent pa-
cienciam in penis tribulacionibus et adversis.
Quidam qui subeunt manum dextram
et sinistram / qui habent pacienciam in prosperis
et adversis. De quibus dicitur Gen. xlix.o
Ysachar asinus fortis vidit requiem
quod esset bona et terram quod esset apta et suppo-
suit humerum suum ad portandum. Talis
erat fortis ad tollerandum adversa propheta
qui dicebat Jer. x.o Plane hec infirmi-
tas mea est et portabo illam. Quarto
portatur ab illis qui habent puritatem et
mundiciam qui significantur per annam que puri-
tatem et continenciam servavit. Portant enim
xpum qui habent mundiciam corporis i Cor.
vi.o Glorificate et portate deum in corpore
vestro. Qui habent puritatem et mundiciam
mentis / unde sponsa sponsum ad hanc
puritatem invitat dicens Cant. i.o Le-
ctulus noster floridus. Qui habent puritatem
et mundiciam bone operacionis sicut virgines
sapientes / que habentes lampades i.
mundiciam corporis et oleum i. mundiciam
mentis nichilominus habuerunt et lumine i. mun-
diciam lucide operacionis. Ideo sponsum
meruerunt / dyabolus aut est portitor
sordium et divitiarum. Quidam portant et gustant
in corde pleno luto lacrime Mt. viii.o
Mitte nos in gregem porcorum. Ta-
les porces est habitat in corde pleno pulvere
avaricie Ysa. lxv.o Serpenti pulvis
panis eius Mich. vii.o lingent pulverem

sicut scriptum est. Na dictio est habitat in corde pleno vero febre. Jeremie xiiiiº. Traxerunt ventum quasi dracones. Secundo fuit christo in templo presentatus quod notatur cum dicitur / ut sisterent eum domino / preceptum quidem fuit ut in xlº die puer in templo presentaretur / ad innuendum quod anima tunc in corpus suum tamquam in templum suum xlº die a conceptione ingreditur / Hec autem ratio in christo locum non habet. quia mox in instanti sue conceptionis corpus fuit organisatum et anima infusa in ipsum. Alie autem rationes assignari possunt in christo presentatur enim xlº die in templo / ad innuendum quod sicut dicit Hugo post quadraginta mansiones venit in terram post xl horas redijt ad corpus suum post quadraginta dies ascensurus erat in celum. Tertio fuit in templo oblatus / Usque modo non habuerat homo aliquod munus deo gratum quod offerret per quod deum placare posset / hodie autem obtulit dei filium. in quo sibi bene complacuit. Ecce virgo beata fructum gratissimum obtulit / et tamen hostias lacrimabiles non deseruit. per quod datur intelligi quod quantumcumque deo offeramus operationem virtuosam; propter hoc non relinquere debemus compunctionem lacrimosam / sed debemus gemere pro incolatu miserie. pro dilatione patrie. pro peccatis propriis. pro miseriis alienis. Unde est secundum glosam quod unus pullus fiebat in holocaustum alius pro peccato. Hic fit in holocaustum. qui amore celesti inflammatur. Illic fit pro peccato. qui pro peccatis nostris vel alienis geminus. Turturemque igitur opera fortia deo offerimus / lacrimis indigemus. quia quomodo sine sumus consumari nescimus. Agnum autem non obtulit sive propter paupertatem sive propter vilitatem. quia iam verum agnum offerebat. sive propter misterii significationem ut dicitur glosam. Agni non potest offerre agnum innocentie ad lacrimas tantum presume. Notandum autem quod christus quadrupliciter fuit oblatus / primo a patre in mundo Gal. iiiiº. Misit deus filium suum natum ex muliere factum sub lege

Quartum etc. ut eos qui sub lege erant redimeret etc. Secundo a matre ipsa deo se hodie / ad innuendum quod ea que homo a deo accepit / ipsi deo reddere debet. i. paralipomenon. Tua sunt omnia et ea que de manu tua accepimus reddimus tibi / Augustinus. Duo minuta hec domine corpus et animam dico. utinam hec presente tibi possem in sacrificium laudis offerre. bonum mihi ... gloriosus est atque utilius / ut offeratur tibi / quam offeratur mihi ipsi. Tertio oblatus est a seipso in crucis patibulo. Heb. ixº. Semetipsum obtulit immaculatum deo. Ambrosius / veniet qui in templo non offeretur. Nec inter brachia Symeonis deducetur / sed portat civitatem inter brachia crucis. Nec redimetur ere alieno. sed redimet alios sanguine suo. non redimetur quinque siclis argenteis / sed redimet alios quinque vulneribus aureis sanguine rubicundis / Quarto offertur a nobis quotidie in sacrificio Malachie iº. In omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda / Hec enim hostia quam deo offerimus et dicitur sacrificium. Quia dicitur sacrificatur et dicitur oblatio. Quia dicitur Et offertur et dicitur munda. Quia subditur. Oblatio munda. Est enim sacrificium inquantum deo reconciliat super culpam. Est oblatio inquantum deo satisfacit de offensa. Est munda inquantum nos lavat ab omni macula / Tertio fuit in templo redemptus / primogeniti enim qui non erant de tribu Levi. quinque siclis redimebantur / per quod hic quinque sicli spiritualiter intelligi / quos beata virgo christum sibi emit et nobis emendum ostendit / primus siclus est eius munda purificatio / licet enim purificata fuit in utero matris in adventu flaminis / in conceptione prolis. nichilominus tamen purificari voluit in ritu et observantia legis. Iste siclus purificationis a nobis emitur Mt vº Beati mundo corde etc. Secundus siclus est lacrimosa compunctio. quam ostendit nomine / quia maria quasi amara dicitur quam ostendit oblatione / quia hostias lacrimabiles obtulit. turturem scilicet et columbam quasi habent gemitum pro cantu / quam ostendit rei exhibitione. Ipsa enim habuit gemitum pro peccatis aliene culpe non proprie / habuit in compassionem virginalis verecundie ...

Lucas quater ...

Christus quadrupliciter fuit oblatus

Turbata est in sermone angeli Habuit compassionem pro defectu fraterne indigentie Joh ii° Deficiente vino dicit mater ihesu ad eum vinum non habent Habuit dolorem ad tempus pro filii subtractione luc ii° Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Habuit vulneratorem in filii passione luc ii° Tuam ipsius animam pertransibit gladius Isto sigillo contritionis a nobis acquiritur quia cor contritum et humiliatum deus non despicies. Tercium sigillum est eius paupertas quia in ea tanta fuit quod agnum emere non potuit Ista paupertas utilior fuit quam divicie ad acquirendum celestem thesaurum ad imitandum christum. De hoc dicit christus mt xix° Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thezaurum in celo Nam facilius pervenitur ad regnum Sicut enim viatores non onerant se nisi necessariis in via aliaquin sub onere obruuntur Sic et illi si volunt ire ad celum non debent ? onera assumere sed tantum necessaria possidere Thimoth vi° habentes alimenta et quibus tegamur his contenti simus Illi enim qui instar camelorum habent gibbum ? diviciarum illuc intrare possunt Mt xix° Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum celorum Est utilior ad expugnandum inimicum Si homo vestitus cum nudo luctatur de facili per vestimenta capitur et ad terram deicitur hostis antiquus nudus est et nullas divicias possidet et ideo divites de facili capit et in interitum precipitat I Thi vi° Qui divites fieri volunt incidunt in temptationes et laqueum dyaboli et desideria multa et nociva et inutilia que mergunt hominem in interitum et perdicionem Istum modum christus nos docuit qui nudus ascendens nudus cum hoste nudo pugnavit Quartum sigillum est eius excellens humilitas quia cum non teneretur legi voluit tamen legi subici Isto sigillo humilitatis et nos christum emere possimus Ipsa enim humilitas graciam impetrat I pet v° Deus superbis resistit humilibus autem dat graciam Impetratam conservat unde Cor xii° Virtus in infirmitate i. in humilitate perficitur

i. conservat Grego. Qui ceteras virtutes sine humilitate congregat quasi qui pulverem in ventum portat. Conservatam remunerat Eccli ? Qui humiliatus fuit erit in gloria Notandum autem quod in contractu emptionis et vendicionis quatuor concurrunt scilicet emens vendens res venalis et precium Emens fuit Symeon iustus qui legis veterem typum tenens Vendentes fuerunt parentes scilicet pater celestis et mater in terris Sic deus pater et mater ? dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret Res venalis fuit puer ihesus Precium autem fuit datum par turturum aut duos pullos columbarum unum pro peccato alium pro holocausto. Et quilibet hic animalia corpus nostrum et animam representat quia pro ihesu emendo debemus dare Corpus sive in sacrificium ut peccatis ? mactemus et animam in holocaustum ut toti in amore dei inflamemur Sed illud quilibet iustus dicere potest Proverbiorum xx° Malum est malum est dicit omnis emptor Malum videbatur esse tam precium scilicet corpus et animam dare Malum etiam videbatur tantum tam excessive ? vix decebat aliquem precio putabat videbo putas divitibus etc Maria igitur tam parva dabat Nec tantum exequi poterat sed ad tam emebat Ideo malum est malum est sepe dicebat Sed modo mutat et dicit Bonum est bonum est dicit omnis emptor Bonum est quia modicum pau damus Bonum est quia rem emptam recepimus Quintum sigillum est eius fervens caritas quia in hoc apparuit quod quam caritatem habebat sibi unicum filium pro nobis hoc obtulit Isto sigillo caritatis et nos christum emere et acquirere possumus Joh xiv° Si quis diligit me sermonem meum servabit et pater meus diliget eum etc Ex quibus verbis constat quod ipsa caritas quatuor in nobis efficit Primo mandatorum dei impletionem Unde postquam dixit Si quis diligit me statim subiunxit Sermonem meum servabit Ro xiii° Plenitudo legis est dilectio Secundo divinam dilectionem Unde subdit Et pater meus diliget eum Proverbiorum viii° Ego diligentes me diligo Tercio divine gracie infusionem unde sequitur

Et ad eum veniemus. s. gratiam suam largiendo. Prov. viij° In viis iustie ambulo ut ditem diligentes me et thesauros eorum repleam. Ecce in bono consummationem et consummatorem vult subiungit Et mansionem apud eum faciemus. Joh. xiv° Manete in me s. per dilectionem et ego in vobis per gratie consummationem et conservationem.

Postquam impleti sunt dies purgationis marie etc. Luc. ij° Preceptum fuit levitici xij° quod mulier pariens masculum xl° die puerum. Pariens vero feminam lxxx° die puellam ad templum deduceret. Preceptum etiam fuit Exodi xiij° quod primogenitum levitice tribus offeretur ideo ingiter deserviret. Pro aliis primogenitis aliarum tribuum offerebatur et primos quinque siclis redimeret. Debebat autem ipsa puerpera agnum offerre si erat dives si vero pauper par turturum aut duos pullos columbarum. Circa hoc autem plura sunt querenda. Primo quare dominus ordinavit quod puer xl° die in templum pretur. Secundo quare dies in pariente feminam duplicabat. Tertio quare primogenitum potius quam alii deo offerebat. Quarto quare quedam primogenita semper offerebat quedam vero redimebat. Circa primum quare deus ordinavit quod puer xl° die in templum pretur. Respondeo quod est quadruplex templum. Primum est corporale. j. Cor. vj° Nescitis quia corpora vestra membra templum sunt spiritus sancti. Secundum est materiale. ps. Adorabo ad templum sanctum tuum. Tertium est spirituale. ij. Cor. vj° Vos enim estis templum dei vivi. Quartum est templum celeste. Apoc. xxj° Templum non vidi in ea. Dominus enim omnipotens templum in ea est. In templum igitur corporale anima a conceptione xl° die infunditur. quia tot diebus ut sepius in utero corpus organizatur atque perficitur. In templum materiale xl° die a nativitate puer introducebatur. ut sicut anima xl° die corpori infusa ab ipso corpore maculatur. Sic puer xl° die templum ingrediens per hostias ab ipsa macula amplius expietur. In templum spirituale deus post xl° dies ingreditur quod facit homo de catalogum fide quatuor evangeliorum observat. In templum celeste completis xl diebus i. presenti vita. que per xl significatur solus iustus perpetuo habitaturus ingreditur. Voluit igitur deus quod puer xl° die templum ingrediatur, ut per hoc daretur intelligi. quod sicut xl° die ingreditur templum materiale. sic anima xl° die ingressa templum corporale. et deus ingreditur templum spirituale, et homo iustus ingressurus est templum celeste. Circa secundum quare dies duplicabat in pariente feminam. Respondeo quod sic quadragesimo die anima pueri in corpus infunditur. Sic lxxx° die ut sepius anima femine in corpus suum immittitur. Cuius pretextu causa assignatur quoniam femina mulier duo peccata commisit. Et ideo duplici pena punita fuit. Ipsa enim superbivit et vetitum fructum comedit. Quia superbivit deus eam humiliavit dicens. Sub potestate viri eris. Quia vetitum fructum comedit. ideo in fructu suo eam punivit dicens. In dolore paries filios tuos. Vir autem unum peccatum fecit. Ideo una pena maledicitur. peccavit enim in comedendo vetitum cibum. et ideo punitus est in acquirendo sibi cibum ubi dicitur In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Istas penas quodammodo vir et mulier in utero patiuntur cum enim fetus viri quadraginta diebus sine anima sit. una pena esse videtur. Cum vero fetus mulieris lxxx diebus sine anima sit. due pene esse videntur, ut sic non tantum extra uterum sed etiam in utero puniatur. Moraliter vero quod per virum significantur opera virilia et fortia, per feminam autem opera mala et infirma. Nunc igitur agamus bona opera sine mala indigemus purificatione. Quia sic dicitur ysaie. Homo omnes iustitie nostre quasi pannus menstruate. Faciendi vero opera bona necessaria est purgatio, quia licet bona faciat, sepe tamen negligenter ea facit. Eccl. vij° De negligentia purga te cum paucis. Facienti vero opera mala necesse sunt purgationes due quia scilicet facit mala et male. Et ideo tamen purgatur faciens opera bona et fortia. que debilia et infirma. Tertia vero est qui pariens masculum post xl dies in templum

capiebat/ parienti vero feminam dies du-
plicabat/ sterilis maledicebatur/ secundum mo-
ra subiugebatur/ sicut patet Gen. vi° ubi
dicitur Gigantes erant super terram qui
omnes in diluvio sunt submersi/ Pa-
riens autem masculum scilicet virilem actum/ que
opera fortia et virtuosa facit/ per xl^a ver-
les vita prius intelligitur/ in qua circa
observacionem decalogi cum fide quatuor E-
vangeliorum continue laboravimus/ Talis igitur
vita in presenti finita in templum celeste
recipitur/ quod edificavit auro et argento
et lapidibus preciosis. sicut habetur i Cor. iii°
Pariens autem feminam scilicet animam infirma/
que etsi bona quedam faciat/ negligenter
tamen facit. venialia multa committit. Ta-
lis post hanc vitam non statim in templum
celeste recipitur. sed eius ingressus differtur/
donec in purgatorio perfecte purgetur/ Ste-
rilem statum ligni. femini et stipulam. Ste-
riles vero sunt qui ab operibus bonis torpe-
scunt/ tales a deo maledicuntur. illa ma-
ledictione de qua dicitur Mt. xxv° Dis-
cedite a me maledicti in ignem eternum.
Sepe autem contingit/ quod alique mulieres mon-
stra pariunt. Tales sunt qui peccata mor-
talia committunt/ peccator enim magnum mon-
strum est. quia habet caput versus terram
terrena cupiditate desiderando. Amos ii° A-
varicia in capite omnium. Et pedes habet
versus celum. deo per superbia resistendo
Deut. xxxii° Incrassatus est dilectus
et recalcitravit. Est etiam monstrum/ quia
habet oculos et os in pedibus. Oculos terrena
cogitando. ps. Oculos suos statuerunt
declinare in terram. Os de terrenis sep-
loquendo. ysa. xxvi° De humo eloquium
tuum mussitabit. Est etiam peccator magnum
monstrum. acsi quis videret celum descen-
dere. et terram sursum ascendere/ peccator
enim celum et ignem facit deorsum de-
scendere et terram i. sensualitatem sursum
ascendere. cum dicitur Prov. xxv° Celum
sursum et terra deorsum. Est etiam magnum
monstrum. quod habet faciem retro. more re-
spiciendo/ et tergum ante. dei obliviscendo.
Iere. ii° Verterunt ad me tergum et non faciem.
Est etiam magnum monstrum. quia id quod debet
portare intus in corpore/ portat extra. Dicitur

dicitur de avaro. Eccli. x. In vita sua
proiecit intima sua. Talia monstra in
infernale pelagus submergentur. Exodi
xv° Submersi sunt quasi plumbum in a-
quis vehementibus. Non enim ibi na-
tant. sed subiugentur/ quia non sunt in
superficie. sed in fundo penarum. nec
submersi sunt quasi palea. sed quasi plumbum
irremediabiliter. Nec submersi sunt in ri-
vulis. sed in aquis vehementibus. i. in
penis profundis. maximis et diversis.
et quasi plumbum quia numquam inde levabuntur.
Circa tamen quare scilicet deus voluit/ quod sibi
primogenita quam alia offerrentur. Respondendum
est/ quod istud voluit triplici de causa. scilicet
ad innuendum/ quod deus est prima causa et princi-
pium omnium. et quia occidit primogenita egi-
pciorum. et quia conservavit primogenita iudeorum.
Deus enim est principium omnium operum no-
strorum. ysa. xxvi° Omnia enim opera
nostra operatus est in nobis domine. immo
nec etiam principium cogitacionis bone habere
possumus. nisi ab eo. ii Cor. iii° Non
quod simus sufficientes cogitare aliquid
ex nobis. quasi ex nobis. sed sufficiencia nostra
ex deo est. Ideo ergo deus voluit ut
sibi primogenita offerrentur. ad innuendum
quod ex omnibus nostris tamquam principium et prima
causa honorandus est. Et sic est principium
a quo omnia debemus recognoscere. Ita
est et finis ad quem debemus omnia refer-
re. Apoc. viii° Ego sum alpha et o prin-
cipium et finis scilicet operacionis bone. Unde
dicit Cruciada glosa super leviticum. Cum pe-
lagius offerebat deo decimas et retine-
bat primicias/ quia inicium boni operis
attribuebat libero arbitrio. pronunciatum
autem deo. Secunda causa est ad innuendum quod
deus occidit primogenita egipciorum
per quod datur intelligi quod deus non tantum
est principium omnis boni/ sed etiam est de-
structor omnis mali. Prima autem sugge-
stio dyaboli. est primogenitum dyaboli.
Tale quidem primogenitum aliter non potest occi-
di nisi a gratia dei/ Luc. v° Quis potest
dimittere peccata nisi solus deus/ ysa. xliii°
Ego sum qui deleo iniquitates tuas.
propter me/ Et sicut filii israel non sunt libe-
rati a servitute egipciaca/ nisi quando

Quare primogenita voluit deus sibi offerri

suggestio est primogenitum dyaboli

infecta sunt eorum primogenita. Sic nec
aquis liberari potent a peccato dyaboli-
ca nisi prius occidant suggestionum
principia. Gen. iiii^o. Ipsa conteret caput
tuum. Ps. Beatus qui tenebit et allidet
ad petram parvulos suos. Non male cogitationes ingre-
diatur et si forte ingresse fuerint. Beatus
qui non permittet eas crescere. sed quando
dum parvule sunt id est in principio suo eas
allidet et hoc non ad seipsum. sed ad pe-
tram christum. quia hoc facere non potest
merito suo. sed auxilio dei. Tertia causa est
ad innuendum quod deus conservavit primo-
genita iudeorum per quod datur intelligi
quod deus non tantum est principium omnis
boni non tamen destructor omnis mali sed
etiam est conservator omnis boni. Nullum
enim bonum est adeo minimum. quod stare
posset nisi ab ipso conservetur. Primogenitum
igitur anime est bonum propositum. quo
anima incipit bonum velle. Et quod hoc
primogenitum sive propositum dyabolus nobis
occidere conatur. Deus autem qui illud in-
spiravit ipsum in nobis custodit. Phil. ii^o
Deus est qui operatur in nobis et velle et
perficere pro bona voluntate. Notandum enim
est quod primogenitorum quoddam
simpliciter deo offerebatur ut primogenita
levitarum quod offerebatur. sed postea rede-
mebatur. ut primogenita aliarum tribuum.
Quoddam commutabatur ut primogenita
asini. quod mutabatur in ove. quoddam occi-
debatur ut primogenita canis. Est igitur
quoddam primogenitum quod deo est simpliciter
offerendum sicut intentio in nostris operibus
bonis. Omne enim opus precedit inten-
tio. et ipsa intentio quoddam primogenitum
est. Ipsam autem intentionem deus sibi
vult simpliciter offerri. quia in nostris operibus
non nostram honorem sed dei gloriam inten-
dere debemus. Unde dicitur in Ps. Non nobis domine
non nobis. sed nomini tuo da gloriam. Ysa. xlii^o
Gloriam meam non dabo alteri. Est et
aliud primogenitum. quod deo offertur sed post-
modum redemptum nobis relinquitur. et
est voluntas. Omne enim quod agimus
voluntas precedit. et ideo voluntas quoddam
primogenitum est. Voluntatem
autem ipsi deo offerre debemus. sed tamen ipsam
a deo ab eo in nostra potestate recipimus.

Non enim essent opera nostra meritoria nisi
essent voluntaria. Eccli. xv^o. Deus
ab initio constituit hominem et reliquit
eum in manu consilii sui etc. Est aliud
primogenitum quod est commutandum sicut fatui-
tas asinina. mutanda est in simplicitatem
ovinam. Et ideo dicitur primogenitum a-
sini mutabis ove. Opus enim fatuorum
precedit fatuitas. et ideo ipsa fatuitas quoddam
primogenitum est in ipsis. Ysa. xxxii^o
Stultus enim fatua loquitur. I Cor. xiiii^o
Nolite pueri effici sensibus. ecce fatui-
tas asinina. sed malitia parvuli estote.
ecce simplicitas ovina. Est etiam fatui-
tas asinina commutanda in prudentiam serpe-
tinam. quantum ad vitationem mali. Et stoli-
ditas commutanda est in simplicitatem co-
lumbinam quantum ad operationem boni. Mt.
x. Estote prudentes sicut serpentes et sim-
plices sicut columbe. Est etiam aliud pri-
mogenitum. quod est simpliciter occidendum. sicut
mala suggestio inimici. que instar ca-
nis incitem que ipsam recepit mordet
per consensum lacerat trahendo ad opus
malum. et fedat eum per consuetudinem
in putredine peccati animam iacere facit. Hec
suggestio est principium omnium peccatorum.
Et ideo quoddam primogenitum est. Et ideo
quanto cepit nasci debet occidi. Eccli. xxv^o
Non est caput nequius super caput colu-
bri. et non est ira super iram mulieris. Ca-
put colubri est mala suggestio dyaboli
que nequam est. quia est principium et occasio sub-
sequentium peccatorum. Ira mulieris est effe-
minata concupiscentia sensualitatis. sed sugge-
stio demonis est occidenda. et concupiscentia
sensualitatis sub rationis imperio refre-
nanda.

Postquam impleti sunt dies purgationis
Marie etc. Ad celebrandum presentis
solemnitatis plenitudinem tres personas legimus
convenisse. scilicet Mariam. Ihesum et Symeonem.
Mariam cum purgatione. Ihesum cum oblatione. Et
Symeonem cum obviatione. Fuit igitur Maria
cum purgatione. Et ideo dicitur Postquam impleti sunt
dies purgationis Marie. Ipsa tamen purgatione
non indigebat ratione sui partus
nec ratione prolis. nec ratione legis. Non enim
indigebat ratione sui. quia a peccato erat
sanctificata. Ps. Sanctificavit tabernaculum

tui altissimo. A spiritu sancto repleta. Luc.
jo. Spus sanctus superveniet in te et B
silio impugnata. ibidem. Ubi enim ex corde na-
scet. vobis filius dei et tota civitate
ab omni concupia refrigerata. Et ideo
dicit Et virtus altissimi obumbrabit
tibi. Et tamen ritu legis fuit puri-
ficata. ut impleat quod dicit Ypoc. xxij.
Qui sanctus est sanctificet adhuc cum
enim non indiget purificatione patet. quoniam
vas floribus plenum vel balsamo re-
pletum vel radio solari perfusum non
lavatur ex hiis contrahit immunditiam. sed magis
efficitur purum. magis odoriferum. magis
radiosum. Corpus namque est flos. Cant. ijo.
Ego flos campi. Est balsamum Eccli.
xxiiijo. Sicut cynamomum et balsamum
aromatizans odorem dedi. Et splendor
Heb. jo. Cum cum sit splendor glorie et fi-
gura substantie eius. Virgo igitur ex eo quod
portavit florem maiorem puritatem
habuit munditie. ex eo quod balsamum ha-
buit. maiorem redolentiam gratie. ex eo
quod splendorem habuit. maiorem lucem sapientie.
Secundo non indigebat purgatione cone
prolis quia ibi nulla impuritas. sed
omnimoda puritas fuit. In corpore namque eius
plena non fuit in qua nichil impuritatis
esse potuit sed divinitas lucida. Sap. vijo.
Candor enim est lucis eterne. Et ita prima
Sapie octavo. Puer eram ingeniosus
et sortitus sum animam bonam. Et ea in-
maculata ibidem. Veni ad corpus incon-
quinatum. Tertio non indigebat ex parte
legis. ut enim mulier post partum puri-
ficet. lex ea supponit primo. quod ibi sit
fractio. Et ideo dicit mulier quod fractio-
nem sugit. in virgine autem non fuit fra-
ctio. sed integritas illibata. Secundo quod ibi
sit seminum commixtio. et ideo dicit Que
suscepto semine. Virgo autem concepit non
ex seminum commixtione. sed ex mistico
spiramine. Tertio quod ibi sit plus assimilatio.
Propter enim quod generet prolem similem
sibi in natura. Et ideo dicit peperit ma-
sculum. Virgo autem prolem et sibi simi-
lem peperit quantum ad naturam humanam. et
sibi dissimilem quantum ad naturam divinam.
Huius autem non indiget purificatione. Vo-

luit tamen purificari propter quatuor causas.
Primo propter humilitatem. Ubique enim appa-
ruit sua humilitas. Et in conceptu
Luc. jo. Ecce ancilla domini. Et in concepti
ibidem. Maria respexit humilitatem
ancille sue. Et in partu quando habuit hu-
milem locum. Luc. ijo. Et reclinavit
eum in presepio. Et in partu quando ha-
buit humile offertorium. quia par turturum
aut duos pullos columbarum. Secundo propter
virginitatem. Noluit enim singularis esse.
sed tamen una de ceteris apparere. Unde
Dicere beata virgo non habes causam. Nec
tibi opus est purificatione. sed nec
filio tuo opus est circumcisione. esto inter
mulieres tamquam una illarum. Nam et filius
tuus sic est in numero puerorum. Tertio na-
que virgo ubique voluit esse communis. Cum
enim sint tres status salvandorum. scilicet vir-
ginum coniugatorum et continentium. Ipsa in quolibet
horum trium statuum esse voluit. Fuit
enim virgo. fuit coniugata. fuit vidua.
quia ante passionem Christi sponsus suus Yozeph
creditur fuisse defunctus. Secundo hic igitur o-
stenditur quod sit persona communis. quia ipse vo-
luit gerere personam omnium salvandorum
ad signandum quod curam habuit de virginibus
coniugatis et viduis. Tertio propter paupertatem.
Ipsa namque fuit pauper in hiis in quibus
mulieres divitias appetere consueverunt. scilicet
in suo coniugio. Non enim fuit desponsa-
ta imperatori. sed fabro pauperi. Mt. jo. Cum
esset desponsata mater Ihesu Maria Yozeph
In suo principio. Luc. ijo. Et pannis eum
involuit. In suo offertorio quia obtulit
par turturum aut duos pullos columbarum. In suo filij nutri-
mento. quia sicut dicit Johannes Crisostomus et
aui acquirebat unde se et salvatorem indu-
mentabat. Ipsa igitur paupertatem elegit in-
star filij sui. qui pauper esse voluit. In
ingressu. quia in presepio repositus. In pro-
gressu. quia nullis divitijs locupletatus.
In egressu. quia nudus in cruce positus.
Et post egressum quia in alieno sepulcro
reconditus. Quarto obedientie propter stabilitatem.
Nichil enim pretermisit de mandato legis
sed inde servat legalia ut hic. Unde dicit Cur-
tat sancta Maria Luc. ijo. Ibant parentes eius
per omnes annos in Jerusalem in die sollempni.

paupertas virginis

[illegible]

Nota de passion

Modo obsinat festa videm. Cum factus esset ihus annorum duodecim ascendit cum illis ierusalem secundum consuetudinem diei festi. Sedo in hoc festo fuit ihesus in oblacione. Obtulit enim vgo pro se et filio par turturum aut duos pullos columbarum. Non enim obtulit agnum. sive quia pauper erat / sive quia verum agnum offerebat. Qui igitur vult rite purificari / aut offerat agnum / aut par turturum aut duos pullos columbarum. Tres enim vie sunt eundi ad deum. scilicet per innocenciam / per vitam contemplativam / et per vitam activam. Utraque autem avis bina ponitur / et utraque geminum per tatum hic perhibetur. Bina quidem ponitur quia et vita contemplativa debet habere duplicem oculum / et vita activa debet habere duplicem actum. Contemplativa quidem debet habere unum oculum quo contemplatur celestia / ad desiderandum / et alium quo videat instabilitatem terrenorum ad contempnendum et despiciendum / de quo duplici oculo dicitur in psalmo. Ascendunt usque ad celos et descendunt usque ad abyssos. Similiter vita activa debet habere duplicem actum unum erga se ad sui correctionem. psalmus Exercitabar et scopebam spiritum meum. Alium erga proximum ad eius edificationem. Mathei v. Sic luceat lux vestra coram hominibus et cetera. Utraque tamen sive sit activa. sive sit contemplativa geminum debet habere. Augustinus in valle lacrimarum sumus in qua eo magis est flendum quo minus flemus. Utrorumque vero geminum tam contemplativorum quam activorum geminus esse debet. Siquidem gemitus contemplativorum duplex est. Unus actus qui fit pro desiderio celestis patrie psalmus Heu michi. quia incolatus meus prolongatus est. Romanorum viii. Ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei expectantes. Alius devocionis. qui fit pro recordatione dominice passionis. Trenorum i. Idcirco ego plorans et oculus meus deducens aquam, quia longe factus est a me consolator meus. Similiter et gemitus activorum debet esse duplex. Unus compunctionis propriis peccatis psalmus Lavabo per singulas noctes lectum meum lacrimis meis stratum meum rigabo. Alius compassionis qui fit pro peccatis et miseriis alienis. psalmus

ix. Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo die ac nocte interfectos filios populi mei / Talis fuit in hoc festo Symeon cum obviacione. Obviavit enim Symeon et Anna Christo marie et yozeph / et venabilem passionem sensit / et inde habetur quod ecclesia hoc processionem facit / Circa quia processiones quinque sunt consideranda. Primo quia bini et bini incedimus / secundum quia candelas accensas in manibus portamus. Tercium quia sunt primi novissimi et novissimi primi. Quartum quia cantici devocionis ibi geminantur / quia procedentes usque ad ecclesiam pergimus / pro addi sextum. quia sanctam ante duobus crucibus precedentibus ad processionem descendimus / Primo igitur bini et bini incedimus ut Christi exemplum imitemur. De quo dicitur luce x. Designavit ihesus et alios septuaginta duos discipulos / et misit illos binos ante faciem suam. Hunc autem morem ut bini incedamus Christus voluit introducere / propter mutuam conservacionem. Ecclesiastes iiii. Melius est duos simul esse quam unum. Habent enim emolumentum societatis sue. propter commendandam geminam dilectionem. Primo Petri iiii. Ante omnia in nobismetipsis caritatem continuam habentes. quia caritas operit multitudinem peccatorum / Propter commendandam specialem caritatem. Mathei xviii. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo. ibi sum in medio eorum. Dubio merito bini et bini procedimus / sic enim ob commendacionem fratrum caritatis specialis vite missos a salvatore discipulos sancti evangelia testantur / Et subdit. Turbat processionem / quisquis solitarius incedit. Autem non sibi soli nocet. sed eciam ceteris est molestus / Hij sunt qui segregant semetipsos animales spiritum non habentes. nec soliciti servare unitatem in vias pacis / Secundum est / quia candelas in benedictio accensas in manibus deferimus / Dicit enim non debemus esse soli / sed non in conspectu dei debemus apparere vacui. Candelas enim in manu tenere. est opera bona facere / sed tunc candela accenditur quando ipsa opera sunt bona et sunt fervente facta. Sed non debere lucere eorum puritatem / ut ipsa opera sint bona / et fervencia et puritatem luceo. Sunt luminibus enim punctu. car

ma debent esse pura · et lucide ardentes ·
tre quia debent esse feruencia. In manibus
cestatis certe quia debent esse bona. O-
pera enim mala non sunt in manibus
nostris sed in manibus dyaboli. Osee vii° c.
Comederunt alieni robur i. opera eius.
Debemus autem esse succensi igne benedicto ·
spiritus sancti. Gulhs. Opera nostra in for-
nace agenda sunt et in desiderio cordis
et sunt lucide ardentes in manibus nostris.
aliquid timendum est ne forte tepidos
nos euomere faciat. qui autem igne va-
nitatis in terram. hic plane scit et videtis
ignis quem sanctificauit et misit in mundum.
Et subdit Et quid volo. nisi vt arde-
at. Sed contra aduersarius ignem suum
igne concupiscencie carnalis immisit. et ab-
domis. quem saluator in nobis non
accendere sed extinguere venit. Si quis
nunc alienum ignem in diuino offerre
suscepit sacrificio. contra si patre licet a-
non. morietur in etate sua. Tercium est
quia in ipsa processione sunt primi no-
uissimi et nouissimi primi. Sic enim non
debemus esse soli nec vacui. sic nec arroga-
tes nec superbi. Hec namque primi incedunt
nouissimi. ad signandum quod maiores de-
bent se cogitare minores. sunt in humili
mentorum estimacione. Phil ii° In humilitate
superiores sibi inuicem arbitrantes. sunt
in humili conuersacione. Eccli iii° Quanto
maior es humilia te in omnibus. sunt
in humili subministracione. quia aliquid
facere debent exemplo Christi. qui autem luc xxii°
Ego autem in medio vestrum sum. sicut
qui ministrat. Gulhs super hec humilitatis
virtus maxime necessaria est vt homine pre-
manus inuicem. Nec minus potens. sed
etiam minores ubi quisque ponat. quia minime
humilitas perfecta est et iusticie plenitudo.
Quartum est. quia in ipsa processione
tantum deuocionis gerimus. Sic enim
non debemus esse soli nec vacui nec ela-
ti. sic nec in dei seruicio debemus esse tri-
stes vel fastidiosi. ii Cor ix° Non
ex tristicia aut necessitate. hilarem enim da-
torem diligit deus. Quintum est quia
procedentes in ecclesiam pergimus. Sic enim
non debemus esse tristes vel fastidiosi. sed
nec negligentes vel tepidi. sed semper
proficere et de virtute in virtutem ire.
Sunt autem tria scilicet processio. statio et
regressio. Illi faciunt processionem. qui
semper proficiunt. et de virtute in virtutem
vadunt. Ps. Ibunt de virtute in vir-
tutem et videbitur deus deorum in syon.
Phil iii° Ego non arbitror me con-
prehendisse. vnum autem quod que retro sunt
obliuiscens. ad ea vero que priora sunt
extendens meipsum etc. Illi faciunt sta-
cionem. qui torpori et negligencie de-
diti sunt. Prov. xix° Abscondit piger
manum suam sub ascella nec ad os
suum applicat eam. Illi faciunt regressio-
nem. qui ad pristinum reuertuntur. de quibus
dicitur luc ix° Nemo mittens manum
ad aratrum et respiciens retro aptus est
regno dei. Gulhs. Siquis proficere dis-
simulat. et proficisci de virtute in vir-
tutem noluit. hic in statione non in pro-
cessione se esse probet immo et in regressione. quia
in via vite non progredi. regredi est.
Septimum est quia autem duobus cere-
ferarijs precedentibus deferri facimus.
Sic enim debemus esse sociati vt profi-
ciamus. Ita et prouidi qualiter ducamur.
Non enim debemus duci spiritu maligno. vel
proprio sed spiritu diuino. Et ideo crucifixus pre-
cedit. quia ab ipso debemus duci et ipsum
sequi. Heb xii° Curramus ad propositum
nobis certamen aspicientes in auctorem
fidei et consummatorem ihesum. Ut vero ipsum
sequi possimus. debemus precedere intencio
pura que est quasi primus ceus. Prov. iiii°
Oculi tui recta videant. et palpebre
tue precedant gressus tuos.

Postquam impleti sunt dies purgacionis
marie etc. luc ii° Ut nos deo et
proximo simus perfecti. oportet vt nos
simus puri. ad diuina beneficia inue-
niamur deuoti. et bonis operibus quantum
ad proximum simus pleni. Ideo hoc festum
dicitur purificacio. ad innuendum quod debemus
esse puri. dicitur ypopanti. ad innuendum
quod ad dei seruicia et obsequia debemus esse
deuoti. dicitur etiam candelaria. ad innuendum
quod bonis operibus debemus esse pleni. Dicitur
igitur hoc festum purificacio. quia beata
virgo hodie purificari voluit quamuis

non indigebat / q̄a purissima to erat
Can̄ iiijᵒ Tota pulcra es amica
mea · et macula non est in te · Ipsa enim
fuit pulcra quia in utero purifica-
ta · ps Sanctificauit tabernaculum suum
altissimus Ipsa fuit tota pulcra · quia
omnibus uirtutibus illustrata · Eccᵢ xxiiijᵒ
In me omnis gratia vie et ueritatis · in
me omnis spes vite et virtutis Ipsa fuit
amica dei / quia a dei filio adamata ·
ps Concupiscet rex decorem tuum Ipsa
fuit sine macula · q̄a ab omni peccato immu-
nis effecta Nos autem non sumus pulcri
quia multorum peccatorum deformitati-
bus sumus fedati Nec sumus toti pulcri
quia multis defectibus sumus tardati
Nec sumus sine macula · quia multis venia-
libus sumus respersi Nec sumus eciam quod
sumus amici dei · quia nostris uiciis o-
dio uel amore sumus digni / Talis igitur
purificacionem non indigebat sed tamen puri-
ficari voluit / ut nos ad puritatem
induceret et moneret / Parum enim prodesset
celebritati virginis purificacionem · si in
se haberet pollutam mentem · talis non
facit festum virginee puritatis / sed por-
cine feditatis · Debemus igitur purifi-
cari intus et extra Intus ut purgetur vo-
luntas ab omni peccati inquinacione Vo-
luntas plene pt quiasicut dicitur · pu̇ xx̄ᵒ
Quis potest dicere mundum est cor meum
purus sum a peccato / Purgetur intencio
ab omni duplicitate / Jac iiijᵒ purgati-
te corda duplices animo // Purgetur racio
ab omni pertinacia Ezech xviijᵒ purissi-
mas reddam aquas eorum Sicut enim
in aqua turbida / ymago non lucet
sic racio perturbata verum non videt · Demum
extra purgari oportet ut scilicet oculi purgentur
ab illicita visione ps Auerte oculos
meos ne videant vanitatem Ecci ixᵒ
Auerte oculos a muliere compta · et ne
circumspicias speciem alienam / Purgentur
aures a detractione Eccᵢ xxviijᵒ Sepi
aures tuas spinis et noli audire lin-
guam iniquam / Purgetur os a praua lo-
cucione Ephes iiijᵒ Omnis sermo malus
de ore vestro non procedat / Purgentur
manus / a mala operacione ps Lauabo inter

innocentes manus meas · Purgetur odo-
ratus a lasciua odoracione / Amos vjᵒ
Optimo vnguento delibuti et nichil com-
paciebantur super contricione Joseph / Purgetur
hec omnia a negligencia et torpore · Prov̄
vjᵒ Deneglige purga te cum paucis
Secundo debemus esse ad hospicia diuina de-
voti et ideo dicitur hoc festum ypopanti
i obuiacio siue Symeonis / qui cum
multa deuocione Christo obuiauit / ad be-
neficia promissa intesu habens desi-
derium / et de beneficiis magnum concipiens
gaudium Obuiauit autem sibi cum de-
sideriis / ut ipsum inuitaret cum muneribus
ut ipsum appropiaret / cum obsequiis deuo-
tis ut sibi seruiret Tria quidem desideria et
oraciones · sunt quasi spirituales inuitaciones
Sap vijᵒ Optaui et datus est michi sensus
inuocaui et venit in me spiritus sapiencie
Talibus desideriis ipsum Symeon in-
uitauit / de quo dicitur erat expectans
redempcionem israel · Unde dicebat quotidie
in oracionibus suis / sicut dicit Aug / putas
videbo putas durabo · putas hoc in-
veniet illa natiuitate Talibus desideriis
ipsum inuitabant patriarche qui dicebant ysa
xliiijᵒ Utinam dirumperes celos et descen-
deres Secundo obuiauit muneribus ut appropi-
aret Sicut enim desideria obuiant ad inui-
tandum sic facta munera obuiant ad appropi-
andum Iustus erat / qui personam honora-
bile inuitaret et eam appropiare nollet
Tales sunt qui habent multa bona desi-
deria / sed non laborant ut acquirant vir-
tutum munera Per enim facta desideria proximi
appareant / dicitur Mat xviijᵒ Ubi duo
vel tres congregati sunt in nomine meo
ibi sum in medio eorum Quod dominus se
plurimum sentiret appropiare innuit dicit
Apoc iijᵒ Ego sto ad hostium et pulso
et pulso · bona desideria inspirando Cuius
aperuerit in ianua · vita sua munerato
intrabo ad illum · per caritatem sua ac-
cendendo Ista facta munera habuit Symeon
de quo dicitur / quod fuit iustus quantum
ad proximum / quod fuit timoratus quantum
ad deum · et spiritus sanctus erat in eo / quantum
ad seipsum Iustus namque erat iustus
et spiritu plenus / et erat timoratus / q̄a

dicat(ur). Cap(itulum) xxvij°. Si no(n) intr-
oire domu(m) temeritate te instat / cito
subuertet domus tua. Buch9 / Rusp(er)
separitas neq(ue) in celo neq(ue) in pa-
radiso, multo mi(n)9 in mu(n)do. In celo crea-
t(us) angelus in p(rese)ntia deitatis. adam
in paradiso voluptatis. Judas i(n) mu(n)do
scola saluatoris. Tercio obuiauit
deuotis obsequijs vt sibi seruiret. Cu-
m tristatio e(ss)et, qui aliq(ue)m innitaret
associaret sed nullu(m) obsequiu(m) im-
pendebat / sic qui multa bona p(ro)mittit h(ab)et
plures virtutes, paucas t(ame)n ostendit
o(pe)ratio(n)e. Impendit aut(em) Symeo(n) xpo
triplex obsequiu(m). s(cilicet) q(uia) i(n) templum
venit. xp(istu)m benedixit / (et) in vlnas eu(m)
accepit. in eo q(uod) in sp(irit)u in templu(m)
venit. dedit nob(is) exemplum q(uod) ad eccl(esi)am
veniamus. (et) q(uod) a sp(irit)u ducimur. qua-
si illuc ime9 / vadens ad eccl(esi)am duc(itu)r
a sp(irit)u (et) inuenit xp(istu)m / vadens ad tha-
bernam ducit(ur) a sp(irit)u maligno. (et) inue(n)it
dyabolum. Apoc ij°. Scio vbi habitas, vbi
sedes est sathane. Postq(uam) aut(em) Symeo(n)
ad templu(m) venit. b(e)n(e)dixit x(pistu)m (et) ei lau-
des decantauit / quia no(n) d(ebe)t aliquis ad
eccl(esi)am ire ad vanitates videndas. sed
ad o(rati)o(n)es faciendas. ps. In eccl(es)ijs bene-
dicite domino deo. / Decantans autem
in vlnis puerum tenebat / q(uia) no(n) suffic(it)
cantare labijs. nisi sit in intentio(n)e et
affectio(n)e mentis. Duo enim brachia
cordis est intentio / (et) alterum est affectio. He-
c igit(ur) xp(istu)m qui orat tunc s(ecundu)m in vlnas
suas portat. q(uia) intellectum adhibet p(er) inte-
ntionem (et) affectu(m) p(er) deuotione(m) / Tercio debe(t)
esse quantum ad proximum operib(us) bonis
exemplum. Et ideo hoc festum dicitur candela-
ria. Candelas enim manu tenere. est
opera lucida proximis ostendere. Secundum
uit q(uod) hac die candelas deferimus ratio(n)e
virginis, ratione xpi. et ratione nostri. Ra-
tione virginis, ad signandu(m) q(uod) ipsa virgo
purificatio(n)e non indigebat. q(ui)a tota
rutilabat (et) resplendebat. Significat(ur) autem
p(er) candelas quas deferimus, iiij(o)r p(re)roga-
tiue. que in virgine fuit. prima est
virginitas in carne, q(uod) intelligi(tur) p(er) ceram

q(ue) generat(ur) ab apibus sine corruptione. Ysa-
vij°. Ecce virgo concipiet (et) pariet filium.
Secunda est puritas in mente. q(uod) intelligi(tur)
p(er) licinium candidum in cera occultatum
ps. Omnis gl(ori)a filie regis ab intus. Ter-
cia est sanctificatio in vtero. q(uod) intelligi(tu)r
p(er) benedictionem candele. ps. Sanctificauit
tabernaculum suum altissimus. Quarta e(st)
claritas in generatio(n)e. q(uod) intelligi(tur) p(er) lume(n)
Sapie. iiij°. O q(uam) pulchra est casta
generatio cum claritate. / Secundo deferimus
candelas ratione xpi. Candela enim sit
ratione co(m)positionis. (et) ratione (con)sumptionis
Candela quippe ex cera (et) ligno et
lumine constat. In xpo namq(ue) corp(us) e(st) [illegible]
sz cera i(d est) caro sine sorde generata. ps.
Factum est cor meum tamq(uam) cera liquescens
/ cera sz in generatio(n)e / sed liquescens i(n) pas-
sione. Est et licinius i(d est) anima cande(n)s
innocentie adornata. Sap. vij°. Can-
dor enim est lucis eterne. Est et lux s(cilicet)
diuinitatis carni vnita. Joh. j°. Erat lux
vera (et)c. Et sicut ignis vnitur cere medi-
ante licinio. sic diuinitas vnitur carni me-
diante anima. De hijs 3bus Can. v°.
Dilectus meus candidus. p(ro)pter candore(m)
mentis rubicundus p(ro)pter fulgore(m) diuinitatis
Electus e(st) milib(us). p(ro)pter incorruptione(m) car-
nis. Signat(ur) xpus p(er) candelam ratione co(n)-
sumptionis. Sicut enim candela se totam
consumit in usum s(er)uicij / sic xpus se
totum consumpsit in usum obsequiu(m). Con-
sumpsit enim carnem p(er) vulneratione(m) (et) att-
ricione(m). ysa. lxiij°. Quare rubrum est
indumentum tuum (et) vestimenta tua sic(ut)
calcantium in torculari. Consumpsit a(n)i(m)a(m)
p(er) tristicia(m) (et) dolorem. Mt. xxvj°. Tristis
est anima mea vsq(ue) ad mortem. Con-
sumpsit vitam corporalem p(er) abreuiatione(m)
Ysa. xxxviij°. Precisa est velut a te-
xente vita mea. Consumpsit s(u)b(stanti)am temporale(m)
vsq(ue) ad denudacionem. ps. Diuiserunt sibi
vestimenta mea (et) sup(er) vestem meam
miserunt sortem. / Tercio candelas deferi(mus)
ratione nostri / Per illam enim candelam
s(ignifica)t(ur). quales debemus esse in vita, quales
in fama, quales in doctrina, (et) quales i(n) opi(ni)one

xpi. Vita nostra dicitur esse sancta. Vitam
aut vitam faciunt operatio bona. fides re-
cta / et intentio sincera. Operatio bo-
na intelligitur per ceram / quia sicut cera
rore celesti gignitur / sic operatio bo-
na a deo tantum habetur. ad Phil. ij°. Deus
est qui operatur in vobis velle et perficere
pro bona voluntate. Ysa xxvj°. Omnia
opera nostra operatus est in nobis / Fides
recta intelligitur per lumen. Sicut enim
cera sine lumine non lucet / sic nostra
operatio sine fide deo non placet. Hebr.
xj°. Sine fide impossibile est placere
deo. Intentio sincera signatur per licinium
qui quidem est occultus candidus et
luminis baiulus / sic intentio debet esse
occulta. Greg. Sic sit opus in pu-
blico ut intentio maneat in occulto. Debet
esse candida et pura. Mt. vj°. Si ocu-
lus tuus fuerit simplex. totum corpus tuum lu-
cidum erit / Debet esse luminis baiula
quia operationem nostram et fidem in con-
spectu dei erutat. Mt. vj°. Pater tuus
qui videt in abscondito reddet tibi.
Secundo signatur quales debemus esse in fa-
ma. Candela enim accensa lucet. extin-
cta fetet. Sic sancti viri igne caritatis
accensi / aliis lucent per exemplum bonorum
operum. Mt. v°. Sic luceat lux ve-
stra coram hominibus / ut videant opera
vestra bona / et glorificent patrem vestrum
qui in celis est. / Peccatores autem in pec-
catis mortui fetore sue immundicie
alios inficiunt et corrumpunt. Ysa xxx-
iiij°. De cadaveribus eorum id est de animabus
mortuis peccatum ascendet fetor.
Tercio signatur quales debemus esse in doc-
trina. Candela namque se consumit ut
aliis luceat / extincta fetet / sic predica-
tor verbo et exemplo illuminet debet se
consumere vigilando. studendo. et corpus
macerando. Sic consumebat se apostolus
cum dicebat Cor. ix°. Castigo corpus meum
et in servitutem redigo. / Quarto signatur qua-
les debemus esse in opinione propria. quia
debemus nos reputare mortuos / et
cito morituros. Candela enim dum est
accensa incessanter consumitur et tandem
cito finitur. Sic homo dum vivit con-
tinue moritur. Seneca. Quem dabis
mihi qui intelligat se mori cotidie. In
hoc omnes fallimur quod mortem non prospi-
cimus / magna pars eius iam preteriit / quicquid
etatis retro est / mors tenet. Unde et
homo continue moritur. Ideo post mortem
cito finitur. Unde dicunt illi qui sunt in
inferno Sap. v°. Nos nati continuo
desinimus esse. Cavendum est autem ne
ista candela sic accensa quantum ad vitam
quantum ad famam / quantum ad doctrinam. quan-
tum ad reputationem propriam extinguatur
et si extincta fuerit denuo accendatur / Tria
sunt autem / que ipsam custodiunt ne extin-
guatur / scilicet quando a vento absconditur / vel
quando aliis candelis associatur / vel quando
semper pabulum cere ministratur. Candela
igitur non vult extingui. debet abscondi
a vento elacionis humane. Ysa xxxij°.
Erit vir sicut qui absconditur a vento.
Debet associari congregacioni sancte. ut
aliorum adiutorio foveatur. Eccl. iiij°.
Melius est duos simul esse quam unum.
habent enim emolumentum societatis sue. si
unus ceciderit ab alio fulcietur. Prov. xviij.
Frater qui iuvatur a fratre quasi civitas
firma. Debet etiam habere pabulum ora-
tionis bone. Levit. vj°. Ignis in altari
meo semper ardebit. quem nutriet sacerdos
per singulos dies subiciens ligna. Et sicut
tria sunt que candelam custodiunt ne extin-
guatur / sic tria sunt que impediunt ne
extincta reaccendatur. scilicet remocio humi-
ditatis et corporis grossi interposicio. Cum
predicatores habeant ignitum eloquium
vehementer / tamen aquosos attendere non possunt.
primo quia familiaritate vel vicinitate
auditores eis non associantur. Prov. xiij°.
Qui cum sapientibus graditur sapiens
erit / et amicus stultorum similis stultis
efficietur. Deut. xxxiij°. Qui appropinquant
pedibus eius accipient de doctrina eius.
predicatores sunt pedes dei. qui per uni-
versum mundum ipsum portant / Secundo
quia aquis deliciarum humectatur. i Cor.
ij°. Animalis homo non percipit ea que
sunt spiritus dei. Ro. viij°. Si secundum carnem
vixeritis moriemini. Tercio quia amor
et sollicitudo terrenorum in eis interponitur. Ut

xmo. Dollerando seculi estus et fallacia
dimicaciu suffocat verbum. j Joh. ijo. Si
quis diligit mundum non est caritas
patris in eo.

Nunc dimittis domine servum
tuum in pace. Quamvis in ve-
teri testamento plura cantica in-
veniamus In novo tamen testamento tan-
tum tria cantica legimus. Circa hec autem
quatuor videnda sunt. Primo quare ista stan-
do. illa sedendo dicimus. Secundo quare can-
tica novi testamenti in fine post quam principio
principio vel in medio decantamus. Tercio
quare canticum beate virginis quod fuit prius quam
canticum zacharie posterius dicatur. Quarto de
exposicione illius cantici Symeonis. Circa
primum scilicet quare cantica novi testamenti
dicimus stando. cantica vero veteris testamenti
sedendo. Notandum quod hoc non fit tantum
propter reverenciam ewangelicam. sed eciam propter
racionem misticam. Stare quidem est mini-
strantis. pugnantis et sursum respicientis.
Olim homo non poterat deo iuste ser-
vire. quia non poterat ei de offensa satis-
facere. Nunc autem satisfaccione facta iuste
et sancte ei servire potest. Et ideo non debemus
sedere sed stare. id est ad serviendum paratus esse.
Et propter hanc causam canticum zacharie stan-
do decantamus. Cui ait Serviamus
illi in sanctitate et iusticia coram ipso omnibus
diebus nostris. Stare eciam est pugnantis
Olim homo contra demones non pugnabat
sed prostratus iacebat. Ipse quidem
pugnare non poterat. Nec deus ipsum ad-
iuvabat nec eciam defendebat. Nunc autem
potenter nos adiuvat et defendit. Ideo
non debemus iacere. sed stare et fortiter dimi-
care. et propter ista tamen canticum beate virginis
stando decantamus. quod autem fecit potenciam
in brachio suo etc usque et exaltavit humi-
les. Stare eciam est sursum respicientis
Qui enim sedet. hic est infixus. qui stat
ad celum est erectus. Olim homo erat in-
fixus terrene cupiditati. sed modo est inten-
tus celesti contemplacioni. Et ideo non
debemus modo iacere terrenis cupiditatibus in-
herendo. sed stare celestia contemplando
Et propter istam tamen canticum Symeonis
stando decantamus. in quo quidem ad ce-
lestia nos invitat. vocando servum in pace

salute. lumine. et gloria. Erit enim ibi
pax in tranquillitate mentis. Erit salus
in impassibilitate corporis. Ysa. lxo.
Occupabit salus muros tuos. Erit
lumen in vere claritatis. Mt. xiijo.
Tunc iusti fulgebunt sicut sol in re-
gno patris eorum. Erit gloria in visione
divine maiestatis. Ysa. lxvjo. Secundo
videndum est Quare ista tria cantica
ewangelista in fine decantentur. Circa
quod sciendum est. quod in finis dicatur ter-
minacio. consumpcio et impleccio. Canticum
igitur zacharie in fine cantatur. quia est de
Johanne baptista. qui fuit legis et prophetarum
finis id est terminacio. Mt. vijo. lex et pro-
phete usque ad Johannem. Canticum beate
virginis in fine dicatur. quia ipsa fuit
mortis et dyabolice potestatis finis id est con-
sumpcio et destruccio. Gen. iijo. Ipsa conteret
caput tuum. Judith xiiijo. Una mu-
lier hebrea confusionem fecit in domo regis
Nabuchodonosor. Canticum Symeonis sim-
iliter in fine. quia est de Christo. qui est
legis finis id est impleccio. Mt. vo. Non
veni solvere legem sed adimplere. Tercio
videndum est de ordine. Dicitur. scilicet can-
ticum zacharie cantatur hora matutinali
Canticum beate virginis hora vespertina
Canticum Symeonis hora septima
vel completorii. Circa quod sciendum est
canticum zacharie merito nunc fiat de do-
minica resurreccione de. Erexit cornu
salutis nobis. Christus enim in morte pro-
stratus iacuerat per infirmitatem car-
nis. sed in resurreccione se erexit per
gloriam impassibilitatis. Nos eciam ia-
cebamus per infidelitatem. sed Christus re-
surreccione nos erexit per fidei firmitatem
Et quia Christus hora matutina resurre-
xit Ideo illa hora canticum zacharie decan-
tamus. Canticum marie virginis cantatur
hora vespertina. quia sexta etate
in qua Christus humilitatem eius re-
spexit. dum de virgine carnem accepit
In qua eius paupertatem magnifice
ditavit. in qua nostram miseriam sua
misericordia adimplevit. in quo nostram esuriem
pane celesti saciavit. Et quia Christus in
sexta etate adimpletur. et in cantico beate
virginis de hijs mencio habetur. tamen dicatur Te-

spexit humilitatem ancille sue. Et qd dicit Quia fecit m magna qui potens est Et cu dicit Et mia eius a progenie in progenies Et cu dicit Esurientes impleuit bonis rc Ideo epigraticu decantatur in hora vespertina q est hora sexta int horas ecclie in quibus deum laudat Canticu Symeonis in hora septima ecclie decantat que signat septima quietem in quo sancti in pace quiescunt in spe future resurrectionis De qua pace Symeon in cantico suo mentionem facit d. Nunc dimittis domine suu tuu in pace. Circa videndum est de expositione cantici Symeonis, sed quia sicut dicit Ecci. xv° Non est speciosa laus in ore peccatoris Ideo lucas primo commendat ipm laudatorem, dein post canticum laudis. laudatorem aut commendat a tribus primo a vite pfectione que quidem pfectio fuit in quatuor primo in contemplatione dei. qd notatur cum dicit. Erat homo in ierlm i. in loco contemplationis et orationis ij Corinth° Nos aut reuelata facie gloriam domini speculantes rc Sedo in optima opatione boni Et ideo subdit Et ho iste iustus Prou xj° Justus qsi virens foliu germinabit Tercia in continua declinatione mali cu subiungit Et timoratus Prou. xv° p timorem domini declinat omnis ho. a malo. Quarto in continuo desiderio et cu dicit Expectans redemptionem isrl. ps Expectans expectaui dominum rc Sedo commendat a spus sancti plenitudine habuit eum sanctum in iustificatione cum dicit Et spus sanctus erat in eo. ps Emitte spm tuu et creabuntur rc habuit eciam doctorem. cum subditur Et responsum acceperat a spiritu sancto Joh xiiij° Ille vos docebit omnia habuit et inductorem qui subiungit Et venit in spu in templu ps Spus tuus bonus deducet me Tercio commendat a spali in xpm deuotione, que deuotio ostenditur in eo. qz ad templu senex venerat Et in eo. qz puerum amplexatus et osculatus fuit Et in eo. qz ad eius honorem canticum letitie decantauit Postqz lucas commendauit laudatorem, ponit canticum laudis dicens Nunc dimittis domine seruum tuum in pace. Ubi primo ponit sua peticionem. cu dicit Nunc dimittis dom Sedo peticionis rationem cu dicit Quia viderunt ocli mei salutare tuu Tercio rationis explanationem. cu subdit Qd parasti an faciem omn pplorum Ponens ergo sua peticionem. dicit Nunc i. post tanta desideria, quia expectabat post tanta promissa, quia cum responsum acceperat post tam magna beneficia recepta, quia viderunt ocli mei salutare tuu Nunc ergo dimittis seruum, qd pt intelligi aut pdicando i. dimittes, aut optando i. dimitte. aut grates agendo. qz iam dimittere potes. Dimitti aut captiuorum est. Et ideo dimitte i. spm de carceris carne solue. et ipm in regem tue permittas Tria aut appetit homines incarcerati. q ipis denegat, scz lucem libertatem. et socialem iocunditatem Spus ergo in carcere corporis positus, caret luce diuine visionis Thob v° Quale m gaudium erit. qui in tenebris sedeo, et lumen celi no video Caret libertate diuine filiationis Roman viij° Vanitati creatura subiecta est. no nolens, sed ppt eum. qui subiecit eam in spe. quia ipa creatura liberabitur a seruitute corruptionis i. libertatem glorie filiorum dei Caret iocunditate angelice vl potius diuine associationis Joh j° Societas nra sit cu patre et filio eius ihu xpo. Scdm verbum tuum in pace. Clamauerat enim precibus quia erat in ierlm i. in loco orationis Clamauerat opibus, quia erat iustus Clamauerat affectibus, quia erat expectans In pace dimitte in pace ptorum, quia letus morior. postqz te video. Gen xlvj° Jam letus moriar, quia vidi faciem tua Dimittas in pace cpis qa sine afflictione quiescam. Et ideo dimitte in pace eternitatis. vt in te ipo quiescam ps In pace in idipm dormiam et requiescam Secundo ponit sue peticionis rationem. cu dicit Quia viderunt ocli mei salutare tuu Amen dicit et plus fuit Sigmundi et ocli viderunt et ideo beati fuint luc x° Beati ocli

qui vident q vos videtis. et aures au-
dient/ forsitan vagitem Can ij° So-
net vox tua in auribus meis Et na-
res odorem sensierunt Can p° Curre
in odorem unguentorum tuorum Et labia
oscula impresserunt Can viij° Quis m
det te fratrem meum sugentem ubera ma-
tris mee. vt inueniam te foris et deoscu-
ler Et manus contrectauerunt Joh j° Et
manus nostre contrectauerunt de verbo vite.
Salutare tuum Est salutare patris per
eternam generationem ps Ostendam illi sa-
lutare meum Est salutare nostrum
per temporalem incarnationem ysa xlv°
Aperiatur terra et germinet saluatorem
Est salutare angelorum per temporis in-
stauracionem Eph j° Instaurat omnia
que in celis et q in terris sunt Quod parasti
an faciem omnium populorum / tamquam militem
ad bellandum ps Apprehende arma et
scutum et exurge in adiutorium michi
Tamquam luciam ad illuminandum luc xv°
Que mulier habens dragmas decem et si
perdiderit unam ex illis / nonne accendit
lucernam etc / Mulier i diuina sapientia tunc
lucernam accendit quia lumen sue diui-
nitatis in testa nostre mortalitatis vniuit ps Paraui
lucernam xpo meo. Tamquam abinum ad sanan-
dum cum erat abius inuisibilis angelorum
factus est tibi visibilis hominum ps Panem
angelorum manducauit homo. Tamquam me-
dicamentum ad curandum / fecit eum de cor-
pore emplastrum de sanguine collirium
de anima vnguentum de deitate balsamum
vt per emplastrum corporis tumorem nostre
superbie sanaret Eccli xxxviij° Altissimus
de terra i de carne humana creauit me-
dicinam / per collirium sanguinis cecitatem
nostre ignorancie pelleret Apoc iij°
Collirio unge oculos tuos vt videas. Per
vnguentum anime peccatorum nostrorum vulnera
curaret / Vnguentarius faciet pigmenta
suauitatis et vnctiones conficiet sanitatis
Per balsamum diuinitatis fetorem in ore
immundicie expulsaret Eccli xxiiij° Sicut
balsamum non mixtum odor meus / Lu-
men ad reuelacionem gentium / Triplex autem
erat tenebra prima ignorancie j Thess
iiij° Sicut et gentes que ignorant deum /
Secunda culpe Cor xiiij° Abiciamus opera
tenebrarum / Tercia visionis diuine Job
xvij° In tenebris straui lectulum meum
Contra primam tenebram attulit lucem
fidei et sapiencie ysa ix° Populus qui ambu-
labat in tenebris vidit lucem magnam.
Contra secundam attulit lumen gracie Joh
j° plenum gracia et veritate Contra terciam
attulit lumen visionis sue ysa ix° Ha-
bitantibus in regione vmbre mortis
lux orta est eis Et gloriam plebis
tue israel Est enim xpus gloria plebis is-
raheliticie / primo quia eis specialiter de-
stinatus Mt xv° Non sum missus nisi
ad oues que perierunt domus israel Secundo
quia de eis specialiter natus Roman ix°
Quorum patres ex quibus est xpus secundum
carnem / Tercio / quia pecos ad nos specia-
liter destinatus Jo. iiij° Salus ex iude-
is est. Sicut tamen a populo gentili specialiter
susceptus. ysa ix° Verbum misit deus
in Jacob. i in populo iudeorum et cecidit i
israel i in populo gentili / Act xiij° vobis
oportebat primum loqui verbum dei. sed
quoniam repellitis et indignos vos iu-
dicatis eterne vite. ecce conuertimur
ad gentes.

## Accinxit fortitudine lumbos suos. et robo-

raui t brachium suum / gustauit
et vidit / quia bona est negociacio eius
non extinguetur in nocte lucerna eius.
Prou. vltimo. Deus in stadio presentis
vite hominem constituit / in quo sibi
conduplex certamen apposuit Quod quidem
conduplex certamen. beata Agatha habuit
et superauit Ipsa namque corpus suum fortiter
subiugauit / et ideo dicitur Accinxit for-
titudine lumbos suos Ipsa mundum robuste
deuicit Et ideo dicitur Roborauit brachium
suum. Ipsa regnum celorum allecta illius
dulcedine violenter sibi rapuit Et
ideo dicitur Gustauit et vidit quia bona
est negociacio eius Ipsa de dyabolo in mor-
te triumphauit. et ideo dicitur Non extin-
guetur in nocte lucerna eius / Primum igitur
certamen quod habuit / corpus suum fortiter
subiugando superauit / per quatuor armatura
quibus munita fuit / scilicet per fidem. spem.
caritatem / et dominice passionis medi-
tationem / Sidero namque ipam in sermo-

fundamento collocauit / spes collocata
solidauit Caritas solidatam confortat
Meditatio dominice passionis fortificata-
tam inmobilem facit Ista ca tangit
in legenda Cum enim tradita fuisset
mulieri infami nomine Affrodosie et
nouem filiabus eius, vt ipsam allicerent
et eius animum mutarent Ipsa taliter re-
spondit Mens mea super petram solidata
est et in christo fundata Ecce duo prima
Qualiter scilicet fuit fundata per fidem et
solidata per spem Nos cum dicta mere-
cam mutare non posset dixit Quinti-
no. facilius possent saxa molliri et ce-
qualiter fuit fortificata per caritatem / et fer-
rum in plumbi mollitiem conuerti / ec-
ce qualiter fuit inmobilis per dominice
passionis meditationem / quod ab intencione
sancta mens istius puelle reuocari /
Prima igitur armatura fuit fides que
ipsam in firmo fundamento collocauit /
Et ideo nullis temptationibus potuit obrui
et ideo dixit Mens mea in christo fundata est /
i Cor. iii° Fundamentum aliud nemo
potest ponere preter id quod positum est
quod est christus ihesus Nec mirum si hec
fundamentum fidei non permittat animam
obrui quia omnia praua opera subtrahit
Ysa xxi° Fides tutorum renum eius / ymo
etiam omnia temptamenta dyaboli extin-
guit Ephe. vi° In omnibus sumentes scu-
tum fidei in quo possitis omnia tela
nequissimi ignea extinguere. ymo etiam
fides ipsum dyabolum in infernum mittit
Mt. xxi° Si dixerit huic monti i. dyabolo
superbienti tolle et mitte in mare
i. in infernum et non hesitauerit in corde
suo sed crediderit fiet ei / Secunda ar-
matura fuit spes que ipsam collocatam
solidauit vt non posset per aduersa uel
prospera agitari Et ideo dicit Mens mea
super petram solidata est Anima enim est
sine spe non solidata / sed tamquam res va-
na tollitur a quolibet flatu dyabolice
temptationis / dispergitur a spinosa concu-
piscentia carnis et diffunditur a vento cuiuslibet
aduersitatis Dicitur enim Sap.
v. Spes impii est tamquam lanugo que
a vento tollitur / et tamquam spuma gracilis que
a procella dispergitur / et tamquam fumus qui a ven-
to diffusus est Econtrario autem spes ad
solidat animam / quod non potest tolli per dyabolicam
temptationem / quia facit ipsam adherere
fortissime turri Prou. xviii° Turris for-
tissima nomen domini i. spes que habetur
de domino ad ipsam currit iustus Non
potest dispergi per carnis voluptatem
quia facit ipsam adherere fortissimo mu-
ro Ps. Qui confidunt in domino sicut
mons Syon non commouebitur in eternum Non
potest diffundi per aliqua mundi aduersi-
tatem quia facit ipsam adherere ancho-
re in mari Heb. vi° Fortissimum solacium
habeamus qui confugimus ad tenendam
propositam spem quam sicut anchoram habemus
anime tutam ac firmam Tertia arma-
tura fuit caritas que ipsam fortificat
vt non posset frangi Unde dixit Affro-
dosia. facilius possent saxa molliri
Fortitudo enim caritatis tanta est / quod animam
ab amore mundi diuidit Ideo assimilatur
morti Cant. viii° Fortis est vt mors di-
lectio Sicut enim mors separat hominem a
corpore / sic caritas separat animam a mun-
dano amore Est adeo fortis quod inimicos
ad amicitiam trahit / et ideo assimilatur ada-
manti Ezech. iii° Vt adamantem et vt sili-
cem dedi faciem tuam Ro. xii° Si esu-
rierit inimicus tuus ciba illum si sitit
potum da illi / hoc enim faciens carbones
ignis congeres super caput eius / Est adeo
fortis quod nullis aduersitatibus cedit
Et ideo assimilatur silici in auctoritate
superiori i Cor. xiii Caritas omnia suf-
fert Est adeo fortis quod deum de celo
ad terram posuit Hugo / O caritas
quam magnas vires habes. deum de celo
ad terram deposuisti / Quarta armatura
dominice passionis meditatio que ipsam for-
tificata inmobilem facit Unde sequitur
Et ferrum in mollitiem plumbi conuerti Illa
anima est plumbea que a dyabolica temptatione
statim flectitur et inclinatur unde dicitur de omni
tali anima Ysa. lvi° Incuruare vt transeamus
Anima autem que est plena dominice pas-
sionis memoria est adeo ferrea quod omnes
dyabolicas temptationes superat Roman.
viii° In hiis omnibus superamus propter eum
qui dilexit nos / Omnes repellit Tren.
iii° Dabis eis scutum cordis laborem

tum .i. passione alia(m) Omnes dicat
ps(almus) In deo meo transgrediar murum Ho(c)
nud(us) sentiente robuste devicit q(uo)d
notat cu(m) dicat(ur) Roboravit brachiu(m)
suu(m) Quadrup(licite)r na(m)q(ue) acie contra eam
tyrannus saeviebat . s(cilicet) quia fecit eam
in eculeo extendi . in mamilla torqueri
in carcere recludi . et int(er) testas et carbo-
nes ignitos volutari Sed istas qua-
tuor acies devicit p(er) q(ua)tuor armaturas
quas habuit Contra primam aciem qua s(cilicet)
in eculeo fuit armavit se consideratione
eterne remunerationis . p(ro) qua sperabat
se adeptura(m) beatam auditionem / divinam
visionem . thesaurum celestem . et corona(m)
regalem De hiis quatuor ita dicit
Augustinus Ego in hiis penis ita de-
lector sicut qui bonum nuncium audit
aut qui videt quem desideravit diu / a(ut)
qui multos thesauros invenit Non
enim p(otes)t anima intrare paradisum cum
palma martirii / nisi diligenter fecit corp(us)
meum a carnificibus attrectari Spera-
bat enim ex hoc audire illa(m) beatam au-
ditionem . qua dicet(ur) bonis Venite be-
nedicti patris mei (et)c(etera) Mt xxv° / et eva-
dere illam tristem auditionem . q(ue) dicet(ur)
malis Discedite a me maledicti (et)c(etera) ps(almus)
Ab auditione mala non timebit Sperabat
se ex hoc recepturam divinam visionem
Desiderabat enim xpm multum videre Iu(sta)
quia ibi erit tota merces Ioh(annis) xvii°
Hec est autem vita eterna . ut cognoscant
te solum verum deum et que(m) misisti ie-
sum xpm Item q(ui)a ibi erit tota leticia
sua . Iob xxxiii° Videbit faciem eius
in iubilo Item q(ui)a ibi erit to(ta) dele-
ctatio sua Hest(er) xv° Valde enim mira-
bilis es domine . et facies tua plena est
graciarum Sperabat enim se ex h(oc) invenire
celestem thezaurum Ipsa enim thezaurum
suu(m) in celo posuerat . ideo multum
invenire cupiebat Mt vi° Ubi est
thesaurus tuus ibi est cor tuum . Non
enim voluit thezaurum suum ponere in hoc
mundo sed in celo . Ibidem Nolite vobis
thesaurizare thezauros in terra . ubi e-
rugo et tynea demolit(ur) / et fures effodi-
unt et furant(ur) Thesaurum enim qui e(st) in
hoc mundo . aut in tempore consumit(ur) / et ideo
dicit Erugo . aut i(n) morte relinquit(ur)
et ideo dicit tynea quia mors q(uasi) tynea
est . que vitam nostram corrodit . aut vio-

lenter rapit(ur) / et ideo dicit Fures . In
celis aut(em) nulla erit consumptio . ubi va-
cuitas / nulla mors / ubi plena immorta-
litas / nullus raptor ubi plena securi-
tas / Unde subdit(ur) Thezaurisate vob(is)
thesauros in celis (et)c(etera) Sperabat se ha-
bituram coronam regalem ii ad Thi(mot). ii°
Nemo coronabitur nisi qui legittime
certaverit Ipsa aut(em) legittime certavit . fortit(er)
letanter . fideli(te)r et utili(te)r / De hiis (con)cor-
dit(ur) in legenda Mentem sanctam sp(ontaneam)
habuit / ecce quia certavit fortit(er) Sa-
crum enim idem est q(uod) firmum / Sponta-
neam sc(ilicet) se deo exhibuit . ecce quia
certavit letanter / Honorem deo suo ded(it)
ecce quia certavit fideli(te)r . Et patrie
liberationem f(e)cit / ecce quia certavit u-
tiliter / Secundo fuit in mamilla tor-
ta . contra istam aciem se armavit te(m)-
p(or)is consideratione . cum dixit Ego habeo
mamillas integras intus in anima mea
quas ab infancia domino consecravi Ipsa enim
habebat integras mamillas anime deo
dicatas et tempestive consecratas q(ui)a ab
infancia Mamille divine sunt intel-
lectus et affectus Quidam sunt qui ma-
millas non habent integras / habent enim
tantum mamillam sinistram s(cilicet) intellectum
quo deum intelligunt p(er) fidem sed non
habent dexteram q(ui)a carent affectu q(u)o
deum diligant per operationem Ad Thi(tum) i°
Confitent(ur) se nosse deum . factis aut(em)
negant Quidam vero sunt qui ipsas
mamillas non consecrant deo / s(ed) mundo
intellectum ponentes circa curiosa in-
vestiganda cum tamen dicat(ur) Ro(manos) xii°
Non plus sapere q(ua)m oportet sapere / et af-
fectum ponentes circa vana diligenda
Ps(almus) Filii hominum usquequo gravi corde . ut
quid diligitis vanitatem (et)c(etera) / Quidam
vero sunt qui non consecrant deo mamil-
las suas in iuventute / sed in senectu-
te tamen dicat(ur) Tren(orum) iii° Bonum est
viro cum portaverit iugum ab adolescencia
sua Tercio fuit in carcere inclusa / et contra
istud certamen vincendum / beatus Petrus
dedit ei triplex adiutorium / Primum s(cilicet) cele-
stem illuminationem ut custodes terreret
sicut in legenda habet(ur) Non erat conve-
niens ut filia lucis in tenebris
habitaret ii Cor(inthios) vi° Que participatio lu-
cis ad tenebras / Secundo sibi fecit dul-

cam allocucionem. quia ea multum refri-
gerauit Eccl. xxxiiii. Rorie ardorem
refrigerauit eos. sic et verbum meum
melius quam datum. Tercio obtulit di-
uersorum medicaminum confectionem Eccl.
xxxviii. Vngentarius faciet pigmenta
suauitatis. Victima etiam est, quia
fecit ipsam inter testas carbonibus ignitis
volutari. Post hoc etiam habuit in
suum adiutorium omnia elementa. Nam
terra tremuit. aer in medio luce irra-
diauit. aqua tyrannum absorbuit. ignis
erupit Sap. v. Pugnabit pro eo orbis
terrarum. Et infra Creatura enim tua tibi
factori deseruiens exardescit in tormen-
tum aduersus iniustos. et lenior fit
ad benefaciendum pro hiis qui in te confi-
dunt. Tercio regnum celorum allecta spiritus
dulcedine violenter rapuit. quod nota-
tur dicit Gustauit et vidit. quam bona
est negociacio eius. Mathei Qui sunt
in regno celorum. sicut nomine dei scripti
Apoc. xiiii. Habentes nomen eius. et nomen
patris eius scriptum in frontibus suis. Et
in fonte celestis refrigerium potat. de quo
fonte dicit in ps. Sitiuit anima mea
ad deum fontem viuum. Sicut in mul-
titudine dulcedinis dei abscondita
ps. Quam magna multitudo dulcedinis tue
domine, quam abscondisti timentibus
te. De hac ergo plenitudine dei
Beata Agatha recepit triplicem gu-
stum. scilicet nomen domini virtuosum. crucem salui-
ficam. et spiritum. De hiis tribus
ipsa ita dixit. Si feras permittas au-
ditis Christi nomine mansuescunt. Si ignem
adhibeas. de celo michi rorem salui-
ficum angeli ministrabunt. Si plagas
vel tormenta ingeras. habeo spiritum
per quem despicio vniuersa. Habuit igitur
diuini nominis inuocacionem demones
comprimentem Mt. vlt. In nomine meo
demonia eicient. Habuit rorem saluificum
animam carcerem compunctam refrigerantem
Mt. xi. Inuenietis requiem animabus vestris
Habuit spiritum sanctum omnia mundi aduersa
dulcorantem. ps. Secundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo consolaciones
tue letificauerunt animam meam. Tercio de
dyabolo perfecte triumphauit. quod no-
tatur cum dicit Vero extinguere in nocte lucerna
eius Cogitauit quidem dyabolus fa-
mam eius per mortem extinguere. sed non po-
tuit. quia post mortem sua multiplici
radio choruscat. Primo radio nimie re-
uerencie et dignitatis. quia angeli a deo
missi ad eius sepulturam venerunt. Magna
dignitas fuisset si deus ad ipsam vnum
angelum misisset. et tamen non vnum. sed
plures misit post Angelis suis deus
mandauit de te etc. Secundo radio nimie
sanctitatis. quod notatur cum dicitur Mentem sa-
nctam spontaneam etc. Ipsa enim fuit templum
ad se valde purum. et ideo dicitur Mentem
te factam i. puram et mundam. Ipsa fuit
in dei seruicio valde deuota. cum dicitur
Spontaneam. Ipsa fuit deo valde grata
cum dicitur Honorem deo. Ipsa fuit proximo
valde fructuosa. cum dicitur patrie liberacionem.
Tercio radio nimie pietatis. quia est ad-
uocata et intercetrix nostra. sic ipsa dixit
Beate lucie. Sicut enim per me ciuitas Ca-
thenensis sublimatur a Christo. ita per te ci-
uitas Siracusana decorabitur. Intercedunt
enim sancti pro nobis ardenti voto ii. Mac.
i. Et nunc hic sumus orantes pro nobis
Intercedunt gaudio nimio Rug. Immensa
dei pietas. sanctorum nostra nimia volt esse
suffragia Intercedunt et sanguine proprio
sicut patet de sanguine Christi. Heb. xii. Accessi-
stis ad sanguinis aspersionem melius lo-
quentem quam Abel. Quarto radio nimie potestatis
Ostendit enim se habere potestatem. scilicet corpora
scilicet animas. super creaturas superiores. super
creaturas medias. super creaturas infimas
et eciam quodammodo super deum. Habuit quidem pos-
se super corpora. quia ea sanauit. sicut patet in
sanacione matris sancte lucie. Habuit quidem
posse super animas. quia eas ad fidem conuertit.
Habuit posse super creaturas superiores. quia
deus ad ipsam angelos destinauit. Habuit
super creaturas inferiores. quia terremotum fecit.
Habuit scilicet creaturas medias. quia ignem
extinxit. Habuit quodammodo posse super deum
quia deus de ipsa habuit curam generalem
singularem et specialem. Vnde dixit in oracione
Domine Ihesu Christe. qui me creasti. custodi
curam tuam generalis. qui me ab infancia custo-
disti. curam tuam specialis. qui corpus meum
a pollucione seruasti. curam tuam singularem
vbi etiam ostendit. quod Christus ab ea abstulit

amore carlem· d· Qui corpus meum
a pollucione servasti Amore tuum· d·
Et tulisti a me amorem seculi Amore
spiritum· d· Qui me tormenta fecisti vincere
in eis constantem pacientie tribuisti Et per
duxit ipsam ad aderem tirum qd ondet
dicens Accipe spiritum meum· et iube me
ad tuam misericordiam pervenire

Soror nostra parvula est· et
ubera non habet Cant viii°. Pos-
sunt ex his angelorum commenda-
tum beatam Agatham. primo ab angelica
affinitate cum dicitur Soror nostra. Secundo
a profunda humilitate cum dicitur parvula
est Tercio a passionis acerbitate cum dicitur
Et ubera non habet. Circa primum Notandum
est quod angeli habent tria in quibus beata
Agatha sibi affinis fuit· scilicet mira vir-
ginitate· ignita caritate· et glorie stabi-
litatem. Habent quidem angeli virginitatem
Luc xx°. Illi qui digni habebunt neque
nubent· neque ducent uxores· equales enim
angelis sunt etc. Magnum est quod femina
in mundo equiparatur viris· maius quod ex-
cellat viros· maximum quod comparatur angelis.
Est enim magnum et laude dignum· quod ali-
qua femina equiparatur viris in mundo
sanctitate· sicut patet in beata Agatha· que multis
magis sanctis equiparatur Cant i°. Equi-
tatui meo in curribus pharaonis assimila-
vi te amica mea. Mulieribus igitur
beata Agatha soror sua in exemplum virtutis
proponitur· ut si dicant se viros fortes sicut
Petrum et Paulum sequi non posse· sal-
tem non refugiant sequi suam sororem
Maius est quod mulier preponatur Mt xxi°
Amen dico vobis· quod meretrices precedent
vos in regno dei Jere xxxi°. Nunc
masculinum concipiet mulier· et est filia
melior filio. Eccl in Vincl. Cum
ad illud terribile examen districtus iu-
dex advenerit· quid nos miseri dicemus
cum tunc femine gloriam videmus que
tunc viris excusatio· quando hoc ondet
que tam sexu et sexum devicat Quid
nos barbati et senes dicemus· qui ire
ad regna celestia puellas per ferrum
videmus· quos ira superat· superbia in-
flat· ambitio perturbat· luxuria inqui-
nat. Maximum quod mulier equiparatur
angelis· sicut beata Agatha angelis as-
similatur· quia illi habent virginitatem in
natura. Ista vero per gratiam acquisita
Cant vii°. Statura tua assimilata est
palme et celsitudini angelice Homines
in carne· sed non secundum carnem vivere non
est humanum· sed angelicum· unde secundum
Ambrosium. Maior est victoria virginum
quam angelorum. Angeli enim sine carne vivunt
ut vivant homines vero in carne tri-
umphant. Secundo angeli habent ignitam caritatem
Ps. Qui facit angelos suos spiritus etc.
Et quantum ad hoc· beata Agatha
fuit sibi affinis· habuit enim ferventem
caritatem· quod patet ex ipsa significatione
nominis est· quia omnia terrena propter deum
contempsit Cant viii°. Si dederit homo
omnem substantiam domus sue pro dilectione
quasi nichil despiciet eam. unde ipsa ait in
oratione Qui abstulit amorem seculi.
Secundum est· quia pro eo mortem susti-
nuit Joh xv°. Maiorem hac dilectionem
nemo habet ut animam suam ponat quis
pro amicis suis Tertium est quod ipsum semper
in corde et in ore habuit unde ipsa dixit
Quamdiu vixero ipsum in corde ipsum
ore et in labiis invocabo Mt xii°
Ex habundantia cordis os loquitur
Tercio angeli habent in gloria stabilitatem
Job xxxvii°. Tu forsitan cum illo fa-
bricatus es celos et angelos qui so-
lidissimi quasi ere fusi sunt et quan-
tum ad hoc ipsa fuit angelis affinis Ipsa
enim adeo fuit solidata ut diceret Mens
mea super petram solidata est· et in
Christo fundata. Verba vestra venti sunt·
promissiones vestre pluvie sunt terrores
vestri flumina sunt quod quamvis impugnent
Ista tamen fundamenta domus mee cadere
non poterunt Ipsam enim deicere non potue-
runt nec pluvia id est exenia diviciarum
flagellorum nec venti id est temptationes demonum
nec flumina id est violentie tyrannorum
Secundo commendatur ab humilitate cum dicitur
parvula. Fuit enim parvula per humilitatem
per simplicitatem et puritatem parvulus enim
aliquis dicitur humilis. I Reg xv°.
Nonne cum parvulus esses in oculis tuis
caput in tribubus Israel factus es. Et
hoc modo beata Agatha fuit parva et
humillima Et ideo meruit celestem
exaltationem Mt xviii°. Quicumque parvulus

venite ad me · et nolite prohibere eos · ta-
lium est enim regnum celorum / Secundo fuit
parvula · i · simplicitate predita / parvulus
enim aliquis simplicitate sit · qui omnibus
prodesse et nullis nocere velle · j Cor
xiiij° Nolite pueri effici sensibus
sed malicia parvuli estote / Tali modo
beata agatha fuit parvula · et ideo me-
ruit divinorum revelationem Mt xj° Con-
fiteor tibi domine pater celi et terre
quia abscondisti hec a sapientibus et pru-
dentibus · et revelasti ea parvulis · Prov.
iij° / cum simplicibus sermocinatio eius ·
Tertio fuit parvula · i · pura · unde parvulus
a puritate dicitur Et ideo meruit di-
vine gratie infusionem ps Sapien-
tiam prestans parvulis Quia enim puritas gratiam
meretur · dicitur in psalmo Cor mun-
dum crea in me deus · et spiritum rectum inno-
va in visceribus meis / Quarto contempnebat
a passionis acerbitate / quod notatur cum dicitur
Et ubera non habet / Non dicit autem quod fuit
ubera exteriora · interiora · et superiora ube-
ra autem exteriora non habuit / quia tyrannus
sibi ea amputavit / quod quidem fuit ma-
gne crudelitatis contra eam ad amputandum
unde dixit Impie et crudelis et dire tyran-
ne etc Proverbiorum xij° Viscera im-
piorum crudelia Magne acerbitatis contra
ad patientem · quia ibi magnum sensit
dolorem / unde Mach · vij° Domine qui
hec magna sciam manifeste tu scis
quia cum a morte possem liberari · du-
ros corporis sustineo dolores / Magne
pietatis contra eam ad auctorem i · contra
ad xpm / qui per beatum Petrum reparavit
curavit Job v · Ipse vulnerat et medetur
percutit et manus eius sanabunt / 2°
fuit ubera interiora · que fuit affectus
et intellectus De quibus ipsa dixit Ego
habeo mamillas integras intus · ani-
ma mea · ex quibus ego nutrio omnes
sensus meos Ipsa enim ex hijs mamillis
nutriebat visum spiritualem divinam
pulcritudinem admirando · Baruch xlij°
pulcritudine candoris admirabitur oculus ·
Spiritualem auditum divine inspirationi
obtemperando ps Audiam quid loquatur
in me dominus / De hijs duobus dicitur
xlij° Auditu auris audivi te et nunc
oculus meus videt te · Spirituale olfa-
ctum · per gustacionem et bursam odorando
Cant j° Trahe me post te · curremus in
odore unguentorum tuorum / Spirituale gustum
divinam dulcedinem pregustando ps
Gustate et videte quoniam suavis est dominus /
Spiritualem tactum · deum caritate bracchijs
complectendo · Cant iij° Tenui illum
nec dimittam Isti autem sensus nutriuntur
ab uberibus / intellectus scilicet et affectus quia
intellectus infundit cognicionem · et affe-
ctus subministrat devocionem Ex hijs autem
uberibus interioribus / quatuor rivi lactis
emanaverunt · scilicet integritas puritatis / so-
liditas mentis / suavitas intencionis
et devocio caritatis Qui quidem rivi no-
tantur in hoc mentem sanctam spontaneam
etc Primus quidem rivus fuit
integritas puritatis quod notatur cum dicitur
Mentem sanctam Sancta quidem illa est
que puram sine mundo Eius autem pu-
ritas sive virginitas semper emi-
nuit et commendabilis fuit / scilicet quia eam
servavit cum pulcritudine · servavit cum
iuventute · servavit sollicitata · et servavit
nimis excruciata / Fuit enim mire pul-
critudinis ut in legenda habetur / pulcritudo
enim multis extitit occasio status / unde
dicitur Prov ult Fallax est gratia et
vana pulcritudo · Sepe enim qui sunt pul-
criores in corpore · sunt peiores in mente
et quos deus amplius honoravit maio-
re pulcritudine largiendo · amplius deum
inhonorant · immundicijs se inmergendo /
Prov · xj° Circulus aureus in naribus
suis · mulier pulcra et fatua · Secundo ser-
vavit virginitatem cum iuventute Mirum
non est si vetule sint caste · in quibus
naturalis calor extinctus est · Sed mirum est
quando iuvencule inveniuntur caste · cum ipsa
iuventus sit lasciva / Eccl · xj° Adolescencia
enim et voluptas vana sunt / licet enim
iuvencula sint in corpore sunt tamen cana in
mente Tertio servavit virginitatem sollici-
tata · Non est mirum si casta est quam
nemo rogavit Magne enim virtutis est
que sepe et diu rogatur · et ad peccatum non inclinatur
Beata autem Agatha · non tantum fuit ro-
gata · sed eciam promissionibus sollicitata ·
et tamen induci non potuit ad consensum nec
per affrodosiam nec per carcerem immo
dicebat Mens mea solidata est in xpo

Quarto servat virginitatem minus exter-
rita et suppliciis cruciata. Aliqui ad co-
tinenciam servandam nec minis nec tormen-
tis nec comminacionibus nec promissionibus
potuit induci. Ista autem nullo modo potuit re-
vocari. Magnum vero quod una puella fra-
gilis castum sui corporis contra hostem tam
potentem sic constanter et perseveranter defen-
dere potuit et tenere. Sextus ramus
lactis fuit iocunditas mentis. Ipsa siquidem
spontanea ivit cum iocunditas manifes-
tatur cum dicitur Agatha letissime et glo-
rians ibat ad carcerem et quasi ad epulas
agonem suum devotis precibus commendabat.
Ubi notandum quatuor gradus. Primus est quod
tormenta sustinuit pacienter, et iste est perfectorum(?)
quia si letissime non pateretur, et iste est
gradus necessitatis. Hebr. x°: Paciencia nobis
necessaria est. Secundus gradus quia sustinuit
letanter et libenter, quod notatur cum dicitur
Agatha letissime etc. Et iste est magne
perfectionis. Act. v°: Ibant apostoli gau-
dentes a conspectu concilii etc. Tercius gradus
est quia sustinuit glorianter, et iste gradus
est maioris perfectionis. Unde si quis magis
gloriatur de despectu propter deum, quam
de honore propter mundum, propter deum magis
diligit despectiones quam propter seculum commen-
dationes. Quod notatur cum dicitur: Et glo-
rians ibat ad carcerem. II Cor. xii°:
placeo michi in infirmitatibus, in contu-
meliis et in necessitatibus, in persecucionibus
et angustiis pro Christo. Quartus gradus est quod
sustinuit delectabiliter, quod notatur cum dicitur
Et quasi ad epulas invitata. Multi enim
sunt qui etsi in tribulacionibus glorientur
non tamen ibi delectantur, unde dicit Ysidorus(?)
Cum Paulus consolacionem caperet in la-
tinis(?) et per tribulaciones pariebat sibi
maximam voluptatem. Ps.: Fuerunt michi
lacrime mee panes die ac nocte. Sep-
timus est sinceritas intencionis, cum
dicitur: Honorem deo. Ipsa enim honorem
deo fecit et in suis dictis et in suis
suppliciis responsis. Namque suis tyrannum
vicit sapienter, quando dixit: Sit uxor
tua sicut venus dea tua et tu sicut iupiter
deus tuus. Et cum iudex eam alapis
cedi pro hoc iussisset, dixit ei Aga-
tha: Si dii tui boni sunt, bonum est opta-

re. Si autem eorum execraris consorcia, mecum
sentis. I Pet. iij°: Parati semper ad satisfa-
ctionem omni poscenti vos reddere racionem.
Ipsum reprehendit audacter dicens: Impie
crudelis et dire tyranne etc. Eph. v°:
Nolite communicare operibus infructuosis te-
nebrarum, magis autem redarguite. Octa-
vus(?) constanter, cum dixit: Mens mea
solidata est et in Christo fundata. Eccl. xl-
viij°: In diebus suis non pertimuit prin-
cipem, et potencia nemo vicit illum.
Nonus(?) honoravit(?) cum in suis suppliciis
vincendo omnes suos inimicos dei. Dicit
enim tyranni eius supplicia deridendo.
Unde dicit: Ego in his penis ita
delector sicut qui bonum nuncium audit.
II Mach. vij°: Videns crudelis ty-
rannus etc. Dicit corpus eorum ipsum ab
omni pollucione servando, unde ait: Deus qui
corpus meum a pollucione servasti. Sap.
viij°: Veni ad corpus incoinquinatum.
Dicit dyabolum temptaciones omnes
superando, unde dixit: Verba vana ventis feruntur(?).
Superavit enim temptaciones graves et aper-
tas, et iste sunt flumina, unde dixit: Ter-
rores vana flumina sunt. Superavit et tem-
ptaciones graves et occultas, et iste sunt
pluvie, unde dixit: Promissiones vestre
pluvie sunt. Superavit temptaciones le-
ves et occultas, leves et apertas, et iste
sunt venti, unde dixit: Vana verba venti sunt.
Venti enim occulta sunt quantum ad ori-
ginem. Ps.: Qui producit ventos de
thesauris suis, et manifesti sunt quantum
ad effectum. Decimus ramus est devocio
caritatis. Caritatis enim est quod sua
beneficia nobis impendere non desinit.
Unde sequitur: Et patrie liberacionem. Liberavit
namque patriam suam ab incendio ignis.
Hoc patet in velo sui sepulcri quando
igni oppositum fuit. Liberavit a clava
demonis, quia cum essent pagani eos
ad fidem convertit. Liberat cotidie a pe-
riculis omnibus, quia data est nobis in
advocatam, unde ipsa dixit beate Lucie:
Dicit cui civitati athenensium data
sum protectrix etc. Decimus(?) Eccl.
l°: Qui audivit gentem suam capi-
endo, sed a clava demonis et liberavit
eam a perdicione, ipsam servando ab incendio
ignis, qui prevaluit ampliare civitatem

ipsam sublimando scilicet multis beneficiis
Tercio sunt ubera superiora scilicet ubera dei
de quibus dicitur Ysa. lxvi^o. Letamini
cum Ierusalem omnes qui diligitis eam
ut sugatis et repleamini ab uberibus
consolacionis eius. Ex quibus videtur constat
quod ab illis uberibus dei tres rivi e-
manant. Primus est plenitudo gau-
dii et exultacionis. Secundus est plenitudo
consolacionis. Tercius est plenitudo delec-
tacionis.

Fasciculus mirre dilectus meus
mihi inter ubera mea com-
morabitur. Can. i^o. Sancta Aga-
tha Christum maxime dilexit, penas
multiplices pro nomine eius pertulit et
specialiter mamilla torta fuit. In verbis
igitur premissis a tribus maxime describitur.
Primo a feruenti erga sponsum cari-
tate cum dicitur dilectus meus mihi. Secundo a per-
multiplicitate cum dicitur fasciculus mir-
re. Tercio a quadam peculiari singulari
acerbitate cum dicitur inter ubera mea
commorabitur. Circa primum notandum est
quod ipsum Christum maxime dilexit, quia in
eo est omnis racio diligendi. Est enim
maxime triplex racio diligendi scilicet bonum
pulcrum et amor. De primo scilicet de bono dicit
Augustinus. Cum non diligamus nisi quod bonum sit
pudeat illum inhe[re]ndo non amare bo-
num unde bona sunt. De secundo scilicet de pulcro
dicit philosophus in Ethicis. Si amicicia in-
hibuerit deformis formosam propter suam
formam, non tamen amicat formosa defor-
mem propter suam deformitatem. De hiis
enim dicit Dyonisius in libro de divinis
nominibus. Omnia bona et pulcra appetunt.
De tercio scilicet de amore Ambrosius dicit in
libro de officiis. Nil tam instinctum nec
quod ut diligas diligentem. Est ergo Christus
diligendus propter suam pulcritudinem, suam
bonitatem, suum amorem. Est enim pulcer
quia in eo est speculum puritatis quo
ad corpus, candor claritatis quo ad a-
nimam, ymago deitatis quo ad divinam
naturam. De hiis tribus dicitur Sap.
vii^o. Candor enim est lucis eterne et
speculum sine macula et ymago bonitatis
illius. Secundo est bonus, habet enim bonitatem
pr[im]ordialem, essencialem, universalem

et essencialem. Bonitas quidem dei est
primordialis. Ier. xxxi^o. Conturbata sunt
viscera mea super eum, miserens miserebor
eius. Secundo habet bonitatem effectu-
alem. Non enim sufficit hic bonitas
cordis, nisi sit bonitas operis. Unde sic
dicitur. Eccl. xx^o. Sapiencia absconsa et the-
saurus invisus quae utilitas in utrisque.
Ideo deus dat omnibus bona sua bonitate.
Luc. xi^o. Si ergo vos cum sitis mali
nostis bona data dare filiis vestris quanto
magis pater vester de celis dabit spiritum
bonum petentibus se. Tercio habet bonitatem
universalem. Multi enim sunt tamen benefacientes
suis. Bonitas autem dei extenditur ad omnes
ad preteritos, presentes et futuros. Ps. Confite-
mini domino quoniam bonus, quoniam in secu-
lum misericordia eius. Quarto habet bonitatem
essencialem. Ceteri quidem habent bonitatem
accidentalem, quia eam possunt perdere. Deus autem
essencialiter bonus est. Ideo dicitur Mar. x^o.
Nemo bonus est nisi solus deus. Propter
hanc quadruplicem bonitatem dicitur dicendum
dicitur Roman. xii^o. Probetis quae sit volun-
tas dei bona, ecce bonitas primordialis.
Placens, ecce bonitas essencialis. Bene pla-
cens, ecce bonitas universalis. Et perfecta,
ecce bonitas essencialis. Tercio in ipso
est amor precipuus erga nos. I Ioh. iiii.
Non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam
ipse prior dilexit nos. Hic autem dilectio
commendabilis est quantum ad quatuor.
Primo considerando quis dilexit, quia ille
qui bonis nostris non indiget. Homo diligit aliquem
propter suum comodum quod intendit. Deus
autem gratis diligit. Ps. Bonorum meorum
non indiges. Secundo considerando quales
dilexit, quia scilicet ingratos et inimicos
dilexit. Roman. v. Comendat deus suam
caritatem in nobis, quoniam cum adhuc pec-
catores essemus, Christus pro nobis mortuus
est. Ibidem. Cum inimici essemus reconcili-
ati sumus deo per mortem filii eius. Tercio
considerando quantum dilexit, quia salutem
usque ad carnis nostre susceptionem. I Ioh.
iiii^o. In hoc apparuit caritas dei in
nobis, quoniam unigenitum suum misit in mundum
ut vivamus per ipsum. Quarto considerando
qualiter dilexit, quia scilicet paciendo et
moriendo. Ioh. Maiorem hac caritatem etc.

Secundo describit a penarum multiplicitate cum dicit / fasciculus mirre / Habuit quidem dilectus magnum fascem virtutis et magnum fascem penarum // Fuit enim tamquam pratum repletum floribus omnium virtutum Gen. xxvii. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni. De hiis floribus dicit Cant. iiii. Flores mei fructus honoris et honestatis. De isto magno fasce virtutum sponsi beata Agatha flores collegit et sibi fasciculum fecit / Collegit quidem lilium pudicicie / violam humiliationis sancte. quia eius humiliationis semper in celis erit Et rosam pacie. De hiis enim dicit Cap. iiii. O quam pulcra es casta generatio / ecce lilium pudicicie cum claritate / ecce splendor humiliationis sancte Immortalis est enim memoria illius. ecce constans pacientie Ita sic dicit in ps. pacientia pauperum non peribit in finem. Iste tamen fasciculus virtutum dicitur mirre / propter amaritudinem temptationum et passionum ii. Thi. iii. Omnes quippe qui pie volunt vivere in Christo persecutionem patientur Secundo dilectus habuit magnum fascem penarum crucis fascem Unde tractans super dictum verbum / fasciculus mirre etc. dicit Memor ero quamdiu vixero laborum quos tulit in predicando. fatigationum in discurrendo. vigiliarum in orando / temptationum in ieiunando / lacrimarum in compaciendo / insidiarum in colloquendo / postremo contumeliarum sputorum colaphorum / subsannationum. conprobationum. clavorum / De isto autem magno fasce beata Agatha ligna passionum concepit et sibi fasciculum fecit / Primum igitur lignum passionis beate agathe fuit quia ipsa fuit alapis percussa Et istud lignum accepit de isto magno fasce dilecti. qui fuit in facie velatus. percussus et consputus / ysaie l. faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me / Libenter enim beata Agatha faciem suam voluit percuti. ad deturpandam corporis ... quia illa facies percussa fuit. que est claritas angelorum Secundum lignum. quia ipsa fuit in eculeo suspensa. et illud accepit de magno fasce dilecti quia velut quia pellis fuit in ligno crucis extensus. et clavis affixus. ps. Extendens celum et corpus celestem sicut pellem / libenter igitur sustinuit sua passiones in eculeo / propter amorem illius. qui fuit extensus in patibulo / Tertium lignum est. quia fuit in pectore vulnerata / quia scilicet eius mamilla fuit torta et avulsa. et istud accepit ab illo magno fasce dilecti / qui fuit iuxta cor in latere vulneratus ysa. liii. vulneratus est propter iniquitates nostras / libenter igitur in pectore vulnus portavit amore illius. qui in corde vulnus accepit // Quartum lignum est. quia carceri fuit inclusa et istud concepit de magno fasce dilecti qui inclusit se in carcere uteri. stabuli. patibuli et lumbi Item enim se in libro inclusit. quando ad incarceratos venit i Petri iii. hiis qui in carcere erant inclusi spiritu veniens predicavit / libenter igitur sustinuit carcerem amore illius quia pro nobis se incarceravit / Quintum lignum est. quia fuit inter testas et carbones ignitos volutata. et istud concepit de magno fasce dilecti. qui et si non habuit carbones ignitos / habuit tamen clavos ignitos. ymo adeo in fornace crucis concretus. ut dicat in ps. Ossa mea sicut cremium aruerunt / libenter ergo voluit inter carbones volutari / amore illius quia voluit clavis perforari. et in fornace crucis assari / Dilectus igitur multas alias penas sustinuit / ex quibus fasce maximum sibi fecit Ipse enim fuit gigas geminie substantie. et ideo magnum fascem portare potuit / hec autem virgo non potuit tam magnum fascem portare Et ideo quinque ligna de magno fasce dilecti collegit et sibi fasciculum fecit Et ideo describitur a singulari pene singularitate scilicet a mamille torsione. et avulsione cum dicit Inter ubera mea commorabitur / licet enim in omnibus aliis acritudinibus pena sensit et dolorem / precipue tamen in cruciatu mamille. in quo habuit fasciculum mirre. id est cumulum pene. quam tamen amore dilecti libenter portavit Ibi enim fuit maximus dolor Cum ipse vim sensitiva / quia maiore ibi viget. cum

sunt ibi vene et arterie sibi invicem
iuncte. Tum propter vicinitatem cordis.
Tum propter caliditatem pectoris. Vel pro-
pterea quod ipsa fasciculum penarum dilecti
inter ubera cordis sui collocavit per
continua meditationem et imitationem. Ubera
quidem habent vim attractivam, conversivam
et diffusivam. Habent quidem vim attracti-
vam, cum sunt spongiosa et porrosa. Ha-
bent etiam vim conversivam. Sunt enim
posita in pectore ut cordi essent vicina,
ut per calorem cordis fiat decoctio san-
guinis et in naturam lactis facilius con-
vertatur. Ita sanguis per quandam venam
ad cor veniens et deinde ad pectus ten-
dens ad mamillas pervenit, et ibi carne
carne spongiosa in naturam lactis per
calorem transfundatur. Habent etiam ubera
vim effusivam. Nam aliquando effundunt
lac, aliquando sanguinem, aliquando butirum.
Ista triplex effusio tangitur Proverbiorum xxx.
Qui fortiter emungit ubera ad eliciendum
lac exprimit butirum, et qui vehementer
emungit elicit sanguinem. Ubera ergo
anime sunt memoria, intelligentia et
voluntas, que quidem habent vim attra-
ctivam, conversivam et effusivam. In hac
enim vita non sunt plene et ideo attrahunt
et implere appetunt. Nam intelligen-
tia appetit perfecta cognitione, voluntas
perfecto amore, memoria continua et a-
mati presentia reptione, et ista replebit
eunt in futuro. Psalmus Qui replet in
bonis desiderium tuum. In presenti autem
ubera anime appetunt fasciculum myr-
re, quia memoria appetit impleri do-
minica passione per continuam recordationem.
Luce xxii Hoc facite in meam comme-
morationem. Intelligentia per veram fidem.
Psalmus Ut intingatur pes tuus in sanguine.
Pes anime est fides, que tunc sanguine
intingitur, cum Christi passione repletur.
Voluntas appetit impleri per devotionem.
Job xxxix Pulli eius lambent
sanguinem. Secundo ista ubera anime
spiritualia habent vim conversivam. Nam
dum sanguis dominice passionis est in
memoria intelligentia et voluntate, adest
pectus ignis, qui ipsum quodammodo dealbat
et convertit sicut ignis meditationis amoris et

desiderii celestis. Meditatio namque ignis
in corde accendit. Psalmus In meditatione
mea exardescet ignis. Amor ebullire
facit. Luce xii Ignem veni mittere in
terram et quid volo nisi ut accendatur.
Desiderium celeste carbones ignitos
cor proicit ut ignis amplius inna-
lescat. Genesis i Scintille quasi aspectus
eris candentis. Et horum ignium virtute
sanguis quodammodo in lac convertitur et deal-
batur, et animas lavat et dealbat. Apocalypsis vii
Laverunt stolas suas et dealbaverunt eas
in sanguine agni. Tertio ipsa ubera spiritua-
lia anime habent vim effusivam. Ita
postquam memoria intelligentia et voluntas
sic sunt repleta, sic dealbata, effundunt
lac, sanguinem et butirum, quia tales hec ubera
habentes quosdam provocant ad puritatem
innocentie. i Petri ii Sicut modo geniti
infantes lac concupiscite. Quosdam a-
nimat ad meditationem et imitationem
passionis dominice. i Machabeorum vi Ele-
phantis ostenderunt sanguinem uve et mori
ad acuendos illos in prelio. Quosdam
inflamat ad devotionem pinguedinis
interne. Ysaie vii Butirum et mel comedet
ille. Ille comedit mel qui afficitur
gloria deitatis. Ille comedit butirum qui
afficitur ignominia passionis.

Simile est regnum
celorum thesauro abscondito
in agro etc. Matthei xiii Regnum
celorum in hoc loco ecclesia militans
nuncupatur. In celo quidem est perfecta
mundicia, perfecta obediencia, perfecta con-
cordia. De mundicia dicitur Apocalypsis xxi
Non intrabit in illam civitatem cele-
stem aliquid coinquinatum. De obediencia
dicitur in Psalmo Preceptum posuit et non
preteribit. Baruch iii Stelle vocate sunt
et dixerunt assumus etc. De concordia dicitur
Job xxv Qui facit concordiam in subli-
mibus suis. Ista tamen sunt in ecclesia mi-
litanti. Ibi enim est perfecta mundicia, quia
immaculata ab hoc seculo se custodit. Ephesios
v Ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non
habentem maculam aut rugam aut aliquid
huiusmodi. Ibi est perfecta obediencia. Psalmus Populus
quem non cognovi, i. populus gentilium, ser-

nuit in sui auditu aure obedivit michi
Ysa. xi°. Filii eius obedientes erunt. Ibi
est perfecta concordia, quia semper concor-
des in domo dei ambulant cum consensu
Psalmus. Qui habitare facit unius moris
in domo. In hoc igitur celo id est in ecclesia
militanti, est thezaurus margaritha
et sagena, quia ibi est triplex status salva-
dorum scilicet virgines martires et predicatores. Vir-
gines sunt thezaurus incorruptionis, mar-
tires margarita eterne retributionis, Pre-
dicatores sagena divini sermonis.
Virgines igitur sunt cultores, martires ne-
gociatores, predicatores piscatores. Et
quia Agatha fuit virgo martir et predica-
trix. Ideo istud evangelium in festo eius
legitur. Sunt igitur virgines cultores agri
scilicet corporis sui. Prover. xxiiij° Diligenter
exerce agrum tuum. Ager autem luxuriosi
plenus est spinis viciorum. Ibidem
per agrum pigri hominis transivi et ecce
totum repleverant urtice et operuerunt
superficiem eius spine. Thezaurus igitur
in agro est virginitas in corpore fragili
et terreno. ij Cor. iiij°. Habemus autem thezau-
rum istum in vasis fictilibus. Dicitur autem
virginitas thezaurus, quia thesaurus solet
fieri de rebus utilibus permanentibus ra-
ris et preciosis. Dicitur igitur thezaurus propter
fructum et utilitatem. Sap. iij°. Felix
sterilis incoinquinata que nescivit thorum
in delicto. Habebit fructum in respectione anima-
rum sanctarum. Ysa. lvj°. Non dicat eunuchus
ecce ego lignum aridum, quia hec dicit dominus
eunuchis. Dabo eis in domo mea
locum et nomen melius a filiis et filiabus.
Dicitur propter permanentiam et perpetuitatem
Sap. iiij°. O quam pulcra est casta generacio
cum claritate. Immortalis est enim memo-
ria illius. Est enim virginitas ut dicit
Augustinus in carne corruptibili incorru-
ptionis perpetua meditatio. Raro propter rari-
tatem. Mt. xix°. Non omnes capiunt verbum
istud, sed quibus datum est. Caro propter
preciositatem. Eccli. xxvj°. Omnis autem
ponderatio non est digna continentis anime.
Iste autem thezaurus castitatis conservatur
per assiduitatem orationis. Sap. viij°.
Ut scivi quoniam aliter non possum esse con-

tinens, nisi deus dederit. adii dominum et
deprecatus sum illum. Conservatur per
mortificationem carnis. j Cor. ix°.
Castigo corpus meum et in servitutem
redigo. Ne forte cum aliis predicaverim
reprobus efficiar. Conservatur etiam per
custodiam sensuum exteriorum. Nisi enim
sensus exteriores claudantur. mors sepe
ingreditur. Jerem. ix°. Ascendit mors
per fenestras et ingressa est domos no-
stras. Et ideo hostia sunt claudenda.
Ysa. xxvj°. Vade populus meus intra
in cubicula tua claude hostia tua su-
per te. Conservatur per vitationem occasionis, debet
enim quilibet vitare mundana curiositas.
Unde Dyna quia non vitavit. corrupta fuit.
Sicut habetur Gen. xxxiiij°. Debet etiam
vitare loci oportunitatem. Unde thamar
quia locum non vitavit virginitatem
perdidit, debet vitare lascivia spectacula.
Eccli. xiij°. Qui tetigerit picem inquina-
bitur ab ea. Debet vitare mulierum fami-
liaritatem. Eccli. ix°. Cum aliena muliere
ne sedeas omnino nec accubes cum ea
super cubitum et non altercaris cum ea in vino.
ne forte declinet cor tuum in illam.
Martir autem est negociator, qui felici
commercio corpus tamquam saccum putridum
dat pro vestitu deaurato, tamquam iumentum
pigrum pro veloci dextrario, tamquam habita-
culum luteum pro gemmato pallacio.
Ista negociator querit preciosam marga-
ritam id est celestem gloriam. que dicitur mar-
garita, quia est lucida per claritatem Mt.
xiij°. Tunc iusti fulgebunt sicut sol quia
est solida per impassibilitatem. Non enim
erit ulterius corruptio neque mors. Apoc.
xxj°. Mors ultra non erit neque luctus
neque clamor neque dolor, que prima abi-
erunt, quia est ab acie (?) rotunda per
subtilitatem, quia sancti tunc induent do-
tem subtilitatis. Ezech. xvj°. Indui te
discoloribus et ornavi te ornamento, quia est
rotunda per agilitatem. Ysa. xl°. Qui
sperant in domino mutabunt fortitudinem
assument pennas ut aquile current
et non laborabunt. ambulabunt et non defi-
cient. Iste quatuor dotes corporis no-
tantur Sap. iij°. Fulgebunt, ecce clari-

Ius-
tas. Iusti. ecce impassibilitas. q̄a sic
dicit Sapie i°. Iusticia ꝑpetua e̅ et
imortalis ⁊ tamq̄ stuille. ecce subtili-
tas. In annuincio discurrent. ecce a-
gilitas. Istam aut̄ margarita merc-
emerunt ipa ꝑcio. s. ꝑcio sāgwis
quē effuderunt. Apoc vii° lauerunt
stolas suas ⁊ dealbauerunt eas in sā-
gwine agni. ꝑcio anime quia po-
suerunt. Ioh xii° Qui odit anima
suam in hoc mundo in vitā eṫnā cu-
stodit eam. Eccī. xiii° In sagwine
anime coparasti eum. ꝑcio tpalis
sbe. qua ɔtempserunt. Heb x° Rapi-
na bonoꝝ uroꝝ cū gaudio suscepi-
stis. cognoscētes uos meliorē ⁊ ma-
nentem sbam hre ī celis. ꝑcio lac-
maꝝ q̄s effuderunt. ps Qui seminat
in lacrimis in exultatōe metent. Eu-
tes ibat ⁊ flebat. mittentes semina
sua. ꝑcio carnis. quia mortifica-
ps. ꝑpter te mortificamur tota die.
existimati sumus sic oues occasioꝭ.
Notandum tn̄ q̄ ꝑx est negociaō
s. mala. bona. ⁊ indiffns. De ne-
gociatōe mala dicit Ioh ii° No-
lite facere domū patris mei domū
negociatōis. In hac eni vendebant
boues. oues. ⁊ columbe. Quida eni
sunt. qui faciunt opa laboriosa. vt
peccatores manifesti. Ier ix° Vt ini-
que agerent laborauerunt. Quida opa
simulata vt fili fures ⁊ peccatores occu-
lti. Mt vii° Attendite a falsis ꝓphetis.
qui veniunt ad vos ⁊c. Quida fa-
ciunt
opera sacrilega. vt symoniaci. sicut
pꝫ in Yesi ⁊ symōe mago. Scdo
est q̄ negociaō bona. de q̄ dicit. Pu-
vlt. Gustauit ⁊ vidit qm̄ bona e̅
negociacō eius. Ab ista negociacōe
tria vicia sūt remouenda. Primū est
pigricia. Luc xix° Negociamini dum
venio. Et infra. Quare nō dedisti
pecuniā meā ad mensam ⁊c. Mt xxv°
Hō quida ꝑegre ꝓficiscēs vocauit
seruos suos. Et infra Serue male
⁊ piger. sciebas. q̄a meto vbi nō
semino. ⁊ ɔgrego vbi nō sparsi. oportuit
ergo te pecuniā meā ɔmittere nūmu-
lariis. Secundum vicium est superbia.
Ecci. xxviii° In multitudine sapiē tue
⁊ in negociacōe tua. multiplicasti
tibi fortitudinem. ⁊ elatū e̅ cor tuū.
Tertiū est fraudulētia. qn̄ s. q̄s falsa
moneta vult negociari. Falsa moneta
sūt ficta vā. ⁊ bona opa imortali pctō
facta. ii. Petr ii° Ficti vbis de vobis
negociabūt. Tercio est q̄ negociacō
indifferēs. q̄ licz tolleat. tn̄ nō ap-
bat. ⁊ hoc ꝓpter tria vicia annexa. Primū
est obmissio boni. Secundū est vicinitas
mali. De hys duobz dicit Ecci. xxvi°
Difficile exuitur negocians a negligēcia
sua. ⁊ nō iustificabitur caupo a peccatis
labiorū. Tercium est distractio animi. ii.
Thi ii° Nemo militans deo implica-
tat se negociis secularibz ⁊c. Predicato-
res aut̄ sūt piscatores. qui habent
sagena verbi dei. quā quidem sage-
na debent in mare mundi mittere. ipam
imple̅ ⁊ eādem ad littus trahere. In
missiōe aut̄ sagene dz ꝑdicator atte-
dere vt mittat quādo debet. qn̄ scilz
puenit ad altum ɔtemplōis. i. ꝑfcōis
Luc v° Duc in altum ⁊ laxate recia
vestra in capturā. ps Ascendet homo
ad cor altum ⁊c. Ezech iii° Speculato-
rem dedi te domui Isrl. Bernardus. Cui
aliena cura ɔmittitur. speculator vocatur
vt in meritis altitudine sedeat. ⁊ nobi-
lium nominis ex virtute actionis trahat.
Vbi dz quia sī in dextera rete mitten-
dum. Ioh vlt. Mittite in dexteram
nauigii rethe ⁊ inuenietis. Mt v° Ne-
sciat sinistra tua. quid faciat dextera
tua. ii Cor iii° Non eni sumus sic plu-
rimi adulterantes vbum dei. sed ex
sinceritate. sic ex deo in deo in xpō
loquimur. Qualiter dz. quia in spe ⁊ fi-
ducia diuini adiutorii ⁊ nō ꝓpria viri.
Vn̄ dixit Petrus Luc v° In verbo au-
tem tuo laxabo rethe. ii Cor iii° Non
q̄ sumus sufficientes aliquid cogitare
a nobis ⁊c. Scdo dz ipam sagenam
implere. qd̄ notatur cū dicitur Ex omi ge-
ne piscium ɔgregati. Qn̄ aut̄ ista sage-
na nō implet. Est aut̄ ꝓpter pisca-
toꝝ ignorantiam. aut ꝓpter sagene fra-
cturā. aut ꝓpter piscium astuciā. Predicatores

eni quida sunt, qui no h(abe)nt sta(tu)m s(ed)
Tales piscat(ur) in nocte i(d est) in obscurita(te)
ignorancie. Luc(e) v(ºo) preceptor p(er) totam
noctem laborantes nichil cepimus. Qui-
da sunt, qui h(abe)nt malam (et) dissipata(m)
vitam. Isti volunt piscari cu(m) rethibus
fractis, i(d est) cum exe(m)plis malis. Tales po-
cius scandalisant, q(uam) aliquid capiunt. Et io
dent p(ri)us rethia sua refice(re) i(d est) vitam
sua(m) mutare. Mat(thei) iiij(o) vidit iacobu(m)
zebedei (et) fratre(m) eius reficiente(s) rethia
sua. Sepe aut(em) co(n)tingit q(uod) p(re)dicator
habet eminenciam scie (et) bona(m) vita(m)
aliquid t(ame)n capere non p(otes)t p(ro)pter peccato(rum) astu-
ciam. Nam qui deberent e(ss)e pisces, facti
sunt vulpes, sed qui no(n) p(er)mittunt se
modo capi, ad sui p(ro)priam in futuro ca-
piant(ur) a deo ad penam. Job v(o) Qui app(re)hen-
dit sapientes in astucia sua. Can(ticorum) ij(o)
Capite n(obis) vulpes p(ar)vulas q(ue) demoli-
unt(ur) vineas. Tales eni(m) dicunt(ur) p(ro)pter
astucia(m), (et) dic(untu)r p(ar)vuli p(ro)pt(er) stulticia(m)
(et) dic(untu)r demoliri vineas p(ro)pt(er) co(m)mu(nem)
mala(m) vitam. Tercio ip(s)e piscator
i(d est) p(re)dicator ipsam sagena(m) d(e)b(e)t ad littu(s)
trahe(re), q(uo)d notat(ur) cu(m) dicit(ur) Mittentes
(et) secus littus sedentes, littus aut(em) finis
s(e)cli, (et) tu(n)c bonos in vasa recipient
malos aut(em) foris mittet. Dicit(ur) aut(em)
vas corp(us) glo(rio)sum in quod sanctoru(m)
anime reponet. Vel vas abitus
divine maiestatis (et) divine visionis
intra quod omnes sancti (et) angeli in-
cludentur. Vel dicit(ur) sp(irit)ualis mansio sive
glorie sp(irit)ualis assignacio, q(ua) quilib(et)
sancto gaudet. Joh(annis) primo In domo pa(tris)
mei mansiones multe sunt. Boni i(gitu)r
ponent in vasa sive q(uia) anime sanctoru(m)
reponent in glo(rio)so corp(or)e, sive q(uia) ipi
glorificabunt(ur) divina visione, sive q(uia) glo(r)ia
dotabunt(ur) p(ro)pria (et) celesti mansione. Mali
aut(em) mittent(ur) foras s(cilicet) a corporum glori-
ficacione, quia no(n) h(abe)bunt corp(or)a glo-
rificata sed deformia. Treni. Deni-
grata est sup(er) carbones facies eoru(m).
Vel foras a visione dei. Ysa(ie) lix(o) peccata v(est)ra
absconderunt facie(m) ei(us) a vob(is). Vel foras
ab exclusione regni. Mat(thei) xxij(o) ligatis
manib(us) (et) pedib(us) mittite illu(m) in tenebras

exteriores. Vel foras a consorcio bto(rum)
Mat(thei) xiij(o) Exibunt angeli (et) separabunt
malos de medio iustoru(m) (et) mittent
eos in caminu(m) ignis.



# Exaltet eum in ecclia plebis (et) in cathe-

dra seniorum laudent eum. Dupp(li)-
citer Petrus fuit exaltatus, s(cilicet) a deo
(et) a p(o)p(u)lo Anthioceno. Et h(ec) dupp(lex)
exaltacio notat(ur) in v(er)bis p(re)missis. P(rim)a
notat(ur) cu(m) dicit(ur) Exaltet eu(m) in ecclia
plebis. S(e)c(un)da cu(m) subdit(ur) Et in ca-
thedra seniorum laudent eum. Exal-
tavit igit(ur) eum, s(cilicet) pater (et) filius
(et) sp(iritu)s s(an)c(tu)s quadrupli exaltacione, per
quam Petrus (et) alij prelati (et) omnes sa-
cerdotes angelos precellunt. P(ri)ma co(n)-
sistit in domina corporis (christi) co(n)fectione. No(n)
enim angelis, sed solis sacerdotib(us) dixit
(christu)s Luc(e) xxij(o) hoc facite in mea(m)
co(m)memoracionem. Angeloru(m) quide(m) est
sacerdoti co(n)secranti assiste(re). Greg(orius) iiij dial(ogorum)
eni(m) fidelium dubiu(m) h(abe)re possit in ipsa
ymolacionis hora ad sacerdotis voce(m)
celos aperiri, atq(ue) in illo ih(es)u (christ)i mi-
sterio angeloru(m) choros adesse, summis
yma sociari, terrena celestib(us) iungi.
Et sup(er) i Cor(inthios) c. xj(o) ubi ap(osto)l(u)s dicit
Mulier d(e)b(e)t h(abe)re velamen sup(er)
cap(u)t suu(m) p(ro)pt(er) angelos, dicit glos(a):
Angelica sp(iritu)s n(obis) adesse credendi s(un)t,
maxime cu(m) divinis obsequijs manci-
pam(u)r, i(d est) cu(m) ecclia(m) ingressi, vel le-
ctionib(us) sacris aurem accomodam(us)
vel psalmodie operam dam(us), vel ora-
cioni incubim(us), vel missaru(m) sole(m)-
nia celebram(us). Est eciam angeloru(m)
hostia(m) deo offerre, unde dicit(ur) in Canone:
Jube hec p(er)ferri per manus sancti
angeli tui in sublime altare tuu(m)
in co(n)spectu divine maiestatis tue. Sa-
cerdotis vero est ipsam hostia(m) in
corp(us) (christ)i co(n)vertere, q(uo)d no(n) est datu(m)
alicui angeloru(m). S(e)c(un)da co(n)sistit in
peccato(rum) remissione. Joh(annis) xx(o) Quoru(m)
remiseritis peccata remittunt(ur) eis. An-
geloru(m) quidem est p(ro) peccatore dei miam

implorare Zach. j°. Respondit an-
gelus domini et dixit / Domine exercituum
usquequo non misereris Ierusalem et urbium Iuda
quibus iratus es / Habent etiam potesta-
tem ad bonum inducendum Zach. j° Re-
spondit dominus angelo qui loquebatur
in me verba bona verba consolatoria / Ha-
bent etiam potestatem a malo arcere sicut
patet in Balaam Numeri xxij Ego
inquit angelus veni ut adversarer
tibi quia perversa est via tua in[?]
quia Sacerdotes vero habent ipsa pec-
cata remittere Et ideo quodammodo possunt
dii appellari quia deus illud quod ha-
bet proprium scilicet remissionem peccatorum communicat
eisdem Psalmus Ego dixi Dii estis et filii
excelsi omnes Exo. xxij° Diis non detra-
hes. Glossa super illud Matthei xvj° vocat
quem me esse dicitis. Vos ab aliis
discreti non homines sed dii Tertia con-
sistit in clavium collatione Matthei xvj° Ti-
bi dabo claves regni celorum / Ange-
lorum quidem est animas in celum deducere.
Luce xvj° Factum est ut moreretur men-
dicus et portaretur ab angelis in sinum Abrahe
Petri vero et successorum eius est ipsis
animabus ianuam aperire unde dicitur
Janitor celi etc. Quarta consistit in iudi-
ciaria potestate Matthei xix° Amen dico
vobis quod vos qui reliquistis omnia
et secuti estis me in regeneratione cum
sederit filius hominis in sede maiestatis
sue sedebitis et vos super sedes duodecim
iudicantes duodecim tribus Israel / Angelorum
quidem est iudicandos ad iudicium de-
ducere Matthei xxiiij° Mittet filius hominis
angelos suos cum tuba et voce magna
et congregabunt electos eius a quatuor
ventis celi / Habent etiam iudicandos ab
invicem separare et separatos in ignem
proicere quantum ad malos / et ad celum
deducere quantum ad bonos. De hiis
duobus dicitur Matthei xiij° Exibunt angeli
et separabunt malos de medio iustorum
et mittent eos in caminum ignis / Petri
vero et successorum suorum est ipsos iudi-
care Luce xxij° Sedebitis super sedes xij
iudicantes xij tribus Israel / Secundo beatus
Petrus hodie fuit exaltatus et in ca-
thedram apud Anthiochiam quod no-

tatur cum dicitur Et in cathedra seniorum lau-
dent eum / licet enim Theophilus eum incar-
ceravit / tamen per Pauli industriam et po-
tentiam quia filium eius suscitavit
fuit liberatus / et in cathedra sublimatus
Et ideo ecclesia hoc festum celebrat ut
de Petri liberatione gratias agat. Et quia
prelati ecclesie receperunt tunc loco potestatem et
nomine sublimari / Secundo autem quod quinque
de causis istud festum ecclesia celebrare
videtur / primo propter Petri liberationem et
eius exaltationem / quemadmodum sicut dictum est
hodie fuit a carcere liberatus et in cathe-
dra sublimatus / Hec autem cathedra per
quatuor gradus per quos quilibet prelatus ascendere
oportet / Primus est inreprehensibilis vita
j Thi. iij° Oportet episcopum inreprehensibilem
esse sobrium prudentem ornatum pudi-
cum etc. / Secundus est splendida conscientia Ie. iij°
Dabo vobis pastores iuxta cor meum et
pascent scientia et doctrina. Tertius est probabilis
fama j Thi. iij° Oportet illum habere
bonum testimonium ab hiis qui foris sunt
ut non in obprobrium incidat et in la-
queum diaboli / Quartus est bona diligen-
tia Romanorum xij° Qui preest in sollicitudine
Quisquis ergo per hos gradus cathedram
non ascendit ipsam sibi furtive surri-
pit / Et ideo debet dici / et debet sibi dici
illud quod dicitur Ysa. xxij° Quid tu hic
aut quasi hic qui excidisti tibi in
excelsum monumentum / Secundo celebratur
hoc festum propter novi nominis imposi-
tionem / Postquam enim Paulus et Barnabas
Anthiochia convenerunt primo vocati sunt
discipuli Christi Christiani [?] magna dei dignatio quod nomen
suum participare voluit Ysa. lxv° Ser-
vos suos vocabit nomine alio. Et ideo
tantum beneficium est a nobis cum gratiarum
actione et multa leticia recolendum. Parum
autem prodesset habere nomen nisi etiam res
nominis haberetur Unde sic dicit Augustinus Chri-
stianus ille est qui non tantum nomine sed
opere est / Christus autem ab unctione nomen accepit
Est autem unctio triplex prima Joh. ij° Et
vos unctionem quam accepistis ab eo ma-
neat in vobis. Est unctio compassionis Marce
xvj° ut venientes ungerent Ihesum
Prover. xxj° Thesaurum desiderabilem

oleum in vitraclo ipsi. Habenti thezaurum non deest potentia, habenti oleum non deest misericordia, habenti misericordiam non deest voluntas bona. Est unctio devocionis interne. Ps Impinguasti in oleo caput meum. Est unctionis i. nitor conscientie. Mt xxv Prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Qui igitur taliter fuit unctus, multo vocari poterit Johannes. Tercio hec festivitas instituta est propter corone clericalis dedicacionem. Cum enim Petrus primo Antiochie predicaret, sibi in ignominiam nominis christiani summitate capitis abraserunt. Quod beatus Petrus in honorem conservare voluit, quod sibi ad iniuriam fuerat irrogatum, quia omnia providencia factum. In ipsa autem corona clericali fit summitatis capitis abrasio, capillorum truncatio, sperice corone formatio. Abrasio vero fit propter sacramentum i. sacre rei signum, ut per hoc significetur quod iter deum et clericos nichil debet esse medium, hec etiam plurimis i. nimis et vanis cogitatis, sed immediate inspiciunt et possidebunt deo coniugi et dei gloriam speculari. II Cor iij° Nos vero revelata facie gloria domini speculantes. Quidam vero sunt qui inter se et deum ponunt terram sive lutum, sicut avari. Quidam autem aquam putridam, sicut luxuriosi. Quidam aerem sive ventum, sicut superbi et ambiciosi. Quidam ignem, sicut iracundi. Quidam murum firmum, sicut obstinati. Detruncacio vero capillorum fit propter signum, ut per hoc significetur quod clerici debent omnia superflua abicere, et solum necessaria retinere. Nos enim tenemur abicere omnia, quia hoc est perfectorum. Nec debent retinere superflua, quia hoc est avarorum, sed possunt retinere necessaria, quia hoc est debilium et infirmorum. Ezechielis viij° Elevavit me spiritus inter celum et terram. Esse quidem penitus in celo. Non dixit propheta: Posuit me in celo. Nec dimisit in terra me, sed dixit: Elevavit me inter celum et terram. Esse quidem penitus in celo est angelicum, esse penitus in terra est quodammodo dyabolicum, esse vero inter celum et terram est humanum. Formacio vero corone fit propter misterium ut detur intelligi quod deo servire est

regnare. Et quia ipsi clerici sunt dei ministri, qui principaliter caret et sunt. Et quia ipsi de corona sacerdotalis dignitatis perventuri sunt ad coronam eterne felicitatis. Quarto ista festivitas fit propter prime misse Petri celebracionem. Petrus namque primam missam in pontificalibus Anthiochie celebravit. Et credendum quod ista die, qua intronizatus fuit, vel saltem isto tempore. Et ideo ista dies nobis debet esse valde celebris et sollempnis. Jacobus quoque primam missam in pontificalibus dixit in Jerusalem, Johannes in Epheso, Marcus in Alexandria. De Petro dicitur, quod dicitur ij° Regum xxiij° David sedet in cathedra sapientissimus princeps inter tres. David qui interpretatur manufortis sive beatum Petrum, qui adeo fortis dicitur, ut et petra vocetur. Iste inter tres qui suas missas dixerunt sapientissimus extitit. Fuit namque sapiens tamquam Johannes, fuit sapiencior quam Jacobi, fuit sapiencior quam Marci. Quinta hec festivitas instituta est propter errorum et destitucionem superstitionis. Plerumque quidam gentiles quondam festum hac die faciebant, quod continebat errorem superstitionem et illusionem. Error quidem erat, quia credebat quod anime defunctorum circa tumulos suorum corporum morerentur, cum tamen secundum fidem catholicam aut in celum vadit, si fuit valde bone, aut in infernum si fuit valde male, aut in purgatorium si fuit mediocriter bone vel mediocriter male. Continebat etiam istud superstitionem de qua superstitione sic dicit beatus Magister i. quodam sermone, quem fecit de presenti festo: Cum sollempnitate hac religiosa observancia introduxerit, miror cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosus error increvit, ut super tumulos defunctorum cibos et vina conferant, quasi egresse e corporibus anime carnales cibos requirant. Epulas enim et refectiones carnalitatem requirit, spiritus autem et anime hiis non indiget. Dicet quis: Gratia carnis suis prestat esurientes. Sitientes potes adhibeat, saciata offerant

hec sunt quod carnes mortuorum vinitare possunt
Sabbatis aut et potius quod sepulcris sup-
ponunt ledi magis quam delectari pos-
sunt. Siquis vinum offert pro vini
et gule necessitate, corpori conveniat hoc
est magis quam humanitas. Experientia
... nec officium pietatis, sic de pecto-
ribus dicamus. Si autem sanctus est cum talia
spernit, nichil ad eum pertinet. Vo-
lebat etiam istud festum illusionem.
Nam demones cibos et vina que super
tumulos ponebant devote consumebant.
Illi autem putabant quod ab anime illa
sumerent, et inde se reficerent, et demo-
nes eos taliter deludebant. Demones
namque sunt fallaces in sermone. Gen.
iii. Nequaquam moriemini, sed eritis sicut
dii bonum et malum. Ubi est illud ne-
quaquam? Ecce enim omnes morimur. Sunt
fallaces in suggestione, quia aliquando
suggerunt aliquid quod videtur esse bonum
ut per hoc trahant ad malum, sic do-
mino suggerebant dicentes Mat. iiii. Dic
ut lapides isti panes fiant. Sunt fal-
laces in operatione, sicut patet hic, et ideo
dicitur Ioh. viii. Ipse est mendax et
pater eius. Iste autem tales superstitiones
maxime hac die fiebant. Unde sancti
patres ordinaverunt ut in ista die fieret
festum de kathedratione sancti Petri
qua fuerat Antiochie sublimatus,
ut virtute illius festi hec superstitio ob-
livioni traderetur. Unde adhuc istud
festum vocatur ab aliquibus festum e-
pularum sancti Petri, et istud festum
expugnavit errorem, removit supersti-
tionem et detraxit illusionem.

Fecit rex Salomon thronum de
ebore grandem et vestivit eum
auro fulvo nimis, qui habebat
sex gradus iii Reg. x. Per istum thro-
num significatur sublimitas apostolice dig-
nitatis et prelationis, qui quidem est ebur-
neus quantum ad castitatem. Est gran-
dis quantum ad auctoritatem, et est aureus
quantum ad fidei sinceritatem. Fuit autem
beatus Petrus exaltatus in duplicem
thronum, scilicet in thronum apostolice dignitatis,
et tandem exaltabitur in thronum iudici-
arie potestatis. Primus autem horum sex

habet gradus per quos ascendit. Nam in
thronum apostolice dignitatis sive prelationis
ascendit per sex gradus, qui notantur
Luc. vi. Quorum primus est canonica
electio. Per hunc gradum beatus ascendit
quia a Christo electus fuit. Luc. vi. Ele-
git duodecim ex ipsis quos et apostolos
nominavit. Non enim ingessit se ipsum
sicut faciunt prelati ambitiosi, qui se
ipsos ingerunt impudenter, cum tamen dicatur
Heb. v. Nec quisquam sumat sibi honorem
sed qui vocatur a deo tanquam Aaron. Sic
et Christus non semetipsum clarificavit
ut pontifex esset, sed qui locutus est ad
eum: Filius meus es tu. Nec fuit electus
per homines tantum, sicut sunt prelati symoniaci.
Osee viii. Ipsi regnaverunt et non ex
me, principes extiterunt et non cognovi.
Nec fuit electus per homines simul et deum,
sicut fuit Mathias, sed immediate electus
fuit per Christum. Deus autem elegit Petrum
meliorem et sanctiorem. Num. xvi. Quem-
cumque elegerit dominus, ipse erit sanctus.
Secundus gradus est perfectio, que notatur
in eo quod Christus elegit apostolos in monte
ad significandum quod prelati debent esse in eminentia
vite et sanctitatis. Distinguit autem Augustinus quatuor
genera hominum dicens: Sunt quidam
valde boni, quidam valde mali, quidam
mediocriter boni, quidam mediocriter
mali. Istam quadrupartitam distinctionem habere
possumus in prelatis. Illi enim sunt valde
boni qui habent bonam vitam et bonam scientiam.
De quibus dicitur I Thi. v. Qui bene presunt
presbiteri duplici honore digni habeantur.
Illi bene presunt qui verbo et exemplo presunt.
Talis erat ille magnus prelatus, scilicet
Iohannes Baptista. De quo dicitur Ioh.
v. Ille erat lucerna lucens et ardens:
ardens scilicet per caritatem vite et lucens
per veritatem doctrine. Illi vero sunt valde
mali qui et malam habent vitam et
nullam habent scientiam. Tales sic dicitur Iude
i. Sunt sicut nubes sine aqua, sicut
Sedecia cometa, que licet sit in celo
stelle collocata, erat tamen in via morum
et alios in eundem errorem ducit. Sunt
etiam sicut nubes sine aqua que nec alios possunt
refrigerare per bona exempla nec pluvia

ffundut p doctrina D'cut etia sit ar-
bores autupnales, quia ut habent
fructu bonoru opeu. Hec etia folia do-
ctrine. Illi vo plati sut mediocriter
boni. qui hnt quide vita bona. sed sci-
am aut modica hent sciam. De qbz
dicit Ieroni9 in primo plogo sup bibliam.
Sctā quidem rusticitas solum sibi prodest.
quantu edificat ex vite merito ecclesiam
xpi. tantum nocet si destruentibz non
resistit. Et infra. Daniel in fine sa-
cratissime visionis Iustos ait fulge-
re stellas. et intelligentes et doctos qsi
firmamentum. Vides inqt quantum
inter se distet iusta rusticitas et docta
iusticia. alii enim stellis. alii celo com-
parant. Illi vo plati sunt mediocriter
mali. qui quidem hnt sciam, sed no
hnt bona vitam. Sut tn mediocriter
mali. quia quis sibi noceat p mala
vitam. prosunt tn aliis p doctrinam.
De quibz dicit Mt xxiii°. Sup cathe-
dra moysi sederunt scribe et pharisei. omnia
ergo quecunqz dixerint vobis. ser. et facite. scdm vo
opa eorum nolite facere. Crisos. Inim-
dico dei sedes. si quide bn vixeris et bn
docueris, omni iudex eris. Si aut male
vixeris et bene docueris. tn solius. Bn
enim vivendo et bn docendo, populu instruis
quo debeat vivere. male aut vivendo
et bn docendo, deum instruis. quo te
debeat condepnare. Non at qpr malam
vitam sacerdotalis dignitas e contempnen-
da. sic margarita no contempnit. si in
sterquiliniis inveniat, et auru no con-
tempnit. si in luto iaciat, et radiu solis
no contempnit. si plurimi turpia conspiciat
Et reliquie sanctorum no contempnunt, si in
loco humili recondunt, qa neqz mar-
garitha a sterquiliniis inquinat. nec auru
a luto corrumpit, nec radius sol a lu-
to inficit. Nec a loco vili sanctoru reli-
quie vilitatem aliquam contrahe noscunt.
Tercius gradus est sciencie illustracio. quod
notat in eo, qd cu dominus in monte per-
noctauit. tn aplos non ipa nocte, sz
facto die elegit, ut p hoc det intelligi
qz platus no debz hre tenebras ignorancie
sed debz hre lumen divine sapie. Istam

divinam sapiam hnit btus Petrus.
De quo dicit Mt xvi°. Caro et sanguis
no revelauit tibi. sed pater meus qui
in celis est. Sed de multis platis pt
dici illud ysaie lvi°. Ipi pastores
ignorauerunt intelligenciam. Cu in
simul sut duo videntes. neuter indiget
manuductione alterius. Cu vo unus est
cecus et alter videns. tunc cecus indiget
manuductione videntis. Cu vo sut ambo
ceci. tunc ambo sunt in periculo constituti.
In patria omnes sut videntes i. intel-
ligentes et sapientes. Et ideo no est neces-
se ut unus alterum doceat. Ieremie xxxi°.
Non docebit ultra vir proximum suum.
et vir fratrem suum d. Cognosce deum. Oes
enim cognoscent me. a minimo eorum usqz
ad maximum. In pnti aut vita sunt
quidam ceci sz simplices et illiterati
et quidam videntes s. plati sapientes
qui dati sunt populo, ut p viam ueritatis
eos ducant, ut ignorantia subditorum
regat a sapia platorum. Pro. xx°. Au-
rem audientem, et oculum videntem
dominus fecit utrumqz. Est enim dominus dei
hre subditu bn obedientem. et platu
bene sapientem. ut populus dicere possit
illud Io. ix. Cecus ad videntem
Ideo ipi plati vocant speculatores Ezech.
iii°. Speculatorem dedi te domui isrl.
Est aut ridiculum magnum. si aliquis
cet speculator, et cecus. et tn dicit ysaie
lvi°. Speculatores eius ceci omnes.
Cu vo ambo sut ceci s. populus et sacerdos.
tunc accidit id quod dicit Mt xv°. Cecus
aut si ceco ducatum prestet ambo in
foveam cadunt. Osee iiii°. Et erit sicut
populus sic sacerdos. Qui igit no ascen-
dit istum gradum. no debz sibi assu-
mere plationis officium. Osee iiii°. Qa
tu sciam repulisti, repellam te ne
sacerdocio fungaris michi. Quartus
gradus est assiduitas doctrine, unde
dominus statim ut aplos elegit ipos
ad predicandum destinavit sic hec Mt x°.
et iii°. platus enim est os dei. et oculus
dei, et est in corde dei. Qui est os dei
no debz tacere. sed dei gloriam predicare.
ysaie lviii°. Os enim domini locutum est

Unde ille predicator s. Iohannes baptista / os dei
se esse gloriosus / dicebat xlix ysaie
Posuit os meum ut gladium acutum
Sz cum predicator dei os sit. dicitur Ieremie
xv°. Si separaveris preciosum a vili. quasi
os meum eris. Qui vero prelatus est oculus
dei dz viam ostendere. ut possit dicere
illud Iob xxix° Oculus fui ceco. Ideo
autem predicatorem et prelatum non tantum
vocat oculum suum. sed etiam pupillam
oculi sui Zach ii°. Qui enim vos tetigerit
tangit pupillam oculi mei Qui
vero sunt in corde dei. sunt in fonte
sapientie dei / quia cor dei est fons omnis
sapientie. et ideo debent fluenta sapientie
haurire et aliis effundere. Ier. iii° Dabo vobis pastores iuxta cor meum. et
pascent vos sciencia et doctrina. Unde dicitur
Alii sunt in manu mea / alii sunt
in sinu meo. sed prelati sunt in corde
meo. Quintus gradus est firmitas constancie / quod signatur eo. quod dominus prelatum
primo s. Symoni imposuit nomen
petrus / ad signandum quod prelatus instar petri
debet petre fortis et firmus / alias qui
non habet hanc fortitudinem. non dz sibi
assumere prelaturam. Eccli vii° Noli
querere fieri iudex. nisi valeas irrumpere
iniquitates. Sic fortis erat ille cui
dicitur Ieremie xv° Dabo te populo huic
in murum eneum fortem / sed multi sunt
qui non sunt murus eneus / sed baculus
arundineus / quia ad quemlibet ventum
flectuntur. ysaie xxxvi° Ecce confidis super
baculum arundineum confractum istum
super egiptum Non talis erat Iohannes
baptista. De quo dicitur Mt xi° Quid
existis videre in desertum arundinem
vento agitatam. Arundines vero non tantum
sunt baculus arundineus / sed etiam parietes
inclinati / quia vento prosperitatis
vel adversitatis non tantum inclinantur.
sed corruunt et frangunt ps. Inclinabit se et cadet cum dominatus fuerit
pauperum. Unda sunt sicut maceria
depulsa / quia non habent vinculum
caritatis / et ideo mox separantur. De hiis
duobus dicitur in ps° Quousque irruitis
in hominem interficitis universi vos
tamquam parieti inclinato et macerie depulse.

Sextus gradus est consideracio infirmitatis proprie / unde dominus postquam apostolos
in monte elegit / mox ad campestria eos
reduxit / ut si de monte celsitudinis
descendat ad campestria humilitatis / Ideo
dominus Petrum cadere permisit. ut ex
sua infirmitate cognosceret / qualiter peccatoribus
misereri deberet. Est autem triplex infirmitas
una fragilitatis humane. que debet
reputare subditos suos se esse equales.
Sic equales se reputabat paulus et barnabas.
Act xiiii° Ideo cum quidam
tamquam eis sacrificare vellet. dixerunt
viri. quid hic facitis. et nos mortales
similes vobis homines. Taliter equalem
reputabat se petrus. qui dixit Cornelio
volenti eum adorare Act x. Surge
et ego ipse homo sum. Secunda consideracio
est culpe. dz prelatus se reputare minorem
peccatum enim hominem facit valde vilem
Ieremie ii° Quam vilis facta es iterans
vias tuas / unde petrus postquam dominum negavit.
non reputabat se dignum cum
xpo in eadem domo esse / sed egressus
foras flevit amare / hinc est etiam
quod post mortem xpi cum aliis discipulis
ad xpm videndum accedere non audebat.
unde angelus ei fiduciam dare volens
dixit mulieribus Mr xvi° Ite dicite
discipulis eius et petro etc / Hinc
est etiam quod paulus propter peccatum / adeo inferiorem
se reputabat. quod minimum
et indignum se esse dicebat. i Cor
xv° Ego enim sum minimus apostolorum
qui non sum dignus vocari apostolus. quia
persecutus sum ecclesiam dei. Tercia consideracio
autem pene inferende. dz prelatus
se exhibere maiorem et superiorem / Sic
enim murus civitatis primum recipit insultus
hostium sic et prelatus debet
primus suscipere tormenta penarum. Sz
de multis conqueritur dominus Ezech xiii°
Non ascendistis ex adverso neque opposuistis
murum pro domo israel / Taliter
se maiores in penis sustinendis exhibebat
petrus et paulus dicebat Act v°
Obedire oportet deo magis quam hominibus
propter has infirmitates et consideraciones
prelati debent esse ad compassionem et misericordiam

promotores. Au. in sermone de Petro et
Paulo. Dedit in domus homines istos
qui et homines erant et maximi peccatores
qui in scriptis disserunt / quales aliis mi-
nistri deberent magnorum enim et mi(nist)rorum
magistris carnibus facile dabunt in manus et
in qua mensura mensum est eis / remetie-
tur aliis. // Secundo beatus Petrus exalta-
bitur in cathedra iudiciarie potestatis. Et
ista cathedra similiter est septem gradus.
qui sunt septem dignitates sive prerogative.
quas apostoli in iudicio habebunt / prima e-
nim erunt principes et senatores. Proverbiorum ultimo
Nobilis in portis vir eius. quando sede-
rit cum senatoribus terre / Regem associant
omnes principes et barones. sed magis
de propinquo. associant ipsum filii amici
et fratres. / Omnes igitur facti Christum ve-
nientem ad iudicium sociabunt. sed magis
de propinquo associabunt ipsum / Apostoli qui
sunt tamquam filii. Psalmus pro patribus tuis nati
sunt tibi filii / Et qui sunt tamquam fratres. Iohannis
xx° vade autem ad fratres meos etc. Qui
sunt tamquam amici Iohannis xv° vos amici
mei estis si feceritis que precipio vobis.
Secunda est / quia erunt consiliarii et assessores.
Postquam enim iudicem usque in vallem
Iosaphat associaverunt / cum eo sedebunt
ex hinc. et septem inde. Matthei xix° Sede-
bitis et vos super sedes xii / etc. Sedeat
super thronos duodecim iudicare etc. Creden-
dum est autem quod thronus Petri erit adep-
tus et alter ceteris post thronum virginis.
Thronus tamen Christi erit maior et dignior
universis. Nam sic dicitur Apocalypsis iiii° De
throno procedunt fulgura / voces et to-
nitrua. De throno quidem Christi proce-
dunt citatio disceptatio et sive laus.
Citatio est qua dicetur Surgite mor-
tui venite ad iudicium. hanc autem cita-
tionem Iohannes propter suam sonoritatem
vocat tonitruum. Apostolus vero tubam. Erit
enim sonus ad tam grande tonitruum quod
non expergiscetur non dormit. sed mortuus
est. dicitur etiam i Thessalonicenses iiii° Ipse dominus
in iussu et in voce archangeli et in tuba
dei descendet de celo / De ipso etiam thro-
no procedit disceptatio sive cause exa-
minatio. Nam post citationem rei sequitur

examinatio cause / quod dicitur Matthei xxv° Esu-
rivi et non dedistis michi manducare.
Et iste sunt voces que de ipso throno pro-
cedent. quas ipse proferet ore suo. De
ipso etiam throno procedet sive laus. Na-
facta citatione et completa examinatione
procedet iudex ad sive diffinitive pro-
mulgationem. qua dicetur Matthei xxv° /
Discedite a me maledicti in ignem
eternum etc. Et ista sunt dicta fulgura. Sic-
ut enim fulgur accendit comburit et fetet.
Sic illa sive corpus et animam incen-
det. igne infernali comburet et perpetuum
fetorem adducet. Ysaie xxxiv° De
tabanis eorum ascendet fetor / Tertia
dignitas est / quia erunt testes ver-
dici. Actuum primo. Eritis mihi testes in Ieru-
salem et in omni Iudea et Samaria et usque ad
ultimum terre / Sunt testes vidui / quia te-
stificabuntur de auditu visu et tactu.
i Iohannis i° / Quod audivimus / et quod vidimus
oculis nostris / et manus nostre contrectaverunt /
de verbo vite / et vita manifestata est.
et vidimus et testamur et annunciamus
vobis vitam eternam. Testificabuntur
etiam de gustu Actuum x. hunc deus susci-
tavit tertia die. et dedit eum mani-
festum fieri non omni populo. sed testibus
preordinatis a deo nobis qui manducavimus
et bibimus cum illo postquam resurrexit
a mortuis. Testificabuntur etiam de
olfactu. quia suavissimum eius odorem
senserunt. quod sic dicitur Iohannis xx° Insuf-
flavit in eos et dixit accipite spiritum sanctum
etc. Ille flatus erat valde odoriferus.
in quo erat spiritus. Et quia ab illo pe-
ctore procedebat in quo balsamum
divinitatis latebat // Quarta dignitas
est / quia erunt iudices delegati / Sic-
ut namque apostolus committet causam conscientiarum
diffiniendam et exequendam propter prin-
cipes populorum congregati sunt cum deo A-
braham. scilicet in iudicio. ut sic erunt as-
sessores et testes / ubi etiam erunt dii for-
tes. et vehementer elevati. Erunt dii
in loco dei ad cause cognitionem / Erunt
vehementer elevati. propter cause ter-
minationem. Erunt fortes propter cause per-
fectam executionem / Ista enim Christus faciet

auctoritate sed Apli iussio Quarta
dignitas est. qa erunt fideles nomi
ipi cum suam iudicas fidelit sedent
ps vt faciat in eis iudiciu scriptu.
Nomina at reprobor scripta erit in in
ferno. vt eam semp coru se ocant
et legat. vt inde pretium dolore ha
beant. Jerme xvij° Recedetes a te i
tra scribent. Nomina aut sanctor scripta
erit in libro dei ps In libro tuo os
scribentur in pallacio dei. luc x Gau
dete quia nomina vra scripta sunt in
celis. In manib dei ysa xlix° Ecce
in manib meis scripsi te. In ostia
angli facti Jerme xxxi° Dabo lege
mea in visceribus eorum et in cordib
eorum scribam eam. Sexta dignitas
quia erunt execucoire solliciti. Ad
Petru enim qui claues accepit et ceteros
aplos bonos ptinet in possessione
mitte malos inde excludere. et si
opus esset dei brachium inuocare
Mt xxv° Que parate erant intrauerunt
cum eo ad nuptias. et clausa e ia
nua. Ecce qa boni sunt in possessione
missi. Vo Nouissime vo venerunt et
reliq virgines dicentes. Domine dne
aperi nobis. At ille indens ait. A
men dico vobis nescio vos. Ecce
qa indigni a possessione sunt exclu
si. Si vo opus eet dei brachium in
uocaret. et deus eos continuo exaudiet.
ps Clamauerunt iusti et dominus exau
diuit eos.

Dauid sedens in cathedra sa
pientissimus princeps inter
tres. Ipse est qui tenerrimus
ligni vermiculus ij° R xxiij° Pla
tinie est digna. qui sedes sedenti
conuenit. et sedens sedem mito sancti ex
extollit. In vbs igit premissis. descr
bit sedes cum dicit cathedra. Descr
bit et sedes. cu dicit Dauid sapientis
simus princeps inter tres et. Cathe
dra ista e sedes aplica. q tribus ca
thedris siue tribus sedentib in cathe
dra dignior inuenit. In qua btus
Petrus sedit. et io inter tres sapientissimus
applat. Est enim cathedra regalis.

Virginalis. et Sacerdotalis. De cathedra
regali dicit j° Esd xviij° Cumq sedisset
rex sup cathedram suam. sedit Abiuer
ex latere Saul. De cathedrali virgina
li dicit Mt xxiij° Sup cathedram
Moysi sederunt scribe et pharisei De ca
thedra sacerdotali dicit in ps. In ca
thedra seniorum laudet eum. psbit
enim grece latine senex interpretat.
Det enim esse senex. et si no etate.
saltem mente. que consistit in sapia
et vita immaculata. Sap iiij° Canis est
sensus hominis et etas senectutis vita
immaculata. Cui enim no bz sapiam
vel vita immaculatam. quantumcumq sit se
nex corpore. est tn iuuenis et puer
in mente. vnde no dz pesse ecclesie
aut clericis psunt. no est dei prouidencia
sed dei ira ysaie iij° Dabo pueros
principes eorum. hec quo ad defectu
sciencie. et effeminati dominabunt eis.
hoc quo ad defectum vite. In hijs
ergo tribus cathedris. btus Petrus sedet
scilicet in cathedra regali. quia ad ipm
spectat iudicium omni causarum. In ca
thedra virginali. quia ad ipm spectat
expositio scripture. In cathedra sacer
dotali. quia ad ipm spectat ligacio et
absolucio omni clauium. Ad ipsum
quidem spectat omni causarum iudicia. scilicet
iudicium ciuile. ecclesiasticum. et medium
inter vtrumq. et hoc notat Deut xvij°
xvij° Si difficile et ambiguum apud te
iudicium esse prospexeris inter sanguine
et sanguinem. causam et causam. lepram et non
lepram. et iudicium intra portas tuas
videris vba variari Surge et ascende
ad locum quem elegerit dominus deus tuus
et venies ad sacerdotes leuitici generis
et ad iudicem qui fuit in illo tpe. queres
q ab eis. q indicabunt tibi iudicij
veritatem. et facies quecumq dixerint
qui psunt loco quem elegerit dominus
et docuerint te iuxta legem eius. Ista
tamen iudicia hic distinguit. primum inter
sanguinem et sanguinem. p qd ciuile et
ciuile intelligitur. Vltimum inter lepram
et no lepram. p que ecclesiasticum et ciuile
notat. Medium inter causam et causam. qd
ad vtrumq refert tam ecclesiasticum qm ciuile

In quibus cu aliquid difficile fuit vel ambiguum · ad iudicium Petri e referend. Secto sedet in cathedra magistrali / qa ad ipm 2 successores suos spectat scripturarum expositio · Non em licet layco predicare vel scripturas exponere · Ideo no est dictum nobis · sed aplis Mr vlt° / predicate euangelium omni creature · Ad ipm spectat scripturarum interpretatio · j Cor xiiij° Vnde scripture prophetia ppa interpretatione no fit · Ad ipm spectat scripturarum dispensatio j Cor iiij° Sic vos existiet omnis ho vt ministros xpi 2 dispensatores misteriorum dei · j Cor ix° Dispensatio credita e michi · Ad ipm spectat scripture modificatio · vt illud quod dicitur Mt xix° Quos deus coniungit homo non separet · Sic per ordinem petri modificatur modificata / coniugium s p consensum mentis 2 copulam carnis · Ita si primum no interueniat / 2m separat p ingressum religionis · Vel 2m Isidorum / qd non separet violenter sine lege · absque ratione · / Tercio sedet i cathedra sacerdotali / qr ad ipm spectat ligare 2 soluere peccatorum / petrus em sup se celum clausum / infra se hit infernum apertum / intra se non hz gracia misificatem sed clipam infirmitatem / ex se perdit intrinsecam graciam / Potest igr sacerdos petri celum aperire / Mt xvj° Tibi dabo claues regni celorum / 2 quodcumque solueris super terram · erit solutum 2 in celis · Et infernum claudere Ibidem · Quodcumque ligaueris super terram · erit ligatum et in celis · Ibidem Porte inferi no praeualebunt aduersus eam / Et graciam dare Act xix° Imponebat manus sr illos 2 accipiebat spm sanctum / Et peccata remittere Joh xx° Quorum remiseritis peccata remittuntur eis · Magna dignitas sacerdotis · quia sine petri / quo peccator suspendendus erat in patibulo infernali · a collo eius pt deponere / Et ex sentore mira quimane · ar heret in manu thezaurum ecclesie ij Cor ij° Cui aut aliquid donastis 2 ego · Na et ego qd donaui si quid donaui pp vos in persona xpi · / Secto commendatur ipse sedens · 2 hc a tribus Primo a perfectione vite cu dr / David ·

Secundo a perfectione sapie · cu dicitur Sapientissimus / Tercio a perfectione gracie · cu dicitur tenerrimus ligni vermiculus · David aut interpretatur manu fortis / prelatus em dz esse manu fortis / no debilem vel mollem / quia sic dicitur Prov xviij° Qui mollis 2 dissolutus est in opere suo · frater e sua opa dissipantis / Ea potest molle dissolutum 2 dissipatus Non est manu fortis / qui est animo mollis · aut viribus dissolutus · a corpore dissipatus / Est aut dria inter ista tria · Molle est qd cedit omni duro / Dissolutum e qd nullo vinculo est colligatum · Dissipatum est · qd est omnino confractum · sic patet in vase fictili confracto · Molles igitur sunt / qui cedunt omni duro temptacionis 2 tribulacionis · De quibus dicitur Mt xiij° Facta aut tribulacione 2 persecucione pp verbum continuo scandalizantur / Dissoluti sunt / qui no sunt cum deo · aliquo vinculo colligati · ut amoris · ut timoris · De vinculo amoris dicitur Colo · iij° Super omnia caritatem habentes / qd e vinculum perfectionis · De vinculo timoris dr Eccli xxvij° / Nisi in timore domini tenueris te instanter / cito subuertetur domus tua · Dissipati sunt · qui p malam peti consuetudine confracti omnem sapiam 2 graciam perdunt Eccli xxj° Cor fatui qi vas confractum omnem sapiam no tenebit · Prelatus igr no dz ee mollis · sed durus vt omnibus aduersariis fortiter resistat Jeremie j° Ego quippe dedi te in ciuitatem munitam / 2 in columnam ferream · 2 in murum eneum sr omnem terram / Ne dz ee dissolutus / sed a deo p amorem coniunctus / vt nec prosperis · nec aduersis a deo recedat Roman viij° Certus sum · qr nec mors neque vita Neque angeli Neque principatus 2c / poterunt nos separare a caritate dei Ne dz ee dissipatus / sed integer 2 solidus · ne sapiam 2 graciam dei perdat Jac j° Sitis aut perfecti 2 integri in nullo deficientes / Secto commendatur a perfectione sapientie · cu dicitur Sapientissimus Non enim sr beatus Petrus non tm sapiens vel sapientior · sed etiam sapientissimus / qa sapientissimos habuit

Sermo

Doctores. Primo preter revelatem. Mt xvj°. Caro et sanguis non revelat tibi sed pater meus qui est in celis. Secundo filium instruentem. Joh. xv°. Omnia quecumque audivi a patre meo nota feci vobis. Tercio spiritum infundentem Joh. xiiij°. paraclitus autem spiritus quem mittet pater in nomine meo. Ille vos docebit omnia. Tercio convenire a proprietate gemme. cum dicitur Cunai tenerrimus ligni vermiculus. David quidem inter domesticos erat humilis et mansuetus hostibus vero ferocem et intollerabilem se exhibebat. ideo tenerrimus et ligni vermiculus appellatur. Ille enim vermiculus est tenerrimus in tactu suo sed durus in perforatione ligni. Beatus igitur petrus fuit tenerrimus propter mansuetudinem vermiculus propter humilitatem sed fuit vermiculus ligni propter severitatem. Fuit autem mansuetus quantum ad bonos. Severus quantum ad malos. Humilis quantum ad deum et seipsum. Mansuetudo autem eius maxime in tribus apparuit. Primo in hoc quod summus erat pontifex humiliter tamen inter alios conversatus fuit. Iterum cum claves a domino accepisset. officium tamen humiliter sive officium piscationis cum ceteris non recusavit. Joh. xxj°. Dixit Symon petrus vado piscari. Dicunt ei venimus et nos tecum. Eccli. iij°. Quanto maior es humilia te in omnibus. Secundo in hoc quod a minori reprehendi patienter sustinuit scilicet a paulo. Gal. ij°. Cum venisset cephas anthiochiam in facie ei restiti quia reprehensibilis erat etc. Nos autem si reprehendimur a superioribus impacienter ferimus. si a paribus indignamur. Si a minoribus iudicamus. Tercio in hoc quod minoribus humiliter obedivit. Act. viij°. Cum audissent apostoli qui erant iherosolimis quia recepit samaria verbum dei. miserunt ad illos petrum et johannem etc. Secundo fuit severus quantum ad malos. Ipse enim malos severe reprehendit unde dixit Symoni mago. Act. viij°. pecunia tua tecum sit in perdicione etc. Severe punivit. quod patet in punicione Ananie et zaphire. Act. v°. Severe dominum defendit Joh. xviij°. Symon

Petrus habens gladium eduxit eum et percussit pontificis servum et abscidit auriculam eius dexteram. Tercio fuit humilis quantum ad seipsum. Cuius humilitas maxime in tribus apparuit. Primo in hoc quod indignum propter peccata se reputavit. Luc. v°. Exi a me quia homo peccator sum domine. Secundo in hoc quod obsequium christi in ablucione pedum humiliter recusavit. Joh. xiij°. Non lavabis michi pedes in eternum. Tercio in hoc quod eodem modo quo christus indignum se crucifigi esse asseruit unde ait. Certe non sum dignus cruciari eo ut dominus meus. crucem meam converte

Tu es petrus

Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. et porte inferi non prevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni celorum. Et quodcumque ligaveris super terram. erit ligatum et in celis. Et quodcumque solveris super terram erit solutum et in celis. Mt. xvj°. Regale pallacium commendabile redditur. quando habet firmum et stabile fundamentum. quando habet artificem valde peritum. quando habet edificium pulcrum et decorum. quando est inexpugnabile et munitum. quando est officialibus bene dispositum. quando est nobili familia adornatum. quando habet rectorem sive prelatorem sapientem atque discretum. Ecclesia igitur dei est regale pallacium quod cum christus tamquam rex dominatur et possidet. Rectorem autem et dispensatorem fecit beatum petrum apostolum. In qua quidem ecclesia inveniuntur septem circumstancie supradicte. quae in premissis verbis notantur. Prima enim ecclesia habet firmum et stabile fundamentum cum dicitur. Super hanc petram. Secundo habet artificem valde peritum cum dicitur. Edificabo. Tercio habet edificium pulcrum et decorum cum dicitur. Ecclesiam meam. Quarto est inexpugnabilis et munita. cum dicitur. Et porte inferi non prevalebunt adversus eam. Quinto est officialibus bene disposita. cum dicitur. Et tibi dabo claves regni celorum. Sexto est adornata multiplici familia cum dicitur. Et quodcumque ligaveris super terram. Septimo est sapienti et discreto rectore sive gubernatore dotata. cum premittitur. Tu es petrus. Habet igitur ecclesia

mo firmu z stabile fundamentu · tu dr
sup hac petram · i · supra me · q sum
petra z fundamentu sic exponit gloss
opus igit in edificio eclie · ponit se i
imo · in summo · et medio · In imo p
illum · tamq lapis primari · i Cor iij
fundamentu aliud nemo pt ponere · pt
id qd positum est · qd est xpus ihc ·
In summo pspem · tamq lapis anglar
qui duos parietes giungit · sic spes
homiem deo giungit In medio p cari-
Caritas enim tamq vinculu ad im-
mitem fideles giungit · vn aplus vocat
ipam vinculum · Col iij · Sup omia
aut caritatem habentes · qd e vin-
culum pfectionis · Ecclia ecia h3 ar-
tificem valde peritum · cum dicat Edi-
ficabo vrbem · ciu ipam edificauit ho-
vel angelus · Nec ipe moyses · q edi-
ficauit synagogam · sed tantum ipse
opus · ps · homo natus est in ea · z ipe
fundauit eam altissimus · Sic enim
deus soporem in adam immisit · z de eius
latere costam tulit · qua in mulierem
edificat · Sic xpus in cruce soporem
habuit · z de suo latere sanguine z aqua
emisit · vn sacramentu me redepcionis
z regnacionis ortum huit · Edificat
aut deus duplicem ecliam · s triumpha-
tem z militatem · Nam filius ipam e-
dificauit · dando pfectam giunctionem · spc
sanctus dando pfectam dilectionem · pater
dando giuncti z dilecti eternam posses-
sionem · vn dicit · i Joh v · Tres sunt
qui testimoniu dant in celo · pater · ver-
bum z sps scus · Edificauit eciam xpus ecliam
militatem · Cum enim aduentum xpi ipa
eclia de gentibus collecta · erat mortua
erat sub seruitute z captiuitate posita
erat feda z immunda · Io xpus animam suam
posuit · vt ipam mortuam viuificaret ·
sanguinem in precium dedit · vt ipam ca-
ptiuam redimeret · aquam de latere in
lauacrum emisit · vt ipam immundam
ablueret · vn sequitur · Et tres sunt qui
testimonium dant in terra · i · in eclia milita-
ti · q s sit viuificata · mundata · z redemp-
ta · spus aqua z sanguis · Tercio ipa eccia
h3 edificium placitum z decorum · cui dr Eclia

meam · Eccia enim dicit congregacio fi-
delium · Ipi aut fideles faciunt edificium
eclie · valde pulcrum · exeo q ipi sunt
lapides viui · lapides politi · lapides
preciosi · z lapides quadrati · Sunt enim
lapides viui p fidem z opa · Nam
ipa fides opans facit viua · i · deo accepta ·
Quia sic dicit · hebr xj · Sine fide impos-
sibile est placere deo · Et ipa opera
fidem faciunt viuam · quia sic dicit
Jac ij · Sicut corpus sine spu mortuum
est · ita fides sine opibus mortua est ·
Hanc aut vitam habent ex accessu ad
illum lapidem viuum · de quo dicit
i Pe ij · Ad quem accedentes lapidem viuum
ab hominibus quidem reprobatum · a deo
aut electum · Secundo sunt lapides
politi · poliunt aut tribulacionibus · et
pssuris · iuxta illud · Tunsionibus
pssuris expoliti lapides · Sic enim
lapides tunsionibus poliunt · vt in edi-
ficio collocentur · z sic ciphus
aureus malleat · vt i mensa regis
apponatur · z sic granum flagello grauit
vt a paleis segreget · z panis inde
efficiatur · sic sancti viri tribulacionibus
puniunt · vt in celesti pallacio collocent
vt in celesti conuiuio deo apponantur · vt
a viciis segregati · panis delectabilis
deo efficiantur · Tercio sunt lapides pre-
ciosi z hoc p caritatem · Qui enim magnam
h3 caritatem · maioris apud deum e
precii · Qui nullam habet · est nullius precii
Eccli xx · homo carens i · sine gracia
caritatis · quasi fabula vana · Quarto
sunt lapides quadrati · hanc aut quadra-
turam faciunt · fides · spes · caritas · et
bona operacio · Quia sic dicit Berg
Quantum credis · tantum speras · quantum
credis z speras · tantum diligis · quantum
credis speras z diligis · tantum bene operaris
De istis lapidibus quadris dicit ysaias
lateres ceciderunt · sed quadris lapidibus
edificabimus · lateres sunt viri igne
concupiscencie z auaricie cocti · in peccato in-
durati · ab humore gracie exsiccati ·
Qui quidem ad celestia edificia edi-
ficanti cadunt · lapides vero quadri sunt
viri sancti in fide z operibus bonis · sta-
biles z firmi · de quibus celestis ciuitas

edificat. Ab hijs pz. q ipi pctores
no sunt de hc edificio. Pmo qr no
sunt lapides vivi. sed mortui. licz
eni videat esse vivi pter fidem. sunt
tamen mortui ppt mala opera.
Apoc iij° Nomen hes q vivas et
mortuus es. Scdo quia no lapides
politi. sed nodosi. i. inflati p supbia
Coloces ij° Ambulas frustra infla-
tus sensu carnis sue. et no tenens
caput suu. Supbia eni facit hoiem
apud deum nichil valentem. Et io
dicit ambulans frustra. facit suo sen-
su minus inherentem. et ideo dicit in-
flatus sensu carnis sue. facit semp
inobedientem. Et ideo dicit. et no tenens
caput. Tercio quia no sunt preciosi. sz
viles et abiecti. et hoc pter consuetu-
dine peccandi. Ie. ij° Qua vilis fa-
cta es nimis iterans vias tuas. Quarto
quia no sunt quadri. sed volubiles. i.
inconstantes in bono. Iac j° Vir dupp
in animis inconstans est in omnibus
vijs suis. Sunt eciam volubiles. i.
veloces in malo. ps veloces pedes
eorum ad effundendum sanguinem.
Prov. j° pedes eorum in malum cur-
runt. et festinat ut effundat sanguinem.
Quarto ipa eccia est inexpugnabilis
et munita cum dicat Et porte inferi
no prevalebunt adversus eam. porte
inferi scdm glosam sunt heses. sunt
vicia et peccata. scdm Ieronimu sunt demo-
nes. scdm Rabanum sunt tormenta et bla-
dimenta tyrannorum. Contra istas eor
acies. dominus posuit in eccia quatuor mu-
nimenta. scilz murum fidei ambientem.
anglorum miliciam protegentem. platorum
constanciam repugnantem. et dei pre-
senciam custodientem. Primo igitur porte
inferi. s. heresies. no possunt adversus ea
prevalere. quia hz murum fidei am-
bientem. ysaie xxvj° Urbs fortitudis
nostre syon salvator ponetur murus
in ea. et antemurale. fides quantum ad
articulos de divinitate est murus. quantum
ad articulos de humanitate est antemu-
rale. In hc muro duodecim apli
duodecim arlos. quasi xij lapides
posuit. Primus s. petrus primum lapidem

posuit dicens Credo in deum etc. Alij
apli sequentes articulos posuit. No possunt
igitur heretici eccie corrumpere unitatem. que
cincta est muro confecto ex sex lapidibus
i. ex sex arlis divinitatis. et antemurale
constructo ex sex arlis humanitatis. Scdo
no possunt adversus eam prevalere scdo
porte inferi s. demones. quia hz angelorum
miliciam protegentem ysaie lxij° Sr
muros tuos ihrlm constitui custodes.
tota die et tota nocte non tacebunt.
Ista est betel i. domus dei. sup qua vidit
angelos Jacob ascendentes et descendentes
ut dicit Gen xxviij° Angeli eni ad
ecciam descendunt ipam a demonibus pro-
tegendo. et ad deum ascendunt. deo ipm
ecciam recomendando. Tercio no possunt
adversus eam prevalere tercie porte inferi
scilz persecuciones tyrannorum. quia hz pla-
torum constanciam repugnantem ysa. xv°
Dabo te ppo huic in murum ereum
fortem et bellabunt adversum te. et no
prevalebunt. Sed hodie pt dominus dicere
illud Ezech xiij° No ascendistis ex ad-
verso nec opposuistis murum p domo isrl
ut staretis in prelio in die domini. Quarto
no prevalebunt adversus eam quarte por-
te inferi s. vicia et peccata. et omnes eciam alie
porte superiores. quia hz dei presenciam
custodientem. ps Nisi dominus custodi-
erit civitatem etc. ysa. xxj° Custos
quid de nocte dixit. custos quid de
nocte dixit. custos venit mane et nox.
si queritis querite. convertimini et venite. Ac
si dicat Non tantum sum custos in
nocte adversitatis. sed eciam in mane sive
in die prosperitatis. Et ideo si queritis
me defensorem in adversis. querite me
conservatore in prosperis. et ideo convertimini
ad me in adversis. rogando ut det vobis
paciam. et venite ad me in prosperis rogando
ut detur vobis tperancia. Ambrosius
Eccia est civitas obsessa et munita ob-
sessa p dyabolum. munita p xpm. Iccirco debz
obsidione vereri. cui xpus adiutor est.
Muniter eciam gracia spuali. sz spualibus
nequicijs obsidetur. Quinto ipa eccia
e officialibus bn disposita. Inter quos of-
ficiales btus petrus officium obtinuit
ianitoris. qd notatur cum dicitur Et tibi dabo

claues regni celorum Iste aut claues
sunt due. s. scientia discernendi / et potentia
iudicandi i. ligandi atque soluendi vna
aut clauis no sufficiat sine alia. Sunt
aut quidam qui habent sciam. sed non
potentiam quidam potentiam. sed non sciam
quidam vtramque / Sciam sed non pote-
tiam habent ex gratia suspensi / et sacerdo-
tia. De quibus dicit Jeronimus in glosa
Ideo petrus specialiter claues accepit. vt
homines intelligant / quod quicumque ab v-
nitate fidei et societate eius se separaue-
rit nec petris solui nec celum possit celum
ingredi / et sic non solum petrus sed etiam
soluere potest. Augustinus in libro de bap-
tismo paruulorum / ffortis non ligari potest quis
nec solui. quia extra ecclesiam non est qui
ligare posset aut soluere Columba enim
ligat. columba et dimittit / et vna est
columba mea / Sunt alii qui habent
potentiam / sed non sciam / tales sepe er-
rant in iudicio ligandi et soluendi De
talibus dicit Jeronimus in glosa. hunc locum
quidam non intelligentes aliquid sumunt
de supplicio phariseorum / vt dampnare
nocentes vel saluare se putent. cum apud
deum non sentencia sacerdotis. sed rei eorum
vita queratur / Alii vero sunt / qui habent
sciam et potentiam. sed eorum quidam habent
sciam eminentem / quidam sufficientem.
quidam tollerabilem / Ista triplicem dif-
ferentiam assignare videtur apostolus j Cor
xv. Alia claritas solis / alia claritas
lune alia claritas stellarum Sol habet lu-
cem eminentem siue excellentem luna
habet lucem sufficientem ad illuminacionem
noctis Stelle habent lucem tollerabi-
lem / quia deficiente lumine lune ipse
stelle aqualiter illuminant noctem Nam
qui in ecclesia dei non possit esse sol. sal-
tem sit luna. et qui non potest esse luna.
saltem sit stella / quia qui non potest habere sa-
cientiam eminentem / habeat saltem sufficien-
tem. et qui non sufficientem / habeat saltem
tolleabilem / Secundo ipsa ecclesia est mul-
tiplici familia adornata / quod notatur
cum dicitur Et quodcumque ligaueris super terram
erit ligatum et in celis / et quodcumque sol.
super terram erit sol. et in celis. Notandum aut
quod in inferno sunt omnes ligati / in celo

sunt omnes soluti In mundo quidam
ex toto ligati quidam ex toto soluti /
quidam ex parte soluti. et ex parte ligati
Mt xxij / ligatis manibus et pedibus
mittite eum in tenebras exteriores Ex
quibus verbis patet In dampnati habent
ligatam potentiam operatiuam / quia nullum
bonum meritorium facere poterunt Et ideo
dicitur ligatis manibus / habebunt ligatam
potentiam affectiuam / quia deum
non diligunt / sed odio habebunt Unde
in psalmo Superbia eorum qui te oderunt
ascendit semper / Et ideo dicitur ligatis
pedibus / pedes enim anime sunt affectus
anime / habebunt etiam ligatam pote-
ntiam intellectiuam / quia deum non cognoscit
tum sunt in terra obliuionis Ideo dicitur
in tenebras / habebunt etiam ligatam
potentiam reparatiuam. quia numquam poterunt
reparari ad gratiam Ideo dicitur exterio-
res / Peccatores enim in hac vita habent
tenebras interiores. quia sunt intra ambitum
diuine misericordie / Dampnati vero habent tenebras
exteriores. quia sunt extra ambitum diuine
misericordie In celo aut omnes sunt soluti
/ quia habent solutum intellectum. solutum
cogitatum. et solutum affectum / habent enim
solutum intellectum / quia non impeditur
aliquo velamine. sed reuelata facie vi-
dent deum In presenti aut vita intel-
lectus sacerdotum est ligatus. quia vela-
mine coopertus j Cor xiij / videmus
nunc per speculum in enigmate. tunc aut
facie ad faciem / habent etiam bene solutum
cogitatum quia omnes cogitationes
eorum libere currunt in deum In pre-
senti aut vita cogitatus sacerdotum est
ligatus. quia a dyabolo impeditur.
Ose iiij ligauit enim spiritus in al-
tius / habent etiam beati solutum affe-
ctum / quia eorum affectus desiderii totus
et totum tendit in deum In presenti aute
vita affectus sacerdotum est ligatus quia
a corpore impeditur Sap. ix Corpus
quod corrumpitur aggrauat animam / propter
ista tria dicit apostolus j Cor xiij Cum
essem paruulus. i. in presenti vita. loquebar
vt paruulus / ecce ligatus intellectus
Lingua enim condicionis se loquitur. quando
recitando aliquid intelligere conatur. sa-
piebam vt paruulus / ecce ligatus Cogita-

bam vt paruulus · ecce ligatus cogitatus
Quando autem factus sum vir · s. in cele-
sti patria · euacuaui ea que erant par-
uuli · Omnia ista non habeo ligata · sed
soluta intellectum · affectum et cogita-
tum. In mundo vero quidam sunt ex
toto ligati · Quidam ex toto soluti · quidam
ex parte soluti · et ex parte ligati · Ex
toto quidem ligati sunt peccatores · qui
ligati sunt vinculo culpe · et reatu pe-
ne eterne · De quibus dicitur Judicum
xv° ligauit sampsonem duobus no-
uis funibus · Dicitur autem noui · eo
quod sunt valde difficiles ad frangendum ·
Ex toto autem soluti sunt viri perfecti · quia
nullum habent vinculum culpe · et nulli
sunt obnoxii pene nec eterne · nec
purgatorie vel satisfactorie · nisi inquantum
aliquam penam assumunt ex propria sui
voluntate · Ex parte vero soluti et ex parte
ligati sunt penitentes · Qui quidem
soluti sunt a vinculo culpe · Eccli. iii°
In die tribulationis commorabitur tui ·
et sicut in sereno glacies · soluentur
peccata tua · Sunt tamen ligati funibus
pene satisfactorie · quibus peccatores
de lacu vitiorum extrahuntur · Jeremie
xxxviii° Extraxerunt Jeremiam funibus
et eduxerunt eum de lacu · Secundo
ipsa ecclesia est sapienti rectore dotata
quod notatur cum premittitur · Tu es petrus
interpretatur autem petrus cognoscens et dis-
calcians · vel dicitur petrus a petra · quia
firmus et constans · vnde dicit Glosa · Tu
es petrus ob fortitudinem fidei et confes-
sionis constantiam · Rectori quidem autem
tria sunt necessaria · scilicet sapientia innocentia · et
constantia · Est enim necessaria sapientia · vt popu-
lum iudicet et instruat iii° Regum iii° Da-
bis seruo tuo cor docile · vt possit iu-
dicare populum tuum · et discernere inter
bonum et malum · Istam sapientiam habuit
petrus · vnde dicitur Agnoscens · Non autem
habuit eam ab homine · sed a deo · Matthei
xvi° Caro et sanguis non reuelauit tibi
sed pater meus qui in celis est · 2°
necessaria est innocentia ne populum suum
opprimat · Luce iii° Neminem concutiatis
neque calumpniam faciatis · sed contenti esto-
te stipendiis vestris · Hanc innocentiam
habuit beatus Petrus · vnde dicitur discalcians

quia affectum suum ab omni amore cupiditatis
discalciauit · vnde dicitur Bariona · id est filius
columbe · quia innocenter et simpliciter men-
te deo seruiuit · Tertio constantia est necessaria ·
vt populum suum a violentiis malignorum
protegat et defendat · Eccli. vii° Noli
querere fieri iudex · nisi virtute valeas
irrumpere iniquitates · Ne forte extime-
scas faciem potentis · Istam constantiam
habuit beatus Petrus · Ideo denominatur a
petra · quia constans et firmus · Actuum iiii°
Videntes autem petri constantiam admirabantur.

# Certe videtis quem elege-rit dominus · quoniam non sit similis ei in omni populo · i° Regum x°

Dominus beatum Mathiam in apostolum sibi
elegit · et cum centum viginti congregati ad
eius electionem faciendam conuenissent · nullus
tamen in tota illa congregatione sine populo
ei similis vel adeo dignus repertus est
In verbis igitur premissis duo ponuntur · primo
eius a deo facta electio · cum dicitur Certe vi-
detis quem elegerit dominus · Secundo ipsius
vite perfectio · cum dicitur Quoniam non sit
similis ei in omni populo · Electio autem ipsius
commendabilis est ex parte eligentium · ex parte
electi · Et ex parte modi eligendi · Eli-
gentes autem siue electores commendabiles
sunt · quantum ad tria · primo quia fuerunt
magne auctoritatis · fuit enim apostoli
cum aliis discipulis · qui sunt principes
mundi · iudices seculi et ianitores celi ·
psalmo principes populorum id est apostoli congregati sunt
ad faciendum scilicet electionem sancti Mathie
cum deo abraham · quia deus inter eos affuit
et eos duxit · Quoniam dii fortes terre · id est ipsi
Apostoli · qui facti sunt dii · ex eo quod opera
dei · ipsis christus concessit · sicut peccata dimit-
tere et mortuos suscitare · Ista autem
opera non sunt in celo · sed in terra · quia in
celo nec peccata dimittuntur · cum ibi non sint
Nec mortui suscitantur · quia nullus ibi
oritur · et nullus ibi moritur · Et ideo vocantur
dii terre · Eleuati autem sunt isti dii terre
vehementer in mundo · quia sunt principes
mundi · eleuabuntur vehementer in iudicio
quia erunt iudices seculi · Eleuati sunt vehe-

mectissime in celo / qa sunt ianitores celi.
Scdo ipi electores fuit magne sanctit[atis]
quod pz ex hoc. quoniam in eligendo
no respexerunt ad carnalem vel priua-
tum amorem. sed ad dei honorem.
Nec ad priuatam utilitatem / sed ad popli
edificationem. Nec respexerunt ad gras
exteriores corporis. vt est pulcritudo no-
bilitas / sed ad gras interiores cordis.
vt est sapia sanctitas. Et ideo no dixe-
runt scu domine. qui nosti uia hominum /
Nec qui nosti corpa hominum. sed q nosti
corda hominum. Actu dicit. Da nobis due
illum. cuius cor nosti ee. ad procurandu
tuum honorem. et popli edificationem / qui
habet gratiam interioris sapie. et qui het
sanctitatem vite. Tercio ipi electores fue-
runt magne concordie et unitatis / qa nullus
discordauit / sed omnes unanimes fuit.
Act iiij° multitudinis credentium erat
cor unum. et anima una. quia quamuis
sunt multi nuo / concordia tn facit eos
habere cor unum et anima una. vn dt
Crisos sup Johem. Si unanimes fue-
rit duo vel decem. no adhuc est / qui
unus erit. sed decies multiplicatum unus-
quisque corp sit / et inuenies decem in v-
no. et in vno decem. Unusquisque eorum
viginti manus het / et viginti oculos. et to-
tidem pedes. Non enim oclis suis solum
videt / sed et hiis qui aliorum vr suis
pedibus tantum. sed aliorum. vr suis
manibus opat tantu. sed aliorum quia
caa hz decem. nc enim ipe p seipso solum
sed ille pro eo. et illi pro eo solliciti sunt
Si vero centum facti fuerit idem ur-
sus erit. Scdo eius electio. comendabil
est ex parte electi. In quo quide tria
comendabilia fuit. s. morum et etatis et
maturitas. cu dicit. Ab hiis viris / vite
sanctitas. cum dicit. Qui nobiscum co-
gregati sunt. Sapie vitas cum dicit
Omni tempore quo intrauit et exiuit inter
nos dominus ihc. Ista enim tria debent ee
in plato. De quibus deut° j°. Date ex vobis
viros. ecce etatis et morum maturitas
Sapientes et gnaros. ecce sapie vitas.
Et quorum conuersatio sit probata. ecce vite
sanctitas / Primo igitur in beato Mathia fuit
etatis et morum maturitas. cu dicit. Ab hiis
viris / plati enim non debent ee notabiliter

iuuenes. vel pueri / qa plati iuuenes
despiciuntur. Vn dicebat Aplus discipulo
suo. j Thi. iiij°. Nemo adolescentiam
tuam contempnat. ps. Adolescentulus sum
ego et contemptus. Itemque plati iuue-
nes impetu furoris et voluntatis feruntur
prouerb. xxij°. Puer. i. platus pue-
rilis vinces qui dimittitur voluntate
sue confundet matrem sua i. ecclam Ideo
dicit Eccia x°. Ve tibi terra cuius rex pu-
er est. Iterum plati iuuenes contra
senes psumptuosi efficiuntur. ysaie iij°.
Tumultuabit puer contra sene / Scdo
in beato Mathia fuit vite sanctitas
qd notatur cum dicit. Qui nobiscum sunt
congregati. In tantum enim bta societas nullus
potuisset habitare. nisi valde sanctus
atque pfectus. vn dicit Crisos sup Jo-
hanne. Quamdiu Judas fuit in colle-
gio aplorum. dyabolus non audebat insi-
lire in eum. qui vero recessit. sic dicit
ibi Comitgaminus. tunc dyabolus in ipum
intrauit. Tercio fuit in ipo sapie et
doctrine vitas. qd notatur cu dicit. Omni
tempore quo intrauit s. p natiuitatem
Sanuit et finem et ideo dicit. Et exiuit
inter nos dominus ihus scilicet p passionem
Sanuit et medium / et io dicit Incipiens
a baptismate Johis s. p predicationem et
miracla faciende. vsque in diem qua as-
sumptus est a nobis. Tercio ipa electio
comendabilis est. ex pte modi eligendi
Apli enim ipam electionem inchoauerunt. ab
cohortatione salutifera. psecuti sunt
ab oratione deuota. Subsecuti sunt
eam cu discretione matura. Et termina-
ta est cum reuelatione diuina / primo
namque inchoauerunt eam. ab cohortatione
salutifera quia Symon petrus ex-
hortationem pmisit et fecit. qd notatur
cum dicit Exurgens petrus in medio
fratrum suorum et dixit etc. Valde enim
necessarium est in electionibus platorum pre-
mittere sermonem diuinum. vt ad lumen
sacre scripture actus nostri dirigatur.
prou. vj°. Mandatum lucerna est. ps.
Lucerna pedibus meis verbum tuum. Illa
enim officium plationis est vald vtile
si bene fit / et piculosum si male. Io
ad eligendum bonum platum lumine

sacre scripture actum incidigatur. Prouerbiorum. Mandatum lucerna est. Similiter lumine sacre scripture plurimum indigemus.

Quam sit autem periculosum et quam fructuosum prelacionis officium. Ostendit Augustinus scribens Valerio. Ante omnia inquit peto ut cogitet religiosa prudencia tua nichil esse in hac vita et maxime hoc tempore facilius et lecius et hominibus acceptabilius quam episcopi aut presbiteri aut dyaconi officium si perfunctorie et adulatorie res agatur. sed nichil apud deum tristius et dampnabilius. Item nichil est in hac vita et maxime in hoc tempore difficilius et laboriosius et periculosius quam episcopi aut presbiteri aut dyaconi officium. sed apud deum nichil beatius si eo modo militetur quo noster imperator iubet. Secundo prefecti sunt ipsam electionem ab oracione devota. Qui enim ad prelacionem eligitur loco dei ponitur. ponere autem aliquem loco dei specialiter ad deum pertinet. et ideo a deo specialiter est petendus. Deus autem oraciones nostras non parvipendit. sed eas exaudit. Augustinus in quodam sermone. Nemo nostrum parvipendat oracionem suam. dico enim vobis quia ipse quem oramus non parvipendit eam. prius enim quam egressa sit ab ore nostro. scribi eam iubet in libro suo. et unum e duobus indubitanter sperare possumus. quoniam aut dabit quod petimus. aut quod novit melius esse nobis. Tercio subsecuti sunt ipsam electionem cum discrecione materie. Et quidem discrecio in hoc apparet. quoniam non statuerunt plures. sed tantum duos. nec impares. sed pares. nec alienos. sed de collegio. nec de ipso collegio inferiores sed superiores. vel meliores. Noluit igitur statuere plures. sed duos. ut forte fuissent vocati qui fuissent permissi. et ideo paucores statuerunt. quam poterunt. vel licitus et inconstantis comparacioni alterius votando ipsum instum. Ne forte alicuius indignitatis vel insufficiencie notaretur. Statuerunt eciam pares. non impares. quia si statuissent impares non fuisset necesse querere

sortes. quia illum eligere debuissent qui ex hiis duobus antiquior et melior videbatur. In rebus enim dubiis et non in rebus certis voluntatem dei querere possumus. ii paralipomenon xx°. Cum ignoramus quid agere debeamus. hoc solum habemus residui. ut oculos nostros dirigamus ad te. Statuerunt eciam non alienos. sed domesticos et de collegio christi. qui volens eligere xii apostolos. elegit eos de collegio septuaginta discipulorum. volens eligere summum pontificem scilicet petrum. elegit ipsum de collegio xii apostolorum. Volens eligere regem. elegit ipsum de populo iudeorum. Deuteronomii xvii°. Non poteris alterius hominem regem facere. qui non sit frater tuus. Ex quibus vis patet quod rectores tam maiores quam minores. tam ecclesiastici quam seculares de collegio sunt eligendi. dummodo sufficientes in eo valeat reperiri. Statuerunt eciam illos. qui erant in proprio collegio meliores. Glosa super illud. Statuerunt duos etc. Exemplis equibus duos pares esse cognoscunt. quod ceteris preferendos non dubitant. alterum non preferunt alteri. non hominum erat. sed dei iudicio. Actuum v°. Elegit meliorem de filiis domini vestri. Vltimo electio terminata est. cum revelacione divina. quod notatur cum dicatur. Cecidit sors super mathiam. Hom autem dyonisius in libro celestis ierarchie. Illa sors nichil aliud fuit. quam quidam splendor divinus. per quem ostendebatur. quod ipse erat in apostolum assumendus. Secundo ostenditur eius vite perfectio. cum dicitur. Quoniam non est similis illi in omni populo. Eius autem perfectio maxime ostenditur. quantum ad eius prerogativas quas habuit. primo quantum ad vite sanctitatem. Cuius quidem sanctitas testimonium habuit a patre et filio et spiritu sancto et a toto apostolorum collegio. A patre quidem testimonium habuit ex eo. quod re et nomine primus fuit. Mathias enim primus interpretatur. Ad patrem autem specialiter pertinet parvulos convertere. Mathei xviii°. Non est voluntas patris mei. ut pereat unus de pusillis istis. qui in me credunt. parvulis regnum tribuere. Luce xii°. Nolite timere pusillus grex. quia complacuit patri

vester dare vobis regnum. Parvulis
secreta declarat. ait xi° Confiteor tibi
domine pater celi et terre. quia abscondisti
hec a sapientibus et prudentibus et revelasti
ea parvulis. huius testimonium a filio quia
cum statuisset duos xpus istum pelegit
quod fuit testimonium magne sanctitatis
ii Cor x° Non enim qui seipsum comen-
dat ille probatus est sed quem deus comen-
dat. Commendacio quidem ab homine
sepe habet adulacionem. commendacio a seipso
sepe habet vanitatem. Commendacio autem
a deo semper habet veritatem. quia non potest
fallere neque falli. huius testimonium a spiritu
sancto. qui scilicet in penthecoste spiritus sanctus
et sibi infudit. et dona sua sibi dedit.
Non enim se ei infudisset nisi sanctum
ipsum invenisset. quia sicut dicitur Sap
i° In malivolam animam non introibit
sapiencia nec habitabit in corpore subdito
peccatis. huius testimonium a toto cetu aplorum
quia scilicet statuerunt eum cum Ioseph qui
cognominabatur iustus. Credendum enim
est quod si duos meliores invenissent
ipsos statuissent. Magnum autem quod ab a-
postolis electe testimonium habuit. Magnum
enim est laudari ab homine sancto. Non
dixit Saul Samueli i° Reg xiiii° pec-
cavi sed nunc honora me coram senioribus.
Maius est laudari ab opere bono. Prov
ultimo Laudent enim in portis opera eius.
Maximum est laudari a conscientia bona ii
Cor i° Gloria nostra hec est testimonium
consciencie mee. Permaximum est laudari
a deo i Cor iiii° Tunc laus erit uni-
cuique a deo. Turpe autem est laudari
ab homine malo. Prov [illegible] Qui derelin-
quit legem laudat impium. Turpius
est laudari a seipso. Prov xxvii° Laudet
te alienus et non os tuum. extraneus et
non labia tua. Turpissimum est laudari
de opere malo. ps Laudatur peccator in desi-
deriis anime sue et iniquus benedicitur.
Secundo ostendit eius perfectio quantum ad di-
vinam dilectionem. deus enim videtur eum spe-
cialiter dilexisse. cuius dilectionis plura
sunt signa. primum est quia fecit ipsum
contribulem suum. scilicet de tribu Iuda. Solet

autem homines qui sunt de eadem progenie
invicem se diligere. Ideo dixit David
Amase ii° Reg xix° Nonne os me-
um et caro mea tu es. Et sic dicitur
Ephe v° Nemo carnem suam odio habet
sed nutrit et fovet eam. Secundo fecit eum
compatriotam suum. quia fuit bethleemita
sicut xpus. Solet autem homines qui sunt
de eadem terra se invicem diligere. Unde
Petrus Andreas et Philippus qui fuerunt
de eadem civitate scilicet bethsaida. specialiter
ad invicem familiaritatem habebant. Et
ideo inter ceteros aplos isti tres ad se in-
vicem fuerunt. Amor enim Andree traxit
Petrum. Amor Andree et Petri traxit
Philippum. Tercio fecit eum secretarium
suum. et hoc quia fecit eum discipulum
suum. fuit enim unus ex lxx discipulis.
Xpus autem turbis in parabolis predica-
bat. discipulis autem omnia exponebat
Mr iiii° Sine parabola non loquebatur
turbis. seorsum autem discipulis suis dis-
serebat omnia. Ioh xv° Omnia quecumque
audivi a patre meo nota feci vobis.
Quarto fecit ipsum legatum suum. quia scilicet
de discipulatu in apostolum eum elegit. ii
Cor v° pro xpo legatione fungimur. quinto
fecit eum commilitonem suum. quia certamen eius
tanquam socius fuit. et cum xpo in eodem
equo sedit. Hester vi° Homo quem
rex honorare cupit. debet imponi su-
per equum qui de sella regis est. Sedit
laurencius super equum xpi. quia sicut ante
fecerat fuit extensus. sed non sedit sup
equum qui de sella sua fuit. Ceteri igitur
martires qui pro xpo passi sunt. super equum
suum sederunt. Isti vero soli sederunt super
equum xpi. qui de sella eius fuit. quia
crucis patibulum pertulerunt. Tercio ostendi-
tur eius perfectio quantum ad martirii
operacionem. Ostensa quidem fuit ergo ma-
china multiplici machina scilicet in celo
in inferno in mundo. In celo quia cum
esset in carne xpus de celo ad ipsum descen-
dit et ipsum dulciter confortavit. Ioh v° Ad
eum veniemus et mansionem apud eum
faciemus. In inferno. quia cum quidam ob-
stinati persisterent dixit eis. Demittite
vobis quia vivum in infernum descenderet.

Mors autem tua se aperuit et ipsos viuos deglutiuit. Num. xvio. Descenderunt viui in infernum. Capti hymno. Comparatur est haec miracula in mundo, ubi ostendit se habere posse super corpora, quia ea curauit. Nam sicut dicitur de eo leprosos mundauit. claudis gressum surdis auditum restituit. Luc. ixo. Dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia. et ut languores curarent. Habuit posse super animas, quia eas conuertit et a peccato mundauit. Nam cum certe quadraginta homines ex quadam potione toxicata excecati fuissent, Mathias eos ad fidem conuertit et mente et corpore illuminauit. Jo. xxo. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Habuit posse super demones, quia multos fugauit. Mr. xvio. In nomine meo demonia eicient. Habuit potestatem super mortem quia multos mortuos suscitauit. Mt. xo. Infirmos curate mortuos suscitate. Habuit posse super veneni virtutem, quia ut in eo legitur. Nam cum ei potionem toxicatam dedissent que alios bibentes excecauit. Ipse in nomine christi eam bibit et nullam lesionem sensit. Mr. ult. Et si mortiferum quid biberint non eos nocebit. Tertio eius perfectio ostenditur quantum ad felicem consummationem. De eius tamen consummatione ac morte diuerse sententie sunt. In sermone enim qui per ecclesias legitur habetur quod in pace quieuit. In quadam vero legenda inuenitur quod crucifixus fuit. In quadam vero alia legenda que est ceruis legitur quod a duobus testibus cum duobus lapidibus fuit percussus et postmodum cum securi excerebratus. In quadam vero alia legitur quod fune ad collum fuit ligatus et per plateas tractus et crudeliter dissipatus. Supponendo igitur quod per martirium transiuit ad deum, dicitur quod primo fuit duobus lapidibus percussus. Deinde cum fune ad collum per plateas tractus postmodum cruci affixus et ibidem securi percussus et excerebratus. Siue autem in pace siue cum martirio ad deum migrauerit non diffinio. Manifestum tamen est quod passiones et martirium insultus

et constanter dimicauit contra dyabolum per fidem. i. Pet. vo. Aduersarius vester dyabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret cui resistite fortes in fide. Perseueranter pugnauit contra carnem per continuam maceracionem. i. Cor. ixo. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo. Fortiter certauit contra mundum per ipsius despectionem, sibi in renunciacionem. Heb. xio. Fide moyses grandis factus negauit se esse filium filie pharaonis. magis eligens affligi cum populo dei. quam temporalis peccati habere iocunditatem maiores diuicias existimans thezauro egiptiorum improperium christi. aspiciebat enim in remuneracionem.

Fiant dies eius pauci et episcopatum eius accipiat alter. Et infra. Et persecutus est hominem inopem et mendicum et compunctum corde mortificare. Et infra. Et induit maledictionem sicut vestimentum. et intrauit sicut aqua in interiora eius, et sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, et sicut zona qua semper precingitur. Ps. cviij. Ista verba apostolus dixerunt de Iude dampnacione et Mathie electione. Petrus testatur. d. Act. jo. Viri fratres. oportet impleri scripturam quam predixit spiritus sanctus de Iuda. Et infra. Scriptum est enim in libro psalmorum. Fiat commoracio eius deserta et non sit qui inhabitet in ea. et episcopatum eius accipiat alter. In verbis igitur premissis tria ponit de Iuda et vnum de Mathia. De Iuda quidem ponit eius deposicionem, deportacionis racionem et eius eternam dampnacionem. De Mathia vero ponit sua loco Iude subrogacionem. Deposicionem vero Iude ponit cum dicit Fiant dies eius pauci. Christus namque elegit iudam de mundo in discipulum suum. Deinde elegit eum in apostolum suum. Tandem elegit eum in procuratorem suum. Sed in hoc triplici statu fuerunt dies eius pauci. Paucis enim diebus stetit in discipulorum consorcio, paucis in apostolorum collegio, et paucis in procuratoris officio. Sed mirum videtur cum christus sit dei virtus et dei sapientia que non fallere potest nec falli, quare posuit iudam in hoc triplici statu. Mirum enim videtur quod posuit eum in consorcio suorum disci- lorum

& suarum omnium. que sciebat futurum esse lu-
pum rapacem / mirabilius videtur, quod scit
enim suum apostolum. quem sciebat futurum esse
proditorem mirabilissimum videtur. quod scit
ipsum suum procuratorem. quem sciebat esse
furem. Sed rationem horum mirabilium vi-
deamus. Voluit igitur ut in conspectu suorum
discipulorum & suarum omnium poneret multa
ratione / prima est ad ostendendum quod in
hoc mundo mali semper mixti sunt cum
bonis. In celo quidem tantum sunt boni
In inferno tantum sunt mali In mundo
autem sunt mixti boni & mali. Exodi
xxiii° unum contra unum / duo contra duo. Secunda
ratio est ad ostendendum quod si malos pa-
timur. patienter sustineamus quia sepe in
prosperitate cadunt qui in adversis convertuntur
Augustinus in libro 50. omeliarum / omelia xx
Multi res adversas timent. res prosperas
non timent / periculosior enim est res prospera
animo. quam adversa corpori / prius corrumpit
prospera. ut inveniat quod frangat adversa.
Sic david quando saul inimicum patie-
batur. non concupivit uxorem alienam
at ubi factus est securus / homicidio
coniunxit adulterium / Tertia ratio est. ut
ex hoc reprehendantur temerarie iudican-
tes Quidam enim congregationem bonam
reprehendunt propter unum malum / si ibi
invenitur. cum tamen dicatur Job ii° Quadam
die cum venissent filii dei. ut assisterent co-
ram domino. affuit inter eos & sathan. Di-
citur etiam Zacharie iii° Ostendit michi dominus
ihesum sacerdotem magnum stantem coram
angelo domini. & sathan stabat a dextris
eius ut adversaretur ei / Dicitur etiam Joh vi°
Nonne duodecim vos elegi. & unus ex
vobis dyabolus est Ex quibus verbis habe-
tur quod dyabolus aliquando invenitur inter
filios dei. inter ministros dei / inter apostolos
dei. Voluit igitur eligere in apostolum su-
um / quem tamen sciebat esse futurum proditorem
suum. primo ut inde bonum eliceret / Augustinus
Omnipotens deus cum sit summe bonus
non sineret aliquomodo aliquid mali esse in
operibus suis. nisi adeo esset omnipotens & bonus
ut bonum faceret etiam de malo. Idem me-
lius iudicavit de malis bene facere. quam
mala nullomodo esse permittere. Secunda ratio
est. ut vana fiducia amputaretur Judas

enim aliquando bonus fuit. sed postmo-
dum tam turpiter cecidit Augustinus Nemo
securum esse potest in hac vita. que tota temp-
tatio nominatur. ut qui potuit fieri
ex deteriori melior non fiat etiam ex me-
liori deterior / Augustinus Nusquam est securi-
tas fratres mei Neque in celo. neque
in paradiso / multominus in mundo In ce-
lo enim cecidit angelus sub presentia di-
vinitatis Adam in paradiso in loco volup-
tatis Judas in mundo in scolis salvatoris.
Tertia ut vanum iudicium mundi restrin-
geret. quia si electus male se habuerit.
electorum culpam refundunt Licet iste
sapientissime fuit electus / & tamen pessime
se habuit Ex quo datur intelligi quod si
aliquis sapienter electus fuit. si male
se habuerit Non debet electorum impru-
dentie / sed sue malicie imputari Sic
etiam saul sapienter a deo & samuele fuit
electus. & tamen fuit postea propria malicia
depravatus / Voluit etiam proprium mun-
dum suum facere procuratorem / quem tamen sci-
ebat esse furem / & hoc triplici de causa.
primo ut temporalia vilia & contempnenda esse
monstraret Augustinus Contemptibilia
contemptibilibus dantur / homo namque in hac
vita / habet corpus & animam / habet morem
& cellas. habet quandam licet parvam
pro corporis usu certam pecuniam Ista autem
que cariora habet. carioribus custodibus
reliquit matrem vel cellas cariores
habet quam corpus proprium Et ideo corpus
suum carioribus custodibus scilicet yozeph & Nico-
demo dimisit / matrem vero & cellas ca-
rioribus custodibus scilicet Johanni & petro tra-
didit Animam vero preciosis cariorem habuit
& ideo ipsam carissimo custodi scilicet patri
commendavit dicens pater in manus tuas
commendo spiritum meum / pecuniam vero con-
temptibilem & vilissimam reputavit Et
ideo ipsam custodi contemptibili & vilis-
simo scilicet Jude commendavit / Secunda ratio
est. ut dispensationem rerum temporalium
periculosissimam esse ostenderet Licet enim
modica pecunie commissio fuit Jude
ei tunc damnationis occasio. Tertio ut
nos terreret / quod periculosus sit amor habendi
pecuniam / propter ipsam enim iudas tradidit

saluatorem / z cetera qui hic audiunt hor-
rent / z impii discipuli comparat
z per nos muravit confodimus Quanti
inde iuda dampnat Deinde si auar
peccunie sit prelosus / quia hic naturam contendi
adherendi z inficiendi Conuenit quod
anima in sui natura z ideo assilatur
fermento / i. Cor. v. / modicum fermentum
totam massam corrumpit / sic enim fermentum
totam massam corrumpit / z ad sui naturam
conuertit / sic amor peccunie animam corrum-
pit z ad sui naturam conuertit / Augustinus talis
est vnusquisque qualis est dilectio sua
si terram diligit terra es / si deum dili-
gis deus es / hic etiam natura fortis
adherendi Ideo assilatur luto Abac
ij^o ve qui multiplicat non sua / usque quo
aggrauat contra se densum lutum / Etiam
est vt infidelitate dispensatorum ecclesie
prefiguraret luc. xvj^o. Quis putas est
fidelis dispensator z prudens quem constituit
dominus super familiam suam / Tribus
modis potest dispensator esse malus
vel iniuste rapiendo vel auare re-
tinendo vel insipienter expendendo /
ista tria tangit dominus cum dicat Quis pu-
tas est fidelis dispensator etc. / debet
enim cibum dare non rapere / esse dispen-
sator non predator / Sed fideliter distri-
buere / non auare retinere / Sed sapi-
enter expendere non insipienter dissi-
pare Verbo propheta ponit de predicto
inde iudice cum dicat / persecutus est
hominem inopem z mendicum usque ad
furtiua rerum ablacionem / persecutus est
compunctum usque ad mortem / Christus enim
fuit inops mendicus / z compunctus / Fuit
inops i. sine ope adiutorii / quia dere-
liquerat eum pater suus multis eum tri-
bulacionibus exponendo Mt. xxvij^o Deus
meus deus meus vt quid dereliquisti me
Dereliquerat enim amici z proximi sui
i. iudei ipsum videlicet ad mortem persequendo
Ps. Amici mei z proximi mei aduersum
me appropinquerunt z steterunt Iudei enim
debuerunt esse amici Christi / quia eis multa
beneficia contulerat Et erant proximi
sui / quia de eis originem duxerat Dere-
liquerant enim fratres z noti sui scilicet apostoli

ab eo fugiendo z ipsum solum relinquendo
Ps. Fratres mei elongauerunt a me elon-
z noti mei quasi alieni recesserunt a me
Talem igitur inopem i. sine ope adiutorii
sic destitutum sic delictum Iudas persecu-
tus est usque ad proditoria captionem
z hoc fecit fultus auxilio Mt. xxvj^o
Erat iudas vnus de duodecim venit z cum
eo turba multa Magna insania insequi
hominem armis inhermem / cape ad
turba hominem / ab hominibus delictum
z hoc innocenter precio Mt. xxvj^o Quid
vultis michi dare z ego eum vobis tradam
Act. j^o. possedit agrum de mercede iniquitatis
dicitur aut possedisse secundum glossam / vel quia
ipsum possidere fecit / vel quia precium agri
fuit / vel quia ibi peregrinus sepultus
fuit / Fecit etiam hoc mediante osculo Mt.
xxvj^o Et osculatus est eum / Voluit autem
eum osculari vt tali indicio iudei eum
agnoscerent / vel quia mos erat / vel propter
iacobum / vel vt effigiem transformaret
Fuit etiam Christus mendicus / dicitur autem mendi-
cus quasi manu dicens / pauper enim solet
sine voce manus suas ad diuites ex-
tendere / Christus igitur fuit mendicus / quia
sic manus suas extendit in cruce ad pa-
trem vt mundum ipsum reconciliaret / Ps.
Eleuacio manuum mearum sacrificium ve-
spertinum Extendit ad dyabolum vt ip-
sum caperet Abac iij^o Cornua in manibus eius
Ipse enim manibus in cruce extensis dyabolum
ventilauit z vicit Extendit ad genus
humanum vt ipsum ad compassionem incli-
naret Sed tamen de multis tempore conqueritur
S. prouer. j^o Extendi manum meam et non
fuit qui aspiceret ysaie lxv Expandi
manus meas tota die ad populum incre-
dulum Istum igitur sic mendicum Iudas
persecutus est usque ad furtiua rerum abla-
cionem Ioh. xij^o Fur erat loculos habens
z ea que mittebantur portabat i. aspor-
tabat / Fuit etiam Christus compunctus in
glossa Compunctus nemo solet dici nisi
qui stimulis petitorum punctus est in do-
lore penitencie / z ideo hic dicitur de Christo in mem-
bris Veritatem largo modo Christus potest
dici compunctus i. dolore tactus Ps. Ego
sum pauper z dolens ysaie liij^o vere

dolorum et sciente infirmitatem. Vere dolorum, quia totus fuit dolore plenus et intus in mente, Mt xxvi°. Tristis est anima mea usque ad mortem. Et extra in corpore, et hic super in capitis coronatione. Et infra in pedum perforatione, et in medio in flagellatione et in lateris apertione. Talem igitur sic cruciatum, sic doloribus plenum Judas presentatum est usque ad mortem. Ps. Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Job xvi°. Concidit me vulnere super vulnus. Ideo propheta ponit Jude punitionem, cum dicat: Induit maledictionem sicut vestimentum, et intravit sicut aqua in interiora eius, et sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, et sicut zona qua semper precingitur. Ubi assimilat maledictionem Jude vestimento, zone, aque et oleo. Vestimentum induit corpora, zona restringit vestimenta, aqua subintrat, oleum subintrat ossa. Maledictio igitur dei corpus eius tamquam vestimentum induit, quando laqueo se suspendit. Fuit autem dignus tali morte, primo secundum glossam: ut qui hominum et angelorum dominum prodiderat, celo et terra privatus, aereis spiritibus sociatus in medio aere periret. Secundo ut pene culpa rendetur: dignum enim fuit ut ipse in aere periret, qui dominum suspendi in aere procuravit. Tertio ut radix culpe mereret pene. Radix culpe Jude fuit cupiditas. Fuit igitur Judas laqueo amoris suspensus cupiditati terrene quasi trabi altissime. Maledictio etiam dei tamquam zona ipsum precinxit. Zona est eternitas in penis, que quidem eternitas ipsam penam constringit et perpetuo adherere facit. Illi qui sunt in purgatorio habent penam, sed non est zona, quia eis perpetuo non adheret. Illi vero qui sunt in inferno habent penam cum zona eternitatis, que penam constringit et eis adherere perpetuo facit. Maledictio etiam dei sicut aqua eius viscera subintravit, quando suspensus crepuit medius et diffusa sunt omnia viscera eius. Non enim os coinquinari debuit per quod os Christi osculatum fuit, sed medius crepuit et viscera sunt diffusa. Et hic duplici

ratione. Primo quia pro visceribus dolorum acquirit. Job xxx°. Viscera mea deferbuerunt absque ulla requie. Unde dicit glossa: Viscera que fuerunt sedes fraudis tanto scelere corrupta se cohibere non valuerunt. Secundo quia mercatorum viscera torserat. Ipse quidem torserat viscera Christi eum doloribus cruciando. Tren. i°. Attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Torserat viscera beate virginis eam doloris gladio cruciando. Luc. ii°. Tuam ipsius animam gladius pertransibit. Torserat viscera apostolorum eam multa tristitia adimplendo. Unde dicitur de eis: Tristes erant apostoli de nece sui domini. Torserat viscera sanctarum mulierum eas fletibus et lacrimis contristando. Luc. xxiii°. Sequebatur illum multa turba populi et mulierum que plangebant et lamentabantur eum. Et ideo ut dicitur Mt xxvi°. Apprehendit eum dolor sicut viscerum et amara interiorum tormenta. Et quidem satis iuste, quia de novis cruciatibus aliorum torserat viscera. Tertio quia propter se evacuavit viscera sua. Unde Judas voluit in Christo extinguere humanitatem cuius divinitatem. Et ideo sicut erant vacui Christo in mente, ita debuerant evacuari intestinis in corpore. Maledictio etiam dei sicut oleum eius ossa penetravit, quando eius anima que est os id est robur corporis ad infernum descendit. Unde dicitur Act. i°. Prevaricatus est Judas ut abiret in locum suum id est ad infernum, qui est locus congruus Jude. Est enim infernus locus fetoris, Ysa. proximo: De cadaveribus eorum ascendit fetor. Est locus ardoris, Mt xxv°. Discedite a me maledicti in ignem eternum. Est locus horroris, Job x°. Ubi umbra mortis et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Est etiam locus doloris. Tres enim in hac vita maximi sunt dolores, scilicet dolor plagarum parturientium et ossium. Dolor igitur inferni assimilatur dolori plagarum et parturientis. Ysaie xiii°. Torsiones et dolores tenebunt quasi parturientes dolebunt. Ps. Ibi dolores ut parturientis. Assi-

milat² ꝛ dolori ossib/ Job xxx° Os
meum ꝑforat² dolorib/ Est etiam
infernus locus despacionis Jeremie xviii°
/Desperauimus post cogitacões nrās ibimus
Jeremie xv° plaga mea desperabilis
Certe igitur infernus dicitur locus inde i-
sibi conueniens/ quia cum est locus fetoris
sibi cõuenit tunc inuidie/ Inuidus
enim fetet alieno odore/ prou. xiiii°
Putredo ossium inuidia vnde et id
Joh xii° Quare hoc vnguentum nõ
venijt trecentis denarijs· dicit glosa/
Inuidus bono odore morit². Tercia est
locus ardoris/ cõgruit sibi tunc auari-
cie/ quia igne auaricie arsit/ Iudas
fur erat ꝛ loculos habens ꝛc. Quarta
est locus horroris/ cõgruit sibi tunc
prodicionis facte. Totum enim mundum
in horrore posuit/ quia sol obscuratus
fuit/ terra contremuit/ lapides scissi fu-
erunt/ mortui surrexerunt. Quinta est
locus doloris/ cõgruit sibi tunc homici-
dij interfectionis perpetrate. Christus enim
multos fecit dolorosos ꝛ tristes scilicet
Christum qui ait Tristis est anima mea
vsque ad mortem/ Mt xxvi°/ Virgi-
nem beatam Ruth i° Ne vocetis
me noemi/ sed mara i· amara/ quia
amaritudine repleuit me omnipo-
tens/ Aplos Joh xvi°/ plorabitis
ꝛ flebitis vos/ mundus autem gaudebit/
Angelos ysa· xxxiii° Angeli pacis a-
mare flebunt. Sexta est locus despera-
cionis/ cõgruit sibi tunc desperacionis ha-
bite· cum dixit peccaui tradens
sanguinem iustum/ Amos ii° Super
tribus scelerib; iuda ꝛ super quarto non
conuertam eum ꝛc. Judas enim maxima
quatuor scelera habuit/ scilicet cupiditatis
prodicionis· homicidij ꝛ desperacionis. Di-
cebus igitur premissis scelerib; prius
conuertisset iudam ad miam/ super quarto
autem eum nõ conuertit/ quia mia se indi-
gnum fecit/ Tercio et vltimo ponit ma-
thie in locum Jude subrogacõem· cum
dicat. Et episcopatum eius accipiat alter
i· mathias· qui fuit alter a iuda
nõ tantum in persona/ sed etiam fuit
alter ab eo/ quia ille proditor/ iste fidelis-
simus predicator. Ille superbus/ iste humilis ꝛ
pius. Ille latro periculo/ iste contemptor
tocius terrene rei. Ille a dyabolo possessus/
Iste spiritu sancto plenus/ ille filius per-
dicionis/ iste filius eterne salutis. Ille ho-
micidij perpetrator/ iste animarum mor-
tuarum viuificator. Illius viscera sunt
fusa per crepacionem· istius viscera funde-
bant² ad omnes per compassionem. Ille
desperauit/ iste de deo confidit. Ille suspensus
manebat ad trabem. Iste suspensus ad
deum erat per amorem. Illius guttur erat
constrictum plaga immodacõe. Istius
guttur erat aptum predicacõem. Ille
in aere interijt vt esset in consorcio de-
monum· iste pro fide Christi mortuus fuit
vt esset in consorcio angelorum/ 2° tractat ma-
thias a iuda fuit alter ꝛc.

Oportet ergo ex hijs viris qui nobiscum
sunt congregati in omni tempore
quo intrauit ꝛ exiuit inter nos
dominus ihesus· incipiens a baptismate
Johannis vsque in diem qua assumptus
est a nobis· testem resurrectionis eius nobiscum
fieri vnum ex istis. Act i°. Hec ista
electione beati Mathie ostenditur/ quales de-
beant esse electores· qualis debeat esse eligendus
qualiter sit eligendus ꝛ ad quid sit eli-
gendus/ Electores autem debent inter se
habere vnitatem ꝛ concordiam· diligenciam
intencionem rectam/ ꝛ mentem deuotam
Debent namque esse vnanimes· nõ discor-
des. Cum enim ad electionem Mathie duo-
decim apli conuenissent/ nulla discordia
sed communi consensu Joseph ꝛ mathiam
coram domino statuerunt. Sed modo vix fuit
alique electiones prelatorum/ que non fiat in
discordia ꝛ diuisione/ legitur Gen xxv°
Cum in vtero rebecce paruuli collidebant²
Rebecca interpretatur que multum accepit
ꝛ significat ecclesiam que multum accepit a deo/ quia
scilicet accepit filium in precium redempcionis/ spiritum
sanctum in priuilegium adopcionis/ preterea
acceptura est in hereditate adoptatis·
In vtero huius rebecce i· ecclesie· paruuli
collidunt²/ paruuli sunt prelati contenciosi
qui dicuntur paruuli nõ ab etate/ sed a sensu
quia magis insipida est terra talia altercaci

Maius aut periculu est matri / qn pueri collidunt in utero q qn ex utero alaicat / quia qn in utero collidunt, matrem uterum aut lacerat aut doloribus torquet / Unde rebecca sciens bina di lacera̅coem siue dolorem dixit Si sic michi futurus erat · quid necesse fuit concipere Clerici maxime sunt in utero ecclie / layci vero quodamodo sunt extra uterum Magis aut periculosa est eccle dei altercacio et diuisio clericorum quam ipa pseccio laycorum / Ideo ipa conqueritur Can primo · filij matris mee pugnauerunt contra me · periculum autem est · qn persone sublimes adinuicem contendunt. Nam sicut dicit Crisostomus / Sic ventis contrarijs unda concutitur / sic principibus prelantibus populus turbatur Quando igitur prelati superiores adinuicem pacem habent tunc in pace sunt mediocres i · clerici et inferiores i · layci Cum vero in contencione sunt · tunc omnes et inferiores et mediocres / eorum contencionibus inuoluuntur / Ideo ipsi electores debent habere diligenciam prouidam / ut scilicet sint prouidi et diligentes in inquirendo bonum prelatum Apostoli namque quod diligenter bonum quesierunt Ideo bonum inuenerunt s. Mathiam Ideo dns apostolos eligere volens in montem ascendit unde poterit remota videri / ad significandum quod electores debent diuersas personas et siue propinquas siue remotas sint / magis ydoneum debent eligere Sed sunt quidam qui tantum respiciunt ad pedes suos · quod scilicet se ydoneos reputant · et se eligi procurant Alij vero sunt qui tantum respiciunt de propinquis / eligentes scilicet propinquum vel amicum Boni aut electores respiciunt de longinquo, non respicientes ad parentelam vel amicitiam / sed ad maiorem sufficienciam Ideo debent habere intencionem rectam · ut scilicet non querant utilitatem suam / sed honorem dei et edificacionem populi Utilitati sui attendunt illi / qui aliquem eligunt quia propinquus / et tamen xpc Mathiam elegit et Jozeph dimisit · qui tamen carne suus erat propinquus / quia scilicet filius sororis beate virginis / et qui inter apostolos tres habebat fratres carnales / s. Jacobum alphei / symone et Juda Et duos propinquos scilicet Jacobum et Johannem filios Zebedei Carnalis enim amor fuit occasio inde prodicionis et siue dampnacionis filiis ut iuda Judas ... sup ... enim ea quod xpo dabat · et uidebat / et ... Sed aut electores tantum honore dei et edificacionem populi attendere debeant / ostendit Je. iij°

Dabo vobis pastores iuxta cor meum. Circa honor dei / et pascet vos in sciencia et doctrina / circa edificacio et utilitates populi. Ex hijs igitur colligitur quod non debet querenda dignitas propter personam · sed persona digna propter dignitatem Qui aut querunt dignitatem propter se et non personam dignitatis · similes sunt illis · qui cum deberent querere infirmis medicum a quo curaretur / potius querunt medicos infirmos · qui quasi eo infirmentur / Cum deberent querere ouibus pastorem · qui eas custodiat / potius querunt ouibus furem / qui eas mactet et perdat / Cum deberent querere naufragantibus portum a quo subueniatur / potius querunt naui pyratos / a quibus spolietur Ideo debent habere electores mentem deuotam / ut scilicet imminente clade · ouibus insistant. Ad hoc aut instruimur ex xpo domino · qui apostolos electurus in monte orauit Ecce apostolos sicut habes Ecce prophetas Unde cum moyses deberet cessare a regimine populi · et yosue successurus erat · sic orauit moyses. Num. xxvij° Prouideat dominus deus spirituum omnis carnis hominem · qui sit super multitudinem hanc ne sit populus domini sicut oues sine pastore / Secundo videndum est / qualis debeat esse prelatus qui eligendus est · Ostendit aut ex electione Mathie, quod quatuor condiciones debet habere / primo namque non debet esse puer sed etate maturus · quod notatur cum dicitur Ex hijs viris In pueris namque est uana laciuia Eccl. xj° adolescencia enim et voluptas vana sunt / leuitas et inconstancia adeo / ut propter suam inconstanciam via sua sciri non possit prouerbiorum xxx° Tria sunt mihi difficilima et quartum penitus ignoro Est autem quartum ut idem ponit, via viri in

adolescencie sue. Vanitas et stulticia
Prov. xxii° Stulticia colligata est
in corde pueri et virga discipline ef-
fugabit eam. Prelatus autem eligitur
ad subditorum informacionem. et ideo debet
habere morum conformitatem. Ti. ii° In
omnibus te ipsum prebe exemplum bonorum
operum. in doctrina in integritate
et in gravitate. Eligitur ad malorum re-
pressionem. Et ideo debet habere constanciam
et firmitatem. unde dicitur de helya. In
diebus suis non pertimuit principem. et
potencia nemo vicit illum. nec su-
peravit verbum aliquod. Eligitur ad sub-
ditorum erudicionem. et ideo debet habere sac-
vitatem [?] ij Thi. iii° perfectus sit homo
dei ad omne opus bonum instructus.
Ista tamen tangit Gregorius exponens illud
Ezech. i° planta pedis eorum quasi planta
pedis vituli. id est maturi incedens
fortis et divisa. quia unusquisque pre-
dicator et venator debet esse in maturitate
et fortitudine in opere. et divisionem
ungule in discrecione. Non igitur
debet esse vitulus lascivus. sed bos ma-
turus. qui ad aratrum ponitur. nec ungu-
la debilis. sed columna fortis. cui domus
innititur. nec cecus. sed clare vi-
dens. qui ad speculandum eligitur. Ve
ei qui dicit. Si puer est. crescat
et tunc exspectans primum inde ut crescat
fortificata est. Si nescit addiscet
velut si medicus accepta pecunia di-
ceret curandi [?] vado ad studium et
revertar. et cum arte didicero tunc cura-
bo. Si vanus et lascivus est dicit
vitam suam corriget cum tamen nodosi lapi-
des plus debeant dolari et in edificio
ecclesie collocari. Secundo non debet esse a-
lienus. sed domesticus i. de collegio
suo. ubi sufficiens et ydoneus va-
leat reperiri. quod notatur cum dicitur qui
nobiscum congregati sunt. Caput enim
proprium melius sit natura sui cor-
poris quam caput alienum. Dignum
eciam est. ut qui in collegio passus
est onus. senciat et honorem. Amor eciam
prelati de collegio electi ad ecclesiam suam
quodammodo est naturalis. Amor vero prelati
aliunde assumpti quodammodo est accidentalis.

Naturalia autem immutabilia sunt. Acci-
dencia vero de facili mutari possunt. et ideo pre-
latus de collegio assumptus. ferventius
et fidelius ecclesiam suam diligit quam aliun-
de accitus. Tercio non debet esse neophitus
quod notatur cum dicitur In omni tempore.
In prelato enim requiritur experiencia
ita humilitas vera et auctoritas re-
verenda. prelatus namque neophitus pos-
set fieri superbus vel elatus. putans quod ecclesia
vel religio non posset sine suo regi-
mine gubernari. Ideo apostolus describens
episcopum j Thi. iii° dicit. Non neophitum
ne in superbia elatus in iudicium dyaboli
incidat. Prelatus eciam neophitus possit
a subditis despici et contempni. Et ideo sua
auctoritas posset minui et vilificari.
unde dictum fuit loth Gen. xix. Recede
illuc. ingressus es ut advena numquid
ut iudices. Quarto prelatus non debet esse
insciens. sed doctus. quod notatur cum dicitur
Quo intravit et exivit inter nos dominus
ihesus. Intravit per incarnacionem conversacionem
et predicacionem. Exivit per passionem. resurrec-
cionem et ascensionem. Et sic patet quod beatus
Mathias in scola christi stetit. ubi in divina
sapiencia multum profecit. Debet namque
prelatus habere scienciam sacre scripture ad sub-
ditorum instruccionem et correccionem ij Thi.
iii° Omnis scriptura divinitus inspirata
utilis est ad docendum. ad corripiendum
et arguendum. Ista lactatur [?] carni et ba-
culo pastoris lupi sunt arcendi. Debet eciam
habere scienciam secularium scripturarum propter habi-
litacionem. ut sic habilis efficiatur ad sacram
pietatis. Non enim debet ibi sistere nec inten-
cionem suam figere. sed tantum per has
scias ad divinam sapienciam viam habere.
quia cum fuit assecutus illas debet a se
eliminare sicut et samaritani mulierem
eam agunt [?]. ut habetur Joh. iiii°. quo
cognito mulieri dixerunt. Iam non propter
tuam loquelam credimus. ipsi enim vidimus
et scimus. Debet eciam habere scienciam se-
cularium negociorum ad prudentem admini-
stracionem et dispensacionem. Luc. xii°. Quis
putas est fidelis dispensator et prudens
quem constituit dominus super familiam suam ut det illis in
tempore tritici mensuram. Tercio vi-

dendum est. qualiter prelatus sit eligendus.
Debet namque eligi canonice scilicet aut per scru-
tinium, aut per compromissum. aut per gene-
ralem inspirationem sive divinam revelationem.
Qui non intrat in ovile ovium per ho-
stium, non est pastor, sed fur et
latro. id est non est prelatus canonice electus
sed tyrannus malitiose intrusus. Ita
sicut dicit beatus Augustinus. Quidam sunt qui
mittuntur a deo, sed non ab homine. sicut Moyses
et apostoli. Quidam qui mittuntur a deo et ab
homine sicut Aaron et Mathias. Quidam qui
mittuntur ab homine sed non a deo. sicut illi qui ty-
rannice intrudunt. Quidam qui mittuntur
a seipsis. sicut illi. qui predicant semetipsos
et qui prece et precio eligi se procurant. E-
lectio igitur beati Mathie fuit canonice
celebrata. quod patet, quia fuit ab apostolis
statutus, et qui nominatus, a deo miraculose
per sortes electus, et ab apostolis concorditer
et unanimiter receptus. Fuit enim ab
apostolis statutus, unde dicitur. Statuerunt duos
Ioseph. qui cognominatur iustus et Ma-
thiam, pulcra societas iusticie et pietatis. Pre-
latus enim debet esse iustus in subditorum
correctione. Psalmus. Corripiet me iustus in
misericordia et increpabit me. Et debet esse pius
in sui humili consideratione. Hec autem consideratio
triplex est. De qua dicit Bernhardus ad Eu-
genium in hec verba. Consideratio tua divi-
ditur in tria. ut consideres. quis. quid. et qualis
sis. quid in natura, quis in persona. qualis
in moribus. Considerato igitur quod homo sis
id est animal rationale et mortale. Hoc quidem
tibi fructus occurrit. ut et mortale quod in te
est rationale humiliet. et rursum rationale
mortale confortet. Deinde vero considerandum.
quis sis, et de quo factus sis. Si ex mi-
nimo factus es magnus. quid erubescis
inveniri minimus in magno. Si bladie
cathedra pontificalis specula est. Inde
namque super intendens. sonat tibi nomen
episcopi. non dominium, sed officium. Quando
vero gloriari libet. ubi orari non libet.
Non enim locus est ocio. ubi sedula ur-
get sollicitudo. Deinde considerandum est tibi
qualis sis. Symea enim in tecto. rex
fatuus sedens in solio. et nunc audi can-
ticum meum, minus quidem suave, sed salutare.

Vas (?) aetiosa res est gratia sumus et au-
infimus, sedes prima. et vita yma. lin-
gwa magniloqua, et manus ociosa, ser-
mo multus, et fructus nullus, vultus
gravis, et actus levis, ingens auctoritas
et nutans stabilitas. Fuit certa Mathias
per sortes electus. Nondum autem est con-
sortes male. bone et indifferentes. Sor-
tes male sunt divinatores incantatores
et similia que prohibite sunt per scripturam
sacram, per sacra canonica, per sanctos doctores.
Sacra enim scriptura tales sortes reprobat
Ieremie xxvii^o. Nolite audire prophetas
vestros et divinos et sompniatores. et au-
gures. quia mendacium prophetant vobis.
Reprobat etiam ipsas sortes sacra canonica.
et sanctorum patrum decreta. unde dicit Leo
papa. et habetur in decreto. Sortes quas
sancti patres dampnaverunt, nichil aliud
quam divinationes et maleficia esse decrevimus.
Quam ob rem volumus illas omnino dam-
nari. et ultra inter Christianos nolumus inve-
niri. Item habetur ex concilio Martini pape
Non licet in collationibus clericorum quod medica-
les sunt aliquas observationes vel incanta-
tiones liceat attendere, nisi tantum cum
simbolo. aut oratione dominica. ut tantum deus
creator omnium et dominus honoretur. Has etiam
sortes improbant sancti doctores. unde dicit
Augustinus, et habetur in decreto. Qui cumque
divinationes. aut fata, aut auguria ob-
servat. aut attendit, aut consentit obser-
vantibus, aut talibus credit, sciat se fidem
christianam et baptismum prevaricasse. et
paganum et apostata se notasse. Sors
autem bona nichil aliud est. quam voluntas
dei et providentia circa bonum fortune vel
bonum gratie vel bonum glorie. Voluntas enim
dei circa bonum fortune sortes vocantur.
Unde dicitur in psalmo. Ego autem in te speravi domine
dixi deus meus es tu. in manibus
tuis sortes mee. Alia littera In manibus
tuis tempora mea. Bona quidem fortune
quam infortunium nunccupatur prout sunt
a deo, Iob xii^o. Qui preparat ubi ova
habundare ad fruendum Iacobi i^o. Omne
datum optimum et omne donum perfectum
desursum est descendens a patre luminum.
Mathias vero sunt ab homine, quando sed sedis-
ponit ad dei beneficia suscipienda.

Mala vero sortis principaliter sunt ab homine non a deo. qui est optimus. cuius sunt opera absoluta/ seductio tamen sunt a deo. cum iustitia non permittit aliquid impunitum/ Voluntas etiam dei circa bonum gratiae sors vocatur. Eph. 1°. In quo et nos sorte vocati sumus. Sors est gratia dei. qua salvi facti sumus/ que bene dicitur sors. quia hominis non est electio sed voluntatis dei. que nulla merita nostra invenit. sed sorte sue voluntatis ad salutem nos vocavit/ Voluntas etiam dei circa bonum glorie sors vocatur Col. 1°. Gratias agentes deo et patri. qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine i. in participationem hereditatis/ que sorte datur sanctis a divina voluntate. Voluntas enim dei in humanis generibus sors est/ Sortes autem inventae sunt quibus homo bene et male potest uti. quibus in veteri testamento frequenter utebantur. Nam Josue achor sorte conquisivit ut habetur Josue vii°. Sorte etiam Jonathas deprehensus fuit ut habetur i° Regum xiiii°/ Jonas etiam a nautis sorte fuit deprehensus. ut habetur Jone i°. Talibus igitur sortibus tamen quandoque posset quis licite uti. maxime tamen tria concurrunt/ primo quando sunt in necessitate. Unde cum quedam civitas esset obsessa et dubitabat clerus. qui deberent fugere et qui remanere. consultus Augustinus dixit/ sorte hoc esse discernendum. Unde ait alibi Aug./ Sors non est aliquid mali. sed res in humana dubietate divinam indicans voluntatem/ Secundo quando fuit premissa ad deum oratione/ 3° cum fuit cum sapienti consilio et matura deliberatione. Ista tria tangit Beda d. Si quis necessitate compulsus exemplo Apostolorum deum putat sortibus esse consulendum/ videat apostolos hoc elegisse. collecto fratrum cetu et ad deum fusis precibus. De talibus sortibus dicitur Pro. xvi°. Sortes mittuntur in sinum. et a domino temperantur/ Indebite talibus sortibus utitur. qui leviter et sine necessitate utitur/ et talis usus sortium prohibetur, quia propter assiduitatem possent quis in ydolatriam labi/ Nec exemplo antiquorum. qui sortibus utebantur. Nec apostolorum/ qui Mathiam sorte elegerunt. sortibus uti possunt/ quia cum deus ad preces sanctorum antiquorum primum voluntatem suam hominibus indicabat & sit et miracula faciebat. Non tamen sequitur quod hodie. quod ad preces quorumcunque deus hic esset facturus. Nec etiam exemplo apostolorum istud facere possunt. tum quia in dominium privilegia singulorum/ non communem legem facere non possunt. tum quod figura/ hoc veniet veritas. figura licuit cessare. Ideo Mathias ante penthecosten ordinatus sorte queritur. Septem vero dyaconi. post penthecosten non sorte. sed discipulorum electione. apostolorum vero oratione. et manus impositione ordinati sunt. Fuit etiam ab apostolis unanimiter receptus/ quia nullus se opposuit/ nullus contradixit. nullus appellavit/ Tum quia modus electionis fuit valde legitimus. Tum quia ipse electus fuerat valde sufficiens et ydoneus. Tum quia inter eos nullus fuit ambitiosus/ Tertio ultra videndum est. ad quid fuerit electus. quod notatur tamen dicitur. Testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum. Cristus/ Jhesus namque elegit apostolos tamquam testes suos ad docendum et predicandum. Act. 1°. Eritis michi testes in Jerusalem et in omni Judea et Samaria usque ad ultimum terre. Tamquam vicarios suos ad ligandum et solvendum. Mt. xvi°. Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in celis. Tamquam pastores suos ad regendum et gubernandum Joh. ult. Pasce oves meas. Tamquam assessores suos ad iudicandum Mt. xix°. Sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes xii tribus Israel. Beatus igitur Mathias electus est tamquam testis dei ad predicationem veritatis Mt. ult. Euntes docete omnes gentes. docentes eos servare omnia quecunque mandavi vobis/ Electus est tamquam vicarius dei ad ligandum et solvendum auctoritate Joh. xx°. Quorum remiseritis peccata re. eis. Electus est tamquam pastor dei ad pastoralem dignitatem Eph. iiii°. Ipse quidem dedit quosdam apostolos/ quosdam autem prophetas alios vero ewangelistas/ alios vero pastores et doctores. Electus est tamquam asses-

sor dei ad iudiciaria ptatem. Luc xxij°
Sedeatis super sedes duodecim. iudicantes
xij tribus isrl.

Oportet impleri scripturas. quas
pdixit spus sanctus p os da-
uid de iuda. et in hac lectione
aplica q legit pro epla fit mentio de
duobus. pmo de indigni plati scilz
iude depositione. cum dicit Oportet im-
pleri scripturas. Scdo de digni plati s.
Mathie subrogacoe. qd notat cum
dicit Oportet ergo ex hijs viris qui no-
biscu sut congregati etc. Circa pmu no-
tandum est qz platus quatuor de causis
deponi consueuit. pmo ppter homicidij
imanitatem. Secundo ppter heretica
prauitatem. Tercio ppter symoniacam
damnacoem. Quarto l ppt bonoru eccia-
sticorum dilapidacoem. platus enim
qui homicidiu committit. deponi debet
maxime si eius homicidiu e notoriu
Iudas aut homicidiu comisit qz dei filium
necsri procurauit. Et istud homicidiu
fuit notorium. vnde dicit. Et notum
factum est omnibz habitantibz in ihrlm.
Fuit aut notoriu tribus modis. scilz
psumptioem violenta Si enim seruus
cum inimicis domini sui capitalibz fre-
quenter conflixit miscet uiret. psumitur contra
seruu. q in mortem domini sui machinatus
fuisset. Inimici capitales xpi erant scribe
et pharisei. ad quos Iudas perexit. et q xpm
cum eis fractum conslium miit. Mt xxvj
Tunc abijt unus de duodecim qui dice-
batur Iudas scarioth ad pncipes sacerdotu
et ait illis. Quid vultis michi dare et ego
eum vobis tradam. Scdo fuit noto-
riu per facti euidenciam qz scilz venit
cum turba multorum cum gladijs et fu-
stibus comphende ihm. Tunc enim nulla
poterat tergiuersatoe celari. qz mortem
xpi tractauit Mt xxvj° Ecce Iudas
unus de duodecim. et cum eo turba multa
cum gladijs et fustibz missi a pnci-
pibus sacerdotum et seniorum. Tercio fuit
notoriu pfessioem ppriam. qz homi-
cidiu suu manifestauit d. Mt xxvij°
peccaui tradens sanguine iustu. Et ista
conffessio facta est in iudicio i coram

pncipibus sacerdotum et senioribz. qui
erant iudices ppli. quius mali iudices
erant. Scdo depositus ppt hereticam
prauitatem. platus enim in heresim pla-
psus deponendus est. Iudas autem
a fide xpi preuaricatus fuit. Et io heresi
incurrit. Ideo deponi debuit. qd no-
tandum dicit. Accipe locum ministerij huius
et aplatus. de quo preuaricatus e iu-
das vt abiret in locum suu. Iudas
quidem a suo aplatu expulsus est
a scriptura pphetica infectacoem. vnde dicit
De quo preuaricatus est iudas. etc. Ex-
pulsus e a dyabulo p suggestioem
Io. xiij° Et cena facta. cum dyabolus
misisset in cor vt traderet eum Iudas
scarioth etc. Repulsus est a deo per
iustam reprobatoem. Mt xxvj° Ve
aut homini illi p quem filius hominis
tradetur. Repulsus est a consorcio aplico
pseparacoem. vnde quando iudas ab a-
postolis se separauit. dixit ihus Ioh
xiij° Nunc clarificatus est filius homis
Qui enim malus erat cum bonis. sicut
cum agelus. accipit ci columbis. i. iu-
das in aplis. collegium aplorum non
erat pfecte clarum. sed ipso recedente
dixit ihus Nunc clarificatus e filius
hominis. Tercio depositus est ppt symo-
niaca depuatoem. Vendidit enim
spuale scilz xpm p re tpali i. p xxx
denarijs Mt xxvj° Acceperunt trigin-
ta argenteos pciu appciati. que appr-
ciauerunt a filijs isrl. Hoc etiam notat-
tum dicit Et hic possedit agrum de
mercede iniquitatis. Notandum aut q sunt
quedam diuina s. spus sancti dona. sunt
petorum remissio. miraculorum opatio et
huiusmodi. Quedam q spualia s. eccie sacramenta
Quedam q spualia annexa sic ius
pbendarum et q alia. Vende igr spuale
annexum. est symonia magna. vende
spuale purum e symonia maior
vende quid diuinum e symonia ma-
xima. In xpo aut fuit quoddam ex
toto diuinu scilz eius deitas. fuit quoddam
spuale purum scilz eius anima. fuit
quoddam spuali annexum s. eius caro.
q mete aia fuit annexa et iuncta deitati

Iudas igitur vendendo christum vendidit
quoddam corpus divinum / quoddam spiri-
tuale preciosum · quoddam spirituale an-
tiquum / Et ideo pessimus symoniacus
fuit / Quarto depositus est propter dilapi-
dationem / Quatuor autem modis prelatus
dilapidator dici potest / primo qui bona
ecclesie indebite consumit Ezechiel xxxiiii
Nonne vobis satis erat pascua bona
depasci insuper et reliquias pascuarum
vestrarum conculcastis pedibus vestris / 2o
quando bona ecclesie per negligentiam perire
sinit / proverbiorum xxiiii per agrum pigri transi-
tum et per vineam viri stulti / et ecce
totum repleverant urtice / operue-
rant faciem eius spine et maceria
lapidum destructa erat / Tertio qui spiritua-
lia negligit Ezechiel xxxiiii quod infir-
mum fuit non consolidastis / et quod egrotum
non sanastis / et quod confractum non alli-
gastis / et quod abiectum non reduxistis
et quod perierat non quesistis / Quarto qui
malo exemplo gregem corrumpit Ezechiel xxx-
iiii Oves mee hiis que conculcata
fuerant pedibus vestris pascebantur / et que pedi-
bus turbaverant hec bibebant / Prelatus
debet pascere subditos suos cibis boni
exempli per sanctam vitam / et potare vi-
no sacri eloquii per sanam doctrinam
Illi vero prelati pascunt et potant subditos
pedibus conculcatis / et aquis pedibus conturbata
qui pascunt eos cibis putridis male vite
et potant aqua turbida perverse doctrine
Hiis quatuor modis iudas dilapi-
dator fuit / primo quia bona christi inde-
bite consumebat Iohannis xii fur erat et
loculos habens ea que mittebantur portabat
id est asportabat et uxori ac filiis suis da-
bat / Secundo in procurando negligens
erat Non enim preparabat ea que ad diem
festum necessaria erant / et que pauperibus
danda fuerant Unde sic dicitur Iohannis xiii
Quod dixit iude quod facis fac citius
Quidam autem putabant quia loculos habe-
bat iudas / quod dixisset ei ihesus Eme
que opus sunt nobis ad diem festum / aut
egenis aliquid daret Glossa hec patet quod iudas
valde negligens erat / quia nichil prepa-

uerat pro die festo / nec pauperibus Si enim
preparasset discipuli id non curassent / Tertio
spiritualia negligebat / quia de pauperibus
nichil curabat Iohannis xii Dixit unus
ex discipulis suis iudas scarioth Quare
hoc unguentum non venijt trecentis dena-
riis et datum est egenis / dixit autem
hoc non quia de egenis pertinebat ad eum
sed / quia fur erat etc / Quarto apostolos quantum
in se erat suo malo exemplo corrumpebat Erat
enim inter eos / sicut lupus inter agnos / et dyabolus
inter angelos Iohannis vi Nonne duodecim
vos elegi et unus ex vobis dyabolus est / 2o
sit mencio de digni prelati scilicet mathie sub-
rogacione unde dicitur Oportet igitur ex hiis
viris qui nobiscum sunt congregati etc
Circa ipsius electionem quinque tanguntur primum
est eligendi congruitas / 2m congruitas
electio / 3m electi confirmatio / 4m confirmati
iurisdictionis assecucio / 5m assecuti
iurisdictionis execucio Circa primum nota
quod in prelato eligendo quatuor requiruntur
scilicet sapiencia in causis cognoscendis Ecclesiastici x Iu-
dex sapiens iudicabit populum suum
Iusticia in causis cognitis iusta diffi-
nicione / ut scilicet iudex illud quod inquisivit
per sapienciam / diffiniat per iusticiam
pro Recte iudicate filii hominum Iohannis vii
Nolite iudicare secundum faciem Ille in-
dicat secundum faciem / qui non iudicat secundum
iusticiam / sed secundum timorem vel odium vel
amorem humanum / vel temporale comodum
Constancia in causis diffinitis potenti
execucione ut id quod iudex diffinit per
iusticiam · exequatur potencia Deuteronomii xvi
Iuste quod iustum est exequeris et execucioni
mandabis Ecclesiastici vii Noli querere
fieri iudex · nisi virtute valeas irrumpere
iniquitates / Innocencia in causis exe-
cucionem mandare congruitate / ut scilicet id
quod iudex exequitur per constanciam concedet
per vitam Nam innocens vite congruitas
est late sunt Rex sibi dicitur illud Romanorum ii
In quo enim alterum iudicas teipsum
condempnas / Hiis quatuor beatus ma-
thias congruitate / habuit quidem sapienciam
quam didicerat a christo / fuit quidem in scola
christi a principio ad inchoationem Unde dicitur Ex
hiis viris qui nobiscum sunt congregati omni

tempe quo intrauit / q(ua)ntu(m) ad (con)firmatio(n)e(m)
Vn(de) seq(ui)t(ur) Et exiuit int(er) nos d(omi)n(u)s
ih(esu)s (con)tinuatim ad p(er)seu(er)antio(n)e(m) / vn(de) se(quitur) Inci-
piens a baptismate Johannis S(e)c(un)d(o)
ad p(er)fectio(n)e(m) (et) (con)summatio(n)e(m) / vn(de) subdit(ur)
Vsq(ue) in diem q(ua) assumptus est a nobis.
Sec(un)do h(ab)uit iusticia(m) / q(uo)d ex hoc mani-
feste (con)stat . q(uia) a deo (con)stit(ui)t(ur) yozeph
qui (co)gnominabat(ur) iustus Si e(ni)m yo-
zeph iusticia(m) h(ab)uit (et) deus Mathiam
yozeph p(rae)elegit / manifestum e(st) q(uo)d q(uia)
in iusticia excellentissim(us) fuit / Tercio ha-
buit (con)stancia(m) / vnde dicit(ur) Nobis vir
fuit e(ni)m vir .i. vilis Non e(ni)m fugit
vt mercenarius . s(ed) (con)stanter stetit p(ro) ouib(us)
vt pastor bonus . Greg(orius) in omel(ia) Mer-
cenarius fugit n(on) mutando locum . s(ed)
subtrahendo solacium . fugit quia in-
iusticia(m) vidit (et) tacuit / fugit / q(ui)a se
sub silencio abscondit // Quarto h(ab)uit in-
nocencia(m) (et) s(an)ctam vitam Comendacio
aut(em) vite ip(s)ius app(ar)et ex nominis int(er)-
pretacio(n)e / q(uia) p(ar)uulus interp(re)tat(ur) Sic ap(osto)lor(um)
electio(n)e quia de tanto viro ip(su)m solum
cum yozeph ad statuend(um) elegerunt
Et diuina approbacio(n)e . quia deus ip(su)m
valde approbauit / quando mirac(u)lose ip(su)m
alteri p(rae)elegit Et sp(iritu)s s(an)cti reple-
tione / quia postmodum in penthecoste
sp(iritu) s(an)cto ip(s)e cum ceteris ap(osto)lis repletus
Secundo tangit(ur) (com)mendata electio . cu(m)
dicit(ur) Et statuerunt duos (et)c. Nunc quide(m)
electio (com)mendabilis est . ex r(ati)o(n)e vni(tatis) zeli
(et) vnit(atis) / Ipsa e(ni)m fuit vnica q(uo) ad vni(tatem)
quia de duodecim electorib(us) nullus dis-
cordauit in aliquo . fuit sancta / quo ad
zelum / In hoc e(ni)m app(ar)uit zelus electore(s)
q(uia) statuerunt Mathiam extraneu(m) nulli Aplo-
rum p(ro)pinquum / vt ostenderet / q(uod) illa e-
lectio non fiebat ex amore carnali
s(ed) ex zelo dei / fuit dign(a) q(uo) ad vnitu
quia ip(s)i electores (et) ip(s)e electus magni
viri extiterunt / Tercio tangit(ur) electi (con)-
firmacio . cum dicit(ur) Et cecidit sors su(per)
Mathiam Ap(osto)li quidem ip(su)m elegerunt
s(ed) deus ip(su)m (con)firmauit / cu(m) sors sup(er)
eum cecidit / Nota aut(em) q(uod) aliqui de
ap(osto)lis p(ri)us fuit electi (et) postea (con)fir-
mati sic illi qui fuit cum xpo / quos

p(ri)mo ad ap(osto)latum elegit / Luc(e) vi(o) Vocat
discipulos suos (et) elegit xij ex ip(s)is quos
(et) ap(osto)los nominauit / postmod(um) aut(em) in
aduentu sp(iritu)s s(an)cti eos (con)firmauit ac
roborauit / Ps(almus) Ego (con)firmaui columnas
eius / p(er) q(uo)d dat(ur) intelligi / q(uod) ille ad
que(m) electio spectat / n(on) statim d(e)b(et) electu(m)
(con)firmare / s(ed) p(ri)us d(e)b(et) examinare formam
electionis (et) p(er)sona(m) electi / in vita scia (et)
doctrina Aliqui v(er)o de ap(osto)lis fuit electi
s(ed) non (con)firmati / sic iudas / qui lic(et)
fuit electus . t(ame)n ad robur n(on) fuit (con)-
firmatus Et ideo suu(m) ap(osto)latum a-
misit Ps(almus) Ep(iscop)atum eius accipiat alt(er)
p(er) q(uo)d dat(ur) intelligi / q(uod) aliqui (con)tinge(n)t
fuit electi non sunt (con)firmandi / q(uia) s(ci)l(icet)
no(n) sunt digni . vel q(uia) n(on) sunt recte
electi Aliqui v(er)o de ap(osto)lis eo tempe
fuit (con)firmati q(u)o electi / sicut paulus
qui a deo fuit electus (et) (con)firmatus sicut
Gal(atas) j(o) paulus ap(osto)lus / n(on) ab hominib(us)
s(cilicet) electus Neq(ue) p(er) hominem s(cilicet) (con)firmatus
s(ed) p(er) ih(esu)m xp(istu)m (et) deum patre(m) / per
quod dat(ur) intelligi / q(uod) aliqui mox
fuit (con)firmandi vt fuit electi / q(uia) s(ci)l(icet)
de electionis forma (et) p(er)sone sufficiencia
manifeste (con)stat / Tercio ponit(ur) ip(s)ius
(con)firmati iurisdictionis execucio . q(uo)d n(otatu)r
cum dicit(ur) Et annumeratus est cu(m) duo-
decim discip(u)lis . Cuius e(ni)m annumeracio
fuit cuiusd(am) iurisdictionis cu(m) ip(s)is asso-
ciatio / Tribus namq(ue) modis iurisdictio
ordinaria (con)fertur est / p(ri)mo p(er) ele-
ctione(m) (con)firmatam / Collegium quide(m)
Aplorum ip(su)m elegit . s(ed) summus pla-
tus s(cilicet) deus p(er) sortem ip(su)m (con)firmauit
Sec(un)do p(er) legem animatam princeps e(ni)m
est lex animata / (et) quo ad iurisdictione(m)
ordinaria(m) (con)ferenda(m) equipollet lex ania-
ta (et) inanimata Ista aut(em) lex anima-
ta e(st) sp(iritu)s s(an)ctus / que(m) ip(s)e cum ceteris a-
postolis a deo accepit / (et) a quo ordina-
ria(m) iurisdictione(m) accepit Tercio per (con)-
suetudine(m) p(re)scriptam (et) approbatam
Obtentum est enim p(er) diuina(m) (con)suetudi(nem)
q(uod) quicumq(ue) a deo mittit(ur) ordinaria(m)
iurisdictione(m) sortiat(ur) / sic p(atet) in Jeremia
p(ro)pheta / qui cum a deo mitteret(ur) / stati(m)
dictum est ei Ecce (con)stitui te hodie su(per)

getes z regna vt euellas z destras zc
Minus ponit apparte misericordie
execucio qd notat sup eum Petrus
dixit Testem resurrectionis eius
fieri nobiscum vnu ex istis Cuius
eni officiu fuit predicare z testificari
de xpo Hic aut dicit ysidorus Teste
tibus moris considerat sz na conditio et
vita Natura vt sit vir no femina
quia varium z instabile testimonium
femina profert Condicio vt sit liber
z no seruus quia sepe seruus me
tu dominatis testimoniu supprimit ve
ritatis Vita vt sit innocens no infa
mis quia infamia cum homine scele
rato nescit bene ginam Per hec dr
intelligi qz testimoniu placionis dz
esse firmum sz variacione Et id debz
ee vir prou xij labiu veritatis
firmum erit in ppetuu Semi aut teste
est repetimus generat lingua me
dacij Tale z tam firmum fuit testiom
aplorum qui dicebat Actuum iiij
Non possumus q vidimus z audiuim
non loqui Eiusdem v Obedire op
tet deo magis q hominibus Secdo
det esse liberum sz trepidacione Et lo
testis dz ee liber z no seruus Ecci
xxxiiij Qui timet deum nichil tre
pidabit Timere deum e ee libera Tale
erat testiomu aplorum Act iiij v
tute mag reddebat apli testiom
resurrectionis ihu xpi Non em du
cebat timore seruili sed tiore filiali
Romanorum viij Non em accepistis spi
ritum seruitutis iterum in tiore sed acce
pistis spm adopcois in quo cla ab
pater. Augg Talis est gra ssacti
q si tristicia inuenit dissoluit si de
siderium pniciosum consumit si trepida
cionem abijcit Tercio dz ee testis sz
falsitatis admixcione Et ideo testis
dz esse fidelis in vita vt nulla ad
misceat falsitatem prou xiiij Teste
fidelis non mentie Tale erat testiom
Apli qui dicebat Act xxvj veritat
z sobrietatis verba loquor.

Confiteor tibi pater domine ce
li z tre qa abscondisti h a sa

pientibus z prudentibus z reuelasti ea par
uulis zc Mt xj Prius Euangelium qu
met legit ad horum bti Mathie q
paruulus interpretatur z cui xpus secreta
sua multiplicit reuelauit de mundo
ad se ipm vocauit iugum sum sibi im
posuit z ipm diuina sapia erudiuit
Primo nam secreta sua sibi reuelauit
q tm iude abscondit qd notat cu dicit
Abscondisti hec a sapientibus Abscondit
nam deus a iuda sacramentum redemptioe
domine Si em cognouisset nunq dei
filiu interficiendu parasset parasset i
Cor ij Si em cognouissent nunq do
minum glorie crucifixisset Abscondit mi
steria sacre scripture Et maxime illa
scriptura Et episcopatum eius accipiet alt
Si em cognouisset nunq episcopatum sibi au
ferri permisisset Abscondit mansionem ce
lestis glorie Et ideo dicit vt abiret i
locum suum i in infernum Si em cognouiss
nunq illam gloriam amisisset Fecit autem
s ista ea sibi abscondita fuit Ipse em
fuit excecatus pulue auaricie Ideo q
gnoscere no potuit sacramentum redempo
domine Sapie ij Excecauit eos ma
licia eorum Eccli xx xenia z dona
excecant oculos iudicum fuit excecatus
tenebrositate ignorancie Et id cognosce
non potuit misteria sacre scripture ij Cor
iiij Deus huius seculi excecauit mentes
infidelium vt no fulgeat illuminacio
Euangelij glorie xpi fuit excecatus
igne cupidie z ideo cognoscere no potuit
mansionem celestis glorie ps Supercec
dit ignis z non viderunt solem Ista
aut tria btus Mathias cognouit per
humilitatem qua huit Nam Mathias
paruulus interpretatur humilitas em est cla
uis sapie z ideo meruit sacramentorum
reuelacionem Eph iij Michi omnium sctorum
minimo data est gracia hec in gentibus
Euangelizare inuestigabiles diuicias
xpi z illuiare omnes q sit dispensacio
sacramenti absconditi in deo. Est et
humilitas custos sapie z io meruit diui
narum scripturarum exposicionem prou xxij
possidere sapiam quia auro melior e
Et infra Custos anime sue seruat

viam suam· per quam salz it ad sapiam
Superbi enim hanc inueniunt ⁊ no possunt
Job xxviij° / volucres celi latet / Est et
humilitatis magistra sapientie ⁊ ideo meretur cele
stis glorie magistrorum / Mt xviij° Nisi con
uersi fueritis ⁊ efficiamini sicut paruuli · no
intrabitis in regnum celorum / Secundo xpus
mathiam vocat · ad notam tamen dicitur
venite ad me omnes qui laboratis et
onerati estis / ⁊ ego reficiam vos / xpus
namque beatum mathiam voluit de indo
ad suum discipulatum ⁊ de discipulatu ad a
postolatum · qui sibi loco inde enim ele
git / Ipse quidem aplos elegerat in du
odenario numero / Et quia per iudam ille
numerus fuerat diminutus / voluit · vt
per mathiam reintegretur / voluit autem
xpus aplos eligere in hoc numero / maxime
propter tres rationes / prima est ad signandum quia
fidem sancte trinitatis / in quatuor partibus
mundi erant predicaturi / Secunda ratio est
quoniam xpus erat verus dies / ⁊ sicut dies habet
xij horas / ita xpus voluit habere duode
cim aplos / qui tamquam hore diei totum mundum
illuminarent / xpus namque vocat se diem ⁊
aplos horas / Joh xj° Nonne xij hore
sunt diei / Hec enim respondit volentibus
ipsum auertere / ne iret in iudeam / Et sic di
cat / Sicut hore sequuntur diem ⁊ non econtra
Ita vos debetis sequi voluntatem meam
⁊ non ego vestram / Tercia ratio est · ad
ostendendum quod in aplis debuit esse
excellentia perfectionis ⁊ vite / Est enim
numerus diminutus / perfectus ⁊ superhabundans
Diminutus est cuius partes aliquote
non constituunt ipsum totum / sicut est de
narius / perfectus est · cuius partes constituunt
sicut senarius / Superhabundans est · cuius
partes excedunt · sicut est duodenarius
Est etiam triplex perfectio / scilicet sufficiencie
que consistit in preceptis ⁊ est laicorum / Com
parationis ⁊ excellencie / que consistit in e
minencia vite in comparatione ad laycos
⁊ ista est clericorum / qui debent habere
maiorem perfectionem quam laici / Supereminencie
que consistit in observatione con
siliorum ⁊ est religiosorum / perfectio igitur
sufficiencie que est laicorum significatur per
numerum diminutum quia illa perfectio
multum deficit a vera perfectione / perfectio
comparationis ⁊ excellencie que consistit in
eminencia vite in comparatione ad lay
cos / ⁊ ista est clericorum / qui debent habere
maiorem perfectionem quam layci / Super
eminencie que consistit in observatione
consiliorum ⁊ est religiosorum / per super
numerum excellentem / Voluit igitur xpus
eligere aplos in numero diminuto /
neque perfecto sed superhabundanti / ad si
gnificandum quod non debent esse con
tenti tantum perfectione sufficiencie vel
excellencie · sed etiam supereminencie /
In hoc autem quod xpus dicit venite ad
me omnes qui laboratis etc · ponit
tamen statum / ⁊ futurum terminum
ad quem veniendum · cum dicit venite
ad me · venite scilicet per me · post me ⁊
ad me / per me / quia sum via / post
me / quia veritas sum / ad me / quia vita
sum / venite igitur per me · quia via
sum · ⁊ hoc per fidem / fides enim est
via que ducit ad xpum / quia sine via
ad xpum venire non potest
Deut° Non declinabitis ad dexteram
neque ad sinistram / sed per viam · quam
precepit vobis dominus deus vester am
bulabitis / Ille declinat ad dexteram
viam / qui dicit xpum non fuisse verum
deum / Ille declinat ad sinistram · qui
dicit xpum non fuisse verum hominem
Ille tenet medium · qui confitetur vtrumque
venite etiam post me / quia veritas sum ·
scilicet per bona operationes / parum enim est
habere bonam fidem · nisi etiam bona
habeantur opera / Tunc autem opera sunt me
ritoria · quando xpum in nostris operibus
imitamur / vt sicut ipse est veritas ⁊
opera veritatis fecit · ita ⁊ nos opera veritatis
faciamus / Johis iij° Non diligamus
verbo neque lingua · sed opere ⁊ veritate
Venite etiam ad me · quia vita sum
⁊ hoc per finalem consummationem / Pro
viij° Qui inuenerit me inueniet
vitam / Secundo ponit statum a quo ve
niendum tamen dicit / Qui laboratis
Qui quidem status est miserabilis
quia est in labore / Ideo dicit Qui labo
ratis · Et in onere / Et ideo dicit / Et o
nerati estis · Et in esurie / Ideo dicit / Et
ego reficiam vos · Est enim labor in
bonis operibus / malis / ⁊ indifferentibus

⁊ illa per perfectionem

venite ad me
post me
per me

Din operibus bonis quia laborant ora-
tes in orando ps laboravi in ge-
mitu meo etc. laborant predicantes
in predicando ps laboravi clamans
rauce facte sunt fauces mee la-
borant milites in pugnando ii Thi
ii° labora sicut bonus miles christi
xpi laborant presidentes in presidendo
i Thess v° Rogamus fratres ut noveritis
eos qui laborant inter vos et presunt
vos in domino laborant contemplantes
in querendo Ecclesiastes viii° Quanto
plus laboraverit ad querendum tanto minus
inveniet laborant operantes in ope-
rando ii Thess iii° Neque vero otiosi
laborant. Est etiam labor in operibus
malis. Ita laborat luxuriosus in
voluptate Jeremie ix° ut inique agerent labo-
raverunt laborat avarus in cupiditate
Eccl i° Quid habet homo amplius de u-
niverso labore quo laborat sub sole
laborat ambitiosus in sublimitate
Ecclesiastes ii° Detestatus sum omnem
industriam in qua studiosissime la-
boravi De hiis tribus dicitur ibidem
Coacervavi michi argentum et aurum
ecce labor in cupiditate possedi ser-
vos et ancillas ecce labor in sublimi-
tate et omnia que desideraverunt oculi mei
non negavi eis Nec prohibui cor me-
um quin omni voluptate frueretur
Ecce labor in vanitate et voluptate
Et subdit Cumque convertissem me ad
labores in quibus frustra sudaveram
vidi in omnibus vanitatem et afflictionem
animi Est etiam labor in operibus
indifferentibus Qui quidem labor
incipit a nativitate Job v° Homo nascitur
ad laborem Augmentatur in vita Gen
iii° Maledicta terra in opere tuo in
laboribus comedes ea cunctis diebus
vite tue Continuatur usque ad mortem
Eccl xl° Occupatio magna creata est
hominibus et iugum grave super fili-
os Adam a die exitus de ventre ma-
tris eorum usque ad diem sepulture in
matrem omnium Finitur autem post mortem
in bonis Ysa xiiii° Et erit in die
illa cum requiem dederit tibi deus a
labore tuo et a concussione tua et a ser-
vitute dura diutius qua ante servisti
Et sequitur Quomodo cessavit exactor
quievit tributum contrivit dominus ba-
culum impiorum virgam dominantium ceden-
tem populos In dampnatis autem non finitur
sed semper continuatur ps laborabit in
eternum et vivet adhuc in finem la-
borabit scilicet in penis ferendis et vivet
Est etiam status mundanorum miserabi-
lis quia est in onere Ita grave onus
mundus imponit Hic labor etiam munda-
na mola asinaria nuncupatur Mt xviii
Expedit ei ut mola asinaria suspenda-
tur in collo eius Eiusdem xxiiii° Due erunt
molentes in mola unus assumetur et
alter relinquetur Utramque imponit tota
Sapie ix° Corpus quod corrumpitur agg-
ravat animam et terrena inhabitatio depri-
mit sensum multa cogitantem Gra-
vissimum imponit propter scelus ps
Iniquitates mee supergresse sunt caput
meum etc Istud autem onus peccatum
habet gravitatem Heb xii° Deponentes
omne pondus et circumstans nos peccatum
per patientiam curramus ad propositum nobis certamen
Tam grave autem est quod celum illud
sustinere non potuit Nec tandem terra
sustinebit Caveat ergo homo sibi one-
rare innetum ne corruat et non ta-
net se onerare peccatis ne in infernum
cadat Habet etiam istud onus vilitatem
quia peccatum vilius est fimo et luto Abacuk
ii° Ve qui multiplicat non sua usque quo ag-
gravat super se densum lutum Propter hanc
vilitatem dicitur Jeremie ii° Quam vilis fa-
cta es nimis iterans vias tuas Habet
etiam istud onus pene ob novitatem
Oportet enim sint quoque peccatores ferunt
cum quibus in inferno comburentur
Ysaie v° Ve qui iniquitatem trahitis
in funiculis vanitatis et quasi vinculum
plaustri peccatum Est etiam status mun-
danorum miserabilis quia est in esurie
Est autem esuries voluptatum divitiarum
temporalium spiritualium et celorum Esuries volu-
ptatum numquam impletur Prov xxx° Ignis
sed numquam dicit sufficit Esuries
temporalium numquam impletur Eccl v° Avarus
non implebitur pecunia Esuries spiritualium
replere implet implet quidem mox illud

Esurientes implevit bonis & divites di-
misit inanes. Sed tamen ista plenitudo
sepe ab hoste & a corpore impeditur &
perturbatur. Esuries autem eorundem perfe-
cte impletur. Ibi enim est perfecta sa-
cietas. Eccli. xxiiii°. Transite ad me omnes
qui concupiscitis me & a generationibus
meis adimplemini. Ibi est in sacietate
dulcis suavitas. unde subditur. Spiritus meus
super mel & favum. Ibi est in sacietate
& suavitate desiderata aviditas unde
subditur ibidem. Qui edunt me adhuc esu-
rient & qui bibunt me adhuc sitient.
Ibi est in sacietate suavitate & avi-
ditate felix eternitas. unde subditur. Qui
elucidant me vitam eternam habebunt. Tercio
ponit fructum propter quem veniendum
est. cum dicit Et ego reficiam vos. Gra-
cius status mundi est in labore. onere &
fame. Hos Christus reficit fatigatos. one-
ratos & famelicos. Fatigatos reficit
cibo eukaristie ut possint ire. iii Regum
xix°. Surge & comede grandis enim tibi
restat via. Oneratos reficit cibo doctrine
ut possint sustinere. Ps. panis cor con-
firmet. Eccli. xv°. Cibavit illum pa-
ne vite & intellectus. Famelicos reficiat
cibo gratie ut sic ad gloriam venientes
possint fame carere. Mt. v°. Beati qui
esuriunt & sitiunt iusticiam quoniam ipsi satu-
rabuntur. Tercio Christus beato Mathie iu-
gum suum imponit cum dicit. Tollite
iugum meum super vos. ubi primo in-
vitat ad ipsius iugi susceptionem. Secundo
ponit susceptionis racionem cum dicit Iugum
enim meum suave est. Est autem Christi
iugum duplex. Primum est evangelice institu-
tionis. Eccli. li°. Comparate vobis sine argen-
to sapientiam & collum vestrum subicite iu-
go eius. dicitur autem iugum quia salus
duos populos iudaicum & gentilem coniungit
Ysa. xxxii°. Beati qui seminatis super
omnes aquas i. super omnes populos im-
mittentes pedem bovis i. populi iudaici qui
diu iugum eius portavit. Secundum est iu-
gum caritatis & dilectionis. Col. iii°. Super
omnia autem caritatem habete. quod est vincu-
lum perfectionis. unde dicitur iugum sive vin-
culum quia hominem deo coniungit. sive
quia homines homini iungit. sive quia caritas vir-
tutes in simul ligat. Hu. Victor.
Caritatem recte predicator egregius vin-
culum perfectionis vocat. quia virtutes
quidem ceteras perfectionem generant sed
tamen eas caritas ligat. ita ut ab amato-
ris mente dissolvi nequeant. Tercium est
iugum crucis sive mortificationis.
quod dicitur iugum quia nos Christo coniungit
Mt. xvi°. Siquis vult post me veni-
re. abneget semetipsum & tollat crucem
suam & sequatur me. Istud triplex iugum
Mathias portavit quia evangelicam in-
stitutionem servavit & predicavit & caritatem ha-
buit & se mortificavit. Et signanter
dicit meum. quia Christus hoc triplex
iugum portavit. Ipse quidem portavit iu-
gum evangelice institutionis predicando
Luc. viii°. Iter faciebat per civitates
& castella predicans & evangelizans regnum
dei. Portavit iugum caritatis amando
Ioh. xv°. Maiorem hac dilectionem nemo
habet ut animam suam quis ponat pro amicis
suis. Portavit iugum crucis baiu-
lando Ioh. xix°. Et baiulans sibi crucem
exivit in eum locum &c. Secundo ponit
racionem cum dicit Iugum enim meum sua-
ve est. Iugum enim evangelii suave est
respectu legis que nimis erat gravis
Act. xv°. Quid temptatis imponere iu-
gum super cervice discipulorum quod neque
nos neque patres nostri portare potuimus.
Iugum caritatis leve est. Ipsa enim cari-
tas non tantum levis est sed etiam alia
levia facit videri. Gen. xxix°. Vi-
debantur ei pauci dies pre amoris mag-
nitudine. Augustinus de trinitate. Nullo modo
sunt onerosi labores amantium sed etiam
ipsi delectant. sicut venantium aucupantium
& piscantium. Iugum mortificationis
leve est amanti. Ieronimus. Nichil amanti
sit durum. nullus difficilis labor.
amemus & nos Christum & facile videbitur
omne difficile. Tercio Christus beatum
Mathiam instruxit cum dicit. Di-
scite a me &c. ubi primo invitat ad
sue doctrine informacionem. Secundo ponit
informacionis racionem cum subdit. Et
invenietis requiem animabus vestris.
Christus enim est liber in quo studere debemus
De quo Apoc. v°. Vidi in dextera sedentis

super thronum / librum scriptum intus et
foris signatum sigillis septem / Ista autem
septem sigilla sunt septem spiritus sancti
dona. Est autem liber iste scriptus intus
et foris. Intus affectu caritatis in
diligendo. Iohannis iiii° Non quasi nos
dilexerimus deum / sed quia ipse prior di-
lexit nos. Foris doctrina veritatis in-
struendo. Iohannis xviii° Ad hoc veni in
mundum ut testimonium perhibeam veritati.
Intus humilitate cordis. Philippenses ii°
Humiliavit semetipsum et cetera. Foris man-
suetudine conversationis. Mathei xxi° Ecce
rex tuus venit tibi mansuetus et cetera. Intus
dolore et tristicia mentis. Mathei xxvi°
Tristis est anima mea usque ad mor-
tem. Foris maceratione corporis. Psalmus Ope-
rui in ieiunio animam meam et factum
est in obprobrium michi et posui vestimen-
tum meum cilicium. Intus varietate
virtutum. Psalmus Astitit regina i.e. anima
a dextris tuis in vestitu deaurato
circumdata varietate. Foris multiplicitate
vulnerum / Psalmus Super dolorem vulnerum
meorum addiderunt. Intus ardore mundi-
tie, foris nigredine penitentie. Canticum i° Nigra
sum sed formosa filie Ierusalem. Iste sunt le-
ctiones quas in hoc libro addiscere
debemus. Secundo ponit rationem cum dicit
Et invenietis requiem animabus vestris.
Omnes qui inveniunt requiem corporibus
suis. Qualis erat ille Luce xii° qui dicebat
Anima mea habes multa bona po-
sita in annos plurimos. Requiesce
comede et bibe et epulare. Omnes qui
inveniunt requiem animabus suis scilicet
qui sanam conscienciam habent. Augustinus
Dico scias dulciores esse fructus
iusticie quam iniquitatis et verius atque
iocundius gaudebis de bona consciencia
inter molestias quam de mala inter deli-
cias. Omnes qui inveniunt requiem
animabus et corporibus suis scilicet beati post re-
surrectionem. Ysaie xxxii° Sedebit
populus meus in pulcritudine pacis
quo ad animarum requiem / in taber-
naculis fiducie quo ad requiem corporum
et in requie opulenta quo ad requiem
utrorumque. Ibi erit vere perfecta re-
quies quia requiescent omnes a la-
bore. Apocalipsis xiiii° Amodo iam dicit spiritus
ut requiescant a laboribus suis. Requiescent
a dolore. Ysaie li° Gaudium et leticiam
obtinebunt. fugiet dolor et gemitus.
Requiescent a timore. Iob xi° Requiesces
et non erit qui te exterreat. Proverbiorum primo
Qui me audierit absque terrore quiescet
et habundancia perfruetur malorum timore sub-
lato. Omnes qui non inveniunt requiem
nec animabus nec corporibus scilicet dampnati de
quibus dicitur Ieremie xvi° Servietis ibi
diis alienis die ac nocte qui non da-
bunt vobis requiem.

## Virgam vigilantem ego video. Ieremie primo

Prelatus debet esse virga quantum
ad pastorale officium et debet esse vigilans
quantum ad sedulam devocionem. Patet
igitur hoc verbum convenire beato Gregorio qui
latine vigilans interpretatur qui fuit prela-
tus summus et doctor magnificus. Duo
ponuntur in verbis premissis. Primum est offi-
cium pastorale cum dicitur virgam. Secundum est
studium vigilie cum dicitur vigilantem.
Circa primum notandum est quod virga habet
rectitudinem flexibilitatem et decorem. Re-
ctum autem est sicut dicit Gregorius quod sur-
sum erigitur et inferius non inclinatur. Sic
ipse fuit sursum inclinatus per contempla-
tionem et non fuit inclinatus inferius per
terrenum amorem. Legitur Exodi ix° quod
cum Moyses levavit virgam in celum
statim sunt tonitrua grandines et
fulgura. Legitur autem Exodi iiii° quod cum
Moyses [illegible] virgam proiecit in terram
versa est in serpentem. Ex quibus verbis
colligitur quod prelatus elevatus in celum
inde sequitur in eum incendium amoris.
Psalmus In meditatione mea exardescet ignis.
Et cupiditatis refrigerium. Danielis iii° Ange-
lus domini descendit in fornacem et fecit
medium fornacis quasi ventum roris flantem.
Et celeste desiderium quod est quasi quoddam
tonitruum et vehemens clamor in auribus
dei. Unde Moysi desideranti et nichil loquenti
dixit dominus Exodi xiiii° Quid clamas
ad me. Gregorius moralium Validiores
voces apud secretissimas aures dei

no faciunt va ina sed desidia. Quando
aut platus incurva in terram p amore
timoris / aut trahit in serpentem. qr s. hec
serpentinu affectum. terrena nimis ar-
denter appetendo / Amchee viij° liqget
pulverem sicut serpentes ysa. lxv° Ser-
penti pulvis panis eius. hec simoe
serpentinu in detrahendo. Ecclesiastici x° Si
mordeat serpens in silencio. nichil mi-
nus qui occulte detrahit / ps Acuerunt linguas
suas sic serpentes / hec studiu serpentinu
in decipiendo. Gen iij° Set et serpens
erat callidior cunctis animantibus terre /
Secundo virga hec flexibilitate / quia quam-
tumcumque platus sit rectus p iusticiam debet
tamen esse flexibilis per compassionem et
miam. Can iij° Que est ista que ascendit
p desertum sic virgula fumi ex aromati-
bus, virgula quidem fumi ex aromatibus
et sursum erigitur et delectabili incarnatur
odore grata efficitur / quia sic platus debet esse
rectus p iusticiam / et delectabilis debet mediante
per miam et ex hoc efficacius odoriferus
ubique p bona fama / Quantumcumque igitur
platus habeat virgam rectitudinis et seve-
ritatis in ore. semper tamen debet habere flexibilitatem
compassionis in corde / sicut ostendit Bern.
simili exemplo s. ferro iacentis sive la-
psi. ferri et olei Si igitur aliquis vult
erigere labentem sive iacentem / oportet
quod seipsum inclinet / unde ait in libro mora-
lium ad fortia trahere intimus / corpus nature
est ut prima tollemus quia ut iacentem
erigit nisi qui status sui rectitudinem
p compassionem flectit / hoc etiam ostendit
exemplo ferri. Si enim quis vult ungere ferro
fido. cum quod ferrum plus molestat alioquin
admittere ungi nequaquam possit Nam igitur
vult alium sibi venire et applicare per
morum correctionem / plus igitur molestat p
compassionem / et alias molestat p ob-
temperationem / hoc etiam ostendit exemplo
olei. Ignis enim ardet ut lucat in vino
scribitur. nec magna inspirationem affectionis
sed in oleo nunc et compassionis. Tercio
virga hec decore et pulchritudine Sic autem
decor potest esse naturalis vel artificialis. Naturalis
qui est viriditate amena Gen xxx°

Tollens iacob virgas populeas viri-
des et amigdalinas etc / vel qui est
foliis et floribus et fructibus adorna-
ta Num xvij° Invenit Moyses ger-
minasse virgam aaron et turgentibus
gemmis eruperunt flores qui foliis di-
latatis et in amigdalas deformati
sunt. Decor autem artificialis duplex
fit. Aut p modum ablacionis sic quando ex
parte decorticatur et efficitur color varius
Gen xxx° Iacob ex parte virgas decor-
ticavit. detractis quippe corticibus in hiis
que spoliata fuerant splendor apparuit /
Illa vero que integra erant viridia permanserunt
atque in hunc modum color effectus est
varius Aut per modum apposicionis / sic
quando virga depingitur et deaurata ef-
ficitur. Hester v° Extendit rex contra
hester virgam auream quam tenebat
manu / pulchritudo igitur virge consistit vel
quia est viriditate amena vel quia est
foliis et floribus et fructibus adornata vel
quia est varietate distincta / vel quia est
aureo colore depicta. / platus igitur
debet esse virga pulcra et decora / primo
debet habere viriditatem in conscientia prov. xi° Iusti
quasi virens folium germinabunt Conscientia
enim viret in iusto nunquam marcescit neque
arescit. sed semper viret atque reviviscit
B. de consideracione Bonus bone conscientie
reviviscit in laboribus Nec arescit
ut in morte evanescit sed florescit
letificat viventem / consolatur mortifi-
catum seu morientem / resistit mortuum
ut deficiat in eternum / Secundo platus debet
esse foliis. floribus et fructibus adornatus
Debet quidem habere folia id est verba volup-
ta peccatorum sanancia quo ad primum Ecclesiastici
xlviij° folia eius ad medicinam Apoc
xxij° folia ligni ad sanitatem gencium
habere etiam debet flores id est desideria redolencia
quo ad deum Can iij° Quasi flos
rosarum in diebus veris Ecclesiastici xxiiij°
flores mei fructus honoris et honestatis
Debet habere fructus id est opera pura et munda
quo ad seipsum prov. xv° purum et purissi-
mi fructus eius / Tercio debet esse varius que
autem varietas virge iacob. erat ex albo
et viridi / quia platus debet esse inter ortus
candore innocencie / ps Omnis gloria

eius filie regis ab intus. Gulos Omnis
gla filiarum regis non foris est. hec est
non in flore i. in ore vulgi, sed duo/
ffoirs aut & ee coloratus virore co-
uersacionis honeste. Ezech. xvi. Gratiam
z spem depdabit oculus. Et sunt li videre
actiones. Oculus quidem interior desi-
derat gratiam iustificantem z spem pu-
rificantem. Oculus aut exterior desiderat
videre actiones i. honestas gratiarum.
Assuerus plan dz ee amicus i caritate
inflamatus. Illa aut virga aurea z
regem placauit z hester in palacium
introduxit. z omnia impetrauit. ca-
ritas z deum placat inceptum peccatorum
operit. i. Pet. iiij. Caritas operit multi-
tudinem peccatorum. Et in celeste palacium
introducit. Ideo qz illi q ingressus
fuerat sine imperiali veste caritatis.
de ipso regali palacio fuit eiectus sicut
habetur Matt. xxij. Omnia enim a deo im-
petrat q petit. Augustinus de laudibus cari-
tatis. tenet qd latet, z qd patet in diuinis
sermonibus. qd in caritate tenet in
moribus. Octauo beatus Gregorius fuit
vigilans quantum ad officium vigilie.
Sunt aut quinque libri. in quibus studuit
z vigilauit. primus est liber conscientie
Secundus est liber scientie. Tercius liber vite.
Quartus est liber nature. Quintus liber
gratie. Tres primi libri figurantur Gen.
ij. per tria ligna paradisi. liber conscie
figurat per lignum de quo dicitur. produxit
deus de humo omne lignum pulcrum
visu. z ad vescendum suaue. Bona enim
consciencia pulcra est deo ad videndum. et
suauis ad colloquendum. adeo. vt sibi
dicat Cant. ij. Ostende michi faciem
tuam. sonet vox tua in auribus
meis. vox enim tua dulcis z facies tu-
a decora. Liber scientie figuratur per lignum
scientie boni z mali. quia per scientiam bonum
z malum discernitur. liber vite figuratur per
lignum vite. qd plantatum erat in me-
dio paradisi. Quartus vero est liber nature
qui est liber creaturarum. in quo legere
possumus dei potenciam ex magnitudine
Sapienciam ex ordine. Bonitatem ex uti-
litate. In isto libro prius legerunt sancti

libris z uestietis. Ysa. xxix. Dabit
liber nescienti litteras. dicetur ei lege. Quintus
Quintus est liber gratie. qui hominem scribit
intus per virtutum varietatem. z foris per
morum honestatem. De isto libro dicitur
Apoc. v. Vidi in dextera sedentis super
thronum librum scriptum intus z foris
signatum sigillis vij. Dicitur enim iste
liber per sapientiam. z sunt in dextera dei per
securitatem perpetuam. Et sunt scripta intus
per virtutum gratiam. z sunt scripta foris per
conuersacionem honestam. z sunt signati sigillis
septem. per septem donorum spiritus sancti
habundanciam. In hijs enim quinque libris
beatus Gregorius studuit. z ab hijs omnes
suos libros extraxit. z explanauit. primo
namque studuit in libro conscientie. per virtutum
plantacionem. z viciorum extirpacionem. In
hoc libro conscientie studuerat propheta qui di-
cebat Meditatus sum nocte in corde me-
o. z exercitabar. ecce plantacio virtutum
Et scopebam spiritum meum. ecce extirpacio
viciorum. In hoc libro conscie studuit
beatus Gregorius. eradicando superbiam z
plantando humilitatem. vnde primus in suis
libris. se seruum seruorum dei appellauit
Eradicando auariciam plantando libera-
litate quia ad pauperes liberalissime
extitit. Eradicando immundiciam z plantan-
do puritatem. quia virgo fuisse creditur
Ab isto libro conscie extraxit z explanauit
libros moralium. in quibus maxime docet
eradicacionem viciorum z plantacionem
virtutum vnde potest sibi conuenire. qd dicitur
Jerem. j. Constitui te hodie super gentes
i. super peccatores gentiliter viuentes. et super
regna. i. super bonos in quibus deus re-
gnat per gratiam. vt euellas a peccatoribus
euellas vicia. destruas errores. et
disperdes ipsorum malos mores. In bonis
autem edifices virtutum operaciones. z
plantes ipsas virtutes. Secundo studuit in
libro sciencie. pastoralis officij cogni-
cionem z erudicionem. Officium enim pa-
storale est liber scientie. Unde sicut dicit
Gregorius Nazazenus. hec etenim vere michi
videtur ars artium z disciplina disciplinarum
hominem regere vel imbuere. qui ete est

int omnes amatores magnifice et moribus
varius et voluntate diversus. Ista autem
sapientia officii pastoralis consistit in emu-
latione, scilicet primum ad duros et incorrigibiles.
In compassione secundum ad infirmos et pusil-
lanimes. In subministratione quantum
ad egenos et pauperes. Et hec quidem dicta
Eccl. i°. In multa sapientia multa in-
dignacio, et qui addit scientiam addit et do-
lorem, vel secundum aliam litteram addit labo-
rem. Sapientia igitur prelati consistit in in-
dignacione emulacionis, in dolore com-
passionis, et in labore subministrationis.
Ista tria tangit apostolus Gal. vi°. Si pre-
occupatus fuerit aliquis homo in aliquo
delicto vos qui spirituales estis instrui-
te huiusmodi, id est corripite et arguite. Ecce
indignacio emulacionis. In spiritu lenitatis.
Ecce lenitas compassionis. Alter alterius
onera portate. Ecce labor subministra-
tionis. Ex isto autem libro sanctus Gregorius
extraxit et exemplavit librum pasto-
ralem, in quo plene instruit prelatorum
qualiter se habere debeant, quo ad prelacionem
requirendam, qualiter quo ad vitam ducendam,
qualiter ad doctrinam quo infundendam,
Et qualiter quo ad infirmitatem propriam congno-
scendam vel considerandam. Unde ait in pa-
storali: Pensandum valde est ad culmen
quisque regiminis qualiter perveniat, atque
ad hoc rite perveniens qualiter vivat,
et bene vivens qualiter doceat, et recte do-
cens infirmitatem suam cotidie quanta
consideracione congnoscat. Deinde quando consi-
deret qualiter prelatus ad culmen regiminis ve-
niat, unde ait ibidem: Cum regiminis cul-
men impetrat sic animi domus punctus
est, quibus aliis prosit, ex qua si fugere et
ex corde fugere et invitus obedire. Item
qualiter vivat, unde ait ibidem: Sunt
nonnulli qui solerti cura spiritualia pre-
cepta perscrutantur, sed que intellectu
penetrant vivendo conculcant, repente do-
cent que non opere sed meditacione di-
dicerunt, et quod verbis predicant moribus im-
pugnant. Item ibidem: Considerandum quoque
est quia cum cura principaliter suscipit
qui ad egrum medicus accedit. Et ergo presu-
ptione passim medici prebuerit, qui in
facie vulnus portat. Item qualiter do-
ceat, unde ait: Nulla ars doceri presu-
mitur nisi intenta prius meditatione
discatur. Ab imperitis ergo pastorale ma-
gisterium qua temeritate suscipitur, cum
ars est artium regimen animarum. Item
quanta consideratione infirmitatem suam congno-
scat, unde ait: Antiqui patres non re-
ges hominum sed pastores pecorum fuisse
memorantur. Et dominus Noe et filiis eius
ait: Sit terror vester super omnia a-
nimalia terre. In eo enim quod rectores me-
tum sibi a perversis vicinibus exi-
gunt, quia non hominibus sed anima-
libus dominantur. Quia videlicet ex hac
parte bestiales sunt subditi, ex qua et
debent subiacti formidini substerni.
Sed plerumque rector eo ipso quo ceteris
preeminet elatione cogitationis intu-
mescit, et dum foris immenso favore
tantur, intus veritate vacuatur. Nono
studuit in libro vite per celestem con-
templacionem. Liber vite est ipse Christus, in
quo beatus Gregorius studuit, quia inde
celestes delectaciones cotidie hausit, unde
ait in prologo super dyalogum: Infelix
animus meus occupacionis sue pulsatus
vulnere meminit qualis aliquando in mona-
sterio fuit, quomodo ei labencia cuncta subte-
rat, quantum rebus omnibus que volvuntur e-
minebat, quod nulla nisi celestia cogi-
tare consueverat, quod etiam retentus corpore
ipsa iam carnis claustra contemplatione
transibat, quod mortem quoque que pene cunctis
pena est, videlicet ut ingressum vite
et laboris sui premium amabat. In Chri-
sto igitur libro vite conspexit et contem-
plavit omelias et exposiciones quas
fecit super visiones Ezechielis. Quomodo enim
potuisset celestes et tam profundas
visiones intelligere nisi ipse in cele-
stibus habitasset et nisi spiritus sanctus sibi
illa revelasset. i Cor. ii°. Spiritus
omnia scrutatur etiam profunda dei.
In huius signum Petrus dyaconus spiritum
sanctum in specie columbe super caput
ipsius sepe vidit. Tercio studuit in
libro nature per creature consideracionem.

quia in eis vidit dei potenciam. dei sa-
pienciam, dei bonitatem. Daniel viii° Ex
magnitudine spei et cognoscibiliter
potest creator horum videri. Ab isto
libro nature abstraxit libros, quibus
subditos simpliciores instruxit. scilicet
Omelias et dyalogum. Tales enim
quosque instruendi sunt verbis. ps. Eccli
enarrant gloriam dei. Et exemplis ps.
preceptum posuit et non preteribit. Multo
studuit in libro gracie per omnem sta-
tum et graduum possessibem. Ipse
enim fuit et intus virtutibus ornatus. et
foris honestis moribus decoratus. Ex
isto libro gracie extraxit et exem-
plavit ordinacionem officii ecclesiastici
quia enim intus ornatus erat gracia
et foris conversacione honesta. Ideo ecclesiam
ornare scivit officiorum ecclesiasticorum
gloria. Eccli xlvii° Dedit in celebra-
cionibus decus et ornavit tempora ad con-
summacionem vite ut laudarent nomen
sanctum dei. Et quia circa istos quinque
libros vigilavit et in eis studuit.
Ideo assimilari potest quinque generibus hominum
ad quos spectat vigilare, de quibus
dicitur Eccli xxxviii° scilicet aratori. pi-
ctori. fabro. figulo. et viro sapienti at-
que perfecto. Primo siquidem vigilavit
circa viciorum extirpacionem et virtu-
tum plantacionem. Et de hoc fecit librum
moralium, et quantum ad hoc assimilatur ara-
tori, unde dicitur ibidem. Cor suum dabit
ad versandos sulcos. et vigilia eius
in sagina vaccarum. In libro enim
moralium. fecit sulcum in divina scri-
ptura, eradicando scilicet dubietates. et
plantando veritates. Fecit sulcum in
Ecclesia. eradicando pravitatem hereticam
et plantando fidem catholicam. Fecit sul-
cum in anima. eradicando vicia et pla-
tando virtutes. Circa vigilia et studi-
um eius fuit in sagina vaccarum
id est in pinguedine animarum. Secundo vi-
gilavit quantum ad officiorum ecclesiasti-
corum ordinacionem et quantum ad hoc
assimilatur pictori, unde subditur. Cor
suum dabit in similitudinem pic-
ture et vigilia sua perficiet opus.

Ecclesia modo picta est in officiis ecclesiasti-
cis multiplici colore, primum et supremum co-
lorem posuit Christus. quando dixit luce
xxii° Hoc est corpus meum. Alium
posuit Petrus apostolus, qui primus an-
thiochie missam celebravit et ordina-
vit. Alium posuit omnes apostoli, qui
minorem simbolum ediderunt. Ubi cum
quilibet posuit unum bolum id est unum fidei ar-
ticulum. Alium colorem posuit Ignacius.
qui angelos audivit psalmos per choros
et anthiphonas cantantes, et in ecclesia
fieri instituit. Alium posuit Nycena
Synodus. que simbolum maiorem
edidit. Alium posuit Athanasius. qui
fidem catholicam in Quicunque vult et cetera
suffiacientissime explanavit. Alium
posuit Silvester papa. qui vestimenta
sacerdotalia missarum prudentissime ad-
invenit. Alium posuit Hilarius. qui gloria
in excelsis edidit, licet quidam dicant
Thelesphorum papam illud composuit. Alium
posuit Damasus qui psalterium per ferias
distinxit. et epistolas et euangelia per an-
niculum ordinavit. Et gloria patri in
Nycena synodo editum. et in fine psal-
morum dicere instituit. Alium posuit
Ambrosius. qui cantus ymnos et orationes
fecit. Alium posuit papa Gelasius. qui
multa in ipso officio ordinavit. Alium
posuit Notkerus abbas sancti galli. qui
prosas et sequencias adinvenit. Sed Gregorius
vigilia sua opus perfecit, quia gradua-
le composuit missale fecit et totum divinum
officium ordinavit. Eccli xlvii° De omni
corde suo laudavit dominum et stare fecit
cantores contra altare. et in sono eorum
dulces fecit modos. Tercio vigilavit
circa prelatorum instructionem, et de hoc fecit
pastorale et quantum ad hoc assimilatur
fabro ferrario unde subditur vox mallei
innovat aurem eius. cor suum dabit
in consummacionem operum et vigilia sua
ornabit imperfectionem. Malleus ferrum
domat, incudem firmat. et suavem so-
num generat. Sic prelatus debet domare
duros et inquietos, consolari pusillanimes.
et infirmos, paciencier se habere ad omnes.
I thess v° Rogamus vos fratres cor-

ripite inquietos · suscipite infirmos pa-
cientes estote ad omnes / Debet eciam
prelatus ornare imperfectos ps Imper-
fectum meum viderunt oculi tui / Tercio
vigilavit circa subditorum informacionem
et de hoc fecit Omelias et dyalogum · et
optime ad hoc assimilatur figulo vir subditorum
Cor suum dabit ut consummet limum eum · et
vigilia sua mundabit fornacem / Ut lu-
tum quantumcumque sit forcium et diversis colo-
ribus pictum tamen quamdiu non est in for-
nace excoctum nulli usui est aptum
Est fragile et infirmum · et colores ibi
appositi videntur esse mortui / at postquam in
fornace excoquitur ad omne opus ydo-
neum efficitur forte redditur et colores
semper remanserunt / Homines igitur infir-
mi et cupiditatibus terrenis dediti / ad
nullum opus bonum sunt ydonei · in ad-
versitatibus sunt fragiles et infirmi nullis
sunt virtutibus colorati / Beatus autem Gregorius
per verba sua et exempla tales per ignem spi-
ritus sancti inflammavit et excoxit ·
ut ad omne opus bonum ydonei redde-
rentur · ij Thi(mothei) iijo / perfectus sit homo dei
ad omne opus bonum instructus · Inter
adversa fortes efficiuntur ps / Verbo domini
celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis
virtus eorum / virtutibus et bonis operibus
vivi et colorati habentur · j petri · ijo /
petras mortui instar vivencium / Quarto
vigilavit circa sectorum misteriorum ex-
planacionem et fecit Omelias super Ezechie-
lem · et optime ad hoc assimilatur viro
sapienti ecclesiastico / Unde sequitur Sapienciam omnium
antiquorum exquiret sapiens et occulta
proverbiorum exquiret · et in absconditis
parabolarum conversabitur · Et sequitur Cor suum
tradet ad vigilandum diluculo ad deum
qui fecit illum · et in conspectu altissimi
deprecabitur / Ubi ostenditur quod ad occul-
ta proverbiorum et abscondita parabolarum
quadruplici gradu ascendit / Primo per
cordis sui ad deum sublevacionem · cum
dicitur Cor suum tradet ad deum qui fecit
illum / Cui enim cor suum ad deum le-
vat deus sua secreta manifestat ·
ps Ad te domine levavi animam meam
deus meus in te confido non erubescam

Ille enim erubesceret · qui cor suum ad deum
levaret et deus ipsum vacuum dimitteret
Secundo per assiduam meditacionem · cum dicitur
ad vigilandum / proverbiorum viij / Qui vigi-
lant ad me invenient me · Tercio per
cordis emundacionem · cum dicitur diluculo · Il-
le enim in corde suo diluculum facit / qui
omne tenebrosum a corde suo expellit
et talis deum invenit et agnoscit / Mt
vo / Beati mundo corde · quoniam ipsi deum
videbunt / Quarto per devotam oracionem ·
cum dicitur Et in conspectu altissimi dep-
recabitur / ps Vespertina oracio ascendat ad
te domine · et descendat super nos misericordia tua · Quem-
admodum enim oracio nostra ad deum ascendit
statim dei misericordia ad nos descendit /

Virgam vigilantem ego video ·
Multi prelati habent officium pastorale
sed non habent vigiliam diligencie et solli-
citudinis / Beatus autem Gregorius et fuit pre-
latus summus Et ideo dicitur habere virgam
Et fuit prelatus diligens et sollicitus Et
ideo dicitur vigilans / Circa primum notandum
est · quod omnes pontifices utuntur virga
sive baculo pastorali / Romanus autem
pontifex non utitur / Cuius causa ponitur hystoria
tamen propter rem mistica / Marcial-
enim discipulus sancti petri · de quo
cum adhuc parvulus esset dixit xpistus
Nisi efficiamini sicut parvulus iste non
intrabitis in regnum celorum / Ipse est
postmodum a beato Petro cum aliis discipulis
in Germaniam ad predicandum
cum tum per viginti dietas iissent ·
Marcialis mortuus est · et alius ad pe-
trum rediens · quod acciderat nunciavit
Petrus autem baculum suum ei tradidit · dicens
ut ad eum rediret / et baculum super corpus
defuncti poneret · et ut in nomine ihesu
surgeret · imperaret · quod et fecit / Cum ergo
Petrus baculum a se removit et subditis
tribuit Ideo successores Petri baculum
pastorale a se removent et subditis
preberent / Alia racio est mistica / Per ba-
culum enim cohercio sive castigacio signatur
Ideo alii pontifices recipiunt baculum a
suis superioribus · ex eo quod ab homine
recipiunt potestatem / Romanus autem pontifex
non utitur baculo / quia non ab homine sed a deo

ptatem accepit. Licet igitur beatus Grego-
rio eo quod similis pontifex cum baculo pa-
storali non vteretur, sunt tamen illa que
per illum baculum figurantur, que istis versibus
denotantur: Collige primum, medio rege,
punge per imum. Attrahe, sustenta,
stimula vaga, morbida, lenta. Ba-
culus enim pastoralis habet curvaturam in me-
dio et finem. Curvaturam habet curvitatem.
Medium habet rectitudinem. Finis vero habet
puncturam. Habet igitur curvaturam curvita-
tem, quia pastor debet attrahere et collige-
re subditos ad seipsum. Sunt enim
quidam subditi qui sunt divisi a deo, de
quibus dicitur Ysaie lix°. Iniquitates ve-
stre diviserunt inter vos et deum vestrum.
Quidam sunt divisi ab invicem, de quibus
dicitur I Cor. I°. Significatum est michi
de vobis quod contentiones sunt inter vos.
Quidam sunt divisi in semetipsis in
corde suo. Osee x°. Divisum est cor
eorum. Propter divisionem incurrit etiam dampna-
tionem. Osee vij°. Ve eis qui recesserunt
a me. Secundo incurrit ultimam desolationem.
Mt. xij°. Omne regnum in se divisum, contra
se divisum desolabitur. Tertia incurrit au-
tem infectionem vel postquam predicta Osee
dixit: divisum est cor eorum, statim
subiunxit: nunc interibunt. Prelatus igitur
divisos a deo debet colligere et ad deum
attrahere per unionis caritatem. I Joh.
iiij°. Qui manet in caritate in deo
manet et deus in eo. Jo. xvij°. Sint
unum sicut et nos unum sumus, ego in te
et tu in me. Divisos a seipsis in cor-
dibus suis debet colligere per cordis integrita-
tem. Joel ij°. Convertimini ad me in to-
to corde vestro. Secundo de multis, prout dicit
quod dicitur Ecclesiastici xxj°. Cor fa-
tui quasi vas confractum omnem sapientiam
non tenebit. Divisos ab invicem debet
colligere per concordie unitatem. Act.
iiij°. Multitudinis credentium erat
cor unum et anima una. Debet autem
prelatus non tantum alios sed seipsum
colligere et ab exterioribus occupationibus
ad seipsum interius redire. Ysaie
xlvj°. Reddite prevaricatores ad cor.
Taliter autem beatus Gregorius ad se redi-
bat, qui dicit in fine Moralium: Ex-

pleto igitur hoc opere ad me michi vi-
deor redeundum (redeundum). Multum quippe mens
nostra etiam cum recte loquitur extra semet-
ipsam spargitur. Igitur a publica locu-
tione redeundum est ad curiam cordis, ut
quasi in quodam consilio consultationis
ad meipsum discernendum vocem cogi-
tationes mentis, et ibi videam ne
aut incaute mala aut bona non
bene dixerim. Et de hoc dicit Bernardus. Vi-
tam tuam continua discussione examina,
attende diligenter quantum proficias vel
quantum deficias, qualis sis moribus
vel qualis in affectibus. Stude agnoscere
te, quia multo melior es si te cogno-
veris quam si te neglecto cognosceres cursus
siderum, vires herbarum, complexiones ho-
minum et naturas animalium. Secundo
prelatus debet ad se colligere et attrahere, id est ca-
put quod aliis dicit ad se retorquere. Romanorum xv°.
Non audeo loqui eorum que per me non efficit
opus verbo et factis. Hinc est quod precipitur
Levitici ix°, ut cum avis in sacrifici-
o deo offertur, caput et collum retorqueatur
ad pennulas, quia caput, id est vita, simonis
adequatur. Tunc caput et collum retor-
quetur vel ... Qui non vivit sicut doc-
ipsam quam predicat veritatem contemptibi-
lem facit. Unde: Docere et non facere non
solum nichil lucratur, sed etiam damni plu-
rimum confert. Bernardus: cum dempnata
est coniunctio quidem simonem sum vita
veteris suam atque opera negligenti. Tertio
debet colligere se prelatus, id est in summis honoribus
infirmitatem suam considerare. Bernardus ad
Eugenium. Salubris copula ut cogitans
te summum pontificem attendas pariter
vilissimum cinerem. Hec considerans tene-
at te intra te, nec te volare sinat, nec
ambulare in magnis neque in mirabilibus
super te. Non infra decidi, non supra extolli,
non extendi lacius, non evadere longius,
tene medium si non vis perdere modum.
Habet etiam pastoralis baculus medium,
scilicet hastile, quod quidem est rectum, quod
est ad perveniendum et sustentandum cer-
tum. Prelatus quidem debet esse rectus in iu-
dicando, debet prudens in puniendo, debet suste-
tare in compatiendo et miserando. Debet

quidem recte iudicare vt non declinet
ad dextram neque ad sinistram sed per viam
quam precepit vobis dominus deus vester Adulet
iudex ad dextram declinat qui amore vel
munere ad sinistram vero qui odio
vel timore iudicium corrumpit Debet
etiam punire subditos baculo discipline
prouerbiorum xxiij° Noli subtrahere a puero
i. a subdito puerili vincenti disciplinam
tu virga percutis eum et animam eius
de inferno liberabis vel debet percutere
dyabolum baculo resistencie Regum pri-
mo percutiens duces moab. Moab inter-
pretatur ex patre et significat illum de quo dicitur
Iohannis viij° vos ex patre dyabolo estis
cui qui temptacioni sue resistit quum
punitur citius fugit Ysaie xxx° A
voce domini pauebit assur virga percussus
Assur qui incendium colligens interpretatur
dyabolum significat qui semper parat secum
incendium infernale vel debet scipsum per-
cutere baculo macerationis Genesis
xxxij° postquam gustasti me ego puniam
et postquam ostendisti michi percussit femur
nervum Ille femur suum percutit qui car-
nem suam maceratione affligit i. Cor. ix°
Sic certo non quasi aerem verberans sed
castigo corpus meum et in seruitutem redi-
go Istam triplicem percussionem fecit beatus
Gregorius Nam successorem suum sibi
male detrahentem et se corrigere nolentem i.
capite percussit: cuius dolore vexatus i.
breui vita finiuit. Percussit etiam dyabolum
signo crucis Nam cum magus quidam
suis carminibus demonem equum cui
Gregorius insidebat immisisset. ille facto
signo crucis et equum sedauit et magum
perpetua cecitate mulctauit Corpus etiam
tanta corporis maceratione percussit vt
infirmato stomacho subsistere vix va-
leret Debet etiam prelatus sustentare
per compassionem. ps. Virga tua et baculus
tuus ipsa me consolata sunt. Glossa vnde
exponens Gregorius in pastorali dicit virga
percutimur. baculo sustentamur. si ergo est
districtio virge que feriat. sit et consolatio
baculi que sustentet Item ibidem Cu-
randum est vt rectores subditis et misericordiam
pietas et parem exhibeat disciplina

atque inter hec sollicita circumspectione est
prouidendum ne aut districtio rigida
aut pietas sit remissa. Hic etiam
baculus pastoralis sive pungentem
Est autem triplex punctio superficialis que fit
in pelle Sensualis que non tantum pelle
sed etiam ipsam sensibilem carnem attingit
Precordialis que viscera et cor penetrat
et affligit. prelati igitur quosdam debent
pungere superficialiter. quosdam sensualiter
quosdam precordialiter Ista triplex punctio
tangitur Eccl. xx° vbi sapiencia que stimu-
lat punctio superficialis Et qui clauis de-
fixi sunt punctio sensualis In altum defixi
sunt punctio precordialis Prima igitur
punctione i. superficiali pungendi sunt hu-
miles et mansueti Tales enim correc-
tionem suscipiunt leni reprehensione
ps. Superveniet mansuetudo i. leuis cor-
rectio et corripiemur Ambrosius super Lucam
plus proficit amica correctio quam tur-
bulenta accusatio. illa pudorem incu-
tit. hec indignationem mouet. facilius
complices acquiescat. quam in viciis
succumbit Augustinus ad vincentium pru-
dentem virum et corrigi paratum breuiter
amonuisse sufficiat. vnde aliquos cor-
rigunt simplici aspectu prelati Am-
brosius super beati immaculati in via plerosque
quos nisi aspectus. amonitio et correctione
Secunda punctione quosdam sensuali pun-
gendi sunt duri atque superbi Ysidorus
cum leniter arguuntur et non emendantur
necesse est vt acrius puniantur Cum
dolore enim abscidenda sunt. que non possunt
sanari Eccl. x° languor prolixior gra-
uat medicum. breuem languorem pre-
cidit medicus. quosdam enim vulnus et recens
sanatur vnctione vel emplastri appo-
sitione Aliud vero est quod sanatur adustione
vel incisione Sic medicus spiritualis
leues culpas debet sanare leni reprehen-
sione. graues vero graui obiurgatione Ter-
tia punctione. scilicet precordiali pun-
gendi sunt incorrigibiles et obstinati
Talibus enim infligende sunt dure obiur-
gationes vsque ad intima penetrantes
quia tales melius corripit dura in-
crepatio quam mollis amonitio. sicut

ostendit Crisostomus super Matheum sic ipse
christus primo sub exemplo medici mor-
bum curantis unde dicit Ipse medica-
mentis sanat ubi tamen morbus sanabilis
est. Secundo sub exemplo agricole viciosas
herbas eradicantis unde ait Sicut ra-
stro ferreo viciose herbe radicitus euel-
luntur sic acri sermone vicia resecat
Tercio sub exemplo artificis lapides dolantis
unde ait Sicut edificatores nodosos
lapides ferro dolant postea vero ponunt
in edificium. Sic ecclesie doctores vicia
hominum quasi nodos acutis increpaci-
onibus primum debent excidere et in edi-
ficio ecclesie collocare. Secundo beatus Gregorius
fuit diligens prelatus et solicitus quia nec
dormitauit sed solicite vigilauit et
quantum ad se et quantum ad deum et quantum
ad gregem suum. Quantum ad se
quidem vigilauit pro sui custodia et
conseruacionem. homo autem vigilat quando
habet sensus suos vigilantes. Similiter autem
homo habet sensum quinque vigilantes qui
numquam dormiunt siue dormitant. primus
est deus. ps. Ecce non dormitabit ne-
que dormiet qui custodit israel. Nisi
dominus custodierit ciuitatem
frustra etc. Dan iiii. Ecce vigil
sanctus de celo descendit. Secundus est
angelus Dan iiii In sentencia vigilum
decretum est. Ysaie lxii. Super mu-
ros tuos ierusalem constitui custodes tota
die et tota nocte non tacebunt lau-
dare nomen domini. Tercius est dyabolus Jere.
v. pardus vigilans super ciuitates
eorum. dyabolus enim est pardus
propter varios modos temptandi. Et est
vigilans propter studium decipiendi. Sed
dicit non dormitabit neque dormi-
et qui custodit israel ita non dormi-
tat neque dormit qui impugnat israel
Quartus est mors de quo potest intelli-
gi Jere i virgam vigilantem
ego video. Mors enim est virga
quia omnes ferit Et est vigilans
quia semper die ac nocte vitam consu-
mit Quintus est proprium scelus Tren
i. vigilauit iugum iniquitatum me-
arum in manu domini conuolute sunt
et imposite collo meo. Collum enim

anime est ipsa consciencia quia iuxta beatum Bernardum
consciencia caput nostrum vel corpus anime
cingit. Cum primo igitur vigiles i-
cum deo debemus vigilare propter suam
reuerenciam unde petrus reprehenditur
quia cum christo non vigilauit Mr xiiii
Symon dormis non potuisti vna hora
vigilare mecum. Cum secundo sic cum an-
gelo debemus vigilare propter suam
sollicitudinem et diligenciam Sic vigi-
lauit iacob de quo dicitur Gen xxviii
Cumque vigilasset iacob ait vere dominus
est in loco isto et ego nesciebam. hoc
dixit postquam vidit scalam et angelos
ascen. et des. per eam. Cum tercio sic
cum dyabolo debemus vigilare propter sua
fraudulenciam Mt xxvi vigilate et
orate ne intretis in temptacionem. i pet.
v. Sobrii estote et vigilate. quia ad-
uersarius vester dyabolus tamquam leo rugiens
circuit querens quem deuoret. cui resi-
stite fortes in fide. Cum quarto vigi-
les cum morte debemus vigilare propter
hore incertam Mr xiii vigilate. quia
nescitis quando dominus veniet sero an
media nocte. an gallicantu. an mane.
Per sero intelligitur senectus per mediam
noctem intelligitur matura siue virilis
etas. que est media inter senectutem et iu-
uentutem per gallicantum intelli-
gitur iuuentus In iuuentute enim incipit
racio quasi gallus vociferari excitans
a sompno sensualitatis per mane intelli-
gitur adolescencia siue puericia In omni
igitur hora debemus esse solliciti et vigilare
cum morte. Unde dicit Seneca Nescis
ubi mors te exspectat Tu vero si sapiens
fueris in omni loco eam exspectabis.
Cum quinto sic cum proprio scelere debemus vigi-
lare propter eius periculum et iacturam
Qui enim in peccatis dormiunt a dyabolo
illaqueantur. Ideo monet Apostolus i Thess
v. Non dormiamus sicut ceteri, sed vigi-
lemus et sobrii simus. Secundo vigilauit
quantum ad deum per contemplacionem Ipse
enim semper vigilat, aut orabat aut le-
gebat aut meditacionibus vacabat.
Nos eciam vigilare debemus quantum ad
deum primo ut contemplemur dei mane-

statem p oronem Ecci. xxxijo Cor
suum tradet ad vigilandu diluculo
ad deum. qui fecit illum et in qspectu
altissimi deprecabitur. Scdo vt qtepletur
dei veritatem p lectionem. j Th iiijo Tu
vero vigila in omnibus. labora opus
fac evangeliste. Joh vo Scrutamini
scripturas quia vos putatis in illis vi-
tam eternam habere. Tercio vt qte-
pletur dei bonitatem p meditacoem.
Prov. viijo Qui mane vigilauit ad
me. inveniet me i. bonitatem meam.
Item ibidem Beatus qui audit me et
vigilat ad fores meas quotidie. qui
inuenerit me inveniet vitam et hauriet
salutem a domino. Quarto vigilant qm
ad regem suum p solitudinem et circumspe-
ctionem. plati namque no debent dormire
sed vigilare. quia sunt speculatores in
medio insidiantium. vigiles in medio
hostium. pastores in medio luporum.
et gubernatores in medio fluctuum. Ecclia
quidem patitur multas insidias. plati
aut sunt speculatores. qui debent insi-
dias videre et statim annunciare. Ysa.
xxjo. pone speculatores vt quodcumque vi-
derint annuncient. periculum enim est
aut qm no videt ignorancia. aut qm
no annunciat p negligenciam. Ezech. iijo Spe-
culatorem dedi te domui Israel. Si di-
cente me ad impium morte morieris
no annunciaueris. sanguinem eius de
manu speculatoris requiram. Eiusdem
xxxiijo Si speculator viderit gladium
venientem. et non insonuerit buccina
et ppulus se non custodierit. sanguinem
eius de manu speculatoris requiram.
Ecclia eciam patitur multos hostes. Et ideo
plati positi sunt vigiles. vt etiam
tueantur et defendant. Cant. iijo Inuene-
runt me vigiles i. prelati. qui custo-
diunt civitatem i. ecclesiam militantem.
Sed aut isti vigiles dormiunt. aut
heretici supveniunt. aut innocentes oppri-
muntur. De primo Mt xiijo Cum aut
dormirent homines venit inimicus ho-
et supseminauit zizania. De scdo dr
ijo Th iiijo Qm dormiet hostiaria

i. platus pgmus triticum. qa platus
dz a tritico dei. omne zizaniu sepa-
Intrauerunt latenter immunia v scorpii
et mifecerunt eum. Ecclia eciam multos
patitur lupos i. crudeles tyrannos.
Et ideo plati sunt pastores. vt a
luporum violencia gregem defendant
Ideo dz vigilare cum Jacob. qui di-
cebat Gen. xxxjo die noctuque estu
vrebat et gelu. Ideo qz fuerant in regione
eadem vigilantes. et custodientes noctis
vigilias sup gregem suum. luc. ijo
Ecclia eciam patitur multos fluctus et p-
cellas et tribulacoes turbacoum. plati
aut sunt rectores et gubernatores. qui
debent etiam in medio fluctuum regere
et gubernare. periculum aut est. qm
isti gubernatores dormiunt in medio
tempestatis. Prov. xxiijo Eris sicut
dormiens in medio maris. et qsi sopi-
tus gubernator a misso clauo.

Ego nouissimus vigilaui. et
quasi qui colligit acinos sine
racemos post vindemiatores i. benedi-
ctione dei. et ipse sperauit qsi qui vin-
demiat repleui torcular. Ecci. xxx-
iijo Inter quatuor doctores beatus Gregorius
fuit nouissimus tempore. sed vigil
et sedulus in scripturarum diuinarum expo-
sicione. et virtutum acquisicione. Vn eciam
grece Gregorius. latine vigilans dr
Ipse eciam de deo magnam spem et fidu-
ciam habuit. ipse multa scripsit. dictauit.
et composuit. Ro. hys prenisse patet.
Et ipse quatuor prerogatiuas habuit. po
humilitate profundam. cum dicitur Ego
nouissimus. Scdo virtutum vigilanciam
cum dicitur vigilaui. Tercio de deo ma-
gnam fiduciam. cum dicitur In benedictione
dei &c. Quarto copiosam doctrinam. cum
dicit Et quasi qui vindemiat repleui
torcular. Habuit igitur humilitatem pfun-
dam. quam humilitatem ipse ostendit
in vita cum dicitur Ego nouissimus vi-
gilaui. et in doctrina cum dicit Et qsi
colligit racemos post vindemiatores.
Ipse aut fuit nouissimus no solum tpe
tpis. sed eciam ex reputacoe sue hu-
militatis. Cuius aut humilitas appa-

rruit/ in vbo/ in animo/ in signo. et i
honore iniuncto. In vbo quidem quia pro
se seruum seruorum dei appellauit. exemplo
Apli qui dicebat ii Cor iiii. Non
eni nosmetipos predicamus. sed ihm
xpm dnm nrm. Nos aut seruos vros
p ihm. Cor ix. Cum liber essem ex omib;
oium me seruu feci. Scdo apparuit in
animo quia se peccatorem reputabat
vn Mauricio imperatori sic scripsit Ita
eni peccator sum. credo q omnipotentem
deum tato vobis amplius placatis
quato sibi male me affligentis seru-
entem. Taliter se peccatorem reputa-
bat aplus. qui dicebat i Thi i. Xpc
ihus venit in hunc mundum peccatores
saluos facere. quorum ego primus sum.
Tercio apparuit in signis. Nam cuidam
heremite volenti sibi reuerentiam exhi-
bere. ipse sibi reuerentiam prius exhibu-
it. et an eum se in terra prostrauit. Ecci.
xxxii. Rectorem te posuit noli
extolli. sed esto in illis quasi vnus
ex illis. Iste aut non solum se non
extollebat. sed etiam se humiliabat.
Non tm erat vnus ex subditis. sz
etiam infra subditos se reputabat
exemplo summi rectoris de quo dicitur
Luc ii. Et erat subditus illis. Quarto
apparuit in honore iniuncto. Eius enim
electio fuit inuita ex parte sui. vn
dixit in Epla ad Narsium patriciu
Dum contemplacionis alta deserens ru-
ine mee inutili genium renouatis.
quia audiui quid intus per-
didi. dum foris ad culmine regiminis
ascendi. Tanto aut me percussum
merore cognoscite vt vix loqui suf-
ficiam. Item in alia Epla eidem. me ad
Episcopatus ordinem cognoscite peruenisse
si me diligitis plangite. quod et ego
incessanter defleo. atque vt pro me deum
exoretis rogo. Fuit etiam electio eius
miraculosa ex parte dei. quia cum fu-
gisset. et in silua latitasset. indicio
columne de celo pendentis ignee ma-
nifestatus fuit. Fuit etiam desiderata
et voluntaria ex parte populi. quia omnes
ipsum vnanimiter et cum multo de-
siderio elegerunt. Secundo apparuit eius

humilitas in doctrina. Et hoc quantum ad
quatuor. Primo quia scripta sua in comparatione
aliorum nulla reputabat. vn dixit in
Epla ad Innocentium prefectum Affrice
Si delicioso cupitis pabulo saginari
beati Augustini opuscula legite. et
ad comparacionem illius similaginis. nrm
furfurem non queratis. Secundo quia scripta
sua. quamdiu viuebat publicare nole-
bat. vn ait in eadem Epla. Neque enim
volo dum in hac carne sum. si qua
me dixisse contigit facile innotescat
omnibus. Tercio quia aliquem pulue-
rem humane laudis furtiue surripere cogno-
scebat. vn ait in fine moralium. Dum
caliginem mee intencionis respicio. deo
quidem ex eo summopere placere voluisse
me cognosco. sed eidem intencioni furti-
ue nescio humane laudis intersert. quod
iam postmodum tardius quam discerno,
inuenio me aliter agere quod scio me aliter
inchoasse. Quarto quia aut ne mala
reciperet. aut bona non bene dixisse ti-
mebat. vn ait in fine moralium. Ex
publicis locutionis redeundo et ad
curiam cordis. vt quasi in quodam
consilio consultacionis conuocatum cogita-
ciones mentis. quibus ibi video. ne
aut incaute mala. aut bona. non
bene dixerim. Tunc enim bene dicitur
bonum. cum is qui dicit soli ei. a quo
accepit. per id appetit placere. quod
dicit. Et quidem mala me aliquam di-
xisse. et si non inuenio. tm quia omnia
non dixerim non defendo. Bona vero
siqua diuinitus accipiens dixi meo
vtique vicio minus me bene dixisse co-
gnitor. Secundo habuit virtutum vigilan-
tiam. cui dicitur vigilanti. Ipse enim circa
virtutum acquisicionem sollicite vigilabat
Nos aut aliquas ipsius virtutes breuiter
percurramus. Ipse quidem primo habuit fortitudinem
cum infirmitate. quia licet langueret
in suo corpori nullam quietem dabat
quin semper aut scriberet. aut legeret aut
dictaret. aut oraret. ii Cor xii.
Cum enim infirmor tunc fortior sum et
potens. Ibidem virtus in infirmitate
perficitur. Ecci. xxxi. Opus quidem primus
est caro aut infirma. Secundo habuit

habundancia cum paupertate Quamvis enim multis diviciis habundaret inter opes tamen pauper erat. Unde cum quidam heremita deum rogaret ut sibi revelaret cum quo eternam mansionem acceptus esset, et deus sibi revelasset quod cum Gregorio eam exspectaret, et ille de hoc ingemisceret eo quod voluntariam inopiam sustinuit et ille tantis diviciis habundaret, audivit a domino: Cur audes paupertatem tuam diviciis Gregorii comparare qui catam illam quam habes magis diligis quam Gregorius tantas divicias. Proverbiorum 13°. Est quasi dives cum nichil habeat et est quasi pauper cum in multis diviciis sit. 2 Corinthiorum 6°. Tamquam nichil habentes et omnia possidentes. Philippensium 4°. Scio humiliari, scio et habundare, ubique et in omnibus institutus sum, et saciari et esurire et habundare et penuriam pati. Tercio habuit excellentiam cum humilitate. Nam cum esset summus pontifex, nolebat tamen verbum iussionis. Unde ait in epistola ad Eulogium episcopum Alexandrinum dicens: Rescitur michi sic loquitur caritas dicens: Dicavit iussistis. Quod verbum iussionis peto a meo auditu removeri, quia scio quis sum et qui estis. Loco enim michi estis fratres, moribus patres. Nolebat etiam universalis papa appellari. Unde ait in epistola ad eundem: In prefacione epistole sibi appellacionis verbum universalem me papam dicentes imprimere curavistis, quod peto dulcissima vestra caritas ultra non faciat. Ego enim vobis prosperari non quero sed moribus. Docebat enim beatus Gregorius id quod dicit Ecclesiastici 3°: Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Hugo: Non est magnum in abieccione esse humilem; magna prorsus et rara virtus est humilitas honorata. Quarto habuit deliciarum copiam cum parcitate. Valde quidem commendabile fuit quod in tanta deliciarum copia valde abstinens erat, adeo quod infirmato stomacho subsistere vix valeret. Ac mire etiam sua in monasterio tandis legiminibus pascebat. Quinto habuit mirandam cum liberalitate. Adeo quidem ad pauperes fuit liberalis quod per ipso monasteria in Sicilia et septimum prope domum suam fabricavit. Omnium etiam indigencium nomina scripta habebat et eis subveniebat. Unde virginum ancillarum tria milia Rome pavit sub regula, preceptis dei famulis longe vel prope positis. Sexto habuit iusticiam cum pietate. Nam cum quidam magi suis carminibus demones vocaret, ipsos cecitate multavit. Qui reatum suum cognoscentes ad baptismum pervenerunt. Quibus beatus Gregorius lumen oculorum, ne artem magicam legerent, reddi noluit, eos tamen ecclesiastico subsidio nutriri fecit. Quod ergo eos perpetua cecitate dampnavit fuit iusticie. Quod vero eos nutriri fecit fuit misericordie. Septimo habuit innocentiam cum multiplici perfeccione. Unde ait in epistola quam misit ad Cypriacum: Unum est quod breviter suggeras dominis nostris imperatoribus, quia si ego servus eorum in morte Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum gens nec regem nec duces nec comites haberet atque in sua confusione esset. Sed quia deum timeo, in morte alicuius hominis me miscere formido. Ecce opera humilitatis, quia cum esset summus pontifex, servum tamen imperatoris et filiorum eius se vocabat et dominos suos eos appellabat. Ecce opera innocentie, quia in morte inimicorum suorum consentire nolebat. Octavo habuit de deo magnam fiduciam, quod notatur cum dicitur In benedictione dei et ipse sperans potuit. Ita de deo sperare multam et magnam fiduciam habere. Tum quia multas revelaciones sibi faciebat, tum quia peticiones suas exaudiebat. Revelavit namque sibi Christus, spiritus sanctus, angelus et beata virgo. Christus namque se sibi revelat 3bus modis. Primo in alia effigie, in specie scilicet pauperis. Sicut cuius manibus aquam dum funderet vellet et cuius vicem accepisset, repente ille disparuit. Tali modo in alia effigie ostendit se discipulis ut vult. Quasi est in alia effigie euntibus in villa. 2° revelavit se per lapsum de celo vocem. Nam dum Gregorius hoc factum mirari audire meruit sequenti nocte vocem sic dicentis: Ceteris diebus me in meis membris, hesterna autem die me in memetipso accepisti. Tercio se sibi reve-

lavit in carnis mutatione. Nam cum quedam matrona corpus Christi panem solum esse crederet, Gregorius se in orationem prostravit, et surgens particulam illam panis instar digiti carneam factam reperit. Quintus sanctus se ei revelavit dupliciter, primo in specie ignee columpne. Nam dum post electionem suam fugiens in silva latitaret, columna lucis perfulgida super locum illum apparuit, in qua columpna angelos ascendentes et descendentes Jacob conspexit. Secundo in specie columbe. Nam cum post mortem Gregorii emuli sui libros suos vellet comburere, Petrus diaconus vehementissime restitit, asserens immane sacrilegium esse tanti operis tot et tales libros comburere, super cuius caput ipse spiritum sanctum frequentissime in specie columbe conspexisset. Angelus se sibi multipliciter revelavit. Videlicet quando tres angelos suscepisset, sed quando se protegebat et orationes suas deo offerentem, unde dixit ei angelus quem in forma pauperis acceperat: Angelus dei sum et me deus ad te misit ut te debeam protegere et omnes petitiones tuas per me apud ipsum valeas obtinere. Secundo sensit angelum defendentem. Nam cum Mauritius imperator Gregorium persequeretur, quidam monastico habitu indutus tamquam esset gregorius, gladium evaginatum in manu tenens contra imperatorem irruit, et imperator a persecutione cessavit. Tertio sensit angelum obsequentem. Nam cum ipse in die pasche apud sanctam mariam maiorem missam celebraret, et pax domini pronunciaret, angelus alta voce sibi respondit: Et cum spiritu tuo. Quarta virgo etiam se sibi revelavit in angelorum iubilatione, quando in aere audite sunt voces: Regina celi letare etc. Et in pestis compulsione, quia ante ymaginem beate virginis turbulentiam aeris fugavit, et postea mira serenitas remansit. Non solum autem deus sua secreta sibi revelavit, sed etiam ipsum in suis petitionibus exaudivit. Adeo exauditus fuit, quod potuit in deum, quia ipsum advenam inclinavit, quod satis ad eius precem traiano pena eterna pepercit

Sermo xxxiij°. Si contra deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prevalebis. Potuit in angelum dei, quia ipsum placavit. Nam cum Gregorius pro peste oraret, vidit angelum gladium tergentem et in vaginam imponentem in signum reconciliationis facte. Simile legitur de david i° Paralipomenon xxi°: Levans oculos suos vidit angelum domini stantem inter celum et terram et evaginatum gladium in manu eius etc. Potuit in dyabolum, quia ipsum fugavit. Nam de manu petri dyaconi saxum attestans accipiens os et faciem eius percussisset et ad instar ethiopis denigravit, et ipsum expulit et fugavit. Potuit in celum, quia in eius obsequium columna ignea descendit. Sicut olim in obsequium filiorum israel columna nubis in die et columna ignis in nocte misit. Potuit in infernum, quia ipsum expoliavit quando scilicet animam traiani suis orationibus de inferno eduxit ut possit dicere Traianus rex: quia dominus adiuvit me, scilicet per beatum gregorium, paulominus habitasset in inferno anima mea. Potuit in purgatorium, quia illuc descendentem absolvit. Nam cum quidam monachus ex commissis esset et sine absolutione decessisset, absolutionem in cedula scripsit et super foveam eius mitti fecit. Septima autem nocte abbati apparuit et se usque nunc in custodia detentum, nunc autem liberatum esse asseruit. Tertio habuit copiosam doctrinam quod notatur cum dicitur: Quasi qui vindemiat replevi torcular. Unica est sacra scriptura in qua sunt uve magne, id est sensus anagogici, mediocres, id est sensus allegorici, minores, id est sensus tropologici. Et racemi, id est sententie litterales et hystoriales. Torcular autem est sancta ecclesia. Sicut enim uve in torculari debent exprimi, sic sacre scripture in sancta ecclesia debent exponi. Heretici autem, quia istas uvas extra torcular exprimunt, id est extra fidelem ecclesiam exponunt, non eliciunt inde vinum sed venenum. Deut° xxxii°: Fel draconum vinum eorum. Gregorius autem sacras scripturas vindemiavit et torcular implevit, quia sanctam ecclesiam omnibus supradictis expositionibus fecundavit. Ipsam etiam sanctam ecclesiam replevit sacris

eruditionibus. quia omnes docuit secundum
exigentiam sui status. Nam docuit pla-
tos in pastorali. docuit et subditos. Sub-
ditorum autem quidam sunt incipientes. hos
docuit per exemplorum ostensionem in dyalogo.
Quidam proficientes. hos docuit per
vocem exhortationis in Omeliis. Quidam
sunt perfecti. Ibi enim instruuntur prelati.
qualiter subditos regat. incipientes quali-
ter vivant. proficientes qualiter de virtute
in virtutem proficiant. Et perfecti qualiter
consummationem apprehendant. Non solum autem
replevit ecclesiam expositionibus et erudi-
tionibus. sed etiam officiorum ecclesiasticorum
decorationibus. Ipse enim ecclesiasticum officium
ordinavit. Eccli. xlvij°. Stare fecit can-
tores contra altare et in sono eorum dulces
fecit modos. dedit in celebrationibus
decus. et ornavit tempora usque ad con-
summationem vite. ut laudarent nomen san-
ctum domini. et amplificarent mane dei sancti-
tatem. Beatus enim Gregorius ordinavit mis-
sale et graduale. Et ideo dicitur Stare fecit
contra altare cantores. Ordinavit ymnos.
Et ideo dicitur In sono eorum dulces fecit
modos. Ordinavit missam. et ideo dicitur
Dedit in celebrationibus decus. Ordi-
navit officium in septem temporibus. id est in se-
ptem horis diei specialiter decantandum.
Et ideo dicitur Ordinavit tempora usque ad
consummationem vite. Ordinavit missas
qui deum laudarent. Et ideo dicitur Ut lauda-
rent nomen domini. Ordinavit Anthi-
phonarium in quo in matutinis deus
specialiter laudatur. Et ideo dicitur ut am-
plificarent mane dei sanctitatem.

Neptalim cervus emissus dans
eloquia pulcritudinis. Gen.
xlix°. Beatus Gregorius inter qua-
tuor doctores. quatuor habuit prerroga-
tivas. que in verbis premissis notantur
scilicet prerrogativam gratie. sapientie. vite et
doctrine. Prerrogativa gratie notatur in eo
quod dicitur Neptalim. quod interpretatur conver-
sio sive latitudo. Ipse enim in principio
sue conversionis. conversatus est contra studium
sapientie. servans illud quod dicitur Eccli. viij.
Ne despicias narrationem presbiterorum
sapientium. et in proverbiis eorum conversa-
re. Contra studium conversationis honeste
servans illud quod dicitur Ephe. iiij°. De-

ponite vos contra pristinam conversationem veterem
hominem. qui corrumpitur secundum desideria
carnis. Renovamini spiritu mentis vestre.
Contra studium operationis bone. scilicet contra pre-
dicationem et sententiarum expositionem. devotam
orationem et elemosinarum largitionem. i. Pet. ij°.
Conversationem vestram inter gentes habentes
bonam. ut in eo quod detrectant de vobis
tamquam de malefactoribus. ex bonis operibus
vos considerantes glorificent deum in die
visitationis. Interpretatur etiam Neptalim
latitudo. Habuit enim gratie et perfectionis
latitudinem. quia dominus in ipso per gratiam habitat.
Ioh. xiiij°. Ad eum veniemus et mansio-
nem apud eum faciemus. Pater namque
in eo habitavit dans sibi inter adversa
constantiam. Filius in eo habitavit. dans
sibi in scripturis intelligentiam. Spiritus sanctus
in eo habitavit. dans sibi ad pauperes pie-
tatem et misericordiam. Fuit etiam tante per-
fectionis et gratie. ut mundum despiceret. ce-
lestia appeteret et mortem desideraret.
Ista tria signa perfectionis ponit in prologo
super dyalogum dicens. Infelix animus meus
meminit qualis in monasterio fuit. quando
labentia cuncta subterat. quia nulla
nisi celestia cogitare consueverat. quod mor-
te que pene cunctis pena est. velut in-
gressum vite et laboris sui premium
amabat. Secundo habuit prerrogativam sa-
pientie. que notatur in alia interpretatione
huius nominis Neptalim. que dicitur dilatatio.
Ipse enim habuit tantam dilatationem et lati-
tudinem cordis. circa divinam sapientiam. ut
possit dici de eo. quod dicitur iij° Reg. iiij°.
Deus dedit sapientiam Salomoni et pru-
dentiam nimis. et latitudinem cordis.
quasi arena que est in littore maris. Ad
istam autem divinam sapientiam ascendit
per septem gradus. per quos etiam Gregorius ascendit
primo per devotam orationem. Sapie. vij°.
Optavi et datus est michi sensus. invo-
cavi et venit in me spiritus sapientie. Secundo
datur sapientia cum est ipse domini dei quam
deus ad manum suam tenuit. Prov. ij°.
Dominus dat sapientiam. Eccli. i°. Omnis sapientia
a domino deo est. Tertio ad sapientiam asce-
ditur per cordis emundationem. Sap. In ma-
livolam animam non introibit sapientia nec
habitabit in corpore subdito peccatis. Luce
vij°. In animas sanctas se transfert

Amicos dei et prophetas constituit Sapiencia enim in se mundissima est. Et ideo
mundum requirit habitaculum Sap vii
Attingit autem ubique propter suam mundiciam
Candor enim est lucis eterne et speculum
sine macula. Tercio ascenditur ad sapienciam
per deperdicionem incepcionem Sap vi. Preoccu-
pat qui se concupiscunt. ut illis se prior
ostendat Et infra Inicium enim illius
verissima est discipline concupiscencia. Dani
Qui cum eius affectuose disciter eius
et multa sciencies. Quarto ascenditur
per studiosam conversacionem Et ista stu-
diositas consistit in quatuor. Primo in
audiendo. Eccli. Si inclinaveris aurem
tuam excipies doctrinam et si dilexeris
audire sapiens eris. Ieronimus super epistolam
ad Gal. Scriptura divina edificat
lecta sed multo plus prodest si de litteris
vertatur in vocem. dicit enim dyonisius
Quia doctrina vocis materialior est. sensibi-
lis et vivacior teloscia yerarchie quam
intellectualis Secundo consistit in legendo.
Ioh v. Scrutamini scripturas et non dicit
legite. sed scrutamini contra illos qui super-
ficialiter legunt et non intelligunt Nam
sicut dicit Augustinus in libro de doctrina
christiana Omnes qui scripturas legunt et
negligunt. legunt ut teneant. negli-
gunt ut intelligant. quibus longe preferen-
di sunt. qui verba eorum minus tenent
et cor eorum suis oculis intendunt ut vide-
ant. sed utrisque melior ille est. qui et
cum valet cum discit et sic oportet intelli-
git. Item Ieronimus ad paulinum Scriptu-
ras sacras sepius lege. ymo de ma-
nibus tuis nunquam sacra leccio deponatur
Tercio consistit in interrogando sive in confe-
rendo. ysidorus in libro de summo bono.
Cum sit utilis ad instruendum leccio
adhibita tamen collacione maiorem intelli-
genciam prebet Augustinus in libro soliloquiorum
Cum neque veritas melius acquiri pos-
sit. quam interrogando et respondendo. vix quisquam
invenitur. quem pudeat vinci a dis-
putante. Quarto consistit hec studiosi-
tas in meditando ps. In lege domini
meditabitur die ac nocte. id est in omni tem-
pore tam de die quam de nocte. Vel die ac

nocte id est in omni etate tam in etate
iuventutis que per diem. quam in statu
adolescentis que per noctem significatur Ut Gregorius
nazanzenus. Ex meditacione fiunt homines
habitum. quia sepe ex frequenti medita-
tione acquiritur habitus virtus sapiencie. Quin-
to ascenditur ad istam sapienciam per mentis
vacacionem Oportet enim ut vacet quis
ab exteriori occupacione Eccli xxxviii.
Sapienciam scribe in tempore vacuitatis otii
et quietis. et qui minoratur actu perci-
piet sapienciam Oportet eciam quod vitet li-
tes et contenciones ii Thi. ii. Servum
dei non oportet litigare Augustinus super Gen.
dicit Quia veritas vix a mansuete que-
rentibus a contenciose autem certantibus
nunquam invenitur ii Thim. ii. Noli ver-
bis contendere Ad nichil enim utile est nisi
ad subversionem audiencium Augustinus in libro
de doctrina christiana. Verbis contendere est non
quo veritas vincat. sed quo tua dicta
dictum alterius preferatur. Debet eciam quod
vacet ab ira et perturbacione ps. docebit
mites vias suas. Unde dicit Cathonem
sco. Ex propheta non requiescit in homine
proprio vel irato Debet eciam quod vacet
a superflua cogitacione. multi enim sunt
qui dum audiunt. et postquam audierint tot
cogitacionibus mentem occupant quod totum
quod audierint perdunt sicut habetur luce
viii de semine a spinarum multitudine
suffocato. Sexto ascendit ad divinam
sapienciam per studii ordinacionem Lamech
enim est nec in studio aliquid inordi-
natum vel instabile inveniatur Seneca
Illud autem vide ne leccio multorum
voluminum habeat aliquid incertum. aut
instabile. aut certum. certis ingeniis
immorari et innutriri oportet si velis ali-
quid trahere. quod animo fideliter sede-
at. Tercio beatus Gregorius habuit proroga-
tiva sanctitatis et vite. ut dicit Clemens
eximius Letuius habuit velocitate renun-
ciacionem et discrecionem De eius velocitate
dicitur Abacuc iii. ponet pedes meos
quasi cervorum Sic beatus Gregorius fuit
velox ad sequendum illum. de quo dicit
ps. Exultavit ut gigas ad currendam
viam ut eo velocius currere posset.
deponit omne pondus. ponderis. scilicet peccatorum

p sanctitatem integram. Heb. xij°. Deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum per pacientiam curramus ad propositum nobis certamen. Deposuit omne pondus diviciarum per paupertatem spontaneam. Licet enim multas divicias habundaret in illis tamen paupertatem sectabat. Prov. xiij°. Est quasi pauper cum in multis diviciis sit. ij Cor. vj°. Tamquam nichil habentes et omnia possidentes. Deponit pondus deliciarum per abstinentiam et maceracionem continuam. j Cor. ix°. Castigo corpus meum et in servitutem redigo. Deposuit pondus honorum per humilitatem nimiam, quia cum in summum pontificem fuit electus, ex nimia humilitate fugit et se abscondit, exemplo illius de quo scribitur Joh. vj°. Jhesus cum cognovisset quia venturi essent ut raperent eum et facerent regem, fugit in montem ipse solus. Licet autem beatus Gregorius fugerit, tamen indicio columne celestis manifestatus fuit. Non enim latere potuit propter vitam eminentem, ut Mt v°. Non potest civitas abscondi supra montem posita, propter conversacionem refulgentem. Ibidem. Nemo accendit lucernam et ponet eam sub modio, sed super candelabrum ut luceat omnibus, propter famam redolentem. Eccli. xxiiij°. Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi. Octavo cervus habet renovacionem sicut enim tangitur in glosa super illud. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum. Cervus senio gravatus, pilis atque cornibus contra crescentibus et oculis caligantibus, serpentem naribus de cavernis extrahit, quo interfecto et comesto, estuat veneno et fontem ardentissime desiderat, quo hausto cornua et pilos deponit, et etiam visus in eo clarificatur. Cervi igitur hoc habet oculos caligantes, pilos et cornua vetusta. Oculi sunt intellectus et affectus qui sunt vetusti, quando intellectus terrena cogitat et affectus terrena desiderat. Ps. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Ide. Ut quid diligitis vanitatem terrena scilicet desiderando et querentes mendacium terrena cogitando. Tales qui habent vetustum intellectum et affectum non sunt idonei ad recipiendum spiritum. Mt. ix°. Neque enim mittunt vinum novum in utres veteres.

Utres anime sunt intellectus et affectus qui quando sunt vetusti, non possunt recipere vinum spiritus. Per cornua vero intelligitur virtus operativa. Abacuc iij°. Cornua in manibus eius. Quidam habent cornua in corde, qui habent voluntatem operandi. Quidam habent in ore, qui bona dicunt et predicant. Quidam habent in manibus, qui virtutem operativam ostendunt in bonis operibus. Aliquando autem contingit quod ista virtus per nimia peccandi consuetudinem efficitur vetusta, ut non possit agere opera virtuosa. Ps. Inveteravi inter omnes inimicos meos. Per pelle intelligitur conversacio exterior, que tunc est vetusta quando quis habet mores inconpositos, inordinatos et terrenos. Ephes. iiij°. Deponite vos circa pristinam conversacionem veterem hominem. Tren. iij°. Vetustam fecit pellem meam. Cum igitur vult renovari ab ista prava consuetudine, accidat serpentem, id est inpugnat in se omnem temptacionem. Rom. iij°. Ipsa conteret caput tuum. Currat ad fontem gracie. Ps. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Et sic renovatur virtus intellectiva ut spiritualia cogitet. Et affectiva ut celestia concupiscat. Ps. Emitte spiritum tuum et creabuntur et renovabis faciem terre, id est anime, cuius facies sunt duo oculi, scilicet intellectus et affectus. Ephes. iiij°. Renovamini spiritu mentis vestre. Renovatur etiam virtus operativa ut opera virtuosa faciat. Ephes. iiij°. Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Tunc opera nostra sunt virtuosa, quando sunt cum iusticia quantum ad proximum, cum sanctitate quantum ad nos, cum veritate quantum ad Deum. Renovatur etiam conversacio exterior ut multam honestatem induat. Col. iij°. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum hominem, qui renovatur ad agnicionem Dei secundum ymaginem eius qui creavit eum. Nono cervus habet discrecionem. Cuius discrecio consideratur quantum ad tria, primo quantum ad vulneris sanacionem, quia sagitta percussus pollegium comedit, et sagittam proiciat et sanitatem recipit. Secundo quantum ad parturicionem, quando femina cervi quando parere debet, comedit diagentam sine herbam dragonteam, et levius parit. Tercio quantum

ad cordis confortationem. Nam cum cuius
valitudinis erat cor tremulum. comedit herbas
medicinales. habentes respectum ad
cor, et virtute illarum herbarum tam bene in cor-
de consequitur, quia et cor eius confortatur,
et medicinale efficitur, et ob suc tantilla
ergo ibidem efficitur. Habemus autem tria genera
herbarum medicinalium. quod cuius cordis
Quarum una valet ad sanandum. alia ad
pariendum, tertia ad fortandum. Herba
que valet ad confortandum. est sermo domini
Sap xvi° Etenim neque herba neque malagma
sanavit illos. sed tuus domine sermo.
qui sanat omnia. Herba que valet ad pari-
endum est victoria mortis. Homo enim qui
adinstar virentis feni vivit in vita.
et floret in gloria mundana, miserabiliter
consumitur in morte fetida. Ysaie xl°
Omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi
flos feni. Exsiccatum est fenum et cecidit
flos. Et Jacobi i° Sol aruit fenum et flos
eius decidit. et decor vultus eius deperi-
it. Ista autem meditatio facit parere
vel bona proposita adimplere. Gregorius val-
de se sollicitat in bono opere qui semper
cogitat de extremo fine. Herba que valet
ad confortandum. est meditatio dominice
passionis, que quidem herba fuit valde a-
mata. Cant i° fasciculus mirre dilectus
meus michi inter ubera mea commo-
rabitur. Ista autem meditatio cor confortat
ad aggrediendum opera ardua. i Machab.
vi° Elephantis ostenderunt sanguinem
uve et mori, id est de virginea vite pro-
genita. in torcular crucis expressi et
in passione denigrati. Ista autem herba
vel hec meditatio generat os in corde et fa-
cit cor fortissimum ad sufferendum
adversa. Heb xii Recogitate eum qui
talem sustinuit a peccatoribus adversus
semetipsum contradictionem, ut non fatige-
mini animis vestris deficientes. Gregorius
Si passio Christi ad memoriam reducatur
nichil est quod nemo non equo animo
tolleret. Ista autem herba facit cor medi-
cinale ad sanandum mentium vulnera. Sicut
enim pyxidem dicimus medicinalem. que
medicamina continet, sic tale cor medici-
nale est. quod tales continet medicamina.
Unde sepe tria a tali corde prodeunt. sunt
peccatorum sanativa. Et ideo peccatores

tamen quod habuit linguas medicinales ca-
piunt. Ps. lingua canum tuorum ex ini-
micis ab ipso. Tertio beatus Gregorius ha-
buit prerogativam doctrine. cum dicitur Dabo
eloquia pulcritudinis. Pulcritudo autem elo-
quentie secundum Augustinum in libro de doctrina christi-
ana est. quando eloquens tribus sensibus agit
ut veritas placeat. et veritas pateat
et veritas moveat. Sed ut pateat debet
loqui clare et apte. Ut placeat debet
loqui composite et ordinate. Ut moveat
debet loqui ferventer et devote. Talis fuit
eloquentia et doctrina beati Gregorii, scilicet clara
ordinata et devota. Clara nichil ha-
bens obscuritatis. Sap vi° Clara est
et que nunquam marcescit sapientia et faci-
le videtur ab hiis qui diligunt illam.
Prover. xiiii° Doctrina prudentium fa-
cilis. Ordinata sive ornata nichil
habens rusticitatis. Prov xv° lingua
sapientium ornat sciam. Eccli. xxi°
Fatuus mellis vix continet. Devota nichil
habens insipiditatis. Eccli. vi° Sapiens
in verbis seipsum amabilem facit. Cant.
iiii° mel et lac sub lingua eius. Dedit
etiam eloquia pulcritudinis, quia eius elo-
quentia et doctrina habuit soliditatem veritatis
pulcram venustatem, et dulcem suavi-
tatem. Habuit quidem soliditatem veritatis.
quia eius doctrina fuit approbata primo
scilicet per spiritus sancti apparitionem, que Petro
dyacono in specie columbe super eum dic-
tante sepe apparuit. Johannis xvi° Cum
venerit paraclitus quem mittam vobis a patre
spiritum veritatis. qui a patre procedit
ille vos docebit omnia. Fuit approbata
per iuramentum et mortem imposicionem, quando
Petrus dyaconus nunquam credit eorum ut
confessionem suam iuramento confirmavit
inter verba spiritum emisit. Heb vi° Homines
vero per maiorem sui iurant. et omnis contro-
versie eorum finis ad confirmationem
iuramentum. Eccli ix° Testamentum enim
in mortuis confirmatum est. Fuit appro-
bata per celestem visionem. Nam cum li-
bri sui ab emulis suis fuissent combu-
sti. et libri moralium non invenirentur
Gregorius processionaliter quibusdam apparens
eos manifestavit. Verba eius eloquia

z doctrina pulsata fuit venustate Que
quidē venustas eloquencie causata fuit
a tribus sz a celesti sapia. q̄ sanctus
Gregorius fuit repletus. vn̄ recphe dicitur
clyc qui celesti sapia vacuus imper
itis sermonibus diuinam sapiam pro-
ferre volebat Job xxxviij° Quis
est iste inuolues sentās sermonibꝰ imperi-
tis dicat Quas celestes proferre nō
p imperitos sermones Non decet ecia
illum qui vera sapia vacuus est vbis
se composite ostentare Pu xvij° Non
decent stultum vba composita Causata ecia
fuit in eo ista venustas eloquencie
a nobilitate senatoria quia de nobili
stirpe processit Vn dicit Jeronimus de ysa.
in prologo Ysaias in sermone disertus
est Quippe vt vir nobilis vrbane
eloquencie v̄c et habens quicquam in elo-
quio rusticitatis admixtum Contrario
dicit de Jeremia in prologo Jheremias
propheta ysaia Osee z quibusdam alijs
prophetis videtur esse rusticior sed sensibus
par est. quippe qui eodem spu prophetauit
potius simplicitas eloquij de loco ci
in quo natus est accidit Causata eciam
fuit a rethorica phia quia phus et
rethor maximus in ipa sua adolescen-
tia fuit Prou. xx° Aurum z multitudo
gemmarum z vas preciosum labia sciē.
Vas preciosum fuit btūs Gregorius. cuius
labia i. vba fuit ornata z auro celestis
sapiencie. z gemmis rethorice z phie.
Causata ecia fuit a dulci suauitate
Tam enim dulcem z suaue eloquenciam
habebat qd omnes sua dulcedine attra-
hebat. v̄c mire sibi dulcedine habebat
in ore. qui dulcedine spus sancti sep
ptabat in corde. Ecci xxiiij° Spus
meus super mel dulcis. hec autem
dulcedo eloquencie multum auditoribus
est accepta Ecci xlviij° Tibia et
psalterium suauem faciunt melodiam z
sup vtraque lingwa suauis. Pu xvi°
Qui sapiens est corde appellabitur
prudens et qui suauis e eloquio ma-
iora reperiet maiorem q z deo maiorem
honorem z in auditoribus maiorem fructum

z sibi maiorem graciam in presenti. et
maiorem glam in futuro

## Dilectus a deo z hominibus

cuius memoria in benediccione
est. Ecci xlv° Magnum est diligi
ab omnibus hominibus maius e dili-
gi a deo maximum est haberi in memo-
ria dei z ab ipo benedici Btūs autem
Benedictus. sicut pz in verbis premissis
fuit a deo dilectus ab hominibus ama-
tus. dei z hominum memoria dignus. Effectus
autem a deo dilectus. eo q quia deuo-
te incepit deuocius vixit z deuotis-
sime finiuit Incepit autem deuote. eo
s. incepit a puritate vl pueicia Gregorius
in dyalogo Etatem quippe excedens
moribus. nulli animum voluptati dedit.
Et ideo meruit diuine visionis claritatem
Mt v° Beati mundo corde. qm ipi deum
videbunt Secundo incepit a paupertate
Gregorius ibidem Cum quem in ingressu
mundi posuerat retraxit pedem despe-
ctis namque litterarum studijs relicta do-
mo. rebusque patris. soli deo placere
desiderans. sancte conuersacionis habitum q-
siuit Et ideo meruit iudiciariam po-
testatem Job xxxvj° Judicium pau-
peribus tribuit Tercio incepit ab humilitate
Gregorius ibidem Benedictus plus appetens
mala pati. q laudes. p deo laboribus
fatigari. q vite huius fauoribus ex-
tolli v̄c Et ideo meruit celeste sub-
limitatem Luc xiiij° Qui se humi-
liat exaltabitur Quarto incepit a compas-
sione Gregorius ibidem Benedictus reli-
giosus puer pius. cum nutricem suam
flere conspiceret. illius dolori compassus est.
Et ideo meruit diuinam misericordiam
Mt v° Beati misericordes qm ipi misericordiam
consequentur Quinto incepit a deuota
oracione Gregorius ibidem Oblatis sermonem
vtique fractis capisterij partibus. sese
tum lacrimis dominum dedit Qui ab
oracione surgens inuenit se vas sanum repperit
Et ideo meruit diuinam familiaritatem Felix
enim qui in oracione deuotus fuit ad dei fa-

inhabitate admittit, quia cominus
oratio ad dei aspectum eos introducit
Eccli. xxxv. Oratio humiliantis se nu-
bes penetrabit et donec propinquet non
consolabitur Et non discedet donec respiciat
altissimus Secundo fuit a deo dilectus
quia devotius vixit Tota quidem vi-
ta sua fuit in oratione, quia in omnibus
ad orationem fugiebat et eo obtinebat
Bern. iiiio. In ore dicentium exaudie-
bantur fuit in elevatione Thi. iiiio. Attende
tibi et doctrine, fuit in contemplacione sicut
patet cum lucem de celo missam vidit
et totum mundum ibidem collectum
aspexit ps. Revela oculos meos et
considerabo mirabilia tua, fuit in vocali et effica-
ci locutione Greg. in dyalogo Cum
enim labor deserviret corporis ab eius
ore creatore alimenta reficiebat vite
Col. iiiio. Sermo vester semper sit
sale conditus, Tercio fuit a deo dilectus
Quia devotissime finivit Ipse enim
morte sua previdit, monumentum sibi
aperiri iussit, in ecclesiam se portari fecit
corpus et sanguinem christi ibidem recepit
inter manus discipulorum erectus stetit
Manus ad celum elevavit et spiritum dei
manibus commendavit, Hec autem omnia et
devotionem sufficienter et significationem
ostendunt Morte enim previdit ut
indicet morienti securitatem Prov. xiiiio
In malicia sua expelletur impius sperat
autem iustus in morte sua Bulga. Fact.
peccatoribus horror in exitu dolor in tran-
situ pudor in aspectu glorie magni
dei, Secundo monumentum sibi aperiri
iussit ut ostenderet morienti alacritatem
Job iiio Gaudet vehementer cum
invenerit sepulcrum Gen. xlo Ege-
dietur in habundancia sepulcrum sicut
acervus tritici in tempore suo. Tria enim
sunt que cum dicunt sanctos sic faciunt
mortem alacriter expectare Est enim
mortem sanctorum pausam facit, quod
a labore gaudium de novitate securi-
tas de eternitate, Tercio in ecclesiam se
deferri fecit ut laudaret dei bonitatem
ps. In medio ecclesie laudabo te volut
enim gratias deo offerre et de eo quod ipsum
in vita conservaverat et de eo quod eum

ad se vocabat et deo quod sibi futuram gloriam
promittebat Sacramentum enim actio secundum
Cassianum Et est preteritorum et presentium et
et futurorum, ait enim sic Gratiarum actiones
agit quis dum perfecta dei recolit beneficia
vel cum presentia contemplatur, seu cum in fu-
turum que et quanta deus preparavit hijs qui di-
ligunt eum prospicit, Quarto corpus
et sanguinem christi suscepit ut se premuniret
contra hostium immanitatem ps. In via
hac qua ambulabam absconderunt sibi
laqueum michi Bern. Grandis erit pavor
o anima mea cum omnibus dimissis quorum
tibi presentia tam iocunda tam consuetus aspe-
ctus sola incognitam regionem penitus
ingredieris et occurrentia tibi catervatim
nati invenire illa teterrima monstra vi-
debis, Quinto erectus inter manus di-
scipulorum stetit, ut ostendat peccati imm-
unitatem Nunquam enim peccatum mortale cecidit
sed semper erectus stetit Sunt quidam
qui moriuntur iacentes sicut illi qui a bonis
operibus vacaverunt Quidam in terram prostrati
sicut illi qui peccatum mortale commiserunt
Quidam claudi sicut illi qui fidem ha-
buerunt sed bona opera non fecerunt Quidam
erecti sicut viri sancti, qui sunt a pec-
cato liberi bonis operibus pleni et inten-
tione recti, Istam quadruplicem differentiam tangit
Apostolus Heb. xiio Remissas manus et
soluta genua erigite et rectos gressus
facite pedibus vestris ut claudicans quis
erret magis autem sanetur Remissas ma-
nus habent accidiosi, genua soluta habent
peccatores in peccatum prolapsi Gressus
rectos faciunt viri sancti Claudicant
mali parum fidem habentes sed opera
fidei non habentes Sanati sunt peccatores
ad penitentiam redeuntes Eph. vio State
succincti lumbos vestros in veritate, Debent
stare ut habeant fervidos operationes et
succincti ut non habeant feruidas cogitationes
et in veritate ut habeant rectas intentiones
Sexto manus ad celum levavit ut osten-
dat intentionis sinceritatem I. Thi. iio
levantes puras manus sine ira et dis-
ceptatione Opera enim nostra debent esse ad
deum elevata pura et pacifica Ele-
vata ut sint sicut tenua capiditate Et

ideo dicit Levites / Pura. ut sint sy
ceritate Et ideo dicit / puras manus
pacificata ut sint sine superba elacione
Et ideo dicit sine ira et disceptacione
Septimo spiritum suum porcionem in dei
manibus commendavit / ut ostenderet anime
sue futuram felicitatem / deus enim habet
animas sanctorum in manu sua tamquam
rem valde preciosam tamquam rem valde se
curam / tamquam rem ante oculos memora
dam / Et tam devotissime finivit. quod in
morte sua tot signa devocionis habuit /
// Secundo ab hominibus fuit carus racione
racione commissionis correctionis et instru
ctionis Ipse enim ad decem tot quinque
et etiam in suo principio duodecim mo
nasteria construxit Convertit autem eos a pec
cato ad penitencie suscepcionem a penitencia ad
gracie infusionem / a gracie infusione ad
perfectam dei contemplacionem Et ista tripex
conversio significatur per triplicem conversionem
quam fecerunt filii Israel Ipsi enim converterunt se
ab egipto in desertum / a deserto in
terram promissionis. a terra promissionis
pervenit in Iherusalem Illi sunt in egipto qui
sunt in peccato. quod quidem peccatum facit
animam tenebrosam / Tunc autem de egi
pto in desertum transeunt. quando de tenebrositate
culpe transeunt in asperitatem penitencie Tunc
autem transeunt de deserto in terram pro
missionis. in qua fructus terre primo come
derunt. quando de asperitate penitencie transeunt
ad suavitatem gracie Tunc autem de
terra promissionis pervenit in Iherusalem que
interpretatur visio pacis. quando de suavitate
gracie transeunt ad contemplacionem visio
interne // Tercio homines ipsum dilexe
runt bone correctionis Ipse enim in
corrigendo vicia et peccata fuit primus. se
nerus et discretus. Ipse enim fuit primus
ad bonos ipsos amonendo Gal vi° vos
qui spirituales estis instruite huiusmodi
in spiritu levitatis / fuit severus quantum ad
malos. ipsos dure obiurgando. ii Thi.
iiii° Argue. obsecra. increpa. Obse
cra bonos. argue et increpa inordi
natos et duros. fuit discretus quantum
ad omnes. quod magis expediat considerari

do. De qua discrecione dicit Gregorius in
pastorali Aliquorum subditorum vicia pru
denter sunt dissimulanda Aliquorum subti
liter perscrutanda Aliquorum leniter argu
enda Aliquorum vehementer increpanda.
Ista tria tangit Ezechiel iii°. ubi dicitur
ut adamantem et ut silicem dedi faciem
tuam Adamas est lapis attractivus Si
lex est lapis durus in facie vero sapiencia
et discrecio significatur Tunc igitur prelatus est
ut adamas. quando aliquos attrahit per
dulcem amonicionem Tunc est silex quando
aliquos attrahit per duram obiurgacionem
Tunc ista habet non in manu. sed in facie
quando quid cuilibet magis expediat con
siderat per discrecionem Tercio fuit dilectus
ab hominibus propter instructionem Ipse quidem
omnes instruebat et verbo erudicionis
et exemplo informacionis Non enim suf
ficiunt verba. nisi assint et opera. Nec
verba nisi sint fervencia et ignita nec
sufficit / quod sint ignita. nisi sint et
perseverancia hinc est / quod dominus precepit
Exodi xxviii° Ut ad pedes tunice
Aaron sacerdotis fierent tintinabula
aurea / Per tintinabula aurea figurantur
predicatores. qui debent esse sonori quantum
ad verba. et aurei quantum ad opera / per
tunicam significatur conversacio sive vita.
Tunc enim tintinabula adiunguntur tunice
tunice. quando verba coniunguntur cum vita. Et
ista tintinabula tunc sunt aurea. quando
verba predicatoris sunt igne divini amoris
inflammata Tunc autem sunt ad pedes tu
nice. quando sunt cum perseverancia Tercio
sanctus Benedictus fuit memoria dignus
licet enim a nobis corporaliter recesserit
nobiscum tamen remansit. quantum ad odo
rem sue fame / quantum ad dulcedinem
sue doctrine. quantum ad lucem sue re
gule. et quantum ad calorem caritatis
sue Et ideo recte de eo dicatur.
Eius memoria in benediccione est / Re
mansit namque nobiscum. quantum ad odorem
fame sue. Sicut enim post poma odori
fera. et post species aromaticas remanet odor
ipsorum / sic post mortem sanctorum re
manet nobiscum odor eorum Iob ix°
Dies mei pertransierunt tamquam naves

poma portātes / Plantes poma pta-
tes fuerunt sancti. dū sāc habentes
v̄tutes. quoꝝ dies dum pteriērunt.
odor nobiscum remanet. opūm ꝛ v̄tutū
qui odor ꝛ sanctos allicit. ꝛ malos
inuidia tabescē facit. ij. Cor. ijo. x̄
bonus odor sumus deo in hijs qui salui
fiunt / ꝛ in hijs qui pereunt. Alijs q̄dē
odor vite in vitam. Alijs odor mortis
in mortem / Memoria aūt pctorū
non est odorifera. sed fetida. prou. xo.
Memoria iusti cum laudibus ꝛ nomē
impiorum putrescet. Scd̄o remansit no-
biscum optimum ad dulcedinē sue do-
ctrine. Sicut enim apis postq̄ de alue-
ario euolat vel recedit. fauos mellis
nobis relinquit. Sic anima sancti
benedicti euolās de corpe ꝑ̄p̄o. mellifflu-
am doctrinam reliquit in mundo. quā
quidem doctrinam collegit in prato
sanctarum scripturarum. Collegit enim
flores salutiferos rore celesti ꝑfusos.
Eccī. xjo. Breuis in volatilibus apis.
ꝛ inuitu dulcoris habet fructus eius
Apis fuit beatus benedictus. racōe
v̄ginitatis. Quā sc̄dm ambrosium.
Omnes apes virgines sunt. Et fuit
breuis racōne humilitatis / ꝛ fuit volatil
racōne celestis contemplacōnis. Et ha-
buit dulcem fructum mellifflue pdi-
cacōnis. prou. xvjo. fauus mellis
verba c̄ōposita / Tercio remansit nobis
optimum ad lucem sue regle. Solem
licet occubat in nocte. tamen totaliter
radios suos a nobis nō subtrahit. sz
lunā illuminat. ꝛ luna radios ꝛ̄ceptos
nob̄ c̄municat. Sic b̄tus benedictus. licet
nob̄ occubuit ꝑ mortem corporis.
dimisit nobis tamē regle salutare
Que quidem illuminat lunā i. totā
ecclesiam. siue religionē mōnasticā / luna
aūt nob̄ nō lucet. qn̄ interponit̄ vm-
bra terre. quia ordō mōnasticū multū
obtenebrat. qn̄ terrena cupiditate
respergit̄. Olim paupertas religionē
genuit. religio vero diuicias pepit.
Sancti enim viri terrena despiciē cupi-
entes. religiones plurimas inuenerūt
sed reges ꝛ principes tantā sctītatē
videntes ipsas religiones magnis
diuicijs dilatauerūt / ꝛ sic paupertas fuit

mr̄ religionis. Religio vero c̄ōceptū mr̄
diuiciarum / sed ista mala filia diuiciarum
s. habundancia. vtrāsz parentem inter-
fecit. ꝛ se tandem necauit / siquidē diui-
ciarum habundancia paupertatē fugat
religionem ꝛ omnia spūalia dissipauit.
ꝛ tandē ꝑ lites ꝛ c̄ōtenciōes ꝛ indebitos
vsus eciā ipa temporalia c̄ōsumpsit /
Tercio remansit nobiscum. optimum ad calo-
rem caritatis succēdē. Ignis enim ar-
dens in clibano vel fornace postq̄ c̄ōpe-
ctus fuit. remanet in ipo clybano vel
fornace q̄uum ad suum calorem. Sic sctūs
Benedictus huit ignea eloqa / succensa
desideria. ꝛ fulgencia opa / quibus totum
mundum ad dei amorem succēdit. Ex
isto igit̄ ꝑ mortem corporis c̄ōpacto. re-
mansit calor in clybano q̄z eius ignita
eloqa remanserunt in mundo. Ecc̄l. jo. Scin-
tille eius quasi aspectus eius cadentis.
Scintille quidem scintille ꝛ tamq̄ scintille
subtilia sunt. inquantum corda penetrant
Et tamq̄ eis sonora sunt. inquantum se longe
lateq̄z manifestat. Et tamq̄ candentes ignita
sunt. inquantum corda inflammat

Egredere de terra tua ꝛ de
cognacōne tua. ꝛ de domo pris
tui ꝛ veni in terram quam mōstrauero tibi
faciamq̄z te in gentem magnam ꝛ benedicā
ꝛ magnificabo nomen tuum. eris q̄z benedictus.
Gen. xijo. Verba ista q̄ loquuntur a dominꝰ
ad Abraham. conueniunt sancto be-
nedicto. ꝛ cunctis religiosis In quibus hor-
tat̄ dominꝰ quēlibet religiosum ad tria.
Primo ad mundi c̄ōtemptum. cui dicit̄
Egredere de terra. t. et de c. t. et de do. pa. t.
Scd̄o ad religionis ingressum. cum
dicit̄ Et veni in terram quam mōst. t.
Tercio ponit vtriusq̄z fructum. cum dicit
Faciamq̄z te in gentem magnam ꝛc. / Cir-
ca primum notandum. q̄ religiosi debent c̄ōte-
mpnere mundum. quantum ad tria. sz quātum
ad terrenā possessionem. cum dicit̄ Egredere
de terra tua. Scd̄m ad carnalem affe-
ctionem. cui subdit̄ Et de c̄ōg. t. Tercium
ad corporalē habitacōnem cui addit̄ Et de do. p. t.
Debent quidem religiosi viri c̄ōtēpnere
mundum. quantum ad terrenā possessionem
s. vt nichil terrenum possideant Et ideo
dicit̄ Egredere de terra. t. i. de possessione t.

V.

Vero autem huius terrene possessionis
quam habere non debent, debent habere alias
possessiones. Primo namque debent possidere
deum in hereditatem. Iosue xiiio. Tri-
bui levi non dedit possessionem. quoniam
deus israel ipse est possessio eius. Eze-
chielis xliiiio. possessionem non dabitis eis
in israel. ego enim dominus possessio eorum.
Secundo debent possidere dyabolum sugge-
stionem in servitutem. Genesis xxiio.
Possideat semen tuum portas inimicorum.
Job xlo. Numquid accipies eum servum
sempiternum. c. d. hoc non poteris facere virtu-
te tua sed mea. Tercio debent possidere a-
micum in probatione. Ecclesiastici vio. Si possi-
deas amicum in temptatione posside eum.
Et ne facile credas ei teipsum. Ioannes
amicus diu queritur. et vix invenitur. et
difficile custoditur. Quarto debent possidere
sapientiam tamquam thesaurum preciosum. Proverbiorum
xvio. posside sapientiam. quia auro meli-
or est. et acquire prudentiam. quia preciosior
est argento. Quinto debent possidere corpus
proprium tamquam vas mundum. i Thessalonicenses iiiio.
Sciat unusquisque vestrum suum vas
possidere in sanctitate. i. corpus suum
tamquam rationi subiectum. Tunc autem est
rationi subiectum. quando ipsa ratio
ab ira vel impacientia vel tentatione non
vincitur. Luce xxio. In paciencia vestra possi-
debitis animas vestras vel quia cor co-
gitationibus et incepationibus vanis acquiescit.
Prov. xvo. Qui acquiescit increpationibus
possessor est cordis. Sexto debent con-
tempnere mundum. quantum ad carnalem
affectionem. quod notatur cum dicitur. Et de
cognatione tua. Circa quod quidem sciendum
est. quod homo habet quatuor cognationes. Prima
est terrena. secundum quod homo de terra for-
matus est. Sapiencie viio. Sum quidem
et ego mortalis homo similis omnibus. et
ex genere terreno illius qui prior factus.
Secunda est humana. secundum quam unus ho-
mo de alio natus est. Actuum xviio. Fecit ex uno
omne genus hominum. Tercia est divina.
secundum quam homo ad ymaginem dei for-
matus est. Actuum xviio. Ipsius enim genus
sumus. Quarta est belvina. secundum quod ho-
caelis bruti animalibus assimilatur e.

Ps. Homo cum in honore esset non intellexit.
Et duabus autem cognationibus debemus exire
et duas retinere. Debemus quidem exire
a cognatione humana sive carnali. ne scilicet
putemus carnales vel propinquos nimis dili-
gendos. Matthei xo. Qui amat patrem vel
matrem plus quam me non est me dignus.
Hugo. Amandus est genitor. sed prepo-
nendus creator. Secundo debemus exire a co-
gnatione belvina. ut omnia carnalia ab-
iciamus. Ps. Nolite fieri sicut equus et
mulus in quibus non est intellectus. Duas
autem alias cognationes retinere debemus.
scilicet terrenam ut provocemur ad humili-
tatem. Job xviio. Putredini dixi pater
meus es. mater mea et soror mea
vermibus. Augustinus. Unde superbis homo
filius terre. pater est sicut genuit te. talpa
cognata ollarum. tamen robur infirmitas
Quinque tue paupertas. hoc tamen decep-
tus. gaudium tuum luctus. status tuus
in iuventute mutatur in senectute. si flo-
res in prosperitate. si fulges in pulcri-
tudine. fungeris sapientia. splendes in
eloquentia. status senectutis iuventutem
proscribit. adversitas prosperitatem excludit.
Modica febris pulcritudinem expellit.
oblivio sapientiam. mors eloquentiam. Di-
vinam etiam debemus retinere cognationem
ut nostram conservemus dignitatem. Ecclesiastici
xo. Fili in mansuetudine serva animam
tuam. et da illi honorem secundum meritum suum.
Cyprianus ad Demetrianum. O homo
humilitatem serva qua natus es. et ta-
lis persevera qualis hodie factus es.
cum statu oris et cordis. cum tuum sta-
tue. ut et cognoscere debemus tuum possessorem
quem cognoscere. Tercio debemus contempnere
mundum quantum ad corporalem habitationem
ut necesse etiam in eadem domo cum malis
hominibus habitemus. Ideo dicitur. Et de
domo patris tui. Non est periculum mal
habitare cum bonis. sed periculum est ha-
bitare bonis cum malis. propter tres rationes.
quas ponit Ulixes scilicet. Prima scilicet propter corrum-
pcionem infirmantem. ratio est quia boni
quidem non corrumpit malum. sed malum
corrumpit bonum. Sic est ut dicit Ysodorus
boni non corrumpunt malos sed mali
corrumpunt bonos. i Cor. xv. Corrumpunt

fermenti tota massa corrumpit. Ibidem
Corrumpunt bonos mores colloquia
prava et mala. Et ideo secundum Crisostomum non
dixit dominus Babilonis, ut exirent
de medio populi sui, sed dixit populo suo
ut exirent de medio Babilonis. Non
enim erat periculum Babilonis habitare
cum populo dei, sed periculum erat populo
dei habitare cum Babilonis. Ysaie: Effugi-
te de medio Babilonis. Secundo propter
inquinacionem, unde ponit idem Crisostomus tale
exemplum: Si admisceatur farina cum luto,
lutum non inquinatur ex admixtione fari-
ne, sed farina ex admixtione luti. Lutum
sunt peccatores in conspectu dei fetidi et ideo
quia sunt in fetidis peccatorum, psalmus: de lacu
miserie et de luto fecis. Pedibus con-
culcat, Ysaie lxiij: Conculcabit fructus eius
in conculcacionem. Et lutum in cloacam
infernalem proiciat, psalmus: ut lutum
platearum delebo eos. Farina vero
sunt viri sancti, qui mola amoris et
timoris se conterunt et affligunt et ad
puritatem et mundiciam cordis sui redu-
cunt, et digni sunt ut panes dei ef-
ficiantur, proverbiorum xxvij, Ysaie xlvij:
Tolle molam et mole farinam. Sunt
igitur viri sancti qui sunt farina can-
dida propter puritatem. Attriti peni-
tencie asperitate, in panes dei conte-
di coniunguntur per sanctitatem, et habitant
cum peccatoribus, qui tamquam lutum sunt fe-
tidi, pedibus demonum conculcandi, in cloa-
cam infernalem proiciendi. Ab hoc
quidem ipsum lutum, id est ipsi peccatores non
inquinantur, sed potius ipsa farina,
id est iusti, potius maculantur. Tercio propter
viciacionem, unde ponit idem Crisostomus
tale exemplum: Si quis acetum in vinum
infundat, vinum non viciat neque corrum-
pit acetum, sed acetum vinum. Acetum
sunt peccatores, qui deum exacerbant,
psalmus: Exacerbavit deum peccator. Et
quia opera acerba faciunt, Sapiencie iiij:
fructus eorum inutiles et acerbi. Vinum
optimum sunt viri iusti, qui deum
letificant per bona opera et homines
per bonam famam. Iudicum ix: Numquid pos-
sum deserere vinum meum, quod le-
tificat deum et homines? Cum igitur
acetum, id est peccatores, deum exacerbantes

et acerba opera facientes, quis (?) fuerit vino
optimo, id est associatur viris iustis, ex tali
associacione peccatores non corrumpuntur, sed
sepe iusti viciantur. Secundo domus hor-
tatur ad religionis ingressum, cum dicit:
Et veni in terram quam monstravero tibi.
Terra ista optima est religio sacra. Co-
gnoscitur autem terra optima quatuor modis
secundum Ysidorum (?) primos tres tradit Virgilius
et Palladius. Primo per nigredinem, quia
nigredo terre pinguedini attestatur.
Secundo per dulcedinem, quia cum gleba aque
ori apponitur et si est amara et insipi-
da, est infructuosa et mala. Si vero
dulcis et sapida, est bona et fructuo-
sa. Tercio per fossionem, quia fovea
debet fieri et postmodum terra inde ex-
tracta fovea debet repleri, et post ali-
quod tempus si superhabundaverit erit
optima, si defecerit erit reproba, si
equata fuerit erit bona. Quarto per uber-
em fructuum productionem, quia quando terra
uberes fructus producit signum est quod
bona fuit. Religio igitur tunc cogno-
scitur esse bona quando est nigra per
abiectionem et asperitatem. Boni igitur
et veri religiosi denigrant se exterius
per humilitatem et dealbant se intus per
puritatem. Canticorum primo: Nigra sum sed for-
mosa filie Ierusalem. Secundo quia est dulcis
per devocionis suavitatem. In deserto
enim, id est in religione, est potus mundus,
in Egipto vero, id est in mundo, est potus
immundus. Ieremie ij: Quid tibi vis in via
Egipti ut bibas aquam turbidam? Est
cibus amarus. Numeri xj: In mentem
nobis veniunt cucumeres et pepones,
porri cepe et alea. Ista enim dicebant
se comedere in Egipto. Est actus la-
boriosus. Exodi primo: Oderunt filios
Israel Egipcii atque ad amaritudinem
perducebant vitam eorum operibus duris
luti et lateris. Ieremie xxiiij: Ut iniq(ue)
agerent laboraverunt. Ecce qualem potum
et qualem cibum et qualem actum habent ho-
mines in mundo. Sed in deserto religionis
habent potum dulcem, cibum suavem,
actum levem atque placidum. Ecclesiastici xx-
iiij: Qui edunt me adhuc esurient,
eo quod suavis tibi, et qui bibunt me

adhuc sitient. ecce conulas potus. Et
qui operantur in me non peccabunt. ecce
complementis z vtilis actualis. Tercio ipsa
religio cognoscitur esse bona terra per
possessionem z repletionem. Nam illi qui
seminant precepta. sunt bona terra. quia
quantum peccauerunt tantum deo satisfaciunt.
Romanorum vi° humanum dico propter
infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhi-
buistis membra vestra seruire immundicie
z iniquitati ad iniquitatem. ita nunc
exhibete membra vestra seruire iusticie in
satisfactione. Illi vero qui superogant consi-
lia. sunt optima terra. Luce x°. quodcumque
supererogaueris ego cum rediero reddam
tibi. Illi autem qui deficiunt ab vtroque
sunt repleta terra. Heb vi° proferens
terra spinas z tribulos reproba est. z ma-
ledicto proxima cuius consummatio in combusti-
one. Quarto ipsa religio cognoscitur
esse bona terra per vberem fructum produ-
ctionem. producit enim illos quibus debetur
centesimus fructus. scilicet virgines predica-
tores z pauperes propter deum omnia re-
linquentes. Et signanter dicit terram quam mon-
strauero tibi. Cum enim in religione
sint tria substancialia. scilicet votum obediencie. continen-
cie z paupertatis. propterea ista monstrauit
verbo z exemplo. Verbo cum dicat Luce ix°
Si quis vult post me venire abneget
semetipsum. ecce abrenunciacio proprie vo-
luntatis. tollat crucem suam. ecce
mortificacio carnalis voluptatis. Et
sequatur me scilicet pauperem. ecce propositum paupertatis. Ostendit etiam ista
exemplo. Ipse namque in virginitate flo-
ruit. ps. Et refloruit caro mea. Et
paupertatem elegit ij Cor viij° propter
nos egenus factus est cum esset diues.
Et obedienciam preseruauit. Phil ij° humi-
liauit semetipsum factus obediens vsque
ad mortem. Secundo ponit religionis
fructum qui quadruplex est. primus est ma-
gna in personis dilatacio. cum dicat Faci-
am te in gentem magnam. 2us est ce-
lestis gratie infusio cum dicatur Et be-
nedicam tibi. Tercius est nominis exaltacio
cum dicit Et magnificabo nomen. Quartus est
omnia veniencia(?) cum dicit Eris quoque be-
dictus. Circa primum Nondum est
in personis religio valde dilatata est
z quasi innumerabiles filios peperit.
qui figurantur per quatuor. que innumerabilia
esse dicuntur. Sunt enim stelle innumerabiles.
Ier xv°. Quis sapere celum z numerare stel-
las. sicut potes. De aliis autem innumerabilibus
dicitur Eccli i°. Arenam maris z plu-
uie guttas z dies seculi quis dinumera-
bit. In religionibus quidem fuerunt mul-
ti viri contemplatiui deum lauda-
tes. qui figurantur per stellas. qui in
celestibus habundantes deum semper lau-
dantes. Iob xxxviij. Vbi eras cum
me laudarent simul astra matutina
z iubilarent omnes filii dei. Ibi fu-
erunt multi actiui corpus proprium
atterentes. z ab omni amore carnali
resignatos. qui figurantur per arenam. Ibi
fuerunt multe virgines mundicia cor-
poris z mentis obseruantes. hii signi-
ficantur per dies. Sap iiij°. O quam pul-
cra est casta generatio cum claritate. Ibi
fuerunt multi continentes diuersas temptationes(?)
intensiores sustinentes. hii figurantur per
pluuie guttas. Cor viij°. Tribula-
cionem carnis habebunt huiusmodi. Hii etiam
figurantur per quatuor equos in quatuor qua-
drigis de quibus habetur Zach. Per equos
rubeos designantur contemplatiui ce-
lestibus desideriis flagrantes. per
equos varios actiui virtutum polle-
tes varietate. per equos albos vir-
gines puritate nitentes. per equos
nigros continentes se proprie carnis(?) ma-
cerantes. Secundus fructus est celestis
gratie infusio cum dicit Et benedicam
tibi. Vnde nondum est. Iacob cum
esset in solitudine. dixit angelo Non
dimittam te nisi benedixeris michi. An-
gelus autem quadruplicem benedictionem sibi
dedit. prima est quia neruum femoris
eius tetigit. per quod debilitatio fomi-
tis intelligitur. Secunda est quia nomen sibi
mutauit. Tercia est quia contra deum
fortis fuit. Quarta est quia contra homines
preualuit. cum tota nocte angelus
cum eo luctatus. z ille vincere non possit
dixit ei angelus. Si contra deum fortis fu-
isti. quanto magis contra homines preualebis.
Ista quadruplex benedictio in solitudine

in religione a deo obtinemur. Una obtinet̃ p(er)gimentie puritate. Gen. xxxiiij° Benedictio illi(us) qui apparuit in rubo veniat sup(er) caput Ioseph. Rubus qui no(n) arsit est castitas in carne que a concupia(scentia) no(n) superat(ur). Secu(n)da benedictio habetur per celestem contemplacionem. Imposuit enim sibi nomen ysrael qd interpretat(ur) vir videns deum. De hac benedictione dicit(ur) Gen. xxvij° De pinguedine terre (et) de rore celi desup(er) e(ri)t benedictio tua. Ad contemplationem requiritur (et) pinguedo devotionis (et) ros gratie celestis. Tercia benedictio est q(uia) contra deum fortis fuit. Hec p(er) devota oratione. Qui eni(m) quodam(m)o(do) deu(m) vincit vi(n)cit. Osee xii° De iacob. Invaluit ad angelum (et) confortatus est. Per que autem modum invaluit subdit(ur): fleuit (et) rogau(it) eum. Vita benedicta qua contra homines prevalunt. Hec p(er) pacie(n)tiam tollerationem. Iudith xv° Quia manus domini confortavit te (et) ideo eris benedicta in eternum. Tercius fructus est nominis exaltatio cu(m) dicit(ur) Et magnificabo nomen tuum. Nomen enim beati Benedicti (et) aliorum sanctorum multipliciter magnificatum est. Primo quia semp(er) est coram oculis diuine maiestatis. Ps. Honorabile nomen eorum coram illo. 2° q(uia) in honore habetur ab angelis. Si enim angeli festum faciunt de peccatoribus conversis, iuxta illud Luc. xv° Gaudium est coram angelis dei sup(er) uno peccatore penitentiam agente, multomagis festum faciunt de sanctis assumptis. 3° quia scriptum est in celis. Luc. x° Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis. Quarto q(uia) honorat(ur) ab omnibus populis. Quinto q(uia) honorat(ur) ab ecclesia. 6° quia p(er)severat in omnibus seculis. De istis tribus tractat ecclesia (et) est sumptum de Ecclesiastico xliiij° capitulo. Sapientiam sanctorum narrant populi (et) laudem eorum nunciat ecclesia. Nomina autem eorum vivent in seculum seculi. Quartus fructus est eterna remuneratio cum dicit(ur) Eris benedictus. Est autem benedictio ista quadruplex benedictione qua benedixit iacob filios suos. Gen. xlix° Benedictionibus celi desup(er), benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus uberum (et) vulve. Hec eterna

sanctus Benedictus beatitudine a sursum aspiciendo dei faciem gloriosam, qd notat(ur) cum dicit(ur) Benedictionibus celi desuper. Ioh. xvij° Hec est vita eterna ut cognoscant te solum verum deum. Hic ab inferiori dei respiciendo iusticiam qd notat(ur) cum dicit(ur) Benedictionibus abyssi iacentis deorsum. Ps. Letabitur iustus cum viderit vindictam. Sz ab interiori gaudendo secundum suam consciam, quod notat(ur) cum dicit(ur) Benedictionibus uberum. Conscientia enim sanctorum fuit quasi mamilla de qua semper lac magne puritatis emanavit, qd multis in spirituale nutrimentum fuit. Ysaie l. Mamilla regum sanctorum, qui sensus eius sic hic exierit lactaberis a puritate et mundicia nutriens. Habet ab exteriori possidens societate secundam, qd notat(ur) cum dicit(ur) Et vulve. Deus enim fuit valde fecundus erat, quia magna multa generavit. Ysa. ult. Numquid ego qui alios parere facio ipse non pariam dicit dominus. Si ego qui ceteris generationem tribuo, sterilis ero, ait dominus deus tuus.

# Orate celi desuper et nubes pluant

iustum aperiatur terra (et) germinet salvatorem. Ysa. xlv°. Ante adventum filii dei in carnem totus mundus erat malo igne inflamatus, siccus (et) infructuosus. Et ideo sancti patres desiderabant eius adventum ut mundum inflamatum refrigeraret. Et ideo dicebant Rorate celi desuper. Ut mundum siccum irrigaret. Et ideo dicebat Et nubes pluant iustum. Ut infructuosum fecundaret. Et ideo dicebat Aperiatur terra (et) germinet salvatorem. Dictum fuit per Heliam iij° Reg. x° Non erit annis hys ros (et) pluvia nisi iuxta oris mei verbum. Isti autem anni quibus non fuit ros nec pluvia determinant(ur) Iac. v° Et non pluit annos tres (et) menses sex. P(er) tres annos intelliguntur tria tempora scilicet tempus nature, culpe (et) legis scripte. Et in hys tribus annis non venit ros iste salutis nec benedictionis. Quartum autem est tempus gratie.

Nec in isto ecia venit usque ad menses
sex In mense aut sexto ut dicitur Luce primo
Missus est angelus gabriel a deo in
ciuitatem galilee etc. Petiuit aut sancti
patres a deo domine incarnacionis myste-
rium cum dicunt Rorate celi desuper Ab
angelis desimes salutacionis premiu
cum dicunt Et nubes pluant iustum A
virgine ipsius deuotum consensum cum
dicunt Aperiatur terra etc. Petiuit et a deo
domine incarnacionis misterium cum dicunt
Rorate celi desuper Dicitur aut dei celum
empireum quod est lucide forte inmobi-
le et capacitate immense Sicut et deus habet
colorem et similitudinem claritate Johannis primo Deus
lux est et tenebre in illo non sunt ulle
Thimothei vi Habitat lucem inaccessibilem
Habet inmobilem stabilitatem Jacobi primo Apud
quem non est transmutacio Nec vicissitu-
dinis obumbracio Et licet sit inmobile
in essencia est tamen valde mobilis in efficacia
cia Sapiencie viio Omnibus mobilibus mo-
bilior est sapiencia Homo aut econtrario est
mobilis in esse suo Job xiiii Homo natus
de muliere breui viuens tempore etc. usque
Et fugit velut umbra et nunquam in eodem
statu permanet Est ecia sepe inmobilis
in opere bono Exodi xv Fiant inmo-
biles quasi lapis Habet ecia deus immensam
capacitatem De quo dicitur Sap. viio Om-
nes capit omnes spiritus intelligibiles
mundi subtiles Omnes quidem spiritus
capit infra ambitum sue potencie Deu-
teronomii xxxiio Non est qui de manu
mea possit eruere etc. Infra abitum
sue sapiencie Hebreorum iiiio Non est ulla crea-
tura inuisibilis in conspectu eius omnia
autem nuda et aperta sunt oculis eius
Infra ambitum sue misericordie quia misericordia eius
est in celo psalmista Domine in celo miseri-
cordia tua Et est in mundo psalmista Misericordia domini
plena est terra Et est in inferno nunquam
puniunt citra condignum psalmista Aut oblivi-
scetur misereri deus aut continebit
in ira misericordias suas etc. Et non Et
dixit propheta in psalmista Celi capit tres scilicet
personas Siquidem rorauit pater rorat
filius Rorauit spiritus sanctus Ut dixit An-
gelus Spiritus sanctus superueniet in te et virtus

virtutis spiritus sancti Et virtus altissimi ob-
umbrabit tibi etc. virtutis patris Ideoque
et quod nascetur ex te sanctum vocabitur
filius dei Ecce rorauit filius Ab hiis ergo
celis id est a patre et filio et spiritu sancto
Sancti patres petiuit roracionem id est domine in-
carnacionem cum dicunt Rorate celi desuper
Assimilatur aut domine incarnacio roris propter
ipsius roris generacionem et operacionem
Ros quippe generatur in medio aeris inter-
stitio a temperie calidi et temperie fri-
gidi Tria interstitia sunt celum mundus
et infernus Hec igitur roracio id est xpi
incarnacio Non est perfecta in supremo
interstitio id est in celo quia naturam angelicam
non assumpsit Hebreorum iio Nusquam enim ange-
los apprehendit Nec facta est in infimo
interstitio id est in inferno quia demones
non redemit sed ipsos eternis suppliciis
adiudicauit ii Petri iio Deus angelis
peccantibus non pepercit sed rudentibus
inferni detrusos in tartarum tra-
didit in iudicium cruciandos reseruari
Psalmista Judicabit in nacionibus sed decenter
Implebit aut de hominibus ruinas
angelorum Est aut facta in medio
interstitio id est in mundo quia ubi humane
se uniunt Gal. iiiio Misit deus filium
suum natum ex muliere factum sub lege
Et ista roracio facta est ex calido et
frigido Duo enim mouerunt deum
ut homo fieret scilicet habundancia caritatis
ex parte sua que fuit quasi calor Ro. v
Commendat deus suam caritatem in nobis
quoniam cum adhuc peccatores essemus xpc
pro nobis mortuus est Et miseria ge-
neris humani ex parte nostra quod fuit quasi frigus
psalmista Propter miseriam inopum et gemitum
pauperum nunc exurgam dicit dominus
Ex tali igitur calido id est caritate dei et tali
frigido id est miseria generalis generis hu-
mani facta est ista roracio id est filii
dei incarnacio In hoc aut deficit similitudo
quia ibi est temperie calidi et temperie fri-
gidum Hic vero est nimius calor amoris
Deus qui diues est in misericordia propter ni-
miam caritatem suam qua dilexit nos cum
essemus peccatores viuificauit nos in xpo
Est ecia hic nimium frigus languoris
psalmista Omnes declinauerunt simul inutiles fa-

ti sunt etc. Secundo in aduentu filii dei assimilatur rori propter roris effectum siue operacionem. In mundo quidem erat ardor concupiscentie. I Joh. v°. Totus mundus in maligno positus est, i. malo igne concupiscentie. Ariditas cupiditatis, ps. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Sterilitas operacionis bone, ps. Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Fames verbi dei. Amos v°. Emittam famem in terram, non famem panis neque sitim aque, sed audiendi verbum domini. Oppressio dyaboli. Ysaie xix°. Tradam i. tradi permittam Egiptum i. mundum tenebrosum in manu dominorum crudelium scilicet demonum. Et despectio generis humani. Deus enim hominem despiciebat. Unde ipse conquerebatur in persona Christi: Multum repleta est anima mea obprobrium habundantibus et despectio superbis. Demones enim qui erant replentes hominem continua temptacione, quia erant humiliates in malicia, qui erant sibi claudere presumptuosa, hominem despiciebant. Sed descendit ad nos iste ros benedictionis ut mundum inflammatum refrigeraret. Eccli. xliii°. Ros obvians ardori vehementi vel venienti humilem efficiet. Et enim ros cum calore temperat et refrigerium adducit. Sic iste ros temperavit estum concupiscentie. Eccli. xliii°. Ros obvians ardori etc. Et adduxit refrigerium tercio. Dan. iii°. Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Secundo ut mundum aridum impinguaret. Ros enim quosdam pisces maris impinguat. In quibusdam etiam regionibus oves rore pascuntur et impinguantur. Sic iste ros mundum aridum impinguavit. Gen. xxvii°. In pinguedine terre et in rore celi desuper erit benedictio tua. Impinguamur enim in Christo ex corporalitate sue humanitatis, et hec est pinguedo terre, et ex contemplacione sue divinitatis, et hec est pinguedo roris. Tercio ut mundum sterilem fecundaret. Locus enim ubi ros non descendit sterilis permanet. Sic mundus erat sterilis a bona operacione, sed descendit ros et ipsum fecit germinare. Osee xiiii°. Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lilium. Istum enim rorem deus posuit in utero virginis et inde procedens totum mundum irrigavit. Bern. Cogitatum erat donum celesti rore totum vellus prius infudit, redempturus etiam genus humanum universum precium contulit in Maria. Quarto ut mundum famelicum pasceret. Num. xi°. Cum descenderet nocte super castra ros descendebat pariter et manna. Isto enim rore non pascuntur homines corvini i. in peccato denigrati, sed pulli i. homines mansueti et per humilitatem dealbati. Sic enim dicit glossa super i° ps. Qui dat iumentis escam ipsorum et pullis corvorum invocantibus eum. Pulli enim corvorum quamdiu sunt albi a parentibus relinquuntur et tunc celesti rore pascuntur, qui autem nigrescere incipiunt a parentibus nutriuntur. Quinto ut potestatem demonis cohiberet. Ros enim nocturno tempore cadens venenosa animalia arcet. Et ideo venenum communiter non tantum nocet de nocte quantum de die secundum Plinium. Sic iste ros celestis ad nos veniens demonis maliciam refrenavit, ne tantum noceat quantum vellet. Ista refrenacio signata est Apoc. vii°, ubi dicitur: Nolite nocere terre et mari etc. Sexto ut genus humanum exaltaret. Valde enim ipsum exaltavit qui ros celestis intra viscera virginea descendens incarnari se voluit. Est enim quoddam genus piscis quod concha vocatur, que tempore roris ad littora procedens, et ibi se aperiens rorem celestem intra viscera eius suscipit et se claudens margaritham generat. Ista concha est virgo beata, que rore celesti perfusa Christum de suis visceribus generavit. Iste est illa margarita de qua dicitur Mt. xiii°. Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas etc. Debemus enim omnia vendere que habemus, scilicet terrena scilicet voluntatem propriam et conversacionem mundanam, ut ipsam emere. Septimo facti pius petiit ab angelis virginee salutacionis preconium cum dicat: Et nubes pluant iustum. Dicuntur autem angeli nubes sunt propter

effusam illuminacionem. Job xxxvij°. Nubes
spergunt lumen suum. Que lustrant per circuitum
cursum et administracionem verum sequitur
Quocumque eas voluntas gubernantis
duxerit ad omne quod preceperit illis super
faciem orbis terrarum. Dicitur eciam
nubes propter illorum inter nos et deum
mediacionem. Sicut enim nubes est media
inter celum et terram, sic et angeli sancti
sunt mediatores inter nos et deum, ut
et nobis prospera bona inspirent et deum
nobis reconcilient. Hoc signatum est Gen.
xxviij°. Ubi dicitur quod iacob vidit sca-
lam a terra usque ad celos protensam.
et angelos ascen. et descen. per eam. Nam
angeli ascendunt ad deum orationes no-
stras offerendo, et descendunt ad nos
bona prospera nobis inspirando. Vel di-
cuntur angeli nubes quia a nubibus
procedunt fulgura tonitrua et signa. Que
quidem signa sunt quasi quedam voces que
vocante per talia signa cognoscit tempe-
states et ceteras aeris mutaciones. Est
autem secundum dyonisium triplex actus angelorum
scilicet illuminare purgare et perficere. Ab hiis ergo
nubibus intellectualibus procedunt ful-
gura et choruscaciones que illuminant mentem
intellectivam. ps. Illuxerunt choruscaci-
ones tue orbi terre. Procedunt to-
nitrua que purgant mentem affectivam di-
vinas comminaciones et terrores infundendo.
Eccli. i° Timor domini expellit peccatum.
Procedunt voces i. salubres inspira-
ciones que perficiunt mentem operativam. Ista
autem tria tanguntur Apoc. iiij°. De thro-
no autem procedebant fulgura et voces
et tonitrua. Throni namque sunt angeli
dei in quibus deus sedet et requiescit.
Et dicit nubes in plurali quia omnes ange-
los tangebat. Vel forte quia solus non
venit. solus tamen ad virginem intravit. et
solus visibilis apparuit. Tunc igitur
nubes pluit quando gabriel xpm annunci-
avit. Pluvia autem tribus modis generatur
aut virtute caloris attrahentis, aut vir-
tute vaporis ascendentis, aut virtute
venti colligentis. Nam secundum philosophum Sol
ad mitigacionem sui caloris humores
attrahens ipsos humores in pluvia

dissolvit. Unde post vehementissimum ca-
lorem videmus vehementem pluviam.
Dicit eciam Beda quod pluvia ex vapore
humido et aqua exalante et in aere
ascendente corporis frigiditate contempla-
ta et ex calore dissoluta et humiditate eius
non ex toto consumpta ad terram diffun-
ditur. Venti eciam flantes super mare
multum humorem colligunt, et secum
ad aera deferentes in pluviam dissol-
vunt. Istam autem pluviam specialem
gabriel non generavit, sed generatam ostendit
triplum in sua triplici locucione ad virginem.
Primo namque ostendit eam esse generandam
virtute caloris attrahentis, et hoc in prima
sua locucione cum dixit Ave gratia plena.
Gratia enim dei est amor dei. Amor autem
dei est ignis dei. Unde ipse dicit luc. xij°. Ignem
veni mittere in terram et quid volo
nisi ut accendatur. Si igitur virgo fuit ple-
na gratia dei et amore dei, manifestum
est quod ipsa fuit plena igne dei. Ex
virtute igitur ipsius caloris cor eius
inflammatum traxit ad se illum fontem
De quo dicitur in psalmo. Quoniam apud
te est fons vite. Nemo umquam sicut
beata virgo gustavit quam suavis est dominus.
Inebriabatur quippe ab ubertate domus
domini et torrente voluptatis eius
potabatur. Nec mirum quia apud ea
domino secum erat fons vite. Eciam in
corde et in utero virginis. Magna est plu-
via gratie que ipsam fecundavit. ps.
Descendet sicut pluvia in vellus. et tor-
tum mundum post modum irrigavit, unde
sequitur Et sicut stillicidia stillancia
super terram. Bernardus in sermone de assumpcione
Celestis imber in vellus virgineum
placido se infudit lapsu et tota di-
vinitatis unda in carne se contulit
quando verbum caro factum est. Ac deinde
patibulo crucis expressum omnibus
salutis pluviam effudit et stillicidia
gracie humanis mentibus prestitit. Secundo
ostendit gabriel hanc pluviam esse ge-
nerandam virtute vaporis ascendentis.
Et hoc in secunda locucione cum dixit Ecce
concipies et paries filium etc. Ubi ostendit
quod filius qui est sapientia dei debebat

se intra sua viscera occultauit. Sapiencia autem dei est vapor dei iuxta illud Sapiencie vii° vapor est virtutis dei. et emanatio quedam claritatis omnipotentis dei sincera. Iste igitur vapor dei intra eius viscera se occultauit et incorporauit siue ipsius virginis in casto siue operatione. Eccli. xxiiii° Libanus quasi non incisus vaporaui habitacionem meam, id est christum qui me inhabitat per assumptam carnem. Eccli. xxiiii°. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Vel quem ego inhabito per suam infinitam maiestatem. Eccli. xxiiii°. Ego in altissimis habito. Beata enim virgo habitat in altissimis, quia in altitudine trinitatis. Iste igitur vapor sic intra viscera virginea occultatus in pluuia se diffudit, que totum mundum famelicum saciauit. Que pluit ut illis manna ad manducandum Exo. xvi° Ego pluam vobis panes de celo. Tercio ostendit gabriel hanc pluuiam generandam ex virtute venti colligentis et hoc in tercia locutione cum dicit Spiritus sanctus superueniet in te etc. Spiritus enim sanctus vocatur ventus iuxta illud iii° Reg. xix° post ignem sibilus aure tenuis et ibi dominus. Et iuxta illud Joh. iii° Spiritus vbi vult spirat et vocem eius audis et nescis vnde veniat aut quo vadat. Iste igitur ventus flauit maria id est in corde marie, que amarum mare dicitur humores virgineos et sanguines castissimos colligens christi corpus formauit quod salutare pluuiam germinauit, que totum mundum fructificare fecit iuxta illud Eccli. xxxiiii° Pluuie benedictionis erunt et dabit lignum agri fructum suum et terra dabit germen suum. Lignum agri erat genus humanum quod nulla erat circumdatum custodia angelorum. Et ideo patebat insidiis demonum et ideo non poterat facere aliquod opus meritorium sed amodo facit fructum dignum. Terra erat humana natura que proferebat germen maledictum iuxta illud Gen. iii° Maledicta terra in opere tuo sed hodie

terra nostra id est humana natura in virgine beata germen protulit benedictum. Illud scilicet de quo dicitur Luc. i° Benedictus fructus ventris tui. Est igitur pluuia ista supercelestis gratia virtute [illegible] virginis attrahentis virtute diuini vaporis se intra viscera virginis occultantis et virtute spiritus sancti humores virgineos colligentis. Ideo cantat ecclesia Orietur sicut sol saluator mundi et descendet in vterum virginis sicut ymber super gramen. Tercio sancti patres petiuerunt a virgine deuotum consensum. Quod notatur cum dicitur Aperiatur terra et germinet saluatorem. Dicitur autem beata virgo terra multiplici de causa. Primo quia licet terra inter omnia elementa sit infima est tamen magis ornata. Sic beata virgo omnibus fuit magis infima per humilitatem sed magis ornata per virtutum varietatem. Fuit infima quia elegit infimum sponsum quia fabrum, infimum statum quia stabulum, infimum nomen quia non dominam sed ancillam se appellat. Infimum ministerium quia more ancille seruiuit, infimum locum quia sicut habetur Act. i° Cum lucas enumerat apostolos et mulieres vltimo loco ponitur maria. Sed quia sic fuit infima per humilitatem fuit valde ornata per virtutum varietatem. Vnde sic dicit [illegible] Ceteras gratias particulares prestat marie vero se totam infudit gratie plenitudo. Secundo dicitur terra quia licet in superficie sit nigra et despecta tamen in suo profundo continet preciosa sicut aurum et lapides preciosos. Sic et ipsa exterius quidem vilis et despecta ab hominibus videbatur Intus autem thezaurum gratie continebat Ps. Omnis gloria eius ab intus in fimbriis aureis. Can. i° Nigra sum sed in exteriori conuersatione sed formosa in interiori puritate. Ideo assimilatur viti Eccli. xxiiii° Ego quasi vitis fructificaui etc. Que licet sit fragilis et despecta dulcem tamen fructum portat. Sic et ipsa licet esset despecta per humilitatem peperit tamen nobis fructum suauem et dulcem. Tercio dicitur terra quia licet

terra sit maxime attrita. Unde dicitur a[d] heb[re]os/ tertio/ xx/ Est tamen firmiter stabilita. Sic et ipsa maxime in xpi passione fuit attrita. luce ii° Tuam ipsius animam pertransibit gladius/ tamen immobiliter stetit/ quia nunquam corruere potuit. Nam in xpi passione quando totus mundus fuit concussus/ quando corruit totus apostolorum cetus/ quorum sanctarum mulierum fides periit. quando iudeorum turbes seviebat. ipsa tamen immota et immobilis permanebat. Eccl[esiast]i j° Generatio preterit generatio advenit. terra autem in eternum stat. Nam generatio apostolorum a fide periit generatio sanctarum mulierum ad monumentum pervenit. et eius corpus ungere volunt ne aliquando corrumpetur/ sed terra i[d est] virgo beata in eternum stetit/ quia nunquam fidem unquam amisit/ et corpus post resurrecturum non dubitavit/ Tertio dicitur terra quia licet terra sit frigida et sicca. tamen superiorum luminarium influentia mater est susceptiva. Sic et ipsa fuit sicca. ab omni humore cupiditatis Et frigida ab omni concupiscentia carnalitatis. luce j° virtus altissimi obumbrabit tibi. Hoc est tale obumbraculum habet quo ardore libidinis estuaret Et licet esset frigida et sicca. divinarum tamen influentiarum mater susceptiva. Nam vii Ethi. In vetere erat plena gratia deitatis/ in corde gratia puritatis. in ore gratia affabilitatis. et in manu gratia munificentie et largitatis/ Vel potest dici quod ipsa dicitur terra. Terra sicut dicit Aug[ustinus] in libro de Civitate dei. Bona terra est altitudine montium. temperamento collium. et planicie camporum/ Sic ipsa fuit alta per celestium contemplationem Ecc[lesiastic]i xxiiii° Ego in altissimis habitavi Ipsa enim habitavit in altitudine trinitatis et in puteo per contemplationem. et in mundo inhabitat per fruitionem/ Fuit temperata per discretionem De cuius temperamento dicitur luce ii° Maria autem conservabat omnia verba hec conferens in corde suo/ Fuit plena per humilem conversationem Ideo. quod postquam filium dei concepit. cum elyzabeth tribus mensibus humiliter conversata fuit. ut dicitur luce j°. Et tamen quosdam ei in partu servivit/ Vel dicitur terra/ quia terra contingit

venustat[ur] floribus et rosis. inter decoratur mineralibus et thesauris in vicano pl[ur]es est tormentis. quia ibi infusus esse prohibetur. Sic ipsa totius fuit ornata venustate morum/ intus fuit dilatata thesauro virtutum In intimo cordis fuit vulnerata doloribus tormentorum. quando dixit Symeon Tuam ipsius animam pertransibit gladius/ De istis tribus dicitur Can[tica] j° Nigra sum sed formosa filie iherusalem sicut tabernacula cedar/ sicut pellis Salomonis. que quidem erat rubricata Ipsa enim fuit nigra dolore passionis. formosa decore virtutis. rubicunda fulgore compassionis/ Ista autem terra se aperuit et salvatorem germinavit Aperuit quidem aurem ad consentiendum. Cuius quidem consensum sponsus requirebat. d[icens]. Can[tica] v° Aperi michi soror mea amica mea. et Bernardus super verbis alludens dicit Surge curre aperi Surge per fidem. curre per devotionem. aperi per confessionem redde verum et suscipe verbum. profer tuum et suscipe divinum Emitte transitorium et amplectere sempiternum/ Secundo aperuit uterum ad concipiendum/ Cuius enim uterus fuit clausus omni viro sed apertus deo. Ideo significatur per portam. De qua habetur Ezechielis xliiii° Que semper erat clausa. et nullus nisi dominus per eam transitus erat. Super verbum exponens Aug[ustinus] dicit/ Quid est porta hec erit clausa. nisi quod maria semper fuit intacta Et quid est vir non transibit per eam. nisi quia Ioseph non cognovit eam/ Tertio aperuit os suum. ad benedicendum. quando dixit Magnificat anima mea dominum/ et Aperi os tuum. et implebo illud. Et certe deus os suum implevit. quia cum aliis parce locuta fuit. tamen deum benedixit Ambrosius in libro de virginitate Erat virgo maria corde humilis. verbis gravis. animo prudens. loquendi parcior. legendi studiosior/ Quarto aperuit cor ad miserendum. Zach[arie] xi° libane aperi portas tuas et comedat ignis cedros tuas./ libanus qui candidus dicitur virgine candidam significat. que habet in se tres portas s[cilicet]. potentie. sapientie. et misericordie

cordie. Quida em peccant p infirmi-
tatem / Quidam p ignorancia / quida
p certam maliciam. Illis qui peccat per
infirmitatem aperit portam sue potencie
quia dat eis virtutem resistendi. Illis
qui peccat p ignoranciam aperit portam
sue sapie. dans eis virtutem cognoscen-
di. Illis qui peccat p certam maliciam
aperit portam sue misericordie / quia
dat eis graciam penitendi. Quarto
aperit manus suas ad largiendum
prov. vlt. Manum suam aperuit ino-
pi. Non solum cuilibet inopi manum
sue largitatis aperit. sed eciam ipso pu-
eri septem opa misericordie exhibuit.
De quib sic dicit Bernhardus in quodam
sermone de assumptione / Et bienne septem
illa opera misericordie patrimonium. beata
virgo no quelibet ex minimis. sed summi
dei filium in uterum suscepit. induit
carne vel eciam pannis operuit / esurien-
tem pavit / siciente lacte potavit.
infirmum p infancia non solum visi-
tavit / sed eciam fovendo lenivendo. gestando
frequentavit / et omnia opa humana
exhibuit / ipsum eciam in carcere po-
tuit vel cruces patibulo alligatum com-
pleta est / dum usque eius cruce stetit
eius quoque sepulture interfuit. Aperit
eciam manum sue largitatis cuilibet
inopi vel sibi fideli et eciam cuilibet peccatori
Aperit quoque bonis et malis vivis et
mortuis vnde de ea dicitur Maria mater
gracie / mater misericordie etc. Aperit quidem bonis
impetrando eis graciam. Ideo dicitur
Maria mater gracie. Aperit malis obtinen-
do remissionem peccatorum et miam. Ideo
dicitur Mater misericordie. Aperit vivis eos a
demonum insidiis protegendo. Ideo di-
citur nos ab hoste protege. Aperit
mortuis. eos in celesti gloria suscipiendo /
Ideo subditur / in hora mortis suscipe.

Visitasti terram et inebria-
sti eam. multiplicasti locuple-
tare eam. dicit psalmus / Redemptor hu-
mani p sua incarnacionem redemptum re-
colens sue redemptori beneficium. deo re-
gracians et dicit visitasti scilicet p angelum Gabri-
elem. terram vel virginem beatam / deinde
psalmus Terra mea dedit fructum suum

Et inebriasti eam / per adventum spiritus sancti
qui totaliter eam implevit / Multipli-
casti locupletare eam p incarnacionem
filii. qui ipsam multiplicatur locupletatur
dum ex ea carne assumpsit. In ver-
bis igitur premissis circa dominicam incarnacionem
quatuor persone exprimuntur / primo scilicet
angelus / qui eam visitavit et salutavit
cum dicitur visitasti scilicet p angelum. Secundo
virgo beata que tamquam terra fructifera / salva-
torem germinavit. cum dicitur terram / Tercio
spiritus sanctus. qui tamquam fons vivus ipsam
virtutibus et donis implevit. cum dicitur Et
inebriasti eam / Quarto filius qui tamquam
thesaurus ditissimus ipsam ditavit.
dum se in uterum suum diffudit. cum
dicitur Multiplicasti locuplet. eam. An-
gelus igitur ad incarnacionem cooperatus
est / et hoc p modum salutandi. p modum
intimandi. p modum commendandi. et p modum
inducendi. Istud est enim quadruplex
officium inter sive paranimphi inter
sponsum et sponsam / Solet enim sponsa
ex parte sponsi salutare / et voluntatem
sponsi fideliter sibi narrare. ipsum sponsum
apud sponsam multiplicater commendare. et
ipsam ad consenciendum inducere / primo
angelus Gabriel ex parte sponsi vir-
ginem salutat. cum dicit Ave gracia
plena etc. Bernhardus invitat nos ad magne
salutacionem. Gabrielis ex quo Johannis
tripudium et salutacionis lucrum / Secundo
angelus officium sue legacionis insinu-
at. cum dicit Ecce concipies et paries
filium etc. Iste igitur fuit bonus nuncius.
De quo prov. xxv°. Aqua frigida
vel spiritus sancti gracia refrigerans ab ex-
stu omnium vicorum anime siccati vel ma-
re fontem aque vive desideranti. et nuncius
bonus vel Gabriel archangelus veniens
de terra longinqua vel de celo. Fuit
enim nuncius bonus vel honestus in reve-
renti salutacione delectabilis in dulci
confortacione. et utilis in fructuosa pro-
missione. Tercio ipsum sponsum commendat
cum dicit hic erit magnus etc. Et ostendit
ipsum magnum esse ex origine cum dicit
Et filius altissimi vocabitur. Magnum ex

potenti donatide· cu dicat Et dabit
illi dominus deus sedem dauid patris
eius· Magnu ex nobili subditoru
possessioe· cum dicat Et regnabit in
domo dauid iacob in eternu Non dicit
regnabit in domo esau· sed iacob / qr
no regnat in malis / sed in bonis /
Magnu eternia duratoe· cum dicat Et
regni eius non erit finis / Tercio ec
psam ad consentiendu inuitat cum dicit
Spus sanctus superueniet in te· Beata
enim virgo in ipsa angelica annuncia-
tioe non statim consensit / quia modu
concipiendi no vidit· cum ipsa votum
virginitatis emisisset Cum enim sit tpx
modus concipiendi vnus spualis quo
quis deum in corde concipit p fidem et
dilectioem / Secundus corporalis Et tam si esub-
stancialis cum vna istorum modorum concipe-
deat sicut tatar Angelus aut eidem
exposuit· q mo sup spualis d· Spus sa-
nctus superueniet in te ec Et sic ipsam
ad consentiendum induxit Et sicut tra-
ditum est ab anglis· ipsa tunc legebat
illum locum ysa Ecce virgo concipiet
et pariet filium ec Et ideo tam consensit
videns q a ppheta hoc fuisset pdictu·
Secundo ipsa tn i· virgo beata· opata
est ad 4 ministracionem per modum conce-
piendi· p modum subministrandi· per
modum conseruendi / et p mod nutriendi
Ista enim quatuor exigunt ad hoc / vt
aliqua dicat legittima et vera mater· s·
de legittimo matrimonio concipere Alias enim
no esset legittima mater· sed adultera /
Secdo materiam conuenientem ad productioem /
plis subministrare / Tercio fetum conserue
in vtero / Quarto prolem iam natam solli-
citudine nutrire Ista enim quatuor tria
ad quatuor condicoes virgo beata fecit Na ma-
trimonio spuali consensit / et fuit legittima
mater· et tota subministrauit / et fuit to-
ta mater / in vtero ix· mensibus conseruit / et fuit
vera mater / ipsum natum educauit / et fuit
studiosa mater / primo igitur matrimonio spiritu-
ali consensit / et fuit legittima mater / In ma-
trimonio enim carnali requiritur consensus animi et
verbi· vel saltem signi / Deus pater vo-
luit cum vna humana puella facere

et matrimonium contrahere Et istud matrimonium
celebratum est in vtero virginali Et
ideo deus consensum virginis no inuito
requirebat / Virgo aut beata vt fidelis
sponsa huic matrimonio consensit animo
verbo· et signo et istum triplicem consensum
expressit / cum postmodum in cantico
suo dixit Magnificat anima mea dominum
ecce consensus animi Exultauit spiritus meus in
deo sal· m· ecce consensus signi Exultare
enim est· quasi extra saltare· quando scilicet
tantum est gaudium in corde· quod mani-
festatur potius in aliquo signo / Videtur
est enim / q illud tam inmensum gaudium
virgo beata potius manifestauit No
tantum p vocis expressioem sed etiam
p genuflexioem / p terre deuotam
osculatioem· per faciei exhilaratioem
p oculorum ad deum erectioem· et p
manuum eleuatioem / Deinde subdit
in Cantico Quia respexit humilitatem
ancille sue· quando scilicet dixit Ecce ancilla
domini fiat michi secundum verbum tuum Ecce
consensus verbi Recte igitur fuit legittima
mater / quia de legittimo matrimonio spiri-
tuali et consensit animo· et consensit verbo·
et consensit signo // Secundo materiam submi-
nistrauit Ipsa enim materiam conuenientem
ad productioem prolis ministrauit Et
ideo no tantum fuit vera mater· sed etiam
tota mater· Alie mulieres licet fuit vere
matres· tamen no tote matres· quia ibi
est de materia et semen viri / hoc signum
est Ieremie xxxi° vbi dicitur Nouum faci-
et dominus super terram femina circumdabit
virum Solet enim hoc circumdare· quod est
suum proprium no quod est alienum· Nulla
mulier circumdabit in vtero· quod est tantum
suum proprium· sed etiam aliquid alienum· quia
caro filii no est tota matris· sed etiam
patris / Virgo aut beata filium suum in
vtero circumdedit· quia ibi de alieno nichil
fuit / In circumdatioe etiam est figura
circularis Omnis autem figura ex
pluribus lineis constat / figura aut
circularis· tantum vna linea clauditur
Corpus aliorum puerorum est formatum
duabus lineis i· semine vtriusque parentis
Corpus aut xpi tantum vna linea i· sola
carne virginis incorrupta Et ideo

Recte dicitur: femina circumdabit virum. Illud
enim quod est circumdatum ex omni parte
est clausum. Nam si ibi aqua aper-
ta fuit, circumdatum non erit. Nulla ergo
mulier puerum circumdedit in utero, quia
nulla clausa sed aperta fuit. Sola autem
virgo circumdedit, quia ex omni parte clau-
sa fuit, scilicet ante partum et in partu et
post partum, et ideo est ortus conclusus,
fons signatus. Tanto ergo beata filium
suum in utero novem mensibus fovit, et
ideo fuit non solum tota munda, sed etiam
vera nutrix. Locus enim conveniens et dispo-
sitio matris operatur ad bonitatem et
ad bonam dispositionem prolis, quia prebet
fomentum. Beata igitur virgo prebuit lo-
cum convenientem et nutrimentum congruens con-
ceptioni fetus. Et ideo vera mater
fuit. Si igitur novem mensibus in eius
utero ille qui est vera pietas et suavi-
tas habitavit, quantum eius viscera plena
suavitate et pietate fuerunt. Bernardus in
sermone de annunciatione: Quid mirum
si pietate exuberant viscera pietatis?
Nonne qui pomum tenuerit in manu
sua dimidia die, reliqua diei parte
servabit odorem? quanto magis illa
viscera pietatis virtus afficit, in quibus
novem mensibus pietas requievit? Nam
et ante replevit mentem quam ventrem, et
ideo cum processit ab utero, non re-
cessit ab animo. Quod designatur autem
eius tam immensa pietate, assimilatur
aurore, lune, soli et armate acie.
Canticorum vi°: Que est ista que
progreditur quasi aurora consurgens, pulchra
ut luna, electa ut sol, terribilis ut ca-
strorum acies ordinata. Assimilatur enim
aurore, quia eius misericordia ceteris est utili-
or. Sicut enim aurora est media
inter noctem et diem, sic ipsa est media-
trix inter nos et deum. Bernardus in ser-
mone de assumptione: Preciosum munus
terra nostra direxit in celum, ut dando et
accipiendo amicitiam felici federe co-
puletur humana divinis, terrena cele-
stibus, yma summis. Assimilatur lune,
quia eius misericordia ceteris aliis est vici-
nior. Sicut enim luna vicinior est terre
omnibus aliis planetis, sic et ipsa perfe-
ctum inspirationis peccatoribus est vicinior
omnibus aliis sanctis. Sileat misericordiam tuam virgo [?]
siquis est qui eam invocatam in necessitatibus
sibi meminerit defuisse. Assimilatur
etiam soli, quia eius misericordia ceteris aliis communior
et universalior est. Psalmus: Non est qui se abs-
condat a calore eius. Sicut enim sol est
fons luminis et caloris, sic ab ipsa tamquam
a fonte procedit lux divine cognitionis
et calor amoris. Et sicut recedente sole
non remanet nisi frigus et tenebre, sic
eius misericordia a nobis recedente non remanet
nisi tenebra infidelitatis et frigus iniquitatis.
Bernardus in sermone de annunciatione domini:
Tolle corpus solare quod illuminat mundum,
et ubi dies? Tolle Mariam maris stellam,
et quid nisi caligo involvens et umbra
mortis ac densissime tenebre relinquuntur?
Assimilatur etiam ordinate et armate
acie, quia eius misericordia ceteris est pote-
ntior et virtuosior. Ipsa enim nos ab hoste
protegit. Unde cantat ecclesia: Maria
mater gratie, mater misericordie, tu nos ab hoste
protege. Ipsa enim hostem contrivit. Genesis
iii°: Ipsa conteret caput tuum. Ipsa hostem
confundit. Judith xiiii°: Una mulier
hebrea fecit confusionem in domo regis
Nabuchodonosor. Nichilominus etiam assimilatur
et stelle maris, quia eius misericordia omnibus aliis
utilior. Illa enim stella aliis occidentibus
non occidit, et sole ac luna ipsis nautis
non lucentibus et aliis auxiliis defici-
entibus, ad eius ducatum recurrunt. Sic
certe eius misericordia numquam deficit, et in necessitate
deficiente omni alio auxilio, ipsa misericordiam
suam impendit. Bernardus: Ipsa est preclara
et eximia stella super hoc mare magnum
et spaciosum necessario sublevata, micans
meritis et illustrans exemplis. Ipsam se-
quendo non devias, ipsa tenente non cor-
ruis, ipsa protegente non metuis, ipsa
duce non fatigaris, ipsa propitiante ad vi-
tam [?] pervenis. Tertio virgo beata filium
suum pietate educavit, et ideo fuit studi-
osa mater. Nam eum pannis involvit,
in presepio reclinavit, fascia membra con-
stringit et lacte pavit. Ysaias: id est parvus
lacte pastus est. Est autem lac sanguis
secundo in uberibus coctus, de mamillis [?] habens
albedinem, saporositatem et ubertatem.

Gaudio virginis fuit ignis sancti spiritus
bis coctus. et ideo fuit in lac mutatus.
Primo quando spiritus in utero matris sue eam
sanctificavit. Secundo quando in Christi conceptione in eam
superveniens ipsam inflamavit et amplius
purgavit. et eius lac habuit albedinem quia
fuit virgineum. habuit saporositatem quia sic
a spiritu sancto depuratum. habuit ubertatem quia
fuit de celo transmissum. Propter quod dicitur Sola
virgo lactabat ubere de celo pleno.
Tercio spiritus sanctus beatam virginem inebriavit
dum in Christi incarnatione donis suis eam
implevit quod notatur cum dicitur Et inebriasti
eam. Operatus est enim in incarnatione
sicut Paulus. Damascenus. dando verbi sanctificationis
gratiam. dando semini potentiam divine receptiva.
et dando virgini potentiam generativam. Ait enim sic. Post consensum sancte
virginis. spiritus sanctus pervenit in ipsam secundum
verbum domini. quod dixit angelus purgans
ipsam et potentiam deitatis verbi receptivam.
preparans simul et generativam. Et ita que
videbantur impossibilia. scilicet quod aliqua mater
sine peccato pareret. Et quod femina intra suum
uterum deum conciperet. et quod virgo generaret
primum igitur impossibile erat secundum naturam. ut aliqua
mulier sine peccato pareret. Et ideo spiritus sanctus
dedit ei sanctificationis gratiam per quam sanctificavit
tabernaculum suum altissimus.
Sanctificavit autem ipsam quantum ad quadruplicem
statum suum. scilicet dum esset in utero matris
sue posita. et dum fuit spiritu sancto obumbrata
et dum fuit a filio inhabitata. et dum fuit
ad celos assumpta. Effectus autem sanctificationis
est mundare et confirmare. Primo igitur
sanctam in utero matris sue eam sanctificavit
quia mundavit ab originali quantum ad
maculam et reatum. licet fomes quantum
ad essentiam remanserit. sed per sanctificationis
gratiam impeditus. ne aut ad malum inclinaret
aut a bono retraheret. Sanctificavit etiam quia ipsam confirmavit. ne in
aliquod peccatum actuale vel veniale incideret.
Et ista immunitas ab omni peccato
mortali et veniali causabatur in ea ex tribus. scilicet
ex ligatione fomitis. qui ad malum non
incitabat. Ex inclinatione gratie. que ad bonum
ordinabat. et ex confirmatione divine providentie.
que ipsam custodiebat. Excellentior enim
fuit eius sanctificatio sanctificationibus aliorum.

In sanctificatione enim. que fit per sacramenta ecclesie.
tollitur culpa et remanet inclinatio
fomitis ad veniale et non ad mortale. In
virgine autem penitus inclinatio ablata
fuit quantum ad mortale et veniale. Unde
Ego puto quod copiosior sanctificationis
benedictio. quam in alios sanctos ab utero
sanctificatos in eam descenderit. que non
solum ipsius ortum sanctificaret. sed etiam
vitam eius ab omni peccato deinceps
conservaret immunem. quod alteri nemini
in natis quidem mulierum creditur esse
donatum. Secundo fuit sanctificata quando
fuit a spiritu sancto obumbrata. quia tunc spiritus sanctus
in eam supervenit et ipsam mundavit et confirmavit.
Mundavit quia ipsum fomitem
penitus quantum ad essentiam in ea consumpsit.
propter quod parvulus ab ea separatus in corpore
de fomite nichil habuit. Confirmavit
quia ipsam potentiam liberi arbitrii
sic gratia implevit. ut in malum flecti
non posset. Non quidem tollendo
liberum arbitrium sed defectum. Tercio
quia a filio fuit novem mensibus inhabitata
et hec sanctificatio omnibus predictis
duos effectus addidit. unus fuit omnis
dispositionis fomitis sublatio. sic quando
morbus curatus est. adhuc interdum remanent
reliquie aritudinis. Alius fuit
omnimoda ad divinos usus tam corporis quam
mentis dedicatio. quia tunc non solum
mens sed et corpus tollit lucem divinitatis
resplenduit. Remansit tamen adhuc ne
penalitates ex originali causate.
Quarto fuit sanctificata quando ad celos fuit
assumpta. et tunc omnis penalitas fuit
ablata. et eius gratia et gloria excellenter
ultro fini fuit coniuncta. Debuit impregnari.
ut femina intra suum uterum
deum conciperet. Et ideo spiritus sanctus ei tribuit
deitatis verbi potentiam. Hoc
significatum est Apocalypsis xii. Signum magnum
apparuit in celo. mulier amicta sole.
Illa enim amicta sole fuit. que deum
in utero concepit. Illa autem conceptio commendat
amorem divinum. et ideo dicitur opus
conceptionis de spiritu sancto. licet enim fuit opus
totius trinitatis. tamen spiritui sancto magis
attribuitur. ut ostendatur quod incogitabili
caritate verbum dei factum est caro. Tertio

excellit intellectum angelicum. Quarto
Ipsius circa nos divina compositio et inef-
fabilis est omni creature. et incognita omni
menti. et ipsi primo dignissimorum angelorum
Tercio velocem et spiritualem effectum
Bernardus in sermone. Angelo annunciante
et spiritu adveniente. mox verbum concepit
mox intra uterum verbum caro. // Quarto
impossibile erat ut virgo generaret, et ideo
spiritus sanctus tribuit ei potentiam generativam
quia virgo concepit et virgo peperit. Et ideo
eius partus assimilatur virge germinanti
Bernardus florem intellige filium. et vir-
gam matrem quoniam et virga floruit abs-
que germine. et virgo concepit non ex homine.
Nec virge viorem floris lesit emissio.
Nec virginis pudorem sacri partus editio.
Similatur etiam stelle radianti Bernardus Beata
virgo sideri aptissime comparatur quia
sicut sine sui corruptione sidus suum emit-
tit radium, sic absque sui lesione virgo
parturit filium. Nec sideri radius sui
minuit claritatem, nec virgini filius suam
integritatem. Similatur api mellifican-
ti. Dicit enim apes secundum Ambrosium sine al-
terutrius commixtione mellificant et filios
generant, sic virgo sine aliqua corruptione
generavit. Hec est illa apis de qua dicitur
Ecclesiastici xi°. Brevis in volatilibus est apis
et initium dulcoris habet fructus eius. Ipsa
enim fuit brevis quia humilitate predita.
fuit volatilis quia in celestibus elevata.
fuit apis quia virginitate ornata. Ipsa ha-
buit fructum dulcoris quia celesti prole
fecunda. // Quinto filius ipsam in nos
multiplicatur locupletavit quando de ipsa
carne assumpsit. quod notatur cum dicitur
Multiplicasti locupletare eam. Assum-
psit autem ipsam carnem sine deitatis sue
pollucione contagione, sine decoris comminucione
tamen virginis conservacione et pro nostra salva-
cione. Ista quatuor tangit ecclesia in fe-
sto circumcisionis dicens. Magnum hereditatis mi-
sterium. templum dei factus est uterus
nesciens virum. Ecce quia recepit carnem
cum virginis conservacione. Non est pollutus
ex ea carnem assumens. Ecce quia recepit
sine sue divinitatis pollucione. Item ibidem.
Mirabile misterium declaratur. hodie
innovantur nature. Ecce quia recepit cum

nostra salvacione. deus homo factus est id
quod fuit permansit etc. Ecce quia recepit sine
deitatis sue mutacione. Assumpsit igitur
nostram naturam sine pollucione sue divinitatis.
et hoc ostendit Augustinus de fide ad Petrum
episcopus dicens. Poterat istum visibilem
solem radios suos per omnes sordes spar-
gere et eos mundos et sinceros servare
Si igitur visibilia mundi visibilibus inmundis
contingi possunt et non inquinari quanto magis
incommutabilis et invisibilis. per spiritum
animam. et per animam totum corpus suscipi-
ens, totum hominem sine sui contaminacione
assumpsit et ab omnibus infirmitatibus
liberavit. Secundo assumpsit naturam nostram
sine sui divinitatis mutacione et hoc ostendit Au-
gustinus sub exemplo vestis. tractans illud verbum Apostoli
ad Philippenses ii° habitu inventus ut homo. Mani-
festum est inquit in ea re dici habitum quod
accidit vel accidunt alicui. ita ut ea
etiam possit habere. hoc enim non dicitur nisi
ab eo verbo quod est habere. Verumtamen hic
est in re. quia quedam eorum que accidit
vel accidunt ut habitum faciant non mu-
tantur sicut sapientia que accedens non mu-
tatur sed mutat, quia de stulto sapientem
facit. Quedam mutantur et mutant. ut cibus
qui amittens speciem suam in corpus vertitur
et nos ab esuritate in robur mutamur
Quedam nec mutantur nec mutant ut anulus
in digito. Quedam mutantur non a sua natura
sed aliam speciem et formam accipiunt. ut ve-
stis deposita non habet eandem formam, quam
sumit induta quia membris congruit
huic comparacioni. Et infra. Non ergo
intellige mutatum esse verbum susceptione
hominis sicut nec membra veste induta mu-
tantur quamvis illa susceptio ineffabiliter
susceptum suscipienti copulaverit. //
Tercio assumpsit naturam nostram cum matris
conservacione. Conservavit enim ipsam in con-
ceptu a corrupcione, et in partu a dolore.
Dolorem enim in partu non portavit quia peccatum
in conceptu non habebat, quia ille dolor
partus ex peccato causatus est, sicut dictum est
prime mulieri post peccatum Genesis iii°. In dolo-
re paries filios tuos. Dolorem non por-
tavit que cantantes angelos audiebat un-
tatat ecclesia. Dum parit et gaudens. can-
tant celi agmina laudes. Item in se-
quentia canitur. Gaude dei genitrix. que

constant obstetricum vice gaudentes age-
li gloriam deo. Dolere non poterat quod virgi-
nitatem se amisisse non videbat. Unde can-
tat ecclesia. Gaudium matris habens cum virginitatis
honore nec primam similem visa est
nec habere sequentem. Dolere non poterat quae
salutem totius humani generis pariebat.
Luc. 2. Ecce concipies in utero et paries fi-
lium et vocabis nomen eius Ihesum id est mundi salvatorem.
Et propter tanta gaudia quae habebat mox ut
filium peperit surgens ipsum supplicans adoravit
iuxta illud. Ipsum quem genuit adoravit.
Christus assumpsit naturam humanam pro
nostra salvatione. Unde poterat ipsa huma-
na natura dicere illud Psalmi. Pater meus
et mater mea scilicet Adam et Eva dereliquerunt me
dominus autem assumpsit me. Assumpsit autem
eam totam scilicet corpus et animam ut totum
salvaret. Damascenus. Omnia quae in natura nostra
plantavit dei verbum assumpsit scilicet corpus
et animam intellectualem et horum idiomata
totus enim totum assumpsit me et totum
in salutem gratificet. Nec autem totum
assumpsit quia sicut habetur in libro 3° sententiarum
cum quadruplex sit status hominis primus scilicet
ante peccatum 2us sub peccato 3us sub gratia
4tus in gloria. Ex primo de quolibet statu
aliquid assumpsit. De primo scilicet peccati immu-
nitatem. De secundo penalitatem. De 3°
gratie plenitudinem. De quarto non pos-
se peccare. Anima ergo sic nos amavit
quod totam naturam nostram assumpsit et sibi u-
nivit. Debemus sibi vicem rependere et ip-
sum totaliter amare. Unde Augustinus. Quia amo-
rem illius qui amore tui amore de-
scendit in uterum virginis et ibi amorem
tuum amori suo copulavit humiliando se
sublevando te coniungendo numen sue e-
ternitatis limo tue mortalitatis.

Egredietur virga de
radice Yesse et flos de radice
eius ascendet et requiescet su-
per eum spiritus domini Ysa. xi°. Dominus deus
dederat homini terram fructiferam salu-
tarem suam ut germinaret flores virtu-
tum. Sed quia istam terram male custodivit
ideo a deo maledicta fuit et spinas et tri-
bulos germinare cepit. Sicut dicitur Gen. iii°.
Anima cum homo peccando facit quod non
debuit dei ordinatione recepit quod debuit.
Nam quia commisit malum culpe passus
est mox malum pene. Augustinus in libro
de libero arbitrio. Nullo temporis inter-
vallo hec duo dividuntur et quasi alio
tempore non faciat homo quod debet et a-
lio patiatur ne vel temporis puncto universitatis
pulcritudo turpetur ut sit in ea decor
culpe absque decore iustitie. Anima in
terra id est humana natura iuste fuit punita
ut scilicet maledicta esset et spinas et tribu-
los id est vitiosas concupiscentias germinaret. Sed
nunc ex respectu divine clementie ad suam
redit originem. Nam que erat maledicta
nunc in beata virgine benedicitur cum dicitur
benedicta tu in mulieribus. Quae spinas et tri-
bulos germinabat nunc in beata virgine fru-
ctum protulit preciosum. De qua fructi-
ficatione gratie prophetavit Ysaias in verbo
premisso dicens. Egredietur virga de radice
Yesse etc. In quibus verbis propheta ea describit.
Primo virginem egredientem cum dicitur
Egredietur virga de radice Yesse. 2° florem
ascendentem cum dicit. Et flos de radi-
ce eius ascendet. Tertio spiritum sanctum
requiescentem cum dicitur. Et requiescet
super eum spiritus domini. Circa primum no-
tandum quod beata virgo dicitur virga quantum
ad modum procedendi quantum ad modum
fructificandi quantum ad qualitatem crescendi
et quantum ad officium vicendi. Primo namque
dicitur virga quantum ad modum procedendi.
Virga enim a radice procedit et surgit
surgens in altum se erigit. Surgens
a dextris vel a sinistris ramos non expan-
dit. Surgit quidem virga a radice ita
quod radix est in terra sed virga super
terram. Sic beata virgo surrexit a populo
iudeorum quia licet de eadem stirpe
nata fuerit cum ipsis tamen fuit in terra et
ipsa super terram quia ipsi fuit in ipsi
cupiditatibus terrenorum abyssis tamen cu-
piditatibus ipsa surrexit quia omnia
terrena ipsa contempsit. Psalmus. Obliviscere
populum tuum et domum patris tui. Apocalipsis xii°.
Luna sub pedibus eius quia mutabilitas
terrenorum fuit sub affectu eius. Virgo
etiam egressa est a radice quia licet
cum originali peccato sit concepta tamen sine
peccato est nata et vitiate radicis humane
sed quia radices egressa fuit. Domino

super hunc locum dicit Virgo maria virga
est cui nullus frutex adhesit. Secundo
ipsa virgo a radice surgens in altum
se erexit adeo in altum quod licet corpore
esset in mundo tamen mente erat in celo.
Ps. Astitit regina a dextris tuis. Dextra
autem sinistra sunt temporalia et dextram habet
sunt celestia Virgo igitur semper a dextris
stabat quia semper celestibus intenta
erat. Tertio in altum se erigens
a dextris vel sinistris ramos non expandit quia nec declinatur ad dextram
prosperitatis per tumorem immo se ibi magis humiliabat quia respexit humilitatem
ancille sue. Nec ad sinistram adversitatis
per impacientiam vel murmurationem immo se
ibi magis confortabat sicut patet quando in egiptum fugit ubi tanto tempore peregrina mansit quia nullum verbum impaciencie
dixit. Secundo dicitur virga quantum ad modum fructificandi. De cuius fructificatione dicitur Eccli. xxiiii. Ego quasi
vitis fructificavi suavitatem odoris et
flores mei fructus honoris et honestatis.
Ipsa enim quasi vitis fructum fecit qui
deum et homines letificavit Et ideo dicit
Ego quasi vitis fructificavi. De cuius
fructu dicitur Iudic. x. locuta sunt ligna silvarum id est illi de synagoga inde domus qui sunt aridi ab humore gratie
et silvestres id est steriles a bona operatione
locuta sunt unquam ad vitem id est ad mariam virginem veni et impera nobis id est
sis nostre synagoge domina et regina.
Que respondit Non possum deserere
vinum meum id est filium a me genitum
quod letificat deum et homines quia deum
reconciliavit et hominem redemit et
inter cetera ligna promoveri id est in medio
synagoge exaltari. Iu. d. Non. Ipsa
suavitatem attulit quod totum mundum
dulcoravit Et ideo sequitur Suavitatem Eccli. xi. Initium dulcoris habet
fructus eius. Ipsa odorem dedit qui demones effugavit Et ideo dicitur Odoris.
Sicut enim odor vinee fugat venenata animalia sic sue sanctitatis odor
fugat demones Cant. ii. Capite nobis
vulpes parvulas que demoliuntur vineas
nam vinea nostra floruit. Ipsa habuit

puritatis affectiones Ideo dicitur Flores mei.
fructuosas operationes Ideo dicitur fructus
honoris Et honestas cogitationes Ideo dicitur
Et honestatis. Tertio dicitur virga quantum
ad qualitatem eundi. Qualis enim hec
virga fuit patet quia sunt gracilis flexibilis
recta et decora. Fuit enim gracilis per humilitatem
et tenuis per gracilis fuit et subtilis tamen
valde a remotis visa fuit maximum fructum attulit et totum mundum suo robore
sustentavit. Fuit enim visa a remotis
quia sunt in prefiguratione virge aaron que
miraculose floruit et fructum fecit. In ipsa
virga aaron quadruplex misterium apparuit
sicut ostendit Cris. super Ap. quia sine
humore germinavit nuces protulit sola
germinavit et sacerdotali nomine insignita
fuit. Hec autem mistica in virgine patent
que de stirpe regali et sacerdotali originem
duxit. Ipsa etiam virga licet se esset
gracilis et exilis tamen plus quam per septingentos annos antequam nasceretur olim fuit
sicut patet in vo. prophetis. Secundo ipsa
virga licet sit gracilis et exilis tamen maximum
fructum portavit quem sunt celi et terra capere non poterunt qui sufficit ad mundi redemptionem et ad plenam angelorum et hominum
refectionem Et licet iste fructus fuerit
maximus tamen fuit levissimus quia ipsam
non oneravit sed alleviavit. Unde sicut
tamen ipsum fructum concepit in montana
festinatione ostendit. Nam sicut dicit Bernardus
Ipsa fuit sine corruptione fecunda sine gravedine gravida et sine dolore puerpera. Iste autem
fructus non tantum fuit maximus et levissimus sed etiam varius et preciosus. Varius
quia fuit celestis et terrenus Christus quia fuit
deus et homo. Preciosus quia fuit precium
mundi quia totum mundum redemit.
Tertio licet hec virga fuit gracilis et exilis tamen totum mundum suo robore sustentavit Nam in tempore passionis columne mundi
id est apostoli fuerunt concusse immo ex toto confracti.
In sola autem virgine fides remansit Et ideo
totus mundus sibi innixus fuit et ipsa in
sua virtute tanquam columna fortissima totum
mundum ne caderet sustentavit. Secundo dicitur
virga quia fuit flexibilis per pietatem.
De qua dicitur Cant. iiii. Que est ista que

ascendit p desertum sicut vgula fumi ex
aromatib mirre et thuris et univsi pul-
veris pigmentarij Ipa enim fuit vgula
fumi, qr gremata p caritatem Et fic
ex aromatib mirre, quia fugat dya-
bolicas temptacoes sicut odor mirre fu-
gat serpetes Et fuit thus quia resu-
git fluidas cogitacoes Et univsi pl
veris pigmetarij quia delectat et co-
fortat omnes vtutes De eius aute
hmoi et pietate dicit Bus Quis vtiq
mie bte vginis longitudine, latit
sublimitate et pfund qat investigare
Nam longitudo eius usq in diem
novissimi invocantib ea subvenit vni-
vsis, Latitudo ipleter orbem terre vt
illius q mia plena sit omnis terra
Sublimitas eius civitatis sup viet
restauratioz Et pfund eius sedetib
in tebris et umbra mortis obtinuit
redemptioz // Tercio hec vga fuit re-
cta p intencois puritate qa totam
intencoem suam semp dirigebat in
deum Can j° Recti diligunt te Ps vir-
ga directionis vga regni tui Ipsa
enim fuit vga directio, quia omnia o-
pera sua in deum dirigebat Et fuit
vga regni dei quia deus p ipam i
cordib nris regit // Qrto fuit decora
ex vginitate Zach° x° Assupsi michi
duas virgas unā f et mariā unam
vocaui decorā f mariā, de q Can iiij°
Tota pulcra es amica mea Altera
vocavi funiculū f evam q totu genus
humanum illaqueavit funib peccatorum,
ps funes peccatorum circupleri sunt me
// Qnto dicit vga cpetum ad officium vicedi
Usus enim virge videt ee ad qtuor
pmo ad dominij ostensioem, et vtunt
virga reges et principes Scdo ad de-
fensioem sive ptessioem, et vtunt
bellare sive defende se voletes, sicut
usus e david qtra philisteum pcedes
Tercio ad regimen sive directioem, et
vtunt pastores Qrto ad pstentacoe
et vtunt infirmi et debiles // Ad istum q
druplicem usum tamq virga salutifera
data est nb vgo maria, de qo qdrup
usu dicit Eccli xxiiij° Ego mr pulcre
dilectionis et timoris et agnitionis et scte spei
Data quidem pmo est nb ad dicandu

que quidem domina tacte erga nos dile-
ctionis existit qz mtem dilectaz se
reddit Et ideo dicit Ego mr pulcre di-
lectionis Ista aut dilectio qsistit i h°
p vtutem nb tribuit et animam suorum i
speculatom facit et demonib victoria
impedit, ps virga vtutis tue emittet
dominus ex syon dominare in medio
inimicorum tuorum Scdo data e nobis
ad defendendum et percutiend f demones
hostes nros, quib ipa e valde terribil
Et ideo dicit Mater timoris Est enim
vt dicit Can vj° Terribilis vt castro-
rum acies ordinata Ista vga percutit demo-
nes Num xxiiij° Consurget vga de
Isrl et percutiet duces Moab Ysa xxx°
Ad vocem domini pavebit assur vga
pcussus Tercio data e nb ad nrm du-
catum et directioem, et ideo dicit Mater
agnitionis Michee vij° Pasce ppl
tuum virga tua Et pt ee vbm patris
ad filium Emia sicut pastor cu vga
gregem suum regit, et ad pascua ducit
Sic et ipe per vginem mariā nos
regit in loco huius penalitatis et du-
cat ad pascua etne dulcedinis // Qrto
e nobis data ad fulcimentum et ideo
dicit Mater scte spei Ipa enim infir-
mos et mestos sustentat et qsolatur Ps
vga tua et baculus tuus ipa me co-
solata sunt Ipa quidem est virga
iniquorum percutit demones et e baculus
iniquorum sustentat mestos et debiles //
Secundo ppheta describit florem ascen-
dente cum dicit Et flos de radice eius
ascendet, Ubi tria tangit f florem
floris radicem et floris ascensioem // p
florem signatur xpus et ppter generacoem
et ppter delectacoem, et ppter odoratioem
et ppter florum varietatem Generatur
autem flos ad calore solis et infusi-
one roris et sine lesione et captioe ar-
boris Sic ad xpi qceptoem calor
spus sancti se infudit qui ipam qce-
ptioem fecit Luc j° Ave gracia ple-
nullam captioem i corruptioem p-
tulit sed virgo qcepit Ysa vij° Ec-
ce virgo qcipiet etc Et ideo vocat
flos campi Can ij° Ego flos campi
Flos oriti vt nascat tm aperitur in

flore aut campi tm no apit² 2 nascit²
Vel dicit² flos campi · 2 non orti / q̄a
flos orti est clausus / flos vo capi
omnibus est aptus / qr odor sue pret
nulli claudit² sed omnib; apit² / Vel dr
flos campi cā ire Raim in ptibus
vltra marinis dicit² nasci quida flos
qui vocat² flos campi · qui hz stupite
aspectu · 2 quinq; folia rubea · 2 sit xpm
qui ptulit asptatem crucis / 2 quinq;
vlnera passionis / Scdo sigt² xpus
p florem pter delcatocm / Iste em
flos delcat visum sua s pulcritudie ·
i pet i° / In quem despdant angeli
prospicere / Delcat olfactum odore
suauitate vt libeat omnib; clare 2
dicere · trahe me post te · curmus in odo-
rem vngetorum tuorū / Delcat ta-
ctum sua leuitate ps / Quoniā tu
domine suauis 2 mitis es · Tit · iii
Apparuit benignitas 2 humanitas sal-
uatoris nri dei · Delcat ecia auditum
pter spem futuri fructus / q̄a quado
flores natos audimus · cito dulces fru-
ctus speramus / Sic ecia iste flos s xpe
delcat nrm spualem auditum qn
audimus ipm nrm ee mediatore
2 pacificatorem ps / Audia quid loqt²
in me dominus deus · quonia loquet²
pacem in plebe sua · Sicut em flos
ē medius inter ramu 2 fructum · ita
Sic 2 ipe est medius inter nos 2 deu
i Tim ii° Vnus mediator dei 2 ho-
minu homo xpus ihus qui dedit
semetipm p omnibus / Delcat gu-
stum / quia flos ē spes fructus / sic p
ipm quē hic habemus tanq florem
nos pcenturos speram ad fructus
dulcedinem Cant · fructus illius dulc
gutturi meo · Tercio xpc sigt² p flore
quantum ad odorem / hic em odorem deu
patrem effecerunt Gen xxvii° Ecce
odor filii mei sicut odor agri pleni /
Gen xxviii° Odoratus est dominus odo-
rem suauitatis · habet odore demo-
nes expellentem Eccli xxiiii° Qi
cedrus exaltata sum in lybano · 2c
Assimilat² ecia odori balsami · quod
ōseruat a putrefactiōe Eccli · xxiiii°
Sicut balsamu no mixtum odor
meus / hz odorem indeficientem / 2c

Flos quidem auulsus arefactus · attritus
odore suu non pdit Sic xpus fuit a-
uulsus · in morte ysa · liii° Qui abs-
cisus est de tra viuencium Arefactus in
cruce ps Aruit tanq testa virtus mea
Attritus in flagellacōe ysa · liii° Attritus
est ppter scelera nra / De isto odore
floris pcetuo manete sic dicit Ambro
in tcio libro de spiritu sancto · Flos odorem suu
2 suauius reseruat 2 gtus accumulat
Nec auulsus amittit Ita dominus in pa-
tibulo crucis · nec attritus emarcuit Nec
auulsus euanuit · 2 illa lance punctiōe
magis · sacro speciosior fuso cruoris colore
donauit Moit ipe nescius 2 mortuus
eterne vite munus exhalans / Quarto dicit²
flos quantum ad florum variacōem Assi-
milat² em tribus varietatibus flor
scilicet viole · lilio 2 rose · De duob;
primis Cant v° Ego flos campi quantum
ad violam · que inter flores campi
obtinet principatum · 2 liliu quallium ·
De tercio Eccli l° Quasi flos rosarum
in diebus vernis · qui s amplius vernat
2 redolet / xpus · 2 fuit viola p humili-
tatem · liliu pmitate · 2 rosa p caritatem
p quam pro nobis se sanguine rubeat
Secundo ppheta ponit flore radicem
Cum em debuisset dicere quemadmodum
vt vere flos de virga ascendet · dicit hz
de radice eius ascendet Sed dupl̄ de
causa hoc dictum ee videt² / Primo ad
ondendum dei caritatem Yesse em inter
dum interpretat² / qr ex incendio infinite
amoris · deus assumpsit infirmitatem
nre carnis Ie xxxi° In caritate pcetua
dilexi te ideo attraxi te miserans tui
Ioh iii° Sic deus dilexit mundum vt
filiu suu vnigenitu daret / 2° ad in-
sinuand veritatem in xpo nre nature
veritatem / quia vere de stirpe nature hu-
mane natus est In em stirpe ē caro
2 / vnde nata est caro marie Et ex hoc
excludit² triplex error / primo illorum qui
dixerunt xpm habuisse carne fantastica
cum em dicat² Ioh i° Verbum caro factu
est · Scds error illorum · qui dixerunt
q xpus de virgine carne no assumpsit
sed de celesti etherie corpus sibi for-
mas illud in vtero virginis transtulit

Cum tamen dicat Gal. iiii. Misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Secundo illorum qui dixerunt carnem Christi fuisse carnis Ade quandam particulam incorruptam in Adam servatam, et successione transfusam, cum tamen dicatur Roman. i°. Qui factus est ex semine David secundum carnem. Tertio ponit propheta floris ascensionem. Non enim dixit flos de radice eius nascetur, sed ascendet, primo ut ostendat excellentiam originis quia de celo venit. Joh. iii°. Qui de celo venit super omnes est. Ysa. liii°. Ascendet sicut virgultum coram eo. Secundo ut ostendatur quia supersubstantialis natus fuit, licet enim eius nativitas sit communis aliis quantum ad nature veritatem, fuit tamen super alias quantum ad rationem seminalem quia de Spiritu sancto natus est. Tertio ut ostendat quod eius natura numquam ad peccatum originale vel actuale inclinata fuit. Ysa. xix°. Ecce dominus ascendet super nubem levem id est carne ab omni peccato immunem. Quarto in auctoritate premissa ponit propheta Spiritus requiem cum dicit Requiescet super eum Spiritus Domini. In aliis hominibus Spiritus non requiescit quia licet ibi aliquid aut per modum contristantis, sicut peccatum mortale commissionis. Ephe. iiii. Nolite contristare Spiritum Dei, quo signati estis in die redemptionis. Aut per modum extinguentis, sicut peccatum mortale omissionis, sicut ignis extinguitur quando ligna subtrahuntur, sic Spiritum quis extinguit in se quando illud ad quod tenetur omittit. i Thess. v°. Spiritum nolite extinguere. Aut per modum adversantis, sicut veniale et ipsa sensualitas. Gal. v°. Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem, hec enim sibi invicem contrariantur vel adversantur. Roman. vii°. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. Aut per modum molestantis ut tumultus sollicitudinum, inquietas desideriorum, perturbatio passionum scilicet gaudii et doloris, spei et timoris. In Christo autem Spiritus sanctus perfecte requievit, quia nichil in ipso fuit quod Spiritum contristaret, ut est peccatum commissionis. i Pet. ii. Peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius. Nichil quod extingueret, ut est peccatum omissionis. Ysa. v°. Judicate inter me et vineam meam, quid est quod ultra debui facere vinee mee et non feci. Nichil quod adversaretur, quia sensualitas tota in omnibus obedivit. Unde cum dixisset Mt. xxvi°. Transeat a me calix iste, statim subiunxit: Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Nichil quod molestaret, quia nullus in eo tumultus sollicitudinum, nulla inquietas desideriorum, nulla perturbatio passionum. In hac enim archa sanctificationis omnia animalia fuit pacificata. Hec est quod corvus requievit in cadavere, columba in viridi arbore, archa in monte. Gen. viii°. Anima peccatoris que peccatum est mortua, putridum est cadaver. Monumentum huius cadaveris est corpus extrinsecus sepulchrum. Mt. xxiii°. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite, qui similes estis sepulchris dealbatis, que a foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcicia. Corvus igitur id est dyabolus libenter quiescit in cadavere id est in peccatore. Job xl°. Sub umbra dormit in loc. hu. in secreto cha. Dum enim viruerit arbor viridis etc. [...] xvii°. Erit folium eius viride. Columba igitur id est Spiritus sanctus libenter requiescit in arbore viridi id est in sanctorum corde. Quamvis tamen in hac vita non perfecte requiescit. Unde in signum huius, postquam columba in arbore requievit, ad archam iterum est reversa. Archa vero est Christus. Ps. Surge domine in requiem tuam, tu et archa sanctificationis tue. Hec archa requievit in monte id est Spiritus sancti plenitudine. Unde in evangelio Nazarenorum quod hebraice scriptum est ita legitur: Factum est cum ascendisset dominus de aqua descendit fons omnis Spiritus sancti et requievit super eum et dixit ei: Expectabam te fili in omnibus prophetis ut venires et requiescerem in te, tu es enim requies mea.

Missus est angelus Gabriel a deo in civitatem Galilee cui nomen Nazareth etc. Luc. primo. Missus fuit olim dyabolus ad Evam inferens primam suggestionem cum dixit Gen.

iiij° Cur precepit vobis deus ne vesceretis.
Mendacem assercionem cum dixit Nequaquam
morientur / fallacem promissionem cum dixit
Eritis sicut dii. Sed hodie mittitur ange-
lus ad virginem afferens ei reverentem
salutacionem cum dixit Ave gracia ple-
nam assercionem cum dixit Invenisti
graciam apud dominum / Utilem promissionem
cum dixit Ecce concipies et paries filium
Quamvis autem deus miserit multas
ambasiatas suas per angelos suos ma-
ior tamen quam unquam miserit fuit ista qua
per gabrielem archangelum destinavit
Ambasiata enim magna dicitur propter quatuor
de causis Aut ex racione illius qui mittit
Aut racione nuncii qui mittitur Aut racione
persone ad quam mittitur Aut racione negocii
pro quo mittitur / Istis quatuor de causis
hec ambasiata dicitur esse magna. Nam
magnus est ille qui mittit / quia deus.
Et ideo dicitur Missus est a deo. Ma-
gnus est nuncius qui mittitur. quia
angelus Ideo dicit Angelus gabriel.
Magna est persona ad quam mittitur. quia
ad virginem Ideo dicit ad virginem
desponsatam viro cui nomen ioseph etc.
Magnum est negocium pro quo mittitur / quia
missus est pro annunciacione incarnacionis
filii dei Et ideo dicit Ecce concipies in
utero et paries filium etc. Ista igitur am-
basiata dicitur esse magna. quia magnus est
ille qui mittit scilicet deus Unde Evange-
lista perhibet angelum a deo destinatum
ad virginem. a celso ad humilem. a
deo ad ancillam / Primus autem unus an-
gelus mittit alium / hic tamen non debuit
mitti nisi a deo immediate racione / pro-
racione negocii propter quod mittebatur Si
enim fuisset missus ab alio / et non a deo.
iam non esset legatus dei. sed subdele-
gatus angeli Ad tam autem magnum
negocium non decebat mittere subdelega-
tum. immo nec simpliciter legatum. sed
legatum a latere Talis autem legatus
a latere fuit gabriel. qui dicit Luc. i°
Ego sum gabriel. qui assisto ante deum.
Non et pro minoribus negociis suis deus
aliquando misit angelos suos. sic misit
raphaelem ad curacionem infirmi-
tatum Thob. xij° Misit me dominus
ut curarem te Sicut misit olim ga-
brielem. ad liberacionem captivorum Dan. ix°
Adhuc loquente me in oracione. ecce gabriel
cito volans docuit me. et locutus est mihi
Septuaginta ebdomade abbreviate sunt
super populum tuum. et super urbem tuam ut con-
summetur prevaricacio et finem accipiat
peccatum. et deleatur iniquitas. et adducatur iusticia
sempiterna. et ungatur sanctus sanctorum / Sic
eciam misit michaelem ad expugnacionem
inimicorum Apoc. xij° / Factum est prelium
magnum in celo. michael et angeli eius
preliabantur cum dracone. Si igitur
deus misit angelos suos ad predicta opera
exequenda / multo forcius non aliquis angelus
sed ipse debuit gabrielem. cum ipse annun-
ciaturus esset eum. qui veniebat. Et
ad infirmitatum curacionem. et ad captivorum
liberacionem. et ad hostium expugnacionem Ista
tria tangit ysa. lxi° Spiritus domini super me
Et infra ut mederer contritos corde.
Ecce quia missus est ad infirmorum curacionem
Et predicarem captivis indulgenciam
et clausis apercionem / ecce quia missus est
ad captivorum liberacionem Et predicarem
annum placabilem et diem ulcionis deo
nostro. ecce quia missus est ad hostium
ulcionem et expugnacionem Secundo non
est missus ab angelo. sed a deo racione
virginis Istam racionem tangit glossa dicens
Ideo dictum est a deo nec cui beatorum
suorum spirituum deus angelorum virgini re-
velasse putetur consilium. excepto dunta-
xat archangelo gabriele / Tercio racione
angelice congruitatis Debuit quidem
mitti a patre. quia erat opus infinite po-
tencie Debuit mitti a filio. quia erat
opus infinite sapiencie Debuit mitti a
spiritu sancto quia erat opus infinite gra-
cie Quarto racione nuncii. ut scilicet a nobis omnis
dubietas auferatur Sepe cum amba-
siata que de persona in personam mittitur
aliquod dubium renovatur Si igitur deus
istam ambasiatam revelasset supreme ier-
archie. et suprema medie. et media infi-
me. et infima nobis. forte homini cauta
dubietas fuisset suborta. Ne fuisset
in aliquo variata quia per tot personas me-
dias fuerit missa / Et ideo deus sine alio

medio. ipsum angelum destinavit. Quar-
to ratione ipsius angeli. forte enim
iste angelus de supremo ordine fuit
sicut Bernardus innuere videtur. Secundo. Ad
hoc misterium summum angelum venire
dignum fuerat. qui summum omnium nunci-
abat. Et ideo non fuisset congruum ut mit-
teretur ab aliquo. nisi a suo superiori scilicet deo.
Solum tamen tenere videtur quod fuit superius
in ordine archangelorum. Unde hec
annunciata fuit magis. ratione nuncii
quem deus misit. scilicet angeli gabrielis.
Ubi duo videnda sunt. Primum quare misit
angelum. secundo quare misit potius gabrielem
quam alium. Angelum autem mittere vo-
luit multiplici de causa. Una est ut mo-
dus redemptionis respondeat modo perditionis.
Malus enim angelus assumpto humano
corpore. evam sermocinando decepit. Ergo
bonus angelus assumpto corpore mariam
salutando docere debuit. Hoc quidem
habebat duas occasiones despiciendi mu-
lierem. Unam quia de viro producta fuerat.
Aliam quia mortis sue causa extitit.
Contra primum voluit deus. ut sicut eva ex
viro sine femina. sic salvator nasceretur
ex femina sine viro. Contra secundum voluit
ut sicut eva a malo angelo docta oc-
casio fuerat perditionis. Sic maria ab
angelo bono instructa. occasio fieret
nostre salutis. Ideo dicitur proverbiorum xviii.
Mors et vita in manu lingue. In ma-
nu enim lingue serpentis. fuit mors
pestifere suggestionis. cum dixit Eri-
tis sicut dii. In manu lingue Eve. fuit mors
dubitationis. cum dixit Ne forte mori-
amur. In manu lingue ade. fuit mors
stulte excusationis. cum dixit Mulierem
quam dedisti mihi sociam. dedit mihi. Sed in
manu lingue virginis fuit vita. non
dubitationis sed prudentis inquisitionis
cum dixit Quomodo fiet istud etc. Non excu-
sationis sed humilis confessionis. cum dixit
Ecce ancilla domini. Non prave sugge-
stionis. sed sancte deprecationis cum dixit
Fiat mihi secundum verbum tuum. Secunda causa est
ut inter angelos et homines pacem refor-
maret. Angelus quidem odiebat ho-

minem. quia ipsum sua restauratione
privaverat. Homo vero odiebat angelum
quia ipsum deceperat. Consuetudo enim est
ex malignitate cordis humani. ut cum
aliquis ab aliquo offenditur. omnes de illo
genere odiat. vel minus diligat. Quia
igitur filius dei carnem assumebat. ut
homines redimeret. et angelos repararet
sic utrosque ad invicem reconciliaret.
Ideo utrique debuit in hoc opere ministerium
exhibere. facti utrique amici et unius domini
fideles conservi. Apocalypsis xix. Vide ne fe-
ceris. conservus enim tuus sum. Colossenses i.
pacificans omnia per sanguinem crucis eius
sive que in celis sunt. sive que in terris. Ter-
cia est. ut nascituri pueri dignitas os-
tendatur. ex eo quod sibi subiecti angeli fa-
mulantur. Malachie iii. Ecce ego mitto
angelum meum. qui preparabit viam ante te.
Iohannis i. Amen amen dico vobis. videbitis
celos apertos et angelos ascendentes et
descendentes supra filium hominis. Quarta
causa est. quia beata virgo et virginitatem
servabat. et hominum consortia fugiebat. et
angelos sepe videre consueverat. Debuit
igitur sibi mitti angelus virginitate pre-
ditus. Non aliquis homo iuvenis. ex eo scilicet
quod virginitatem servabat. Ieronimus. Bene
angelus ad virginem mittitur. quia semper
est angelis cognata virginitas. Profecto in
carne preter carnem vivere non terrene vi-
te est. sed celestis. Debuit etiam angelus
mitti ex eo quod hominum consortia fugiebat.
Ambrosius in libro de virginibus. Hec ad ipsius
ingressum angeli inventa est domi
in penetralibus sola sine comite. ne quis
intentionem abrumperet. Ne quis subsarperet.
Nec comites feminas desiderabat. que
bonas cogitationes comites habebat. Quin
etiam tunc sibi minus sola videbatur cum
sola esset. Nam quomodo sola cui tot libri
adsunt. tot archangeli tot prophete. Ber.
Suspicandum non est quod apertum inve-
nerit angelus hostiolum virginis. cui
nimirum in proposito erat omnes fugere
frequentias hominum. vitare colloquia. Ne vel
ordinis perturbaretur silencium. vel continentis
castitas rumperetur. Non enim erat sicut
ille de quibus dicitur i Thimothei v. Ociose

disauit cauit domos. Seneca. Argumentum bone mentis existio. posse constere z secum morari. Debuit sibi mitti angelus. quo eo q angelos sepe videre consueuat. vn non fuit territa de angelica visione. eo eo. q anglos sepe videre consueta fuerat. sed fuit territa de angelica salutacione. quia tale salutacionem. quia tale salutacionem nunquam aliam factam fuisse audiuerat. Augustinus. Si sciuisset ad alium fuisse factum silicet sermonem. utpote q habebat legis sciam nunquam ipsam tamquam peregrina talis salutacio terruisset. Secundo videndum est. Quare gabriel pocius missus fuit q alius angelus. Circa quod notandum q Gabrieli archangelo quatuor a deo officia sunt commissa. primum est assistere ante deum. luc. i°. Ego sum gabriel. qui assisto ante deum. Secundum est victoria preliorum. vn dicit glossa super id Dan. viii°. Gabriel fac intelligere istam visionem. quia cum viso de perso regnum erat. subdit gabriel huic officio mancipatur. qui et plus fortius est. Ideo gabriel interpretatur fortitudo dei. Tercium est. secretorum reuelacio Dan. viii°. Et dixit gabriel Nunc egressus sum vt docerem te z intelligeres. Quartum e debilium fortificacio Dan. ibidem. Cumque loqueretur ad me super gabriel. collapsus sum pronus in terram. z tetigit me z statuit me in gradu meo. Propter ista quatuor officia congruum fuit vt gabriel pocius q aliquis alius angelus mitteretur. homo quidem amiserat diuinam visionem. Job xiii°. Cur faciem tuam abscondis z arbitraris me inimicum tuum. Incurrerat dyabolica seruitutem. ii. petri ii°. A quo quis superatus est. huius z seruus est. Patiebatur multiplicem ignoranciam. Job xxxvii°. Nos quippe inuoluimur tenebris. Et debilis erat ad omnem operacionem bonam. vn clamabat propheta. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Christus igitur in carnem veniebat. primo vt hominem ad dei visionem reduceret. Descenderat quidem homo ab celum in yerecho. i. a visione patris in miseria putis mutabilis hec est omnis terrestria. q a gloria angelorum recesserat. quia pastor celeste consiuit. z patris conspectum putauit. Et quia primum officium gabrielis e assistere ante faciem dei. z christus in carne veniebat vt homini dei faciem restitueret. congrue gabriel ad hoc debuit mitti. Secundo christus in carne veniebat. ut dyabolum superaret. z hominem de eius seruitute eriperet. vn super id glossa Dan. viii°. fac istum intelligere visionem dicit. Eo tempore quo dominus erat nasciturus. z bellum demonibus indicturus. z de mundo triumphaturus. gabriel venit ad zachariam z mariam. luc. i°. Cum fortis armatus custodit atrium suum. in pace sunt omnia que possidet. si autem fortior illo superueniens vicerit eum. vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat z spolia distribuet. Item dicitur mt. xii°. Quomodo quis potest intrare domum fortis. z vasa eius diripere. nisi prius alliget fortem. Tunc christus atrium cepit. qui dyabolum de dominio mundi expulit. Tunc arma abstulit. qui peccata nobis dimisit. Peccata enim nostra sunt arma dyaboli. quibus cum valde debilis efficitur. nisi armis nostris muniatur. Tunc spolia distribuit. qui captiuos quos gratia expoliauerat sibi abstulit. Et vasa diripuit. qui corda eorum quos detinebat. peccatis euacuauit. z gratia spiritus repleuit. Tunc forte alligauit. qui ipsius dyaboli potestatem refrenauit. Et quia ad gabrielem spectat victoria preliorum. Ideo conueniens illum annunciare debuit qui contra demones erat preliaturus. z de ipsis triumphaturus. Tercio christus in carnem veniebat. ut tenebras nostre ignorancie expelleret z lumen sue cognicionis nobis infunderet. Nullus eundem congnoscere poterat. Joh. i°. Deum nemo vidit vnquam nisi vnigenitus qui est in sinu patris ipse nobis enarrauit. In tempore enim legis data fuit homini cognicio dei. sed obscura. In statu vero gracie magis apta. sed in statu glorie apertissima. Homo quidem secundum moris potest congnoscere aut per vmbram suam. z ista cognicio e valde obscura. aut in speculo per ymaginem suam. z ista e magis apta. a pfacie

suam et ista est aptissima. In statu quo
legis fuit cognicio dei umbratica quia
consistebat per quasdam figuras valde obscu-
ras. Hebr. x. Umbram enim habens lex
futurorum bonorum non ipsam ymaginem
rerum etc. In statu vero gracie cognicio
quasi speculativa. quia deum per speculum
fidei modo cognoscimus. In statu vero
glorie erit cognicio clarissima et aperta
quia ipsum deum facie ad faciem cognos-
cemus. De hiis duobus dicitur i Cor.
xiii°. Videmus nunc per speculum in enig-
mate. tunc autem facie ad faciem. Homo
igitur qui erat in tenebris ignorancie
recepit per christi visitacionem lumen
cognicionis divine. Luc. i° Visitavit
nos oriens ex alto Illuminare hiis qui
in tenebris et in umbra mortis sedent etc. Homo
ex tenebris tria incomoda incurrit. scilicet
merorem torporem et errorem. Quia enim
homo erat in tenebris. erat in merore
Thob. v° Quale michi gaudium erit
quia in tenebris sedeo et lumen celi non
video. Existenti autem in merore ma-
gnum gaudium esset. si aliquis iocundus
socius eum visitaret. et lumen sibi de-
ferret Et ideo dicit Visitavit nos ori-
ens ex alto etc. Quia iterum homo erat
in tenebris. erat in torpore. Sicut enim
qui in tenebris sedet nullum opus fa-
cere potest Sic humanum genus sedebat in
a bono opere torpebat Sed venit christus
et lumen attulit. et hominem sedentem
ad bene operandum induxit Et ideo sequitur
Illuminare hiis qui in tenebris et in um-
bra mortis sedent. Quia insuper homo erat in
tenebris. erat in errore. adeo quod in ci-
vitatem suam celestem ire nesciebat
Psalmus Viam civitatis habitaculi non inve-
nerunt Sed venit christus et lumen attulit
et pedibus nostris viam ostendit Et ideo sequitur
Ad dirigendos pedes nostros in via pacis
Tercia igitur ad gabrielem spectat revel-
lacio dubiorum secretorum. Convenienter illum
annunciare debuit. qui veniebat. ut se-
creta nobis revelaret et consilia sua nobis
infunderet. Quarto christus in carne ve-
niebat. ut debiles roboraret. Homo quidem
erat debilis. ad sustinendum ad operandum

ad perseverandum. quia nec adversa
sustinebat. nec bona opera tamquam lassus
et semper fatigatus inchoare volebat.
et si aliquid inchoabat. protinus deficiebat.
Sed ad ista tria christus nos roboravit Hebr.
xii. Recogitate enim. qui talem susti-
nuit a peccatoribus adversus semetipsum
contradictionem. ut non fatigemini ani-
mis vestris deficientes. Roboravit quippe
nos ad sustinendum adversa. et ideo dicit
Recogitate enim etc. Roborat nos ad in-
choandum bona opera ut non tamquam
lassi et fatigati a bono opere torpeamus
Et ideo dicit ut non fatigemini animis
vestris. Roborat nos ad perseverandum
in bono opere. Et ideo subdit Defi-
cientes. Quarta igitur ad gabrielem spe-
ctat roboracio debilium. Convenienter illum
annunciare debuit qui in carne venie-
bat ut debiles roboraret. Ad hanc am-
baxiatam magis fuit idonee persone ad
quam mittitur. quia missus est ad virginem
Cuius magnitudo apparet ex quatuor que intelli-
guntur in hoc nomine alma. Alma pro-
pe idem est quod virgo incognita. vel
puella vel clausa vel sacra. Ex quo
magis exprimitur laus virginis. quam per
hoc nomen virgo Quia vero propter penu-
riam lingwe. ebrei non potuit tot
proprietates. uno nomine signare. posuit tamen
unum pro pluribus de suis signis scilicet virgo.
Ex eo igitur quod alma incognita viro
vel virgo dicitur. eius magnitudo mani-
festatur. Virginitas enim hominem ma-
gnum facit. quia scilicet facit hominem habere
societatem cum angelo. Luc. xx° Illi qui
digni habebuntur seculo illo et resurrectione
ex mortuis neque nubent neque ducent
uxores. equales enim angelis sunt.
Facit enim habere familiaritatem cum
christo virgines enim sunt de familia
christi. unde illud Apoc. iii° Ambulabunt
mecum in albis quoniam digni sunt
Facit enim habere cognacionem cum deo.
Sap. vi° Incorrupcio facit esse proximum
deo. Secundo ostenditur eius magnitudo. ex eo
quod alma idem est quod puella. Ipsa autem
fuit puella propter humilitatem. Humilitas
autem magnum facit. Unde Luc. xviii°
Omnis qui se exaltat humiliabitur et qui

se humiliat exaltabitur. Ipsa enim fecit
se parvam. quia pauperem sponsum habere
voluit. Bern. super missus est. Hec virgo tam
venerabilis ut salutaretur ab angelo. tam
humilis ut desponsata sit fabro. Fecit se
minorem, quia de homine obprobrio non
curavit. Ducebat enim obprobrium esse
in israel non esse fecundam iuxta illud luc.
i. Sic fecit michi dominus in diebus quibus
aspexit auferre obprobrium meum
inter homines. Fecit se minima corpore
quia ultimum misterium elegit deus. Ecce ancil-
la domini etc. Secundo ostenditur eius magni-
tudo corpore quia alma idem est quod clausa.
Ipsa namque fuit clausa in utero et in
animo, in utero quia deus clausit
eius uterum, et ipsa in suo utero clau-
sit deum. In animo, quia deus clausit
eius memoriam, ut nichil posset ibi
intrare oblivionis. luc. ii. Maria con-
servabat omnia verba hec etc. Clausit
eius intelligentiam ut nichil posset
ibi intrare erroris. Sap. i. hoc quod con-
tinet omnia scientiam habet. Clausit eius
voluntatem ut nichil posset ibi intrare
perturbationis. luc. i. Maria turbata est.
Glossa turbata sed non perturbata. Ipsa etiam
in suo animo clausit deum. Prima pro-
habitavit in eius operativa. ipsam for-
tificando ad arduam operationem. Prover.
ult. Misit manum suam ad fortia. Filius
habitavit in eius cognitiva. ipsam illu-
minando ad sapientie perfectionem. Apoc. xii.
Mulier amicta sole id est sapientie splendore.
Spiritus sanctus habitavit in eius affectiva.
ipsam inflamando ad amorem. Cant.
v. Nunciate dilecto, quia amore langueo.
Et quia quodammodo tota trinitatem sic clau-
sit in animo suo. ideo dicitur Totius
trinitatis nobile triclinium. Tertio
ostenditur eius magnitudo corpore quia alma
idem est quod sancta. Sanctitas autem facit
magnum coram domino iuxta id luc. i.
Erit enim magnus coram domino. Ipsa fuit
sancta id est sanguine tincta. Tota enim fuit
in corde suo aspersa sanguine passionis
filii sui iuxta illud luc. ii. Tuam ipsius
animam pertransibit gladius doloris unde
poterat dicere filio id Exo. iiii. Sponsus
sanguinum tu michi es. Fuit sancta id est sacer-

dotii deputata ad hoc mysterium ut se
concaperet salvatorem. Eccl. xxiiii. In ha-
bitaculo sancto id est in corpore meo sancto. in quo ipse
habitavit, coram ipso ministravi. Fuit sancta
id est munda. Cant. vii. Pulcra es amica
mea suavis et decora. Fuit sancta id est fir-
ma, quia tempore passionis ceteris apostolis
fugientibus. ipsa in perpetuum firma ste-
tit. Eccl. xxiiii. usque ad futurum seculum
non desinam. Tertio hec ambasiata fuit
magna ex parte ipsius ambasiate quam mit-
titur. Sanctissimum quidem fuit Gabrieli
a sancta trinitate. ut postquam virginem
salutasset. confortasset et commendasset quat-
tuor sibi ambasiatas faceret. prima est
quod filium pareret. qui totum genus humanum
salvare deberet. unde dicitur Ecce concipies
et paries filium et vocabis nomen eius ihesum id est salvatorem.
Mt. i. Ipse enim salvum faciet populum suum
a peccatis eorum. Secunda quod ipse filius eius
verus deus et verus homo esset. unde dicitur
hic erit magnus et filius altissimi vocabitur.
Ysa. vii. vocabitur nomen eius emanuel.
id est nobiscum deus. Unde enim prius noluit
maritari alter quam humane nature Unde vo-
humana non potuit nubere gloriosius
quam dei verbo. Ysa. iiii. Erit germen domini
in magnificentia et gloria et fructus terre sub-
limis. Germen domini est filius dei. quem
pregnavit virgo corpore quod homo fieri voluit
ostendit se magnificum in liberalitate et glorio-
sum fructus terre est ipse homo terrenus qui sub-
limis valde factus fuit. quando filius dei ipsam
naturam assumpsit. Tertia ambasiata est
quod dyabolus de regno mundi erat expel-
lendus. et eius filius regnaturus, unde dicitur
Dabit illi dominus deus sedem david pa-
tris eius et regnabit in domo iacob in e-
ternum. quasi dicat dyabolus de sede regni ex-
pelletur et filio tuo dabitur. Ioh. xii.
Nunc iudicium est mundi. nunc princeps huius
mundi eicietur foras. Regnabit autem in domo
Iacob in eternum id est in celo triumphante quia
nos in celeste regnum introducat. ut in
nobis regnet. Mt. Orantes Mt. vi. Ad-
veniat regnum tuum. Apoc. i. Fecit nos
regnum et sacerdotes deo patri in sanguine
suo. Quarta ambasiata est quod in hiis
omnibus ipsa virginitatem suam servaret unde
dicitur Spiritus sanctus superveniet in te. Beda.
non virili. quod non cognosco seminis

sed ꝯsumti quos impleret ope · ꝯcipies
ꝯcipie tunc no[n] erit estus · ubi umbra
faciet ꝯfactus

Ave gracia plena etc Loqui vo-
lentes de hac angelica saluta-
cione · ad honorem virginis salu-
tate / primo dicamus Quare hec salutacio
sit dicenda / Secundo qualiter / Tercio a quibus
Est autem dicenda propter debitum / propter
decens · et propter fructum / Propter debitum
quidem dicenda est · quia salutacio debetur
amicis · vicinis · et dominis Et ideo ipsa
est salutanda propter debitum · quia scilicet
ipsa est amica nostra · vicina nostra · et domina
nostra Est autem amica nostra · quia nos
diligit et a nobis similiter vult amari Eccli.
xxiiii° Ego mater pulcre dileccionis · id est que
pulcre diligo · et que pulcre amari volo ·
licet enim non sit amicicia pariorum ad
nisi ores et equos / ipsa tamen non dedignatur
se vocare amica nostra / et refugit a nobis
similiter amica vocari Cant. ii° Surge propera
amica mea · Est etiam vicina nostra
quia multa vicina nobis confert · Sap. vii°
proposui pro luce habere illam venerunt
michi omnia bona pariter cum illa · Eccli.
viii° / proposui hanc adducere michi ad co-
mmunem / sciens quoniam mecum communicabit
de bonis · Est igitur tamquam vicina salu-
tanda Romanorum ultimo Salutate mariam
que multum laboravit in nobis / laboravit
quidem filium nutriendo in egiptum fu-
giendo / paupertatem sustinendo et pro nobis
orando · Est etiam domina nostra Et ideo
multo salutanda · Eccli. xxiiii° In omni
populo et in omni gente primatum tenui /
et omnium superborum et sublimium colla propria
virtute calcavi / ipsa enim habet dominium in
celo / Et ideo dicit In omni populo scilicet ange-
lorum / habet dominium in mundo / ideo
dicit Omnium superborum et sublimium etc.
Secundo debemus eam salutare propter
exemplum / habemus enim de hoc exemplum de angelo ·
qui salutavit eam in thalamo unde dicitur
Ingressus angelus ad eam dixit Ave gracia.
Et Johanne · qui salutavit eam in utero ·
unde dicit Exultavit infans in utero
meo Et Christo · qui salutavit eam in celo iii°
Reg. ii° Surrexit rex in occursum matris
adoravitque eam id est salutavit · quando scilicet in
celum assumpsit / Debemus igitur erubescere
non salutare eam postquam tales eam salutant

Cant. viii° Erubescite a salutatoribus
de silencio / Tercio debemus eam salutare
propter fructum / ipsa enim salutantes se
resalutat · Superba enim et arrogans
reputatur dives illa et nobilis · que a
pauperibus salutata eos resalutare de-
dignatur / Beata autem virgo cum non sit
superba · sed humillima salutantes pluries
resalutat Sap. vi° Obviabit illi
quasi mater honorificata · Obviamus nos il-
li sanctis desideriis / et ipsa obviabit
nobis amoribus optimis / et si salutamus
eam cum devocione / ipsa nos resalutat
cum gracie exhibicione / Preterea autem
triplicem fructum dat sic obviantibus ·
et salutantibus pacem scilicet graciam et gloriam sequitur
ibidem Cibabit illum pane vite / et in-
tellectus perseverancie unde sequitur firmabitur
in illo et non flectetur / Et exaltabit eum gloria
unde sequitur Et exaltabit illum apud
proximos suos / De hac triplici eam dicit
Bernardus Invitat nos ad marie saluta-
cionem gabrielis · Johannis tripudium et resa-
lutacionis lucrum / vel potest dici quod hec
salutacio est dicenda · quia virgini mul-
tum placet · diabolo multum displicet ·
hominibus nostrum prodest / placet quidem
virgini · quia angelus detulit sibi sa-
lutacionem · tamquam fidelis paranymphus · can-
cionem tamquam iocolator devotus / Placum
tamquam nuncius bonus · Et ambaxiatam
tamquam solennis legatus · Detulit quidem
sibi salutacionem · tamquam fidelis paranymphus
que quidem salutacio sibi ad magnum gau-
dium fuit / Multum enim gaudet aliqua
quando rex per fidelem paranymphum sa-
lutaret · cum annunciaret · quod in conspectu
regis graciam invenisset · et in eius spon-
sam assumenda esset / unde virgo gaudium
suum insinuans dixit / Exultavit spiritus
meus in deo salutari meo / 2° detulit
ei celestem cancionem · tamquam iocolator
devotus / ubi possumus dicere angelus id est
ps. Immisit in os meum canticum novum ·
Hec autem cancio tam suavis fuit · quod ma-
ria ad cantandum provocavit dicens · Magnificat
anima mea dominum / Nam angelos cantare
fecit dicens · Gloria in excelsis deo / Nam totum
mundum ad cantandum induxit per letentur
celi et exultet terra etc Nam beata virgo
cum ista cancio sibi cantatur per magno festo
habet dicit ysa. viii° Canticum erit vobis

sicut vox satisficare solet. Tercio
detulit ei epistolam tamquam bonus nuncius
In qua quidem epistola continebatur prosperitas
amicorum. redempcio captivorum. et victoria
hostium. Talis enim epistola in qua talia
continerentur que de remotis partibus mitteretur
libenter audiretur. Prov. xxv. Aqua frigida
anime sicienti et nuncius bonus de terra
longinqua. Et ideo virgo multum gau-
det. quando ista epistola scilicet salutacio an-
gelica sibi ad memoriam reducitur. Hec
autem epistola non fuit fortuitu inventa
sed sicut dicit Bernardus fuit in consistorio tri-
nitatis dictata. digito dei scripta. et cum
in consistorio celestis pallacij a notarijs
maiestatis suscepisset originem. venit
de fortissimis pallacijs. ad describendum
et delegata. Quarto detulit ei ambaxi-
atam tamquam solempnis legatus. per quam sibi
annunciavit ex parte regis. quod ipsa
erat in reginam assumenda. Bernardus
Mittitur itaque gabriel angelus et egre-
ditur de rege ad reginam. de impera-
tore ad imperatricem. de civibus celi. ad
dominam pallacij. ingreditur ad virginem
regi electam. et eo fortius alacrius ut
tamen angeli prius regem viderunt. cuius
essent et regina. Secundo dyabolo multum
displicet. Nam sibi displicet illa salu-
tacio. quia est sibi ad desperacionem. Cum
enim sit mundus desperator videns
quod homo per illam est assecutus salutem.
quam ipse amisit. displicet sibi illa
celestis cantio quia est sibi ad molesta-
cionem. Cum enim ipse sit semper in luc-
tu. molestatur quando illam cantionem vir-
gini decantamus. Eccl. xxij. Musica
in luctu importuna narracio est. Bernardus
Celum ridet angeli gaudent. mundus
exultat. infernus contremiscit demo-
nes fugiunt. cum dico Ave maria
Displicet sibi illa epistola. quia est sibi ad
conturbacionem. quia cum sit tyrannus
turbatur. quod per illam amisit captivos.
Ysa. xlij. Educas de conclusione vinctum
de domo carceris. Displicet sibi illa
ambaxiata. quia est sibi ad indignacionem
Cum enim sit superbus dedignatur. quod per
mulierem sit victus Judith xvi. Ait
enim [illegible] domino in manum fe-
dincerit eum. Nec mirum si tamen sibi dis-

plicet illa salutacio. illa cantio. illa
epistola. illa ambaxiata. quia per illam
fuit victus. Cant. vj. Terribilis ut ca-
strorum acies ordinata. Per illam
fuit confusus. Judith xiiij. Una mulier
hebrea fecit confusionem in domo nabuchodonosor
Eiusdem xvi. Tradidit enim dominus
in manum femine et confodit eum. Per illam
fuit contritus. Gen. iij. Ipsa conteret caput
tuum. Per illam fuit mortuus. Judic. v.
Inter pedes Jahel ruit. defecit et mor-
tuus est. scilicet sysara i. dyabolus. Interpretatur
enim sysara exclusio gaudij. et est gau-
dium qui a celesti gaudio est exclusus
Jahel interpretatur ascensio dei. et est beatam
virginem in qua deus ascendit. quando
ad eius uterum introivit. Tunc ergo
Sysara inter pedes Jahel ruit et defecit
quando per beatam virginem omne robur
amisit et mortuus est. quia ulterius
resurgere non valuit. Et ideo cum au-
dit illam salutacionem. acsi audiret to-
nitruum. quo terretur. Ipse enim terretur
et tamquam ebrius rotatur. cum illa salutacio
profertur. Ps. Vox tonitrui tui in
rota. Nec videt baculum sive clavam
qua percuciatur. Num. xxiiij. Consurget
virga de israel et percutiet duces moab i.
demones. Nec videt gladium quo
iuguletur. Judith xiij. Amputavit
Judith pugione caput holofernis. Ju-
dith interpretatur glorificans. et est virginem
beatam que deum magnificat cum dixit
Magnificat anima mea dominum. Holo-
fernes interpretatur infirmitas defectionis
et est dyabolus qui et multos robustos
enervat et multos pacificos ad dissensi-
onem provocat. Tunc ergo Judith
caput holofernis amputavit quando beata
virgo dyabolo dominium abstulit. Nec
videat clavum et malleum. quo excerebratur
Judic. v. Sinistram manum misit ja-
hel ad clavum. et dexteram ad fabrorum
malleos. tempus sysare valide perforans.
Non solum autem dyabolo displicet tota
illa salutacio sed eciam omnia illa verba
que ibi continentur. Displicet enim sibi cum
audit Ave. cum ipse in ve eternaliter sit
et ve eternum provocavit et hominis salutem
perimeret. Displicet sibi cum audit Maria

quia eius non habz valde grossum. cui ipa
contriuerit caput suum. Gen. iij°. Ipsa con-
teret caput tuum. Displicet ei cum audit
Gratia plena. cum ipse mulierem a primi-
tiva virum gratia euacuasset. Dis-
plicet sibi cum audit Dominus tecum.
dolens quod hac societate diuinam homo
habere debet per virginem que corrupta fuerat
per societatem serpentinam. Displicet sibi
cum audit Benedicta tu in mulieribus.
cum ipse maledictionem dei mulieri pro-
curasset. displicet ei cum audit Bene-
dictus fructus ventris tui. cum per sua sugge-
stionem fructus mulieris contigit esse
maledictus. maledictione culpe et pene.
Tercio hec salutatio homini multum pro-
dest. Salutare quidem virginem multum
prodest iustis atque peccatoribus. Iustis quidem
quia cotidie acquirunt gratie repletionem
dignam virginis laudationem. profundam
humiliationem. spiritualem exultationem
diuinorum reuelationem sive secretorum cogni-
tionem. Ista notat per ordinem Luc. j°
Ubi cum Maria et Elizabeth se mutuo sa-
lutassent. subdit Repleta est spiritu sancto Eli-
zabeth. Ecce spiritu sancto repletio. Et deinde
Benedicta tu in mulieribus et b. fructus v. t.
Ecce digna virginis laudatio. Et unde
hoc michi ut veniat mater domini mei
ad me. Ecce profunda humiliatio. Ec-
ce enim ut facta est salutatio tue vox
in auribus meis. exultauit infans pre
gaudio in utero meo. Ecce spiritualis
exultatio. Et beata que credidisti. quoniam
perficientur in te que dicta sunt tibi a domino. Ecce
diuinorum reuelatio sive secretorum cognitio.
Prodest etiam peccatoribus. peccator enim est im-
mundus. Iob. j°. Computruerunt iumen-
ta in stercore suo. Est tenebrosus. Eph. iiij°.
Tenebris obscuratum habentes intelle-
ctum. Est omni bono vacuus. cui dicitur
dicitur Deut. xvj°. Non apparebis ante
dominum vacuus. Est a gloria exclusus.
Gen. iij°. Emisit dominus deus Adam de
paradiso voluptatis. Est etiam pene ob-
ligatus. Eph. ij°. Eramus natura filii ire.
Et est famelicus quia per famem pariet ut
taneos. Quia ergo est immundus debet acce-
dere ad tam sanctam que est sine culpe
et ideo dicitur Luc. Quia est tenebrosus

debet accedere ad tam illuminatam. Et ideo
dicitur Maria. que illuminata sive illuminatrix
interpretatur. Quia est enim omni bono
opere vacuus. debet accedere ad se sacia-
tam. Et ideo dicitur gratia plena dominus tecum.
Quia est pene etiam obligatus. debet
accedere ad talem ereditam. que maledictionem
pene etiam commutauit in benedictionem glorie.
Et ideo dicitur Benedicta tu in mulieribus
Quia est famelicus debet accedere ad ipsam
tali fructu dotatam. Et ideo dicitur Benedictus
fructus ve. t. // Sexto videndum est qualiter
sit salutanda. Est autem salutanda frequenter
humiliter et deuote. frequenter quidem eam
salutare debemus quia frequenter ab ipsa be-
neficia recipimus. Prouerbiorum xxxj°. Omne con-
templatiua l. salutationem angelicam et con-
templatiuam l. beatam virginem in qua deo
tinctos l. omnes cogitationes suas vnite
in vnum finem suum l. deum. Et dicitur
Luc. quia tota et in toto est laudanda
quia nichil in ea fuit. quod non fuerit
laude dignum. Ideo vocatur stella maris
Quia sicut celum circa illam stellam
voluitur sic totus fidelium chorus circa illam
salutandam. debet animo et deuotione volui.
Deinde subdit propheta Bene cane. fre-
quenter cantica. ut in memoria tui sit. vnde
dicitur propheta eam salutanda est et frequenter
et ideo dicitur frequenta cantica. Et sapienter
Et ideo dicitur Bene cane. Observandum est
autem sollicite ut illud quod fiendum est fre-
quenter. fiat prudenter. Nisi enim pru-
denter fiat. per frequentem usum vertitur
in abusum. Si autem prudenter fit tunc
per frequentem usum vertitur in affectum.
Oportet autem ut prudentia precedat frequen-
tiam. Et ideo propheta volens nos mo-
nere ut laudemus frequenter dicit Bene cane.
Tunc enim prudenter virginem salutamus.
quando ipsam cum deuotione et puritate
salutamus // Sexto salutanda est hu-
militer. ut cum salutationem eius dicimus
genua non solo tantum cordis sed etiam
corporis flectamus Non enim est maius
quam homo. si hoc ad illam in salutatione
genua ponat in terra. ad cuius placationem
rex glorie descendit in terram. Non enim
est magnum. si ad illam salutationem se hu-
miliat vermiculus. ad cuius placationem altis-

sinu factus e paruus. Non e ma-
gnu si homo genua flectat. quado
regina celi et t(er)re salutat. quia h(oc)
ipm angelus p(ro)hibet fecisse et obice
i ut(er)o. Sepe ecia homi genua fle-
ctimu morbi. Tales salutat(i)o(n)e dubi-
tant aut deuote saluta(n)t. q(ui) saluta(n)-
tes cordis attenc(i)o(n)e. Ne (con)q(ue)rat et dicat
illud ysa. xxix. Populus hic labijs me
glorificat. cor aut eoru longe e a me.
Qui salutat cu fidei deuoc(i)o(n)e. q(ui)
s(cilicet) h(abe)t fidem de u(ir)tute salutac(i)o(n)is de-
bito modo dicta. Ipa enim salutac(i)o
tante est u(ir)tutis. q(uod) liberat a (con)fusio(n)e
et(er)na. p(re)seruat a culpa. et dignu facit
vita et(er)na. De hijs t(ri)bus dicit
Eccl(esiastic)i xxiiii. Qui audit me i(d est) ma-
datum meum deuote me salutado.
no (con)fundet(ur). Et qui op(er)antur in me
i(d est) qui no tantu salutant me lingua
sed eciam bona vita no peccabunt. Et
qui elucidant me i(d est) lucide salutant.
vitam et(er)na(m) habebunt. Tunc eciam de-
uote salutamus. q(ua)n(do) salutam(us) cu
tota intenc(i)o(n)e. Multi sunt qui salu-
tat nobiles p(er)sonas vt videat(ur) ip(s)is
esse familiares. Sunt ecia multi
qui salutat et reuere(n)t(ur) btam v(ir)ginem
vt videant(ur) sibi ee deuoti et sp(irit)uales.
Tales no resalutat. quia ipo(rum) cor-
da non ignorat. De talib(us) dicitur ps.
lxxx vijo. Quicunque dixo uos mercede sua
receperunt. Tercio videndum est
a quibus hec salutac(i)o sit dicenda.
Circa quod sciendum est. q(uod) licet dice(n)-
da sit ab omnibus. sp(eci)alit(er) t(ame)n a iusti(s)
et puris et a viris celestib(us). Ad hac
quide salutac(i)o(n)em faciendu(m). tres p(er)
uenerunt s(cilicet) gabriel qui dixit Aue gr(ati)a
plena etc. Ecclesia q(ue) addit Maria. Et
elizabeth q(ue) addit Et bndictus f(ructus) v(entris) tui.
Angelus aut e celestis et purus. Dio(nysius)
Angelus est speculum purum clarissi(mum)
incontaminatum. incoinquinatum. et ma-
culatum. Ecclesia e sine macula et ruga.
Eph(esios) v. Exhibeat sibi gloriosam ecclesiam
no habentem maculam neq(ue) ruga. Eli-
zabeth aut erat iusta et sine querela vt
dicit(ur) luc(e) p(ri)mo. Hij ergo dat(ur) intelligi
q(uod) quicunq(ue) vult hac salutac(i)o(n)e dig(n)e

et meritorie dicere. d(ebet) h(abe)re cor purum et an-
gelicum coram deo. Debet esse sine macula
peti quo ad seipm. et debet ee iustus
et sine querela quo ad proximu. Vel per
dicta q(ue) p(er) angelum significant(ur) illi. qui
sunt in v(ir)ginitate. Unde Ieronimus. Decur-
sus castitate (con)homine(m) facit angelu.
P(er) eccl(esi)am significant(ur) illi qui sunt in viduitate.
Eccl(esi)a em quodam(m)o vidua remansit. q(ui)a
sponsus eius ad celos ascendit. Per
Elizabeth intelligunt(ur) illi. qui sunt
in matrimonio. q(ui)a erat vxor zacharie.
Illi ergo qui sunt in v(ir)ginitate et qui i(n)
viduitate et qui licite vtunt(ur) matrimonio.
hac salutac(i)o(n)em digne dicere p(ossu)nt. et t(ame)n
no sufficienter digne. quia sic dicit(ur) Eccl(esiastic)i.
xliiio. Benedicentes dnm et ecia dnam
exaltate illum q(uan)tum potestis. maior
est enim omni laude. Nullus em suffi-
cienter laudare p(otes)t illa(m). quia salutat a(n)-
gelus. luc. io. missus e angelus gabriel etc.
Quia reuerent(ur) dei filius. luc. ijo. Erat sub-
ditus illis. Cui se commisit (con)fractus. luc. io.
Opus factus supueniet in te. Cui totus
admiratur mundus. Ecce em ex h(oc) btam
me dicent omnes g(e)n(er)ac(i)o(n)es. Et ideo
ad talem et tantam cu tremore debemus
accede(re). et ipam laudare. Sunt ergo pec-
catores digni eam. et t(ame)n nec iusti nec pecca-
tores a laude ip(s)ius cessare debe(n)t. Dicit
aut Ionis in s(er)mo(n)e de assu(m)pc(i)o(n)e. Si virgo
es. lauda. quia meruisti ee quod laudas.
Si co(n)iunx es. venare et lauda. q(ui)a no
aliunde (con)stat vt posses ee casta. Sp(ecia)l(ite)r q(ui)a
gracia xpi. q(ua) fuit plenissime i(n) maria
q(ui)a laudas. Si sis coniugata aut certe
peccatrix. nichilominus (con)fitere et lauda. q(ui)a
inde mia omnib(us) profluxit et gracia.
vt laudet. et q(uam)uis non sit speciosa laus
i(n) ore peccatoris. t(ame)n noli cessare. q(ui)a inde
tibi promittit(ur) venia. vij et omnib(us) vt lau-
dent. Ex hijs ergo vides p(atet). q(uod) eciam pecca-
tores ad ipam secure p(ossu)nt accede(re). Non
em p(otes)t peccatores abijce(re). et p(ro)pt(er) debitum et
p(ro)pter officium. et p(ro)pter affectum. P(ro)pter
debitum. quia ipa debitrix est peccatorib(us).
ex eo. q(uod) quicquid h(abe)t p(ro)pter peccatores h(abe)t. Aug(ustinus).
O maria multu audeo. multuq(ue) gau-
deo. et multu gaudiu(m) multam michi
facit audacia. mira loq(uo)r. sed sic est.

Nos em tibi· te oz ub mutua vicissi^ds^ gcedant / vt sz ꝑ nos beas id qd es Nos vo ꝑ te id esse qd sum9 / si eni nulla pcepisset / nulla trasgressio non eet secuta nra redepcio ꝯ ncciu no esset redimi / nō eet ncium te partu ꝯ re deptorem / Scdo ꝓpter officium / ꝓpus em ħz officium illuiandi iustos / Et ideo dicit Sol / Maria ħz officium illuiandi illos· qui sunt in tenebris pctoꝝ / z ideo dicit^r luna siue stella / Hugo de s· vic· Maria stella ꝓpus sol / Ipo pctores velut in nocte a maria ꝯsolat^r / iusti vero tanq^n in die· a ꝓo illuminant^r / Ideo si ptimescas ad ꝓpm accede / ad mariam respice· Tercio ꝓpter affectum / Cum em ꝓpus sit vā pietas· z vna pctorum qui noue mensib^z in eius vtero habita^t Manifestum est· qr in ea remāsit filis affectus pietatis· Si em balsamum li lia rose vasa relinquunt odorifera / i qb^z aliqñ habitauit / Manifestum e qz ille vterus totus remansit odriferu z pietate plenus / in q^o habitauit balsamu diuinitatis / lilium puritatis· rosa cari^t Si aromata apotecā faciut odoriferā Multo fortius ꝓpus· in q^o sut aromata om̄ vtutum z gratiaꝝ maria adimplet Ideo ipa dicit / Eccli· xxiiij^o In me oīs gracia vie z vitatis· in me omnis spes vite et virtutis /

Ave maria gratia plena &c

Solent mulieres assitare in hoc mundo gras tpales / s· pulcritudinem / nobilitate / vbtatem / sposum laudabilem / fama celebre· et prolem nobilem / Istas vi gracias nō tpalit^r· sed spualit^r bta virgo habuit· q ꝯ ꝓmissa salutacōe colligi pōt / Ipa quidē fuit pulcritudie adornata / cum dicit^r Aue· i· sine ve· nl macula alicuius pcti / fuit nobili^te predita / cum dicit^r Maria / qd intpretat^r domina / ffuit diuicijs locupletata· cu dicat^r Gra plena· ffuit sposo laudabili decorata· cu dicat^r / Dominus tecum / ffuit fama z opinione pclara illustrata / cu d^r Benedicta tu in mulieribus / ffuit nobili ꝓle dotata· cu dicat^r Benedictus fructus v· t· / Alia pma / Scdo/ Ca/ ipa fuit mira pulcritudine adorta / Nō tm corpali de qua parum curauit / sacus / i^d qd dicit^r / prouꝰ· vlt / ffallax gra z vana ē pulcritudo / sed maxime pulcritudine spuali / pulcritudo aut mulieris ꝯsistit / q^m in se ē pulcra· z qn ħt pulcra ornamēta / sic bta virgo fuit pulcra· Can iiij^o Tota pulcra es arīca mea z macula nō est in te· Ipa em fuit pulcra quia sine pctō originali / ffuit tn̄ pulcra qr sine pctō mortli· fuit sine macula· q^a sine pctō veniali / habuit ecīa pulcra ornamēta· de quib^z dicit^r in ps· Ois gla eius filie regis abintus in fimbrijs aureis circūamicta vari^te / Ipsa em habuit gloriosum optimus indumentū s· gloriosam ꝯuersacōem / z ideo d^r Ois gla eius / Ipa habuit preciosum intius inforamentū· s· sinceram intencōez Et ideo dicit ffilie regis abintus / Ipa habuit indumentum preciose ornatum ꝑfecte caritate Et ideo d^r In fimbrijs aureis Quia em caritas extendebat vsqz ad paupes z afflictos· qui sut q^asi fimbrie in vestimento eccle / Ipa habuit indumentū coloꝝ varietate distinctum / ꝯtrarium ad virtutum varietatem / z io dicit Circūamicta varietate / Scdo fuit nobili^te pdita· cu dicit^r Maria q intpretat^r domina / Est aut triplex nobilitas s· originis moris z vtutis / pma cabat^r ex carnis ꝓpagacōe / Ista ipa habuit / qa de regali stirpe descendit / Scda ca bat^r ex morum ꝯportacōe / Hanc ecīam ipa habuit / de qua sic d^r Ambro^s in li^o de virginitate Sit ub tanq^m in ymagine depicta marie· ex q velut ex speculo refulget sps castitatis z forma vtutis / Hinc sumatis exemplum viuendi vbi tanq^m in exari· magisteria exꝓssa· pbabilit^r / quid corrigere· quid effugere· quid tenē decatis· ondunt / Tercia nobilitas cat^r ex vtutum possessione Hanc ecīa ipa habuit q dicit Eccli xxiiij^o In me omnis gracia vie z vitatis / i me omnis spes vite z vtutis De hac triplici nobilitate dicit^r in ps· Astitit regina a dextris tuis / ecce nobilitas originis / In vestitu deaurato / ecce nobilitas moris / Circūdata varietate / in

virtutum multiplicitate. certe nobilitas
virtutis. Tercio fuit diviciis locuple-
tata. unde dicitur Gracia plena. Nec
enim curavit de diviciis temporalibus
sed spiritualibus. quibus pre omnibus dives
fuit. prover. ult. Multe filie congrega-
verunt divitias; tu supergressa es universas.
Vere supergressa. quia etsi ceteri ha-
beant aliquam mensuram gracie. ipsa
in se habuit fontem omnium graciarum. i.
christum. De quo dicit Bernh. super cantica
Origo omnium fontium et fluminum mare
omnium virtutum et scienciarum dominus ihesus christus.
Idem super missus est angelus. Veheme-
ncia desiderii fervore devocionis puri-
tate oracionis fontem attigit pretat
ut habundaret super angelos. quia re-
fundet hominibus aqua viva. propterea
tanto tempore flueta gratie defuerunt
quia nondum intercesserat aqueductus.
Vere supergressa. quia quod ceteri habuerunt
particulariter. ipsa habuit totaliter. Ieronimus in
sermone de assumptione Bene gracia
plena. quia ceteris per partes prestatur. ma-
rie vero simul se tota infudit gracie
plenitudo. Vere supergressa. quia non
tantum habuit plenitudinem sufficiencie
que est omnium sanctorum. Nec tantum plenitu-
dinem habundancie que fuit apostolorum. sed
etiam plenitudinem superaffluencie. de
qua recipimus dona graciarum. Eccli.
xxiiii°. In plenitudine sanctorum detentio
mea. Vere supergressa. quia cum ceteris de-
terminatas mensuras acceperunt gratiae
Ipsa universas mensuras accepit. Nam
sicut Luc. vi dicitur Quadruplex est me-
nsura. s. bona. conferta. coagitata et super-
effluens. Mensura bona est habere ea que
requiruntur ad sui sanctificationem que est in omnibus
sanctis. Conferta est que requiruntur ad sui con-
firmationem que fuit in Iohanne baptista
in utero confirmata. Supereffluens est que
ad plenariam diffusionem que fuit in christo.
De quo dicitur Iohannis primo. De plenitu-
dine eius omnes accepimus. Istam
tamen mensuram minime communicavit. quia ipse de
sua plenitudine nobis infudit. habuit
autem omnes supradictas quatuor mensuras
De quibus ipsa dicit Eccli. xxiiii°. In me
omnis gracia vite quo ad graciam sanctifica-
tem. et veritatis quo ad graciam in[s]tructam. Et
virtutis quo ad graciam confirmatam. Transite
ad me omnes qui concupiscitis me. et a
generacionibus meis adimplemini. quo ad graciam
effluentem. Quarto fuit sponso nobili de-
sponsata. unde dicitur Dominus tecum. s. deus
pater. qui eam filio desponsavit. Osee ii.
Sponsabo te michi in fide. Dominus filius qui
eam impregnavit. Et dominus spiritus sanctus. qui
eam sanctificavit. Luc. i°. Spiritus sanctus superve-
niet in te. et virtus altissimi obumbrabit tibi. Et sic patet
quod est potencie tecum. quia pater est.
bonitate sapiencie tecum. quia filius est. Uni-
tate tecum. quia conceptus est cum ea. Et
ideo potenter nos defendit. Unde dicitur ei
Tu nos ab hoste protege. Sapienter
in viam patrie post mortem nos ducit.
Unde sequitur In hora mortis suscipe. Cle-
menter et iustis gratiam tribuit. et peccatoribus
veniam infundit. Unde premittitur Maria mater
gracie. mater misericordie. De hiis quatuor
dicitur Eccli. xxiiii°. Ego mater pulcre di-
lectionis. quo ad graciam quam iustis tri-
buit. Et timoris. quia hostibus terribilis
existit et ab illis nos defendit. Et agnos-
ciencia sapienter nos deducit. Et sancte spei
qua peccatoribus veniam infundit. Quinto
fuit fama et opinione preclara et illustrata.
unde dicitur Benedicta tu in mulieribus.
Ipsa enim fuit famosa deo per humilitatem
que tanta fuit. quod deum de celo ad terras
descendere fecit. Aug. Facta est humilitas
scala celestis. per quam deus ad terras descen-
dit. Fuit famosa angelis per virginitatem.
Ieronimus. Bene angelus ad virginem mittitur
quia semper est angelis cognata vir-
ginitas. Fuit famosa hominibus per fecun-
ditatem. quia nobis edidit salvatorem. De
hiis tribus dicitur Iudith xv°. Tu gloria
ierusalem i. dei in quo est visio certe pacis
Tu leticia israel i. angelorum qui semper
vident faciem patris eorum qui in celis est
Tu honorificencia populi nostri i. humani generis.
Et sequitur Quia fecisti viriliter opus s. quod
per tuam humilitatem deum ad terras traxisti. et
confortatum est cor tuum. quia per tuam fecun-
ditatem salutem humano generi invenisti
eo quod castitatem amaveris. Et ideo per virgi-
nitatem te angelis sociasti. Quia sic omnibus
famosa et graciosa. ipsa dicit Luc. primo.

Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Omnes enim generationes salvandorum reducuntur ad tres status, quia aut sunt in statu coniugali, aut viduali, aut virginali. Beatam igitur eam dicunt coniugate propter prolem quam habuit. Beatam eam dicunt vidue propter perpetuam continentiam qua servavit. Beatam eam dicunt virgines propter virginitatem mentis et corporis qua semper effulsit. Christo fuit nobili prole dotata, cum dicitur ei dicat Et benedictus fructus ventris tui. Ista autem benedictio fructus est De quo dicitur Genesis xxvii. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre habundanciam frumenti vini et olei. De quo eciam dicitur in psalmo A fructu frumenti vini et olei sui multiplicati sunt. In isto enim fructu virginis fuit tres substancie, scilicet caro que signatur per frumentum, que fuit mortua in passione sed pullulavit in resurrectione. Multum autem fructum fecit in ascensione et spiritus sancti missione. Johannis xii. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Per oleum intelligitur eius anima que fuit plena oleo spiritus sancti. Psalmus Unxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Per vinum quod letificat cor hominis intelligitur eius divinitas. in cuius visione consistit gaudium et leticia omnium sanctorum. Job xxxiii. Videbis faciem eius in iubilo. Est igitur fructus iste benedictus et quantum ad carnem, quia pro nobis passa fuit et resurrexit. Et quantum ad animam que spiritu sancto repleta de plenitudine sua nobis infundit. et quantum ad divinitatem in qua vera leticia et beatitudo consistit.

Ave gracia plena dominus tecum etc. Beata virgo ut mereretur recipere deum suum fecit se domum ydoneam, et ut mereretur recipere deum suum fecit se servam et ancillam. Ut mereretur recipere amorem divinum fecit se terreno amore vacuam. Ut mereretur habere divinum consortium fecit se solitariam. Ut mereretur a domino benedici fecit se hominum maledicto obnoxiam. Ut mereretur paradisi deliciis saciari fecit se in dei amore famelicam. Ista omnia habentur per expedita evangelica salutacione.

Siquidem ut mereretur recipere deum suum fecit se domum ydoneam. Est autem domus ydonea que est mundata illuminata et depicta. Hoc notatur per hoc quod dicitur Ave. Ipsa enim fuit sine ve culpe. Et ideo fuit domus mundata, fuit sine ve ignorancie. Ideo fuit domus illuminata. Fuit sine ve macule ideo fuit domus depicta. Mundata enim fuit a sorde originalis, a luto mortalis, a pulvere venialis. Augustinus in libro de natura et gracia. Excepta virgine maria si omnes sancti et sancte cum hic viverent interrogati fuissent utrum sine peccato essent, omnes una voce clamassent Si diximus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Sancta virgine de qua propter honorem dei cum de peccatis agitur nullam prorsus volo mencionem haberi. Unde enim scimus quod ei plus gracie collatum fuit ad peccatum ex omni parte vincendum, que illum concipere et parere meruit, que constat nullum peccatum habuisse. Multi autem sunt qui lavantur in baptismo a sorde peccati originalis, qui postmodum se immergunt in lutum mortalis. Aliqui sunt qui se deturpant pulvere venialis, quos dominus alloquens dicit Ysaie i. Lavamini mundi estote, scilicet in baptismo a sorde scilicet peccati originalis. Auferte malum cogitacionum vestrarum ab oculis meis quantum ad pulverem venialis. Quiescite perverse agere quantum ad lutum mortalis. Fuit secundo sine ve ignorancie et ideo fuit domus illuminata. Bernardus in libro de virgine. Quid nobilius matre dei et quid splendidius ea quam splendor elegit. Tam clara autem et splendida fuit quod eius splendor claritati amoris solis et lune comparatur. Canticorum viii. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens pulcra ut luna electa ut sol. Fuit tercio sine ve cuiusque macule quia fuit domus depicta. Ipsa enim depicta fuit colore nigro humilitatis, albo puritatis et rubeo caritatis. Iste triplex color tangitur Canticorum primo Nigra sum sed formosa filie iherusalem sicut pelles salomonis. Nigra sum, ecce color niger humilitatis, sed formosa ecce color albus puritatis. Sicut pelles salomonis ecce color rubeus caritatis.

Ubi sic dicit Glos. De pellibus rubricatis fecit sibi Salomon thabnaculum in quo delectabatur. Ipsa enim caritas que per colorem rubeum significatur iam facit eam thabernaculum in quo rex pacificus requiescit. Secundum sicut dominus ista fuit munda lucida et depicta. Anima habitavit ille ibi. De quo dicitur Sapie. vij°. Candor enim est lucis et speculum sine macula dei maiestatis. Debuit igitur esse clara quia ibi habitabat candor eterne claritatis. Debuit esse munda quia ibi habitabat speculum sincerissime puritatis. Debuit esse picta quia ibi habitabat excellencia tante maiestatis. Vel potest dici quod fuit sine alio triplici ve. De quo dicitur Apocalypsis viij°. Ve ve ve habitantibus super terram. Unum est in carne scilicet carnalis concupiscentia. Jeremie xv°. Ve michi mater mea quare me genuisti virum rixe virum discordie. Carnalis enim concupiscentia facit discordiam et rixam cum racione. Secundum ve est in anima scilicet mortale peccatum per quod homo a deo recedit. Osee vij°. Ve eis quoniam recesserunt a me. Tercium ve est in utroque scilicet pena eterna in qua deus recedit ab homine. Osee ix°. Ve eis cum recessero ab eis. In presenti enim vita per mortale homo recedit a deo sed deus non recedit ab homine quia semper ad misericordiam recipere ipsum est paratus. In futuro autem deus ab homine recedit quia ipsum nunquam ad misericordiam libertatem recipiet. Beata autem virgo contra ve originalis concupiscentie habuit bonum refrigerium gratie. Contra ve culpe habuit bonum innocentie. Contra ve eterne pene habuit certitudinem eterne glorie. Certa enim de beatitudine esse potuit quod in suo utero beatitudinem eternam portavit. Secundo ut mereretur dominum suum fecit se servam et ancillam. Et quia se servam et ancillam fecit ideo meruit in dominam exaltari. Et hoc notatur in eo quod dicitur Maria quod domina interpretatur. De cuius dominio dicitur Eccli. xxiiij°. Girum celi circuivi sola et profundum abyssi penetravi et in fluctibus maris ambulavi et in omni terra steti. Ex quibus verbis habetur quod ipsa dominatur in celo, quia sollicite pro nobis orat et omnes sanctos ad orandum sollicitat. Ideo dicit Girum celi circuivi sola. Et dicit Girum celi circuivi quia omnes sanctos circuit et ipsos ad orandum pro nobis inducit. Et dicit Sola quia ipsa orante omnes orant, ipsa silente omnes silent. Bernardus. O mater misericordie te silente non est in tota sanctorum oracione qui pro nobis loquatur aut pro nobis intercedat ad filium tuum. Et te intercedente universa sanctorum multitudo confidencius pro nobis oracionem assumet. Augustinus. Te sola tacente nullus orabit, nullus iuvabit. Sed orante te omnes orabunt, omnes iuvabunt. Dominatur eciam in inferno quia demones arcet et refrenat. Et ideo dicit Et profundum abyssi penetravi. Et dicit profundum quia non tantum arcet demones minores qui sunt quasi in superficie inferni, Non tantum mediocres qui sunt quasi in medio, sed eciam maximos qui sunt quasi in profundo. Dominatur eciam in purgatorio. Et ideo dicit In fluctibus maris ambulavi. Pena enim purgatorii et dicitur fluctus quia est transitoria. Et dicitur maris quia est amara. In istis fluctibus ipsa ambulat quia multos suis meritis ab illis penis liberat. Dominatur eciam in mundo. Et ideo dicit Et in omni terra steti. Et dicit Et in omni terra quia non tantum stat in celo in civibus celestibus sed eciam in terra id est in peccatoribus. Et ideo dicit in omni quia nullus excipitur quia omnes ad suam misericordiam venire potest. Et dicit Steti, non enim iacet neque sedet sed stat quasi semper adiuvare parata. Tercio fecit se vacuam ab amore mundi ut mereretur impleri amore et gratia dei. quod notatur cum dicitur Gratia plena. Evacuavit quidem se ab omni humore superbie et ideo meruit impleri aqua gratie dei. Psalmus. Qui emittit fontes in convallibus. Evacuavit se ab aqua turbida cupiditatis terrene omni amore despiciendo et meruit impleri balsamo amoris divini. Augustinus. Vacuus es; sed plenus esse vis. Funde quod habes ut capias quod non habes. Funde amorem seculi ut implearis amore dei.

Euacuauit se ab omni sorde pcti. pctim vi-
tando. Et ideo meruit impleri oleo
spus sancti. Nam sicut dicit iiij° Re
iiij° Elyzeus vasa vacua impleuit
oleo. quia deus corda vacua ab omni
pcto implet spu sancto. Maria igit se
se vacuam fecit. deus ipam multis the-
sauris et virtutibus impleuit. Ideo ipa
se repletam ostendens dicit Eccli. xxiiij°
Ego mr pulcre dilectionis et timoris
et agnicoinis et sancte spei. Ipa enim
sic repleta facta est mensa celestis gre.
Et ideo dicit Ego mr pulcre dilcois
Facta est vas diuine maiestatis Et
ideo dicit Et timoris. Hec enim q tidie
domini huit. diuina maiestas in eius
vtero hitauit. et eadem fuit terribilis ipis
demonibus. Facta e archa diuine sa-
piencie. Ideo dicit agnicoinis. Facta e
apoteca diuine vite Et ideo dicit Et
sancte spei. Et ista autem mensa iusti ac-
cipiunt cibaria. quibus saciant pu. xxxi
Dedit predam domesticis suis et cibaria
ancillis suis. Et illo vase processit
diuina maiestas. Ideo demones tamquam v-
ga percussi fugiunt et conterentur ysa. xx-
xi A voce domini pauebit assur virga p-
cussus. Et illa archa exiuerunt pdica-
tores electuaria et thezauros sapia.
Unde dicit Bnhs in sermone de assumptione
Quid de deo non sapiat. in qua sapia
dei latebat. xpus est vt ait aplus dei
virtus et dei sapia. et in eo sunt omnes
thesauri sapie et sciencie absconditi.
xpus autem in maria. ergo dei vtus et
sapia et thesauri sapie et scie in maria
Et illa apoteca perceperunt peccatores elec-
tuaria vite quibus confortant. Bnhs
Facta est maria apoteca omnium graciarum
in qua celestis pigmentarius tui orbis
suis vngentis se collocauit. et toti orbi
delicias attribuit. Hugo in oracione
Tu domina cella es aromatica. ex q
omne vite medicina profluxit. p qua
gaudiis omnis est celebrata curatio. Tu
via es. qua deus venit ad homines.
qua homo redit ad deum. q venit pec-
cator ad veniam. seu qua venit venia
ad peccatorem. Secundo fecit se solitaria
vt mereretur hre societatem diuinam. qd

notatur cum dicit. Dominus tecum. Vnde
dicit Maria refugis humanam confor-
cium. mereris hre diuinum. Angelus
enim non inuenit ipam in foro. sed in
thalamo. qd notatur in eo qd dicitur
Ingressus angelus ad eam etc. Vbi
dicit Glosa. Bede. Solam sine comite
eam repperit. Ne quis de gre homi-
ne separaret affectum. Ambrosius in libro
de virginitate. Maria prodire de
domo nesciua. nisi tamen ad ecclesiam conue-
niret. et hoc ipsum cum parentibus et propin-
quis. Non enim erat de numero illarum
de quibus dicitur j. Thi v°. Ociose disce-
runt domos. Igitur quia solitaria
fuit. Ideo separata a tota trinitate pro-
meruit. qd notatur cum dicit Dominus
tecum. Nam dominus filius associatur eum
veniens in eo corporaliter hitando. luc.
j°. Et virtus altissimi obumbrabit
tibi. i. dei filius qui est dei virtus et dei
sapia in vtero tuo carnem assumet
et de suo corpore vmbram tibi faciet. vt
lucem sue maiestatis valeas intueri
Dominus spiritus associauit eius men-
te dona sua largissime infundendo.
Et ideo dicit Spus sanctus superueniet in
te. Dominus pater associauit eius men-
tem et ventrem ipam in mente et in carne
totaliter sanctificando. Ps. Sanctificauit taber-
naculum suum altissimus. Tercio fecit
se maledictioni hominis obnoxiam. vt
mereretur a domino benedici. Tunc enim solebant
maledicte inter homines haberi. ipa
huic maledictioni se subdidit. dum
votum virginitatis emisit. vt benedici a
domino mereretur. ergo filius sui de quo
dicit Gal. iij°. xpus redemit nos
de maledicto legis factus p nobis male-
dictum. qa scriptum est in lege Maledi-
ctus omnis q pendet in ligno. vt in
gentibus benedictio fieret. Talis enim
maledictio hominum meretur benedictionem
apud deum. Iuxta illud Ps. Maledicent
illi et tu benedices. Maria igitur male-
dictioni hominum se subdidit. Ideo deus
in puncto xij benedictiones sibi dedit. sicut
dicit Bnhs. Quarum quatuor sunt in-
terne. que sunt virginitas primitiua

si corruptione fecunda / sine gravamine gra-
vida et sine dolore puerpera. Iste cor-
sunt in mente scilicet devotionem humilitatis
reverentiam pudoris magnitudinem credu-
litatis et martirium cordis. Iste cor-
allate sunt ei de celo scilicet quia fuit
sanctificata in utero. salutata ab
angelo. obumbrata a spiritu sancto. et impre-
gnata dei filio. Iste sunt xii stelle.
quas habebat mulier illa quam vidit
Johannes ut habetur Apoc. xii°. Opor-
tet sciat se in dei amore famelicam
ut mereatur paradisi delicijs saciari
quod notatur cum dicitur Et benedictus
fructus ventris tui. Iste enim fructus saciat in presen-
ti et saciat in futuro. De saciatate
in presenti dicitur Eccli. xxiiii°. Ego quasi
vitis fructificavi suavitatem odoris
et fructus mei fructus honoris et honestatis
In presenti quidem triplex est fames scilicet fa-
mes deliciarum honorum et divitiarum
Iste igitur fructus sedat famem delici-
arum per suam suavitatem. Et ideo dicit
fructificavi suavitatem odoris. Tanta
enim suavitas et dulcedo omnem aliam
suavitatem mundanam reddit amaram
Sedat famem mundialium honorum per suam hono-
ris sublimitatem. Et ideo dicit flores mei fructus
Tanta enim est in ipsa honoris sublimitas
quod omnem alium honorem mundanum de-
spicibilem et vilem reddit. Sedat famem
divitiarum per sue honestatis affluenciam
Et ideo subdit Et honestatis. Sap. vii°
Innumerabilis honestas per manus illius
Tanta enim est affluencia divitiarum
honestatis quia ipsa largitur quod omnis
alia habundancia est paupertas. Iste
eciam fructus saciat in futuro de quo
dicitur Ps. Cum dederit dilectis suis sompnum ecce
hereditas domini filii merces fructus ventris. Iste enim
fructus erit beatis in celo hereditatis
possessionem que nunquam perdetur quia
nobis a patre celesti legatur. Et ideo
dicit Cum dederit dilectis suis sompnum
Erit in beate visionis fruitione.
cui dicit filius merces. visio enim filii in
sua deitate et humanitate erit tota
merces nostre beatitudinis. Erit eciam in
omnium desideriorum adimpletione. Et
ideo subdit Beatus vir qui implevit desi-

derium suum ex ipsis. Iste autem talis fructus
non dabitur omnibus sed tantum victoriosis
qui scilicet sunt victoriosi hoste feriendo.
Et ideo dicit Sicut sagitte in manu
potentis ita filii excussorum id est apostolorum
qui a pedibus affectuum excusserunt pul-
verem terrenorum. Mt. x°. Excutite
pulverem pedum vestrorum. Qui eciam
fuit victoriosi castrum et corpus suum cu-
stodiendo. Nec ullos hostes in castrum
intrare permittat sed tantum sedas ad
partes sensuum tu eis loquatur. Et ideo
subdit Non confundetur cum loquetur inimic-
cis suis in porta.

Ave maria gratia plena etc.

In ista salutatione virginea po-
nuntur sex cause quare salutanda
sit virgo beata. Est enim salutanda
quia domina nimis formosa. Et hoc
notatur cum dicitur Ave domina tam
illuminosa. et ideo dicitur Maria quod illu-
minosa dicitur vel illuminata vel illuminatrix
Tam graciosa. Et ideo dicitur Gratia
plena. Tam gloriosa Et ideo dicitur dominus
tecum. Tam famosa et ideo dicitur Be-
nedicta tu in mulieribus. Tam fructuo-
sa. Et ideo sequitur Et benedictus fructus ventris tui.
Primo quidem salutanda est domina tam formosa
Unde propter dicitur Ave id est sine ve peccati
Et quia nullum peccatum habuit ideo valde
formosa fuit, adeo quod in ea fuit pulcritudo
spiritualis. intellectualis. moralis. super-
stialis et celestis. Pulcritudo spiritualis
consistit in decore virtutum de qua dicitur
Tren. iiii°. Candidiores Nazarei eius
nive nitidiores lacte rubicundiores
ebore antiquo pulcriores zaphiro. Beata
enim virgo assimilatur nivi propter rigo-
rem castitatis, lacti propter mundiciam
puritatis. Antiquo et rubicundo ebori
propter fervorem caritatis. Saphiro propter
pulcritudinem celestis contemplationis
Istam pulcritudinem spiritualem que con-
sistit in decore virtutum habuit beata virgo.
que dicit Eccli. xxiiii°. In me omnis gratia
vite et veritatis, in me omnis spes vite
et virtutis. De qua eciam dicitur in Ps. Spe-
cie tua et pulcritudine tua etc. Dan. libro
iiii°. Maria in domo domini plantata im-
pinguata spiritu ut oliva fructifera

omnis virtutis habitaculum est facta. In illud quod cantatur de domino, potest etiam cantari de domina. Psalmus. Regnabit domina prauota fortitudine, cum decore virtutis. Sed pax est in celum. Secunda est pulcritudo intellectualis, que est pulcritudo angelica. De qua dicitur Ezechielis xxxi. Omne lignum paradisi non est assimilatum ei et pulcritudini eius. Istam etiam habuit beata virgo. Inauditum virginitatem illibatam seruauit, quia cum dominum in carne, scilicet non in carnem viuere, non est humanum sed angelicum. Maior tamen puritas Marie quam angelorum. Fuit etiam infra puritatem diuinam, sed supra puritatem humanam et angelicam. Anshelmus. Decebat ut virgo beata ea puritate niteret, qua maior sub deo nequit intelligi. Tertia est pulcritudo moralis, que consistit in compositione morum et bonorum operum. De qua dicitur Sapientie iiii. O quam pulcra est casta generatio cum claritate scilicet bonorum operum. Gregorius super illud Canticorum. Tu pulcra es amica mea, quam pulcra. Pulcra nominat et plaudit replicat, quia alia est pulcritudo morum in qua nunc cernitur, atque alia pulcritudo premiorum in qua tunc per conditoris sui speciem sublevatur. Istam pulcritudinem habuit beata virgo. De qua dicitur Canticorum vii. Quam pulcri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Pedes anime sunt virtutes anime. Calciamenta sunt virtutum opera. Dicit glossa. O filia principis quam pulcri sunt gressus tui in calciamentis, id est quam pulcre sunt virtutes tue cum operationibus bonis. De hac pulcritudine morali sic dicit Ambrosius in libro de virginitate. Virgo erat Maria non solum corpore sed etiam mente, que nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loqui parcior, legendi studiosior, nichil toruum in oculis, nichil procax in verbis. Nichil in actu verecundum. Non gestus fractior, non incessus solutior, nec vox petulantior, ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis et figura probitatis. Quarta est pulcritudo supersubstantialis, que est pulcritudo diuina. De qua dicitur Ieremie xxxi. Benedicat tibi dominus pulcritudo in facie mors sancte. De qua etiam dicit Augustinus in libro confessionum. Sero te amaui pulcritudo tam antiqua, sero te amaui. Ista pulcritudine beata virgo habuit, quando diuina pulcritudo nouem mensibus in vtero eius habitauit. Propter istas pulcritudines dicit Bernardus de ea. Si Mariam diligenter aspicias nichil virtutis vel candoris vel glorie quod non resplendeat videbis. Quinta est pulcritudo celestis, que est pulcritudo sanctorum, de qua dicitur Ysaie xxxiii. Videbit regem in pulcritudine patris. Ista pulcritudine beata virgo nunc possidet, quia omnibus sanctis in gloria magis refulget, adeo quod non solum mundum sed etiam illuminet paradisum. Bernardus. Maria purpura totius illuminat orbis, adeo ut ipsa superna ciuitas plenius rutilet, virginee lampadis illustrata fulgoribus. Propter istam quintuplicem pulcritudinem designandam dicitur Apocalipsis xii. Signum magnum apparuit in celo, mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et in eius capite corona xii stellarum et in vtero habens. De qua etiam dicitur. Date sunt ei due ale. De ista igitur muliere dicitur quod ornata erat a superiori, quia in capite eius corona xii stellarum. Ornata ab inferiori, quia amicta sole. Ornata ab interiori, quia in vtero habens. Ornata a dextris et a sinistris, quia date sunt ei due ale. Ista mulier beatam virginem figurat que est ornata a superiori pulcritudine celestem. Est enim ornata xii stellis in celesti gloria scilicet nouem ordinibus angelorum et tribus hominum scilicet martirum, confessorum et virginum. Est ornata ab inferiori pulcritudine intellectuali. Corpus enim lunare fit dei corpus eius virgineum, quod sub pedibus habuit, quia sub dominio rationis semper ipsum possedit et nullus inordinatus motus vnquam inde prodiit, sed semper illibatum et incorruptum permansit. Fuit ornata ab exteriori pulcritudine morali, quia eius conuersatio inter solis resplendebat et omnibus relucebat. Fuit ornata ab interiori pulcritudine supersubstantialem, quia in suo vtero diuinam pulcritudinem habuit. Fuit ornata a dextris et a sinistris pulcritudine spiritualem, que ut dictum est consistit in decalogo virtutum. Hee quidem virtutes sunt ale anime quibus ipsa volat in celum.

Secundo salutanda est domina taliosa qd notatur per hoc qd dicitur Maria que interpretatur illuminata siue illuminatrix propter
cuius illuminacionem designandam dicitur
Can vj^o Que est ista que progreditur
quasi aurora consurgens pulchra vt luna electa vt
sol terribilis vt castrorum acies ordinata
Ipsa enim peccatores a tenebris peccatorum purgat lumine sue gratie Et ideo assimilatur aurore quia expellit tenebras
et introducit lucem gratie Ipsa errantes
dirigit luce sue sapientie Et ideo assimilatur lune Quia ambulantes in tenebris
ignorancie dirigit in viam salutis eterne
Ipsa frigidos accendit calore sue caritatis
Et ideo assimilatur soli Ipsa demones
expellit fulgore maiestatis sue Et
ideo assimilatur acei castrorum ordinate
propter ista quatuor ipsa dicitur Eccl xxiiij^o
Ego mater pulchre dilectionis et timoris et agnicionis et sancte spei Quia inquantum a peccatoribus
tenebras peccati expellit est mater sancte spei
quia ex hoc peccatores in ipsam totam spem
suam ponunt Ideo dicitur mater gratie mater
mie Inquantum errantes in via morum
dirigit dicitur mater agnicionis id est sapientie
celestis per quam hominem dirigere Quia Ipsa
est nobilis stella ex iacob orta cuius
radius vniuersum orbem illuminat cuius
splendor in supernis refulget et inferos
penetrat Inquantum frigidos accendit
dicitur mater dilectionis quia feruore
sue caritatis ad dei amorem omnes inflamat ps Non est qui se abscondat a
calore eius Inquantum demones terret
et expellit dicitur mater timoris quia
ipsis demonibus est valde terribilis vt
acies militum ordinata Can v^o Quid
videbis in sunamite nisi choros castrorum // Tercio salutanda est domina tam gratiosa Quod notatur cum dicitur
Gratia plena Ipsa enim fuit gratiosa
coram deo per humilitatem Coram angelis per virginitatem Coram toto genere humano per fecunditatem Vnde potest sibi illud
competere qd hester regine dictum fuit
Hester xv^o Tu gloria ierusalem et der q
e visio patris per humilitatem Tu leticia
israel id est angelorum deum videntium per
virginitatem qua splenduisti Tu honorificencia populi mei id est generis humani propter
prolem quam peperisti Quarto salutanda est domina tam gloriosa Vnde dicitur dominus
tecum Fuit enim secum dominus pater qui
fecit eam tam potentem Eccl xxiiij^o
Et in ierusalem potestas mea Filius qui fecit eam
tam sapientem Prouerbiorum xiiij^o Mulier sapiens edificat domum suam dominus spiritus sanctus
qui fecit eam tam clementem vnde vocatur se
oliuam Eccl xxiiij^o Quasi oliua speciosa
in campis De hijs tribus dicitur prouerbiorum vltimo Misit manum suam ad forcia ecce quo potens Os suum apperuit sapientie Ecce quam sapiens
Et lex clemencie in lingua eius ecce quam
clemens Tota quidem trinitas habitauit
in ea Vnde vocatur Tocius trinitatis nobile
triclinium Illud notat pt ex verbis angeli
luc j^o Spiritus sanctus superueniet in te ecce
inhabitacio spiritus sancti Et virtus altissimi
obumbrabit tibi ecce habitacio patris
Ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei
Ecce habitacio filij Et ideo de ea vere
tota trinitas dicere potest illud Joh xiiij^o
Ad eam veniemus et mansionem apud eam
faciemus Sed quo ipsa beata virgo
beatam potuit capere trinitatem Constat
enim patrem ignem omnia consumentem Heb.
xij^o Deus noster ignis consumens est Filium
ce lucem inaccessibilem Spiritum sanctum
esse gaudium et leticiam inenarrabilem
ps Fluminis impetus letificat ciuitatem dei Si
enim oculus tantum modicam carbonis non
patitur Si oculus ad visum solis reuerberatur si ex immensitate gaudij quis
moritur Quomodo beata virgo que pura erat
creatura potuit pati calorem tanti numinis
diuinitatis quo potuit in luce tam infinite claritatis vel quo potuit sustinere
gaudium tanteque iocunditatis Certe non
potuisset nisi virtus altissimi obumbrasset Vnde super illud luc j^o virtus altissimi obumbrabit tibi dicit glosa Vmbra a
corpore et lumine obiecto solet formari et
virgo sicut purus homo plenitudinem
diuinitatis capere nequibat sed virtus altissimi obumbrabat eam incorporea
lux diuinitatis corpus in ea suscepit humanum
vt sic deum posset pati Cophes igitur

tenuus · quod virgo beata fuit tota inflama-
ta · in qua habitauit ignis insuperabilis
Tota illustrata · in qua habitauit lux
inaccessibilis / Tota leta et iocunda
effecta · in qua habitauit leticia inenarra-
bilis // Quarto salutanda est domina
tam famosa · quod notatur cum dicitur Benedicta
tu in mulieribus / Dicitur benedicta inter omnes
et super omnes mulieres / quia tu fuit
in statu virginali viduali et matrimoniali ·
Quicquid boni fuit in isto triplici statu ha-
buit · quicquid mali fuit · vitauit / In vir-
ginitate enim est quoddam bonum scilicet inte-
gritas carnis · et quoddam malum scilicet sterilitas
Similiter in viduitate est quoddam bonum
scilicet libertas animi / et quoddam malum scilicet
solitudo consortij / Similiter in coniugio est
quoddam bonum scilicet fecunditas prolis · et
quoddam malum scilicet corruptio carnis /
Beata autem virgo fuit benedicta in mu-
lieribus · primo super omnes mulieres
quia scilicet fuit virgo sine sterilitate / vidua
sine solitudine / coniugata sine corruptione
Vnde recte potest dici de ea · quod de Iudith dicitur
Iudith xv° / Viriliter fecisti et confortatum
est cor tuum · eo quod amaueris castitatem
et post virum tuum alterum nescieris / Ipsa
enim viriliter egit et cor suum confortatum fuit
quia fuit virgo incorrupta / Castitatem
amauit / quia fuit virgo fecunda · Post
mortem viri sui alterum nesciuit / quia
fuit vidua a tota trinitate · angelis
associata // Sexto salutanda est domina
tam fructuosa / Et ideo dicitur Et bene-
dictus fructus ventris tui · fructus enim ventris
sui fuit benedictus propter triplicem bene-
dictionem gratie · que in Christo fuit / prima est
gratia vnionis / De qua dicitur Iohannis i°
Verbum caro factum est et habitauit in nobis
Secunda est gratia capitis que est influentie ·
per quam in corpus ecclesie influit sensum
fidei recte / et motum operationis bone /
De qua dicitur Iohannis i° De plenitudine eius
omnes accepimus / gratiam pro gratia de
qua etiam dicitur in psalmo Impinguasti in oleo
caput meum / Tertia est gratia plenitu-
dinis singularis / Ceteri enim sancti habu-
erunt gratiam ad mensuram / Christus autem sine
mensura / Vnde dixit Iohannes baptista de Christo

Non ad mensuram dat deus spiritum / Vnxit
te deus deus tuus oleo leticie pre con-
sortibus tuis / Ista triplex benedictio significatur per
in benedictione Asser / De qua dicitur Deut.
xxxiii° Benedictus in filijs Asser sit pla-
cens fratribus suis · tingat in oleo pedem
suum · ferrum et es calciamentum eius / Per
Asser qui interpretatur beatus · intelligitur Christus
qui veram et sempiternam habet beatitudinem
qui est etiam vnus et verus filius dei · et beate
virginis · quod nulli alteri filio est dona-
tum / Et ideo dicit Benedictus in filijs As-
ser / Iste igitur filius habet benedictionem gratie
capitis · per quam influit dona omnium gratiarum
in corpus et in membra fidelium / propter quam
ipse fidelibus et fratribus suis est gratus
et acceptus / Et ideo dicit Sit placens
fratribus suis / Habet gratiam plenitudinis
singularis / Ideo dicit Tingat in oleo
pedem suum · Ceteri enim sancti in oleo san-
cti spiritus vix tingunt digitum suum / Christus
autem a capite vsque ad pedes totus
in isto oleo tinctus fuit / psalmus Sicut vnguen-
tum in capite quod descendit in barbam barbam Aa-
ron / quod descendit in oram vestimenti eius /
Habet etiam gratiam vnionis / propter quod dicitur
ferrum et es calciamentum eius / per ferrum
quod omnia domat / intelligitur potentia
dei / Per es · quod est imputribile / intelligitur
eternitas dei / Fuit igitur calciatus
et inseparabiliter vnitus deitati · que habet
insuperabilem potestatem / et interminabilem
eternitatem /

Aue Maria gratia plena dominus tecum
Suauitas et dulcedo huius
virginee salutationis non per-
mittit nos ab ea discedere / Bonum est quod
adhuc nos hic esse / et ad laudem virginis
hanc salutationem virgineam iterum pertra-
ctare / Non enim habet amaritudinem con-
uersatio illius nec tedium conuictus illius / sed
leticiam et gaudium vt dicitur Sap. viii°
Nouimus autem quod prima mulier ex pro-
uaricatione fuit turpitudine fedata ·
adeo · vt ipsa et posteritas sua a deo
non cognosceretur Tren. iiii° Denigrata
sunt facies eorum super carbones · et non sunt
cogniti in plateis scilicet celestis ierusalem /

Secundo fuit viri dominio subiugata.
Gen. iii°. Sub viri potestate eris et ipse do-
minabitur tui. Tercio fuit tenebris ignoran-
ciarum obtenebrata. ita ut dicere possit cum
tota posteritate sua illud Job xii°. Pal-
pabunt quasi in tenebris et non in luce. Quarto
fuit omni gracia euacuata. Ipsa enim
per fatuitatem suam graciam dei amisit
Eccli. xx°. Gracie fatuorum effundentur.
Quinto fuit dei fecunditate destituta. Fe-
cunditas enim serpentina fuit ei occasio.
ut perderet fecunditatem diuinam. Serpentini namque
fructus valde timenda est malorum fecun-
ditas. Eccli. xiii°. Qui tetigerit picem
inquinabitur ab ea. Sexto fuit a deo ma-
ledicta. Nam et steriles erant maledicte ma-
ledictione obprobrii. Luc. i°. Sic fecit mihi
dominus in diebus quibus respexit auferre
obprobrium meum. Et fecunde erant
maledicte maledictione doloris. Gen. iii°.
In dolore paries filios. Omnes autem
tam steriles quam fecunde erant maledicte
maledictione miserie et penalitatis.
Gen. Multiplicabo erumpnas tuas.
Statim sequitur. Et concepti sunt erumpnosi
vel culpabiles et penales. quia nascuntur
omnes cum miseria et cum culpa. Ps. Ecce
enim in iniquitatibus conceptus sum et cetera. Ab
hiis autem septem incommodis virgo
beata fuit immunis. sicut ostendi potest ex pre-
fata salutacione angelica. Primum namque
incommodum prime mulieris est quia fuit turpi-
tudine fedata. Ab isto autem fuit
immunis virgo beata. quia fuit pulcra et lu-
cida. quod notatur per hoc quod dicitur Aue. id est si-
ne aliquo macula. Unde eius pulcritu-
dinem admirans spiritus sanctus dicit Cant. vi°.
Que est ista que progreditur quasi aurora
consurgens. pulcra ut luna. electa ut sol. ter-
ribilis ut castrorum acies ordinata. In die nichil est
pulcrius sole pulcra. In nocte nichil
pulcrius luna. In confinio diei et noctis
nichil pulcrius aurora. Hostibus nichil
terribilius. obsessis liberacionem optantibus
nichil iocundius castrorum acie ordina-
ta. Per diem igitur intelliguntur iusti
i Thess. v°. Omnes enim vos filii lucis
estis id est filii dei. Talibus enim qui sunt ut
dies. ipsa est electa ut sol. Sol enim est

fons luminis et caloris. quia eos illuminat
ad fidei cognicionem. et inflammat ad amorem.
Ista est illa mulier fortis. De qua dicitur Pro-
verb. Omnes domestici eius vestiti sunt
duplicibus. Ipsa enim intellectum vestit veri
cognicione. et affectum vestit boni dileccione.
Per noctem intelliguntur peccatores. Unde dicit
Apostolus de se et aliis sanctis i Thess. v°.
Non sumus noctis neque tenebrarum. Ta-
libus enim qui sunt nox id est peccatores ipsa
est pulcra ut luna. Nam luna est con-
da et frigida. peccatores autem sunt sicci
et malo igne inflammati. sed ipsa eis in-
fundit rorem gracie fecunditatis. et
aquam sancte refrigeracionis. Cant. v°.
Caput meum plenum est rore id est gracia
fecunditatis et crinium mei guttis noctium
id est gracia refrigeratiua. Illi autem qui sunt de
nouo conuersi. Nec sunt ex toto dies
nec nox. sed sunt quasi in confinio diei et
noctis. Talibus ipsa est pulcra sicut
aurora. quia tales ad plenam cognicionem
prouocat. temptaciones fugat. et eos deo
reconciliat. In aurora autem aues cantant
Unde dicitur Auroram quasi auri horam. Sic igitur
aurora facit cantare in cordibus talium
gemitum columbinum. qui eos ad plenam
cognicionem inducat. De quo gemitu dicitur
Cant. ii°. Vox turturis audita est in terra
nostra. Iste est ille gemitus Roman. viii°.
Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus
inenarrabilibus. Ipsa demones et tempta-
ciones a nobis fugat. Sicut enim ad ortum
aurore homicide et malefactores fugiunt.
Iuxta illud Job. xxiiii°. Si subito appa-
ruerit aurora. arbitrantur umbram mortis
et omnes male bestie in eius cubilibus
collocabuntur. Iuxta illud psalmi. Ortus
est sol et congregati sunt et in cubilibus
suis collocabuntur. Sic ad auxilium virginis
beate demones cicius fugiunt. et ad infer-
ni barathrum deuingunt. Ipsa eciam nos
deo reconciliat. Sicut enim aurora est media
inter diem et noctem. sic ipsa est media
inter deum et peccatorem. Eccli. xxiiii°. Luna
aurore mane oriente sole absque nubibus
rutilat. Ipsa enim est media inter solem
et nubem. inter Christum et celum. vel inter
rorem et arcam. Ipsa est terribilis demonibus

sed amabilis obsessis conspectibus ut castrorum acies ordinata. In homine multe sunt acies scilicet cogitationes intentiones affectiones locutiones et operationes. Iste autem acies nisi sint ordinate sub dominio suo id est sub imperio rationis in scriptis potius confunduntur. Si vero sunt ordinate sed sunt inermes cito ab hostibus violantur. Et ideo utrumque ponit scilicet munimentum et ordinationem. Istas acies ordinatas et munitas habuit beata virgo. Fuerunt quidem ordinate subordinate sub imperio rationis, quia inter eius carnem et mentem nulla fuit repugnantia. In hac enim archa Christi omnia animalia fuerunt pacata quia ibi nulla fuit impugnatio temptationum nulla inquietas voluntatum. Unde Hugo super illud Cant. iiii°. Sicut turris David collum tuum que edificata est cum propugnaculis. Hic dicit Talis impugnationibus non patebit. Incentiva carnis non tollerant, caput serpentis contrivit, hostes non fugiens expavit. Fuerunt etiam iste acies etiam munite quia habuit arma ad se defendendum adeo quod dyabolus in nullo potuit prevalere. Unde dicit sponsus de ea Cant. primo. Collum tuum sicut monilia. Est autem monile ornamentum sponsus stringit et adulter manum non immittat. Ipsa igitur non tantum in collo sed etiam in corde et corpore tota fuit vallata monilibus, quia hostis antiquus nec ad eius locutiones nec cogitationum nec operationum unquam manum apponere ausus fuit. Habuit etiam arma ad feriendum. Gen. iii°. Ipsa conteret caput tuum. In quo notatur magna victoria virginis. Et ratione ipsius ferientis sed quia non fuit vir sed femina. Et ideo dicit Ipsa. Et ratione modi feriendi, quia non percussit vel vulneravit sed contrivit. Et ideo dicit Conteret. Quod enim vulneratur vel percutitur mediocriter reparatur. Quod vero conteritur numquam reparatur. Et ratione partis quam contrivit quia non caudam sed caput. Et ideo dicit Caput. Serpens enim in cauda percussus evadit, in capite contritus numquam resurgit. Et ratione persone quam contrivit quia non aliquem de parvis demonibus sed ipsum principem demoniorum contrivit. Et ideo dicit tuum. Ille enim serpens qui evam

decepit forma gerebat luciferi. Secundum incommodum prime mulieris est, quia fuit viri dominio subiugata. Ab hoc beata virgo immunis fuit que super omnes creaturas singulari dominio est exaltata. Quod notatur per hoc quod dicitur Maria quasi domina interpretatur. Hec autem domina habet suos amicos filios incarceratos. Servi sunt peccatores ad ipsam de novo conversi. Amici sunt eius fideles et devoti. Filii sunt in celo beati. Incarcerati sunt demones et dampnati. Contra ad ista quatuor genera, per eam corpori auctoritas. Servis porta celi dicitur. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens. Est enim servis suis id est peccatoribus de novo conversis in auxilium, quia quodammodo in eorum occursum consurgens compellit noctem culpe et inducit lucem gratie. Et ideo talibus est sicut aurora consurgens. Filiis et devotis est in familiare solacium quia talibus se vicinam reddit, gratiam infundit et spirituales consolationes immittit. Et talibus est pulchra ut luna. Ipsa enim luna habet vicinitatem et habet fecunditatem et ambulantibus in nocte multam prebet iocunditatem. Beatis autem est in gaudium et talibus est electa ut sol, quia eos ex sua dulci visione letificat et delectat ex sua claritate. Eccl. xi°. Dulce lumen et delectabile est oculis videre solem. Incarceratis autem id est demonibus est in terrorem nimium. Ideo dicitur Terribilis ut castrorum acies ordinata. Tercium incommodum prime mulieris est quia fuit tenebris ignorantie excecata. Ab isto incommodo virgo beata immunis fuit, quia fuit ineffabili luce perfusa. Hoc notatur etiam per hoc nomen Maria quod dicitur illuminata vel illuminatrix vel stella maris. Cum illuminata vel illuminatrix fuerit dicitur Apoc. xii°. Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et in capite eius corona duodecim stellarum et in utero habens. Ipsa enim fuit illuminata in utero luce divine maiestatis. Ideo dicit in utero habens. Est modo vestita in corpore proprio luce immortalitatis. Et est inflamata in animus igne caritatis. Et ideo

dicitur Amicta sole. Sol enim est illuminativus et inflammativus. Et quia ipsa est illuminata, ideo est aliorum illuminatrix. Ipsa enim illuminat ecclesiam militantem. Ideo dicitur luna sub pedibus eius. Ipsa illuminat ecclesiam triumphantem. Ideo dicitur In capite eius corona xii stellarum. Ecclesia enim triumphans consistit in novem ordinibus angelorum, qui sunt quasi novem stelle, et tribus ordinibus sanctorum scilicet martirum confessorum et virginum qui sunt tres stelle. Habet coronam xii stellarum in capite portat, quia quasi tota ecclesia triumphans tamquam dominam suam ipsam honorat. De hac honorifice sub ecclesie militantis et triumphantis dicit Ambrosius. Marie presencia totus illuminatur orbis, adeo ut et ipsa celestis ierusalem clarius rutilet virginee lampadis illuminata fulgoribus. Secundo sunt etiam que est illuminata vel illuminatrix dicitur stella maris. Ista enim stella que stella maris dicitur non tantum habet illuminare sed etiam numquam occidit. Semper enim ad se te fluctuantes in periculis et dubiis dirigit et celum se etiam ipsam vertit. Sic et virgo beata aliis tempore passionis christi occidentibus in fidem pereuntibus, ipsa non occidit sed firma et fortis permansit. Ecclesiastici xxiiii. Et sic in syon id est in ecclesia militante que demum spectat per fidem firmata sum. Ideo Salomon eius constanciam admirans dicit provir. ult. Mulierem fortem quis inveniet. Ipsa corda dura et ficta emollit et ad se trahit sicut patet in theophilo. Ipsa sole et luna non lucentibus navigantes per mare huius seculi in periculis et dubiis dirigit, quia post sua gracia et tota curia celesti sunt auxilium iuste subtrahenti, ipsa non deserit. Ambrosius. In periculis et in angustiis in rebus dubiis mariam cogita mariam invoca. Tota etiam curia celestis cum ea se vertit deum eam admiratur et laudat. Unde cantat ecclesia. Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium id est omnes angeli confessores et virgines. Quartum incomodum prime mulieris est quia fuit omni gracia evacuata. Ab isto incomodo beata virgo

immunis fuit, quia gracia plena fuit quod notatur cum dicitur Gracia plena. Hac autem gracia digna fuit recipere, quia fuit vas mundum per puritatem. iiii regum ii. Afferte michi vas novum et mittite in illud sal. Deus enim istud vas novum sibi elegit et in ipsum sal sapiencie et gracie posuit. Fuit etiam ydonea ipsam graciam in habundancia recipere quia fuit vas profundum per humilitatem. Ps. Qui emittit fontes in convallibus id est graciam suam prestat humilibus, et quia fuit vas profundum tantam habundanciam gracie recepit quod fuit omnibus virtutibus a deo visitata. Labore inebriata et omni virtute locupletata. Ps. Visitasti terram et inebriasti eam multiplicasti locupletare eam. Fuit etiam ydonea graciam receptam et cumulatam conservare quia fuit vas solidum per caritatem. Ecclesiastici l. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Quintum incomodum prime mulieris fuit, quia ipsa fuit dei societate destituta. Ab isto incomodo virgo beata immunis fuit quia fuit deo sociata quod notatur cum dicitur Dominus tecum. Secundo est etiam sciendum quod quadruplex est unitas. Prima est carnalis que est inter sponsum et sponsam. Genesis ii. Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. Secunda est naturalis que est inter sponsum et sponsam, patrem et filium, de qua dicitur Genesis xliiii. Dixit iudas ad ioseph Si intravero ad patrem meum et puer scilicet beniamin defuerit cum anima illius ex huius anima dependeat morietur. Tercia est socialis que est inter amicum et amicum quorum idem est velle et idem nolle. De qua dicit Seneca. Amicus est alter ego. Quarta est spiritualis que est inter deum et animam. De qua dicitur i Cor. vi. Qui adheret deo unus cum spiritus cum eo. Ista quadruplici unitate fuit dominus cum maria. Primo scilicet unitate carnali que est inter sponsum et sponsam. Christus enim sponsus est iuxta illud Ps. Ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo. Qui cum ea tamquam cum sponsa sua mirum convenit. Secundo quidem mirum fuit im-

ciatum per angelum annunciacionem sa-
tisficatum per virginis consensum et incli-
nacionem Consummatum per carnis assu-
pcionem Et tunc fuit dicere sponsus et
Maria in carne una quia caro Christi fuit
caro virginis Augustinus Caro ihesu caro
est marie Et tunc sponsus eam sibi per
amorem copulavit et univit Hester ii° Ad-
amavit eam rex plus quam omnes mu-
lieres Secundo fuit cum ea unitate natura-
li que est inter matrem et filium Ex qua
unitate fit quod mater debet diligere filium
tamquam rem suam et filius debet honorare ma-
trem tamquam causam suam Ista unitate
sponsus fuit cum matre et mater cum Christo
Ipsa enim filium diligebat ita ut pos-
set dicere illud quod dicitur iii° Regum iii° Sic
mater unicum amat filium ita te dili-
gebam Ex qua dilectione fiebat quod a-
nima matris anima filii erat Ita ut
doleret anima filii et doleret anima
matris Luce ii° Tuam ipsius animam pertran-
sibit gladius Filius vero matrem honoravit
Et in vita quia subditus sibi fuit Luce
ii° Et erat subditus illis Et in mor-
te quia ad ipsam personaliter venit Et
post mortem quia ipsam ad suam dexteram
collocavit Psalmus Astitit regina a dex-
tris tuis Tertio sponsus fuit cum ea
unitate speciali que est inter amicum et
amicum habebant enim idem velle et idem
nolle et se mutuo diligebant Canticum ii°
Dilectus meus michi et ego illi Item
vii° Ego dilecto et ad me conversio eius
Quarto fuit cum ea unitate spirituali
que est inter deum et animam Adeo quidem
anima eius fuit unita cum deo per
amorem quod tota erat in amore conver-
sa Ut enim ferrum missum in ignem
totum efficitur ignis Sic eius anima
caritate succensa tota facta est caritas
Immo etiam multo magis quia ferrum
ignitum potest aqua extingui eius autem
caritas nullis aquis tribulacionum vi-
detur extingui potuit Canticum viii° Aque
multe non poterunt extinguere caritatem
non tamen fuit eius anima in amorem
conversa sed etiam ex amore tota langui-
da facta Canticum ii° Fulcite me floribus
stipate me malis quia amore lan-
gueo Eiusdem v° Amore langueo
Et tali autem amore vult a nobis haberi
retribucionem scilicet bona opera Et ideo dicit
Fulcite me floribus Et bona opera
Et ideo dicit Stipate me malis Non
tamen fuit languida effecta sed etiam tota
per amorem liquefacta Sicut enim aurum
liquescit virtute ignis Sic eius anima
virtute amoris Canticum v° Anima me-
a liquefacta est ut dilectus locutus est
Et non tantum fuit liquefacta sed etiam
tota fuit amore Christi vulnerata unde dicitur
in Canticum secundum aliam translacionem vulne-
rata caritate ego sum Est vulnerata
quia continuum dolorem ob absenciam dilecti
in corde portavit Secundum inter-
medium prime mulieris est que fuit a
deo maledicta Ab isto incommodo virgo
beata fuit immunis quia fuit a deo
multiplici benediccione preventa quod notatur
cum dicitur Benedicta tu in mulieribus
Prima quidem mulier exaltavit se usque
ad deum contra deum et supra deum usque
ad deum quia usque ad appetitum sue divinitatis
Contra deum quia contra preceptum sue in-
hibicionis Supra deum in eo quod voluit
illud quod deus noluit eam velle tunc
enim quodammodo voluntatem suam supra
dei voluntatem posuit Sed beata virgo
humiliavit se usque ad mulieres per confor-
mitatem quia tamquam una illarum con-
formabat se illis in filii circumcisione in
sua purificacione Sed nunc filius tuus
indigebat circumcisione esto ergo etc non
Sic enim loquitur Bernardus Virgo beata non indi-
gebas purificacione sed nec filius tuus
indigebat circumcisione esto ergo inter
mulieres sicut una illarum Nam et filius tuus
sic est in medio puerorum humiliat
se non contra mulieres sed propter reparandam
salutem quia quod Eva abstulit ipsa
restituit Iohannes Quicquid maledictionis
per Evam infusum est totum abstulit
benediccio Marie Humiliat se infra mu-
lieres per nimiam humilitatem quia dixit
respexit humilitatem ancille sue Et ideo
quia sic se humiliavit usque ad mulieres
propter mulieres infra mulieres non tamen fuit

benedicta inter mulieres · sed eciam supra
mulieres / Vel potest dici quod ipsa fuit
inter mulieres · quia habuit benedictionem
que debetur omni statui mulierum Benedicti-
o enim coniugatarum est fructus tricesimus /
Benediccio viduarum est fructus sexage-
simus Benediccio virginum fructus centesimus
Ipsa enim habuit fructum tricesimum ut mu-
lier · sexagesimum ut vidua / quia quando
Joseph sponsus eius ante passionem
obiit ipsa vidua remansit / habuit fru-
ctum centesimum ut virgo immaculata ·
Vel fuit benedicta inter omnes mu-
lieres id est inter omnes generaciones Vnde
ipsa dicit Beatam me dicent omnes ge-
neraciones / Hodie deus operatus est
salutem in medio terre videlicet in
vtero virginis marie · ad quam sicut
medium · sicut ad causam rerum / sicut
ad negocium singulorum respiciunt qui
habitant in celo / et qui in inferno · et qui
nos precesserunt · et nos qui sumus · et qui
sequentur · et nati natorum / et qui ab illis
nascentur Qui in celo sunt ut re-
staurentur Qui in inferno sunt ut eri-
piantur Qui precesserunt ut prophete · et
fideles inveniantur Qui sequuntur ut
glorificentur / Septimum incommodum
prime mulieris est / quia fuit prole
culpabili et penali percussa Ab isto in-
commodo virgo beata immunis fuit · quia
fuit benedicto fructu impregnata Vnde
notanter angelus dicit Benedictus fructus ventris tui
Iste autem fructus fuit benedictus · in odore
in sapore · et in spe · Eius quidem odor
talis fuit · quod patrem reconciliat /
Genesis xxvii° Ecce odor filii mei sicut
odor agri pleni / Et angelos letifica-
vit · ut celos relinquerent · et ad ipsum
odorem currerent / Canticorum j° Trahe me
post te curremus in odorem vnguentorum tuorum · Et de-
mones conturbavit Ecclesiastici xxiiii° Quasi
mirra electa dedi suavitatem odoris Sicut
enim mirra expellit vermes / sic odor istius
fructus expulit et conturbavit demones
Et totum mundum mirabili suavitate
replevit Job vi° Dies mei transierunt
quasi naves poma portantes Sicut enim
in navibus que poma portant remanet odor ·
sic completa mortali vita Christi · qua per
mare huius mundi navigavit · odor sue
conversacionis nobiscum remansit / Secundo iste
fructus fuit benedictus in sapore / psalmista
Gustate et videte quoniam suavis est
dominus beatus vir / Tam dulcis est enim deus
quod appetitum provocat Deuteronomii xxxiii°
Inundaciones maris quasi lac suget /
Et omnia amara dulcia reddit Judith
v° fontes amari obdulcati sunt
eis ad bibendum / Et omnia alia delicia
in amaritudinem et insipiditatem commu-
tat Job xxvii° Anima saciata id est di-
vino amore repleta calcabit favum id est de-
spiciet omnem dulcedinem mundanam et
carnalem / Tercio iste fructus est benedictus
in spe · psalmista Speciosus forma pre filiis ho-
minum Talis enim species est tam lu-
cida et tam pulcra · quod requiritur a nobis
magna puritas ut ipsum intueri va-
leamus Matthei v° Beati mundo corde · quoniam
ipsi deum videbunt Tam gloriosa · quia
ibi est nostra delectacio j Petri j° In quem
desiderant angeli prospicere / Hester xv°
Facies tua domine plena est graciarum
Tam gloriosa · ut ibi sit nostra beatitudo Johannis
xvii° / Hec est vita eterna · ut cognoscant
te solum verum deum · et quem misisti
Jhesum Christum

Invenisti graciam apud deum · Luce
j° Ista est mulier graciosa · de qua
dicit Proverbiorum xi° Mulier graciosa in-
veniet gloriam Vere fuit graciosa
quia habuit gracie inunctionem / inuncte re-
pletionem / replete accumulationem / Accu-
mulate impinguacionem / impinguate con-
tinuacionem / continuate communicacionem /
et communicate diffusionem / Habuit quidem
gracie inunctionem quia graciam quam Eua
perdidit ipsa invenit / Per multa quidem
milia annorum gracia perdita fuit · sed
beata virgo ipsam invenire me-
ruit Invenit autem ipsam non apud mundum
quia apud mundum non invenitur / sed apud deum
Possunt igitur peccatores sibi dicere Da nobis
graciam quam invenisti Nec negare po-
terit se invenisse · quia angelus hoc te-
statur dicens Invenisti graciam apud deum
Vnus pro pluribus dicere Redde nobis graciam
quam pro nobis invenisti · quia nisi nos

fuissemus peccatores· tu talem gratiam
nunc invenisses Secundum autem quod Eva
gratiam perdidit propter superbiam inobedienciam
et avariciam Beata autem
virgo eam invenit per humilitatem
qua habuit cum dixit respexit humilitatem
ancille sue. Bernardus Semper solet
esse gracie divine familiaris humilitas
Incedere non novit hominibus in ipso plenitudine
gloria vestitur Mater dei eligitur· et
ancilla se nominat· non est magnum
in abiectione esse humilem magna probitas
et rara virtus est humilitas honorata
Invenit eciam eam per obedienciam· quam
deo exhibuit· cum dixit Ecce ancilla
domini fiat michi secundum verbum tuum Invenit
eciam eam gratiam quia cupiditates
et amores mundanas abiecit unde
angelus non invenit eam in foro tamquam
civis mundanis inhabitantem sed in
thalamo tamquam soli deo vacantem Ambrosius
in libro de virginitate Ea virgo quam
christus requirit non debet esse vulgaris id est
debet vulgo Non debet esse in foro Non in
platea voce garrula· gestu lubrica
facilis auditu levis affatu Nam
igitur habet ista tria· scilicet humilitatem obediencie
promptitudinem et mentis vacacionem
gratiam dei invenire potest Sicut dicitur ysaie
lxvi secundum aliam translacionem Super quem
requiescet spiritus meus· nisi super humilem
Ecce humilitas Et quietum
ecce mentis tranquillitas et trementem sermones
meos et cetera hoc ad implecionem Certe
obediencie sinceritas· Habet habuit
gratie mirabilem replecionem primum cum
esset sed alius gratiam invenisset et ipsa
in se non habuisset Et ideo angelus vocat
eam gratia plenam Magnum est autem
habere potenciam receptivam gracie Maius
est habere guttam gracie Maximum est
habere calicem gratie sed maximum est habere
fontem gratie peccatores quidem quamdiu
sunt in mundo habent potenciam receptivam
gratie· quod quidem magnum est quia dampnati
in inferno potenciam istam non
habent· quam si habere possent· magnis
reputarent· quam universum mundum
lucrarentur Istud est enim magnum
chaos· quod est in inferno· scilicet impotencia
ad graciam recipiendam quod quidem chaos
prohibet ne gratia ad ipsos perveniat
Luce xvi Inter nos et vos· chaos magnum
firmatum est Iste autem habent exteriores
de quibus dicitur Ayt xx Iusticiam
sum privatus in tenebras exteriores
Quilibet peccatores qui sunt in mundo·
et illi qui sunt in inferno· sunt in tenebris
sed differenter Anima peccatores que
sunt in mundo· sunt in tenebris interioribus·
quia sunt intra ambitum divine
misericordie Dampnati vero sunt in tenebris exterioribus
quia sunt extra ambitum divine
misericordie Maius est autem habere guttam gratie
sicut habent boni· qui tamen adhuc sunt imperfecti·
que quidem gutta valet eis ad
refrigeracionem· contra incentiva omnium viciorum
Canticum v Caput meum plenum
est rore et cincinni mei guttis noctium·
Ubi sic dicit Glosa Cincinni sunt
capilli crispi et implicati per caput autem
forciores intelliguntur per cincinnos vero
infirmiores adherentes capiti Christus
igitur perfectioribus dat rorem ipsos
fecundantem Imperfectioribus dat gratiam
tamquam guttas noctium ipsos refrigerantem
Ista autem gutta gratie valet eis ad
extinctionem sitis augustie amoris mundani
Augustinus Cum biberit de flumine paradisi·
cuius gutta est maior occeano· restat
ut in eo sitis mundi penitus extincta
sit Et vocat Augustinus flumen paradisi amorem
sancti Occeanum autem vocat collectionem
omnium amorum mundialium· sive
diviciarum sive deliciarum sive honorum
Tanta igitur est virtus amor dei· quod
una eius gutta· sitim omnium mundialium
amorum extinguit Maximum est habere
calicem sive plenitudinem gratie· quam
quidem habent viri perfecti De quibus dicitur
Actuum ii Repleti sunt omnes spiritu sancto
Iste autem calix gratie quam utilis sit dicit
in psalmo Calicem salutaris accipiam et nomen
domini invocabo Et alibi Calix in
manu domini vini meri plenus mixto
Item calix tuus inebrians quam preclarus est
Valet enim eis ad salutem acquirendam
Et ideo dicitur Calix salutaris Valet

ad fiduciam obtinendam. Et ideo dicit: Mo-
nem domini immutabo. Valet ad spiritua-
lem mentis exultacionem. Et ideo dicit
vini mei, quia tale vinum letificat
cor hominis. Valet ad humiliacionem, et
ideo dicit plenus mixto. Deus enim
aliquando dat plures consolaciones que
sunt quasi vinum merum, sed ne animus
per superbiam elevetur, inter admiscet ali-
quas tribulaciones sive adversitates. Vinum
merum bibit Paulus quando in tercium
celum fuit raptus, sicut habetur ij Cor.
xij. Sed vinum mixtum bibit, quando di-
xit: Ne magnitudo revelacionum ex-
tollat me, datus est stimulus carnis
mee etc. Valet ad mundane sitis extinctionem.
Et ideo dicit: Calix tuus inebrians quam
preclarus est. Primum vero est habere
fontem gracie, quem habent beati, de quo
dicitur in ps. Quoniam apud te est fons
vite. Et alibi: Sitivit anima mea ad
deum fontem vivum. Tales quodammodo
sunt dei amore ebrii. Cant. v. Bibi-
te amici et inebriamini carissimi. Ve-
felix est ergo beata virgo, que non tantum
guttam gracie vel tantum calicem gracie,
sed fontem et flumen habuit gracie.
De qua mistice dicitur Cant. iiij: Fons or-
torum puteus aquarum que fluunt impetu
de libano. Et vere beata virgo fons, puteus
et fluvius impetuosus. In orto enim
ecclesie quidam sunt aridi ab humore
gracie; tales irrigat et fecundat ab
isto fonte. Ideo dicitur: Fons ortorum. Gen.
ij: Fons ascendebat de terra, id est virgo
beata, irrigans universam superficiem terre.
Quidam sunt sitibundi, scilicet estus amore
mundanorum; tales potat ab isto puteo,
et ideo dicitur puteus aquarum viventium. Joh.
iiij: Omnis qui biberit ex aqua hac
sitiet iterum; qui autem biberit ex
aqua quam ego dabo ei non sitiet in
eternum. Quidam sunt malo igne cu-
pidinis inflamati; isti refrigerantur ab isto
flumine cuius aque cum impetu fluunt,
quia emanant in ipsam a monte altis-
sime trinitatis, et emanant in habun-
dancia, et nullam inveniunt in ipsa
peccati resistenciam. Tercio habuit gracie
implecte accumulacionem, quia ea que
alii sancti habuerunt particulariter, ipsa ha-
buit universaliter. Unde dicit Bernardus:
Vere in plenitudine sanctorum detentio eius.
Cui non defuit fides patriarcharum, nec
spiritus prophetarum, nec zelus apostolorum, nec
constancia martirum, nec sobrietas confessorum,
nec fecunditas coniugatorum, nec ca-
stitas virginum, nec puritas angelorum.
Non enim defuit sibi fides patriarcharum,
sed habuit fidem fructuosam, vivam et firmam.
Eius enim fides instar grani sinapis
tanto amplius inflamabatur, quanto magis
ipsa tribulacionibus conterebatur. Mt. xvij: Si
habueritis fidem sicut granum sinapis
et dixeritis monti huic: transi hinc, et transibit.
Habuit et fidem vivam, quia semper bonis
operibus vacabat. Prov. ult.: Panem
ociosa non comedit. Nam sic dicitur
Jac. ij: Fides sine operibus mortua est.
Habuit et fidem firmam, quia ceteris a-
postolis tempore passionis a fide caden-
tibus, ipsa firma permansit. Prov.
ult.: Non extinguetur in nocte, id est in pas-
sionis tribulacione, lucerna eius, id est fi-
des eius. Secundo habuit spiritum prophetarum
eius maiorem habuit quam prophete, maio-
rem scilicet in plenitudine, in virtute et
in duracione. Alii enim prophete non habu-
erunt dona spiritus sancti in sua plenitudine
sed per partes. j Cor. xij: Alii quidem
datur per spiritum sermo sapiencie, alii autem
sermo sciencie, alii fides etc. De hac
autem plenitudine dicitur Eccli. xxiiij:
In me omnis gracia vie et veritatis etc.
Alii eciam prophete non habuerunt spiritum quantum
ad omnem suum actum et virtutem, sicut
patet in Ysaac, qui filium suum Iacob
presentem non cognovit, et tamen sibi predixit
futura. De hac autem virtute dicitur Eccli.
xxiiij: In me omnis spes vite et virtutis.
Alii eciam prophete non omni tempore
spiritum prophecie habuerunt, sicut patet iiij
Reg. iij de Elizeo, qui cum interrogaretur
ait: Adducite mihi psaltem. Cumque caneret
psaltes, facta est super eum manus
domini. Hec autem postquam spiritum recepit
numquam amisit. Eccli. xxiiij: Usque ad fu-
turum seculum non desinam, quia enim ipsa
numquam desiit spiritui se preparando, ideo spiritus
numquam desiit se sibi infundendo. Tercio
habuit zelum apostolorum. Zelo enim apostolorum

fuit in hoc q temporalia tollit contempne-
bant. et feruent celestia predicabat. et
constanter se morti exponebat. Istum
zelum habuit beata virgo. que terrena tota-
liter contempsit. quia enim spiritualia de-
gustauit. ideo temporalia contempnebat. Pro.
ult. Gustauit et vidit quoniam bona
est negotiatio eius. Aug. Ve non habz
sic tamen qd diligat. qui bonum cele-
ste in veritate degustat. Ipsa etiam fer-
uenter celestia predicauit. et bonis ut i-
psos amplius alliceret. et malos ut ipsos
benigne attraheret. Prov. ult. Os suum
aperuit sapientie bonos scilicet allitiendo. Et
lex clementie in lingua eius. Malos
scilicet clementer attrahendo. Ipsa etiam morte
sustinere parata fuit. Unde dicit Ambrosius
Maria fugientibus apostolis ante crucem sta-
bat. quia enim cognouerat per filii mor-
tem mundi redemptionem. et de sua mor-
te se aliquid publico muneri addi-
turam. Uerto habuit constantiam mentis. licet
enim non fuit gladio materiali passa. fuit
tamen quintuplici gladio vulnerata.
Primo videlicet gladio amoris. Cant.
iiii. alia translatione. vulnerata caritate
ego sum. Bern. super cantic. Est sagit-
ta electa amor [illegible]. que animam marie
non solum transfixit. sed etiam pertransiuit
ut nullam in pectore virginali particulam
vacuam amore relinqueret. Secundo fuit
vulnerata gladio timoris. quo carnem
suam confixit ut nullus inde motus
inordinatus consurgeret. sed sub ratione
constrictus maneret. Ps. Confige timore
tuo carnes meas. Bern. Est sagitta
timor domini. qui carnis desideria confi-
git et intellectum. ut spiritus saluus sit.
Tercio fuit vulnerata gladio diuini sermo-
nis. de quo dicit Heb. iiii. Viuus est sermo
dei et efficax et penetrabilior omni gladio
ancipiti. Istum gladium in corde suo
et postmodum ad correctionem cohibebat.
Luc. ii. Maria autem conseruabat omnia ver-
ba hec conferens in corde suo. Quarto fuit
vulnerata gladio doloris. et hic maxime in
filii passione. Bern. Tuam animam per-
transiuit vis doloris ut te plus quam mar-

tirem non immerito predicemus. in qua nimi-
rum sensum corporee passionis excessit con-
passionis affectus. Quinto fuit vulne-
rata gladio persecutionis. quia multas
cum apostolis persecutiones passa est. De
hoc ultimo duplici gladio scilicet doloris et perse-
cutionis dicit Ambrosius in sermone. Quanta
quam multe tribulationes animam transfoderunt
virginis beatissime. tamen hec specialiter designa-
tur dicitur Luc. ii. Tuam ipsius animam
pertransibit gladius. qui interna transfi-
xit vulnera. viscera domino in cruce
moriente. quod ut vidit nunc fuit ma-
terna pia viscera eo eiusdem passionis
gladio doloris transfigi. Quinto ha-
buit sobrietate confessorum. Ipsa enim tam
sobria fuit. quod abstinebat a nociuis
superfluis. licitis et uanis. Abstinuit
a nociuis. quia nulli unquam nocuit.
nullum lesit. Ambrosius in libro de virginitate
loquens de virgine beata dicit. Solita erat
nullum ledere. bene velle omnibus. assur-
gere notis. equalibus non inuidere. fugere
iactantiam. rationem sequi. amare vir-
tutem. Abstinuit a superfluis. quia necessaria
superflua habuit. cum in sua purificatione
non potuit emere nisi agnum. Item superflua
dixit. quia non est locuta nisi
que spectabat ad dei honorem. vel ad pro-
ximi edificationem. vel ad sue humilitatis
ostensionem. Abstinuit a licitis. quia scilicet
a coniugio voluit abstinere. et virginita-
tem suam deo vouere. Unde ipsa dixit angelo
Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. id est me
cogituram non propono. Abstinuit a
vanitatibus. quia sepe a corpore suo necessaria
abstrahebat. Ambrosius in libro de virginitate
Quid exequar beate marie ciborum par-
simonia. officiorum redundantia. alterum
vltra naturam superfuisse. alterum pene ipsi
nature defuisse. illic nulla intermissa
tempora. hic congeminat ieiunio dies. et
si quando reficiendi successisset volun-
tas. cibus plerumque obvius qui mortem
arceret non delicias ministraret. dormire
non prius cupiditatem quam necessitas fuit. et
tamen cum quiesceret corpus. vigilaret
mens. et frequenter in sompniis aut lecta
repetit. aut sompno interrupto continuat.
aut disposita gerit. aut gerenda premittat.

Sexto habuit fecunditatem coniugatorum, et multo maiorem. Non tantum in hoc quod deum et hominem concepit, sed etiam quod concepit sine corruptione corporis, quia semper virgo permansit. Nam portavit sine labore. Luc. i. Abiit in montana cum festinatione. Cum cetere mulieres pregnantes vix possint ire plana, ipsa ivit in montana. Cum cetere vix possint ire lento gradu, ipsa ivit cum festinatione. Cum cetere pregnantes indigeant ut aliis serviatur, ipsa tamen Elizabeth in partu servivit. Portavit etiam sine timore. Timent enim de partu futuro, non potuit, quia filium deum habebat. Postmodum peperit cum gaudio et exultatione, unde cantatur: Dum paris et gaudes, cantat tibi agmina laudes. Septimo habuit castitatem virginum. Que quidem castitas virginalis debet habere multorum emulationem ut secum oleum assumat, honestam conversationem ut lampadem accendat, sinceram intentionem ut obviam sponso procedat. Ista tamen habuit castitas in virgine beata. De hiis tribus dicitur in Ps.: Omnis gloria eius filie regis ab intus. Ecce sincera intentio. In fimbriis aureis. Ecce honesta conversatio. Circumamicta varietate. Ecce multorum emulatio. Octavo habuit puritatem angelorum, immo etiam maiorem quam angeli. Quia secundum Anselmum decebat ut virgo beata ea puritate niteret qua sub deo maior nequit intelligi. Huius enim puritas habuit integritatem, quia fuit virgo carne et mente. Ambrosius in libro de virginitate: Virgo erat non solum corpore sed etiam mente, que nullo doli ambitu sinceros adulteraret affectus. Habuit perpetuitatem, quia numquam illam puritatem amisit, utpote que a deo sanctificata fuit. Ps. Sanctificavit tabernaculum suum altissimus. Habuit impermixtionem, quia numquam minima impuritas eius puritati se miscuit. Sap. vii. Nichil inquinatum in eam incurrit. Eccli. xxiiii. Quasi balsamum non mixtum odor meus. Habuit transfusionem, quia eius puritas in alios transfundebatur. Et ideo assimilatur mirre. Eccli. xxiiii. Quasi mirra electa dedi suavitatem odoris. Sicut enim odor mirre expellit vermes, ita odor sue puritatis expellebat ab aliis malas cogitationes. Nono habuit gratie accumulate impermixtionem vel timoris vel laboris vel doloris. Timent enim ne aut non sint in gratia. Eccl. ix. Nescit homo utrum odio vel amore dignus sit, aut ne cadat a gratia. i Cor. x. Qui se existimat stare videat ne cadat. Istam admixtionem timoris virgo beata non habuit, quia certa erat et se gratiam habere et se ab illa cadere non posse. Habuit etiam admixtionem laboris, quia cum sensualitas rationi repugnet, oportet sanctos viros multum laborare, carnem suam et sensualitatem edomando et rationi subiugando. Sic laborabat ille qui dicebat i Cor. Castigo corpus meum et in servitutem redigo. Istam autem talem admixtionem laboris beata virgo non habuit, quia nullos motus contra rationem umquam persensit. Bernardus de ea dicit: Hostes impugnationis non pertulit, incentiva carnis non toleravit, caput serpentis contrivit, non fugiens expavit. Habuit etiam sancti viri admixtionem doloris ex eo quod multos defectus habere se vident. Bern.: Omnia illi desunt qui nil sibi deesse putat. Istum dolorem beata virgo non habuit, in qua nullus defectus gratie fuit. Eccli. xxiiii. In me omnis gratia vite et veritatis. Decimo habuit gratie impermixte confirmationem sive confirmationem. Ideo quippe in gratia confirmata fuit quod ab ipsa cadere non potuit, quia sapientia divina fortissimis columnis eam vallavit. Prov. ix. Sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem. Iste septem columne sunt tres virtutes theologice et quattuor politice, quibus ipsa vallata fuit. Ipsa quidem fuit vallata virtutibus theologicis, scilicet fide. Luc. i. Beata que credidisti etc. Spe. Unde cantatur: Et spes nostra salve. Caritate. Unde dicitur reclinatorium aureum. Sic habetur Cant. iii. Ipsa enim fuit dei filio reclinatorium, quia in ea requievit, et aureum, quia caritate plena fuit. De hiis tribus columnis eam vallantibus dicitur Eccli. xxiiii. Ego mater pulchre dilectionis, ecce caritas. Et agnitionis, ecce fides. Et sancte spei, ecce spes. Habuit etiam quattuor alias columnas, scilicet

quatuor virtutes pollicitas. ipsam val-
lantes. Prima fortitudine cui dicitur fimbriata
est. Bernardus in via dei tior oportet for-
titudine in via seculi debilitate. Prover.
xiiii° In timore domini fiducia forti-
tudinis. Ibi. Ex probata est. fuit virtu-
dis virginalis. quia non est perturbata. fuit
fortitudinis. Et tacuit et cogitavit fuit
prudentie. Hanc columnam fortitudinis
Eva non habuit. quia mox a serpente
victa fuit. Secundo habuit columnam tem-
perantie. Quod notatur in hoc quod dicit virum
non cognosco. Nobilissima enim species
virginitatis est temperantia. Eva fuit intem-
perans. quia comedit et concupiscentiam sensit.
Hec autem abstinens fuit et a gula et a con-
cupiscentia. Tertio habuit columnam iusticie.
in hoc quod humilitatem et obedientiam servavit.
humilitas enim est pars iusticie. Math. iii°.
Sic decet nos implere omnem
iusticiam id est humilitatem. Obedientia etiam
est pars iusticie. Iuxta illud Ethicorum
v°. Iustum est subditum esse deo. Ipsa
igitur et habuit humilitatem. tunc dixit Ec-
ce ancilla domini. Et habuit obedientiam
tunc submisit consensum in verbum tuum.
Hanc iusticiam Eva non habuit. quia et contra
deum superbivit. et mandatum ipsius o-
bedire contempsit. Quarto habuit columnam
prudentie. et ideo dicitur Cogitabat qualis
esset ista salutatio. quod fuit magne pru-
dentie. et ideo se in domum dei edificavit.
Eva autem fatua fuit. quia non cogitavit
qualis esset ista suggestio. et ideo se
et totam suam posteritatem habitaculum dei
destruxit. Prover. xiiii° Sapiens mulier
edificat domum suam. insipiens quoque
constructam manibus destruet. Quinto habuit
gratie consumate consummationem. Quia vero
deus dat mensuram glorie secundum quantitatem hu-
militatis et gratie. manifestum est. quod deus
magestate glorie eam contulit. qui in hoc modo
immensam humilitatem et gratiam habuit.
Ipsa enim fecit se omnibus infimam. tunc di-
xit Respexit humilitatem ancille sue.
Fecit se omnibus servam ut et Elizabeth in
partu serviret. Fecit se mente et corpore
mundam. et matrem salutis fidelem ministram.

Cap. xxiiii° In habitatione sancta id est mente
mea munda et pura. in qua ipsa habitavi
coram ipso ministravi. Bernardus Ipsa exalta-
ta meruit quantum ad locum. quantum ad offi-
cium. quantum ad subiectum et quantum ad ob-
sequium. Quia enim fecit se omnibus infi-
mam. exaltata est quantum ad locum. quia que
recubuerat in novissimo loco. vocata est
a deo. et ascendit superius super omnes
choros angelorum. usque ad dexteram filii sui. iii°
Regum ii° Positus est thronus matris
regis. que sedit ad dexteram eius. Quia fe-
cit se omnium servam. exaltata est quantum ad di-
gnitatis officium. Commissum est enim sibi of-
ficium illuminandi. et sanctos qui sunt in pa-
tria lumine perpetue claritatis. et sanctos qui
sunt in via lumine veritatis. De hac du-
plici illuminatione dicit Bernardus. Marie pre-
sentia totus illuminatur orbis. adeo ut et
ipsa celestis patria clarius rutilet virginee
lampadis illustrata fulgoribus. Quia fecit
se mente et corpore mundam. exaltata est
quantum ad totum suum subiectum. quia sicut in
corpore glorificata est. Prover. ult. Bissus
et purpura indumentum eius. Per bissum
que est vestis candida signatur gloria anime
purpura que est vestis regalis. signatur gloria
corporis. secundum quod ex regia stirpe descendit.
Quia fecit se matrem salutis fidelem mi-
nistram. exaltata est quantum ad collatum
obsequium. Cohors enim tota curie celestis
ei obsequitur. ipsam veneratur et comitatur.
Unde dicitur in Cant. secundum interpretationem aliam.
Sicut dies veris circumdabant eam flores
rosarum et lilia convallium. Per flores rosarum
intelliguntur ordo apostolorum et martirum. qui fue-
runt pro christo sanguine rubricati. et lilia con-
vallium intelliguntur puritas angelorum munditia
confessorum. et castitas virginum. De
his omnibus dicitur in psalmo Astitit regina.
Hoc quantum ad exaltationem officii. Ergo
enim est regine curia superiorem. dando
celestes illuminationes. et curia inferiore
dando copiosas misericordias. A dextris
tuis. hoc quantum ad exaltationem loci. In ve-
stitu deaurato. hoc quantum ad exaltationem
subiecti corporis et anime. Vestis et corpus est
vestimentum anime et anima est vestimentum
dei. Circumdata varietate. hoc quantum ad exal-

tatoem sibi impensi obsequii Septio
fluit gratie remuneratie emanatoem
sive diffusioem Ipa em mo effundit
super nos aquas celestium graciarum
Aqua em consuevit emanare et diffundi
multis de causis primo propter nimia re-
pletoem sicut patet in flumine quod qui
nimis replet statim diffundit Sic
et ipa beata virgo quia nimis de gratia
dei repleta ideo de sua plenitudine
nobis diffundit Eccl. xxiiii In pleni-
tudine sanctorum detencio mea Quilibet
vas plenum si quoquo modo move facile
le effundit Eius plenitudinem sensit
infernus qui spoliatus fuit sensit terra
que mortuos reddidit sensit celum quod
se aperuit senserunt angeli qui sunt
reparati senserunt patres qui sunt in lim-
bo quia sunt erepti senserunt iniusti
quia sunt sanctificati iustificati Secundo
aqua diffunditur ex violentia ventorum
impulsione sicut patet in mari quod qui
ventorum violentia impellitur intu-
mescit atque diffunditur Ventus quidem
australis calidus per quem spiritus sanctus
sic eius mentem impleuit quod ipsam
quodammodo ad misericordiam impellit Ymo
tanta est violencia istius venti in eius
corde quod flumine impetuosum ex ipa
exire facit quod civitatem dei tam celeste
quam terrestrem ad leticiam spiritualem movet
Ps. Fluminis impetus letificat ci-
vitatem dei Iste ventus australis facit ef-
fluere in ortum sancte ecclesie aromata
omnium graciarum Cant. iiii Surge aquilo
et veni auster et perfla ortum meum
et fluent aromata illius Tercio aqua fluit
per nimia ebulitoem sicut patet in vase bul-
liente Ignis quidem spiritus sancti eius mentem
sic impleuit quod ipsam tota ebullire
fecit Et ideo de ipa sua ebullitione
ad nos descendit unde potest dicere illud Ier.
xx Factus est in corde meo quasi ignis
exestuans claususque in ossibus meis et
defeci ferre non sustinens Quarto aqua
fluit propter vasis concussioem Si enim
situla commovetur effunditur aqua Situla
est virgo beata omni gratia plena quam
siquis aliquo motu devocionis tetigerit
mox graciam sibi sua effundet Num.
xxiiii Fluet aqua id est gratie habunda-
tia de situla eius id est de beata virgine
que est situla dei Sicut vas plenum si quo-
modo motum facile effunditur Quinto
fluit aqua propter vallium depressioem
Flumina enim si invenit aliquas fossas
vel loca depressa mox se ibi diffundit
Loca depressa sunt corda humilia que
beata virgo replet aqua gratie salutaris
Ps. Qui emittit fontes in convallibus
id est graciam suam prestat humilibus Sexto
aqua fluit propter lune virtuosam operacionem
Nam secundum Ambrosium luna est dominatrix
maris quia per accessum lune spiritualem
fluxus et refluxus maris diminuuntur
et augmentantur Luna est virgo beata
dominatrix maris quia ipa est fons omnium
graciarum Omnia enim flumina graciarum
in ipam intraverunt et tamen per aliquam
elacionem non redundauit sed semper humilis
fuit Eccl. i Omnia flumina intrant
mare et mare non redundat Huius
lune accessus spiritualis sunt eius merita
atque suffragia Ab ipa igitur procedunt
fluxus graciarum dum gracias nobis effundit
procedunt et refluxus dum omnia ad deum
nos refundere facit per recognitionem
sue graciarum actionem Eccl. i Ad locum
unde exeunt flumina revertuntur ut iterum
fluant

# Afferam panxil-
# lum aque et

lauetur pedes vestri
et requiescite sub arbore ponamque buc-
cellam panis et confortetur cor vestrum Gen.
xviii Verba ista dixit Abraham tribus
angelis sedens in hostio domus sue in
feruore diei Abraham qui pater
multorum interpretatur significat Christum qui est pater
omnium per creationem sed paucorum per redemptio-
nem et iustorum per adoptionem Domus
eius ad quam venit est iste mundus Joh. i
In propria venit Hostium huius domus
est mors Nam Christus per mortem exivit de
domo mundi et intravit in domum celi Su-
per hoc in hoc hostio stetit id est viam

morti esset. et hoc in feruore dei i in
mutabili amore consumati. tunc dixit
angelis i. aplis ministris suis. Afferte
pelluum aq. Istud hostiu i. iste fer
uor ondit Joh xiij. Sciens ihc quia
uenit hora eius. ut transeat ex hoc mundo
ad patrem. ecce hostiu. Cum dilexis-
set suos qui erant in mundo usque in finem
dilexit eos. Ecce feruor dei. Ut uo
premissa ria nobis melius pateat. Nota
est. qm xpus cum angelis suis i. cum
aplis suis cenam fecit. In qua quatuor
genera ferculorum nouit pui q ipse ap-
posuit. s. cum medicamentu. sacrm et do
et documentum. Primo enim posuit cibum hu-
militatis in pedum ablutione. cum dicit
Affer pauperil. aq. et la. pe. uit. Scdo
medicamentu pietatis in sua medicina
la passione. cum dicit. Et requiescite sub arbo-
re. Tercio sacramentu caritatis i. sui corporis
et sanguinis oblatione cum dicit. ponamque buc-
cella panis. Quarto documentum uitutis
in sermonis sui dulci allocutione. cum dicit
Et confortate cor uiri. Primo ergo posuit
in hac cena primum ferculum. s. cibum hu-
militatis in pedum ablutione. ubi ipse
dixit. Exemplum enim dedi uobis. etc.
Super quem locum dicit Aug. Didicimus
fieri humilitate ab excelso. faciamus inuice
humiles. qd excelsus fecit humiliter. nec
dedignetur facere homines. qd facere dignatus
est xpus. lauit ergo xpus discipulis
pedes. non tantum corporales. sed etiam
spirituales. et hoc quadruplici aq. q in presenti
euangelio notatur. s. sacramentali. figura-
li. spirituali et celesti. Aq sacramentalis
est aqua baptismi. qua apli fuerunt ab-
luti. De qua dicit dominus. Qui lotus
est non indiget. nisi ut pedes lauet.
ubi dicit glosa. Ex hijs uerbis intelligimus
baptisatos aplos. et si non legamus ubi
uel qn. Ista aq baptismali nos omnes
sumus abluti. et in dei filios regnati.
Joh j°. Dedit eis potestatem filios dei
fieri. Sed tamen ab ista filiatione sepe ob
uadunt. dum innocentiam baptismalem
amittunt. legitur Exo. xij°. qm in egipto
sunt mortui omnes primogeniti. et re-
mansit nulla secundo geniti. qui tamen se-

geniti sunt postmodum in mari rubro
submersi. et oportuit ut loco eorum nasce-
rent tercio geniti. Primogeniti dei sunt
illi qui in baptismo regnantur. q ex prima
generatione spirituales. sed tamen fere omnes ista pri-
mogeniti moriuntur dum innocentiam ba-
ptismalem amittunt per culpam actualem. et
oportet ut secundo geniti nascantur. q quidem
generatio fit per penitentiam. quia sicut
dicit Jeroni9 penitentia est secunda tabula post
naufragium. Deus igitur qui multos fecit
hic primogenitos. multos tamen hic secundo geni-
tos. quia licet fere nulli sit. qui conseruet
innocentiam baptismalem. Multi tamen hodie
sunt qui ad eandem redeunt per penitentiam saluta-
rem. quos tamen deus non spernit. sed in filios
suos admittit. Sicut deus non priua-
bit bonis. qui ambulant in innocentia.
Ita non priuabit bonis eos qui ambulant
in penitentia. Sed de quo valde gemendum est
nulla cauda secundo geniti submerguntur. uel
aquis delicijs per intemperanciam. uel in
aquis dolorum per impacientiam. Tales
aut qui deus primogeniti erant per innocen-
tiam et secundo geniti per penitentiam. pereunt deo tercio
generati. Et hoc solum per dei misericordiam et benig-
nitatis eius sine ulteriori generatione non pereunt.
Et io oportet ut ad dei misericordiam et benigni-
tate recurrat. Roman ij°. Ignoras quoniam
benignitas dei ad penitentiam te adducat.
Aqua figuralis fuit illa. de qua dicit
misit aquam in peluim et cepit lauare
pedes discipulorum. Illa enim licet lotio. lic-
et fuit corporalis. fuit tamen maxime figu-
ralis. Per hoc enim figurabat. qm pedes
nostros i. affectus sepe lauare debemus a
puluere terrene cupiditatis. Homo enim est val-
de pronus ad congregandi pulueres concupiscen-
dos. Et racio est. quia homo est puluis
in natiuitate. in uita. et in morte. Nam
de puluere fuit conditus. et est in puluerem re-
soluendus. et pulueream habet corpus. Gen iij°.
Puluis es. ecce quia de puluere conditus.
et in puluerem ibis. ecce qr in puluerem
resoluendus. Eccli xviij°. loquitur ad
dominum nemo cum sis puluis et cinis. ecce
quia puluereum habet corpus. Quia igitur
homo totus est puluis. et simile appetit simile
Ideo homo sic pronus est magne attencione

v quodamō videt̃ tiasuc in s̃taz pul-
ueris. Ideo cito ipē puluis ē lauādus
ꝛ ēpurgandus. Si em̄ puluis terene
cupiditatis diu inheserit menti. transit
quodamō in s̃ctatam mentis. quia sic
dicit Aug᷒. Talis est vnusquisqꝫ sic
sua dilectio. s. diligis deum. deus es.
Si terram diligis. terra es. Et iō amor
cupiditat᷒ inest menti auari ꝑ modū
forē s̃balis. nō accidetalis. q̄ tpalia
nō ꝑut si adesse vel abesse. sꝫ subie-
cti corrupcione. quia si assunt inde me᷒
eius corrupit᷒ per supbiā. Vn̄ aplē
loquens de diuitib᷒ dc̄ .i. Thi. vlt̄. Di-
uitibus huius s̃cli precipe nō sublime sape
vbi dicit Aug᷒. Quia diuitis diuiciarū
est supbia. Si vero absunt/ inde mens
eius corrupit᷒. ꝑ impaciēciā. Eccl. v°.
Diuicie ꝯgregate in malum domini
sui/ perierunt em̄ in afflictione pessima.
In sctis autē dei amor tpaliū non
inest ꝑ modum forē s̃balis. sꝫ accide-
talis. quia si assunt/ inde mens nō corrum-
pit᷒ per supbiam. ꝛ si absunt. nō corrū-
pit᷒ per impaciēciam. Talis erat mens
Apli. qui dicebat Phil. iiij°. Scio ha-
bundare. scio ꝛ penuriā pati .i. si habundo
scio ibi h̃re tpanciam/ si penuriam
pacior. scio ibi h̃re paciēciā. Aqua
spualis est aqua ꝯpunctionis. De qua dicit
Et vos mundi estis. sed non omnes.
Non em̄ hac intelligit᷒ de locōne sacra-
metali .i. bap̄mi/ quia illa locōne omnes
erant abluti. Nec de locōne mali/ quia
om̄ pedes erant abluti. ymo etiā Iude.
Sꝫ intelligit᷒ de locōne ꝯpunctionis. q̄ quide
Iudas mundatꝰ nō erat. Et ideo dixit
Vos mundi estis. sꝫ nō omnes. Ista est
aqua de qua dicit᷒ Ezech. xxxvj°. Effun-
dam sup vos aquā mundā ꝛ munda-
bimini ab omnib᷒ inquinamētis vestris
ꝛ ab vniu̅sis ydolis vris mundabo vos
ꝛ auferam a vob᷒ cor lapideum. ꝛ dabo
vos cor carneū ꝛc̄. Spus em̄ sctus
dicit᷒ aqua munda/ quia h̃z virtutem
refrigeratiuā. fecundatiuā/ ꝛ mundifi-
catiuā. Ista aq̄ mundat nos ab omnib᷒
inquinamēt᷒ nris/ de quib᷒ inquinamēt᷒
dicit᷒ Iob vij°. Induta ē caro mea pu-
tredine ꝛ sordib᷒ pulueris. cut᷒ mea a-

ruit ꝛ ꝯtracta est. Inquinat᷒ em̄ homo
putredine luxurie/ ꝛ iō dicit in ꝑsona
peccatoris. Induta est caro mea putredi-
ne. Inquinat᷒ puluere auaricie. Et ideo subdit
Et sordibus pulueris. Inquinat᷒ ꝛ defor-
mat᷒ ariditate sibie. Et ideo subdit
Cutis mea aruit ꝛ ꝯtracta est. Sibia
em̄ facit cor aridum. Iux᷒ id Eccli. vj°.
Non te extollas in cogitacōe anime
tue velut thaurꝰ. Et subdit᷒. Et reli-
quaris velut lignū aridum in heremo.
Ab isto triplici inquinamento nos aq̄
ꝯpunctionis mundat. Qua triplice emundac̄oz
faciendam Aplus monz .s. ij Cor. vij.
Mundemus nos ab omni inquinamēto
carnis. ecce mundacō a putredine luxu-
rie. Et spus. ecce mundicō ab aridita-
te ꝛ deformitate sibie. ꝑficientes sancti-
ficacōem in timore dei. Ecce mundacō
a puluere auaricie. Sacrum em̄ id est
q̄ agios .i. sine terra. Mundat etiā ab o-
mnib᷒ ydolis nris. Quarꝫ h̃t vnū᷒
ꝑ ydolo suo Col. iij°. Auaricia q̄ ē ydolor᷒
s̃uitus. Osee viij°. Argentū suū ꝛ aurū
suū fecerunt sibi ydola vt interirent.
Gulosus h̃t ventrem ꝑ ydolo suo. Phil.
iij°. Quorum deus venter est. Multi
etiā peccatores h̃nt dyaꝰ ꝑ ydolo suo.
Ieronimꝰ. Totiens dyabolo genuflectimꝰ
quociescūqꝫ peccamus. Idem. Sicut iustꝰ
flectit genua sua deo. sic peccator flectit
dyabolo/ h̃z etiā quilꝫ singulare pecca-
tum quo peccat ꝑ ydolo ꝛ ydol᷒ ꝑ deo
suo. Ieronimꝰ. Qui fornicator est. libidi-
ni flectit genua. Qui furiosus flexos
adorat ira genu. Mamona suspirat
ꝛ deus huius venter est flectit genu aua-
ricie ꝛ luxurie. Istum autē spm̄ nouū
ponit deus in medio nri. Quidam
em̄ h̃nt spm̄ istum in orificio cordis
sicut sepe recidiuantes. Quidā in fun-
do cordis. sicut btī ꝛ celestes. qui nūꝙ̄
ꝑnt vltra spm̄ euacuari. Quidā h̃nt
in medio cordis sicut iusti ꝛ ꝑseuera-
tes. Nec q̄a h̃nt in orificio in eo eua-
cuent᷒. Nec h̃nt in fundo. q̄a euacuari
ꝑnt/ ponit autē duplice duram cordis
s. nouū carneū ꝛ lapideū. Cor nouū
h̃ent/ qui nouū hominem sunt induti
Eph. iiij°. Induite nouū hominem. qui

sedm deum creatum est. Cor carneum
sunt qui sunt tractabiles et mansueti
qualis erat qui dicebat Je. xj°. Ego quasi
agnus mansuetus qui portatur ad victi-
mam. Cor lapideum sunt qui sunt indu-
rati et obstinati. De quibus Romanos ij°. Secundum
duriciam tuam et impenitens cor tuum
thesaurizas tibi iram in die ire. Hec igitur
aqua sancti dicitur aqua munda quia
totum hominem innovat. Dum sic ab
omnibus inquinamentis et ydolis mundat.
Tunc spiritum novum in medio cordis col-
locat. Dum cor lapideum aufferens cor
novum et carneum creat. Aqua celestis
prius scilicet celestis fuit illa que de Christi corpore
emanavit. quia quidem apostoli non solum
carnem mundat. sed etiam conscientiam solet mun-
dandi. De qua dicit Christus Si non lavero te aqua
scilicet et sanguine mee passionis, non habebis
partem mecum. De ista locutione dicitur
Apoc. vij°. Laverunt stolas suas et dealba-
verunt eas in sanguine agni. Cuius autem
sanguis de natura sua habet inquinare. san-
guis autem Christi habet dealbare, et quoniam
ad hoc non habet virtutem sanguinis, sed la-
ctis. lac enim est sanguis secundum in uberibus
excoctus. Sanguis autem Christi bis fuit exco-
ctus scilicet in corpore suo et in corde nostro.
In corpore quidem suo. fuit excoctus igne
amoris. De quo igne dicit Luc. xij°. Ignem
veni mittere in terram etc. Tanta quidem
vehementia amoris cor eius estuabat
quod eius sanguis vehementer ebulliebat.
Et hec ebullicio maxime fuit in cruce.
Tren. O iudei lapides estis. sed lapide
patris molliore de quo resonat fomitem
caritatis et ebullit oleum pietatis.
Tam vehementer autem eius sanguis e-
bullivit quod aperto eius latere cum impetu
emanavit. Sicut accidere solet in val-
de vehementer ebulliente vase. ubi pre
nimio ebullicionis impetu aqua foris
provolabitur. Et quantum ad istam primam
decoctionem sanguis eius factus est am-
plius rubicundus. Secundo decoquitur sanguis
Christi in corde nostro. ubi sunt ubera scilicet intel-
lectus et affectus. Debet autem excoqui in u-
bere intellectus per meditationem. Ps. In me-
ditatione mea exardescit ignis. Et in
ubere affectus per devocionem. Ideo papi
Exo. xij°. Et carnes agni comedant

asse igni. Carnes enim asse sapide sunt
propter quod significatur quod passio Christi in corde nostro debet
esse sapida vel cum sapore devocionis
habenda. Et sic sanguis Christi excoctus secundum
in ubertatem cordis nostri in lac convertitur quo
quasi sacramentum anime dealbatur. Et sic
ex prima coctione factus fuit amplius
rubicundus. sic ex ista secunda totus factus
est candidus et rubicundus. Ut verum sit id
quod dicitur Can. v°. Dilectus meus candidus
et rubicundus. Sexto ponitur medicamen-
tum pietatis in sua mediatione passionis
quam ipse hodie inchoavit. cum dicitur Et
requiescite sub arbore scilicet crucis et dominice
passionis. humanum genus olim la-
borabat et fatigabatur in tribus scilicet in ope-
randis in diligendis et in cognoscendis.
labor in operandis turbatur a timore ma-
le humiliante. labor in diligendis
turbatur ab amore male inflammante. la-
bor in cognoscendis turbatur ab errore male
excecante. De hiis tribus dicitur Sap. v°.
lassati sumus in via iniquitatis et perdicionis
et ambulavimus vias difficiles. hoc refertur
ad laborem in operandis. viam autem
domini ignoravimus. hoc refertur ad laborem
in cognoscendis. Quid nobis profuit superbia
aut iactantia diviciarum quid contulit nobis.
hoc refertur ad laborem in diligendo.
Sed contra istos labores et lassitudines debemus
requiescere sub arbore crucis quia ibi in-
venimus fortitudinem contra timorem ma-
le humiliantem. hoc significatum est iij°. Reg.
xix°. ubi dicitur quod Helias fatigatus
proiecit se sub umbra iuniperi. et cum
comedisset tantam recepit fortitudinem
quod ambulavit usque ad montem dei Oreb.
lignum iuniperi secundum quod dicitur carbones prune
sumus eius fugat serpentes, et sic lignum
crucis quod sua virtute fugat demones
qui nobis malum timorem induxit. sed
arbor crucis fortificat nos et securos
facit. Aug. Si fluxus temporalium rerum
trahat te in preceps tene te ad li-
gnum quod plantatum est secus decursus aque
Invenimus etiam sub ista arbore refrige-
rium contra amorem male inflammatem hoc
signatum est Jone iiij°. ubi dicitur quod
Jonas contra estum sub edera requievit
et ibi refrigerium invenit. Et etiam

Ysidorus dicitur ab adherendo vel ab odio quia eius late odio in cesta dari consuevit Hic cera radix potius durissimas prestat. Per quod datur intelligi quod passio Christi debet adherere cordi nostro per recordationem. Treni iii° Recordare paupertatis mee transgressionis absinthii et fellis. Debet nos pascere per devotionem Joh. vi° Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Debet corda saxea penetrare per contritionem. In huius signum scisse sunt petre in sua passione. Invenimus sub ista arbore virtutis cognitionem quod eum rem expectantem hoc signatum est Luce xix° ubi dicitur Zacheus arborem sycomori [?] meruit videre et cognoscere ascendit. Succus sycomori morsus venenatorum sanat quia sanguis Christi sanat a morsibus demonum qui sunt temptatores vitia et peccata quibus hominem excecant Mt xxvi° Hic est sanguis novi testamenti qui pro multis effundetur. Item ista arbor vocatur in ymno arbor decora. arbor fulgida. arbor ornata. Arbor decora quia animam decorat quo ad operanda. Fulgida quia animam illuminat quo ad cognoscenda. Ornata quia animam ornat quo ad diligenda. Tercio posuit in hac cenaculi [?] saltem sacramentum scilicet caritatis in sui corporis et sanguinis consecratione. cum dicitur ponatque buccellam panis. Iste panis in archa [?] virginalis manu spiritus sancti fuit formatus. De hoc panis. scilicet antiqua nova et eterna. Antiqua farina fuit eius caro. de altitudine humane nature sumpta. que fuit immunis ab omnis culpe et dotata candore innocentie. Unde dicitur Joh. iii° Qui de celo venit super omnes est. Non quod de celo corpus illud venit secundum glossam sed quia hoc ad immunitatem culpe de altitudine humane nature assumpsit. Farina nova fuit eius anima beata omni gratia repleta De qua dicitur Joh iii° Non ad mensuram dat deus spiritum. legitur enim Judicum vi° quod ros celestis vellus implevit et vellus expressum concham adimplevit. Similiter ros gratie concham adimplevit i. beatam virginem. Ipse enim ros adimplevit arcam [?]

[?] Farina eterna est ipsa divinitas que est fons omnium gratiarum. Hec signata sunt Gen. xviii° ubi dixit Abraham Sare i. deus pater sue summe sapientie. Accelera tria sata simile commisce et fac subcinericios panes. Simila sit corporis et anime et deitatis comunitate. Et dicuntur tria sata. quia ibi est corporis puritas Anime sanctitas et deitatis claritas eternus. Christus sit ut panis subcinericius sub cineribus mortalitatis decoctus. Et dicitur accelera quia corpus eius non successive sed in instanti fuit formatum. Iste panis iste est ille de quo legitur iii° Reg. xix° Respexit Helyas et ecce ad caput suum subcinericius panis. Nam iste panis et est candidus quo ad animam puram. Et est subcinericius quo ad carnem mortalitati subiectam. Et est ad caput positus quia ista duo scilicet caro et anima deitati in unitate persone sunt coniuncta. Quia sicut dicitur i Cor. xi° Caput Christi deus est. Iste panis sic formatus postmodum fuit triplici igne excoctus scilicet igne doloris et passionis quo ad farinam antiquam i. carne sua. Ps. Ossa mea sicut cremium aruerunt. Si ossa fuerunt arida ergo pellis consumpta et caro consumpta. Quam cum cremium a ardore igne consumptum et omni humore evacuatum. Sic caro Christi fuit ardore Christi combusta et omni sanguine evacuata. Fuit ex iste panis coctus igne amoris et hoc quo ad farinam novam i. animam beatam que tota fuit igne amoris excocta adeo ut propter vehementiam amoris traderet in morte animam suam Joh. xv° Maiorem hac caritatem nemo habet ut quis animam suam. Fuit insuper coctus igne deitatis et hoc quo ad farinam eternam. De quo igne dicitur Heb xii° Deus noster ignis consumens est. Isto igne deitatis iste panis fuit totus coctus et totus plenus [?] sicut dicitur Col ii° In ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter i. vere non umbratice. sine fictione. Postquam iste panis sic fuit formatus atque coctus fuit missus et quodammodo in quinque frusta divisus ut per ipsa quinque vulnera sive frusta tolleret per[?] hominis quinque damna Ysag[?]

panis fractionem petierunt patres ve-
teris legis · sed non habuerunt Tre. iiij°. par-
vuli petierunt panem et non erat qui fran-
geret eis / confregit autem nobis hunc panem
filius dei in cruce in quinque frusta .i. vul-
nera · ut videlicet per illum vultus sui fu-
sum nos patri reconciliaret. Ro. v°.
Cum enim inimici essemus reconciliati
sumus per mortem filii eius Secundo ut ce-
lestem ianuam aperiret / Heb ix°. per
proprium sanguinem introivit semel in
sancta / Unde Augustinus sanguis Christi clavis est pa-
radisi. Item flammea illa rumphea et fo-
ribus presidencia cherubyn · est extincta
et reserata sunt sanguine / tercio ut solveret
patres qui erant in limbo · unde edu-
ceret Zach. ix°. Tu quoque in sanguine
testamenti tui emisisti vinctos tuos
de lacu in quo non erat aqua. Quarto
ut ruinam angelicam repararet / ps. Iudi-
cabit in nacionibus scilicet demonum / et ex
hoc implebit ruinas scilicet angelorum Col.
i°. pacificans per sanguinem crucis · sive que
in celis sunt scilicet angelos · sive que in terra
scilicet homines Quinto ut ad amorem
sui omnes totaliter inflamaret · et
ad bonum animaret / Heb xii°. Recogi-
tate enim · qui talem sustinuit a pecca-
toribus adversum semetipsum contradictionem
ut non fatigemini animis vestris deficien-
tes hoc signatum est in Macha vi°. ubi
dicitur quod ostenderunt sanguinem uve et
mori ad acuendos elephantes ad pre-
lia / Christus est uva nata de vite .i.
de virgine maria / in passione tamen fuit ni-
ger instar mori / cuius nimirum .i. sanguis
in torculari crucis expressus · omnes a-
nimat et inflamat / Postquam iste panis
est formatus · coctus et incisus non restat
nisi ut manducetur / Huius autem panis
manducacio triplex est · scilicet sacramentalis
tantum · spiritualis tantum / sacramentalis
et spiritualis simul Sacramentaliter tantum
manducat ipsum mali · sicut et Judas
ipsum sacramentaliter manducavit / qui
sacramentales formas recepit De ta-
libus dicitur i Cor xi°. Qui manducat et
bibit indigne iudicium sibi manducat
et bibit Item ibidem Quicunque mandu-

cavit panem hunc et biberit calicem domini
indigne · reus erit corporis et sanguinis
domini Glo. .i. mortis Christi reus quod dabitur
acsi Christum occiderit punietur Spiritualiter
vero manducat ipsum boni · qui sacramentum
articulo necessitatis non contemptu religionis
excludit Et hic modus manducandi per fidei
devocionem et gracie infusionem De qua
manducacione dicit Augustinus / Ut quid paras
dentem et ventrem · crede et manducasti /
Spiritualiter et sacramentaliter manducat ipsum
boni · qui ipsum panem manducant · et quan-
tum ad sacramenti percepcionem et quantum
ad gracie collacionem De qua manduca-
cione dicit Joh. vi°. Qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem habet vitam
eternam / Sexto posuit in hac vita gra-
tum facili scilicet de amenitate viriditatis · sui
sermonis dulci allocucione · ut dicitur Et con-
fortet cor vestrum Sermo enim dei hic con-
fortatur cor Sicut enim sensus corporales
delectantur et confortantur in suo obiecto con-
venienti et delectabili Ita sensus spirituales de-
lectantur in verbo dei Verbum enim dei
est sicut res colorata delectans et confortans
spiritualem visum Visus autem corporalis
maxime delectatur et confortatur in colore
viridi Eccli. xl°. Graciam et speciem deside-
rabit oculus et super hec virides sationes.
Color enim viridis est quasi medius inter
album et nigrum Natura autem talia
media delectatur Verbum autem dei assimi-
latur folio virenti Jeremie xvii°. Benedictus
vir · qui confidit in domino Et infra
Erit folium eius viride Sicut enim per fru-
ctum intelliguntur opera, sic et per folia intel-
liguntur verba Iste igitur color scilicet viridis
est medius inter album et nigrum / per album
intelligitur claritas celestis. Et per nigrum
obscuritas infernalis Inter ista duo sermo
dei tamquam medius procedit / quia nititur nos
ducere ad amorem celestium · et ad timorem
eternarum penarum / Septimo verbum dei
est sicut res odorifera confortans et delec-
tans spiritualem olfactum Prov. xxvii°.
Unguento et variis odoribus delectatur cor; et
bonis amici consiliis anima dulcoratur
ij Cor ij° Deo autem gracias qui odo-
rem sue noticie manifestat per nos
in omni loco Odor autem rei noticie

aliquando exhalat et sentitur per comparacionem
sicut patet in thure Ecclesiastici l. Quasi
ignis effulgens et thus ardens in igne.
Aliquando per contricionem sicut patet quando aroma-
tica tonduntur. Unde spiritus anime fra-
grancia sponse dicitur Cant. iii(o) Que
est ista que ascendit per desertum sicut
virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris et
universi pulveris pigmentarii. Aliquando ex
revelacione sive apercione sicut patet
quando unguenta in vase clausa reve-
lantur. Unde dicitur Joh. xii(o) Ex fracto
alabastro domus repleta est ex odo-
re unguenti. Tunc igitur sermo dei
valde redolet quando in affectu predica-
toris comparatur per amorem et intellectu con-
teritur per meditacionem. et in vita mani-
festatur per honestam conversacionem et tunc potest
dicere cum ipso apostolo ii Cor. ii(o) Christi bonus
odor sumus in omni loco. Tercio verbum dei
est. sicut res melliflua. confortans et
delectans spiritualem gustum. Act. ix(o)
dicitur de paulo. Cum accepisset cibum
non tantum corporalem sed eciam spiritu-
alem confortatus est. Dan. xi(o) loquere
domine mi. qui confortasti me. Ps. Quam
dulcia faucibus meis eloquia tua super
mel ori meo. Deus autem iste cibus spiritualis
confortat quia animam nutrit in bono
et sanat a malo. Nutrit quidem in bo-
no. Mt. iiii(o) Non in solo pane vivit
homo. sed in omni verbo quod procedit de
ore dei. Non autem nutrit superbos. sed
mansuetos. Non immundos. sed puros. Non
avaros crudeles. sed pios et misericordes.
Mt. vii(o) Nolite sanctum dare canibus
nec mittatis margaritas ante porcos.
Per canes latratores et devoratores intel-
liguntur superbi et avari. per porcos intel-
liguntur luxuriosi et immundi. Tales cibo
verbi dei nutriri non possunt. Hinc est
quod dicit Beda super illud Ps. Qui dat
iumentis escam ipsorum et pullis cor-
vorum invocantibus eum. Eo quod corvorum
pulli sunt primo albi. a parentibus tamquam
degeneres relinquuntur. et rore celesti
nutriuntur. quando autem incipiunt crescere
et nigrescere. a corvis pascuntur. Sic quon-
dam quando est pura per humilitatem. et

alba per puritatem et a mundo relicta per
paupertatem. a deo pascitur et nutritur. quando
autem incipit crescere per superbiam. et ni-
grescere per invidiam et ad mundum re-
dire per avariciam. a dyabolo nutritur
et pascitur. Quarto sermo dei est sic sono-
rus et dulcis delectans spiritualem au-
ditum. Cant. ii(o) Sonet vox tua in
auribus meis. vox enim tua dulcis. Dul-
cis autem sonus fit tribus modis. sicut Hugo
de sancto Victore scilicet tactu. flatu et pulsu. Ad
vocem pertinet tactus. ad organum flatus
ad cytharam pulsus. Non est igitur mirum
si delectabile est audire verba dei. quia
verba ipsa aut immediate processerunt
ab ore dei. aut et ab ore dei non pro-
deunt nisi dulcia et suavia. Et ideo
dicebat propheta Quam dulcia faucibus meis eloquia tua
super mel ori meo. Et Bonum michi lex
oris tui super milia auri et argenti. Aut procede-
bant ab illis qui sunt organum dei. De quibus
dicit Augustinus in libro de civitate dei
Non sunt contempnenda sed plurimum
reverenda sanctorum corpora. quibus dum ad-
huc viverent. spiritus sanctus quasi quibusdam
organis ad omne opus bonum usus
est. Ipsi enim flatu spiritus sancti repleti verba
dei emittebant. ii Pet. i Non enim
voluntate humana allata est aliquando
prophecia. sed spiritu sancto inspirante locuti
sunt sancti dei homines. Aut quia pro-
cesserunt a Christo in carne apparente.
qui fuit cythara dei. Juxta illud Ps. Exur-
ge gloria mea. exurge psalterium et cy-
thara. Cuius membra velut quedam cor-
da in ligno crucis sunt extensa et
quanto apostolus tangebat ictibus vehemencioribus
tanto dulciorem reddebat sonum. Ista
cythara ad nos venit. et precipue nobis
tetigit et locuta fuit. Hebr. i(o) Multiphar-
ie multisque modis olim deus loquens
patribus in prophetis. novissime diebus
istis locutus est nobis in filio. Quinto
verbum dei est lenis tactus et humanam de-
lectans spiritualem tactum. Tactus enim
corporalis non delectatur circa dura vel mol-
lia. sed circa corpora media. Sic eciam
sermo dei commendat media et reprehen-
dit extrema. Nam reprehendit dolo-

sitatem 2 fatuitate 2 gmedat prudenciam
Petri ij° Erunt in nouissimo tempore cum infantes
tonabiles sine dolo· lac concupiscite Ra-
nabiles dicit contra fatuitatem / sine dolo contra
dolositatem / Reprehendit gulositatem· et
nimia ebrietatem / 2 gmedat tempe-
rantiam / Romanorum xij° Exhibeatis cor-
pora vestra hostiam sanctam / deo placentem
rationabile sit obsequium vestrum In hoc quod
dicit hostiam sanctam· reprehendit gulosi-
tatem In hoc quod dicit deo placentem·
Reprehendit nimiam ebrietatem In hoc
quod dicit rationabile sit obsequium vestrum
gmedat temperantiam / reprehendit nimiam
severitatem 2 nimiam remissionem 2 gmen-
dat iusticiam / Bernardus / Sollicita cir-
cumspectione providendum est· ne aut iusticia
sit rigida· aut pietas sit remissa· Iusticia
iniusticia vel nimia vinculum desistitur
si una sine alia teneatur Sit ergo erga
subditos iudex de erroribus / 2 iuste corri-
gat mitis 2 pie servet disciplinam / Re-
prehendit timiditatem 2 pusillanimita-
tem· 2 gmendat fortitudinem / Psalmo Expe-
ctabam eum· qui salvum me fecit a pu-
sillanimitate spiritus / Ecce pusillanimi-
tas· Et tempestate· ecce temeritas· que
est quedam tempestas·

Qui lotus est non indiget nisi
ut pedes lavet· sed est mundus
totus Iohannis xiij° Innocentius
tercius tractans hoc verbum distinguit
triplex lavacrum scilicet aque sanguinis· 2 lacri-
marum / 2 quodlibet horum dicit esse dupplex
Nam lavacrum aque dupplex est· scilicet aque materialis
2 aque spiritualis / lavacrum sanguinis dupplex
est· scilicet effusi in patibulo· 2 oblati in sacra-
mento lavacrum lacrimarum dupplex est· scilicet
ex oculis ad lamentum· 2 contemplacionis ad sa-
cramentum / Ista autem sex lavacra· ut idem
Innocentius ostendit· in hac die beatissima
inveniuntur Siquidem hodie Christus pe-
des discipulorum lavit / hoc pertinet ad
lavacrum aque materialis· pauperes ablutos
esse ostendit / hoc pertinet ad lavacrum aque
spiritualis passionem suam inchoavit / hoc per-
tinet ad lavacrum sanguinis effusi in
patibulo Corpus 2 sanguinem suum consecravit
hoc pertinet ad lavacrum sacri sanguinis in

sacramento Petrus penitentem 2 flentem
reconciliavit / 2 ecclesiam similiter hoc pe-
nitente reconciliat· hoc pertinet ad lava-
crum lacrimarum lamentum / Prelati ec-
clesias scilicet corpus guttas balsami 2 san-
guinis parasse hodie sudavit ecclesia et
hodie crisma confecit hoc pertinet ad la-
vacrum lacrimarum ex platis ad sacramentum
Ista autem sex lavacra hodie facta la-
vacris prosequitur / Primum igitur lavacrum
est aque materialis· quod Christus discipulorum
pedes lavit· quod quidem fecit in exemplum
sicut ipse ait Iohannis xiij° Exemplum dedi
vobis· ut quemadmodum ego feci· ita 2 vos
faciatis· In hoc siquidem facto instru-
untur· superiores inferiores· ecclesiasticos 2 omnes
Superiores quidem instruuntur ut se ha-
beant ad inferiores· cum diligencia cum
providencia· 2 cum benivolencia / Dili-
gencia ostenditur in hoc quod ipsum negocium
se exercuit diligenter Siquidem vesti-
menta deposuit / linteum accepit se
precinxit· aquam in pelvim misit· pedes
discipulorum lavit 2 extersit Augustinus / Non
solum pedes lavit· sed 2 vestimenta
deponit / lintheum precingit / pelvim
implet· 2 non alium implere misit· sed
omnia operatur ostendens· quod cum omni stu-
dio oportet facere Ex hoc igitur dat exemplum
prelatis· quod diligentes erga subditos
esse debeant Proverbiorum vj° Cum pest in sollici-
tudine / Proverbiorum vj° Fili mi si spopon-
deris pro amico tuo / Tunc prelatus spo-
pondit pro amico suo quando preest subdito
suo spondens ipsum regere 2 fovere· Et sequitur
Defixisti apud extraneum manum tuam
id est pro subditis tuis te apud Christum obliga-
sti· qui est a nobis modo extraneus· quia ipse
est in gloria· 2 nos sumus in miseria
Et sequitur Discurre festina· suscita amicum
tuum etc / Ostendit eciam quod prelati debent
habere providenciam / ut scilicet diligenter
provideat ne pulvis terrenorum nimis
adhereat affectibus subditorum Tunc
enim caput pedes lavat· quando prelatus vo-
2 exemplo subditorum· affectus purgat 2 mun-
dat Sepe autem contingit quod subditi non
lavantur a prelatis Aut quia prelati manus
habent immundas Aut quia subditi nimis

sepe se inquinat. Aut qui sunt psu-
de luto inmersi. Si enim prelati mag
hunt inmundas. pocius inquinat quam lauat
Eccli xxxiiii Ab inmundo quis munda-
bitur. Gregorius Nazanzenus. Mundari primo
oportet et alios mundare. sapientem primo
fieri. et alios sapientes facere. lumen
effici. et ita alios illuminare. accedere
ad deum. et alios ducere ad deum. sancti-
ficari. et ita sanctificare. manus habe-
re tactas et esse recte consilii. et rectum dare
consilium. Quando etiam subditi nimis
sepe inquinatur. difficile mundatur. Eccli.
xxxiiii. Qui baptizatur a mortuo id est
qui lauatur a mortali peccato et iterum
tangit mortuum id est iterum redit ad pec-
catum. quid proficit lauacio eius. ii
Petri ii. facta sunt eis posteriora de-
teriora prioribus. Contigit enim eis id
ii Petri ii. Canis reuersus ad suum
vomitum. et sus lota in volutabro
luti. Ideo dicebat sponsa Cant. v. La-
ui pedes meos. quomodo inquinabo il-
los. Qui etiam sunt luto adherenti
nimis inmersi. vix possunt lauari. immo
contingit eis sicut accidit de latere quod
quanto plus abluitur amplius inquinatur
vnde propheta conquerebatur in persona peccatoris
dicens. Infixus sum in limo pro-
fundi. et non est substantia. Item alibi dicit
David. Eripe me de luto ut non infigar.
Beniuolentiam autem ostendit maiorem
in hoc. quod proditoris pedes lauit. et in
hoc quod illum non publicauit. Et in hoc
quod ipsum tantumdulcat a suo malo proposi-
to reuocare conatus fuit. scilicet per ami-
cum vocando ipsum amicum. Math. xxvi.
Amice ad quid venisti. per hoc reprehen-
dendo ipsum commensalem suum. Math. xxvi.
Qui intingit mecum manum. in para-
pside. hic me tradet. Magnum enim
pudorem Iudas habere debuit. quando in v-
na parapside secum comedebat. et ipsum
tradebat. Per timorem. predicendo ei
eius supplicium. Math. xxvi. Ve homini
illi per quem filius hominis tradetur.
melius enim illi erat. si natus non fuisset
Per obsequii exhibitionem. imper-
dendo ei humilitatis similitudinem. quando ipse
eius pedes lauit. Non enim dedignatus
est illi pedes lauare. cuius manus
prodebat in scelere. Secundo instru-
xit inferiores. qualiter se habere debe-
ant ad suos superiores. et hoc maxime
per verba beati Petri. Beatus quidem Petrus
habuit se ad Christum cum reuerencia. cum
dixit. Domine tu michi lauas pedes.
Crisostomus Manibus tuis cecorum oculos aperuisti
leprosos mundasti. mortuos suscitasti.
habuit se cum humilitate eximia. cum
dixit. Non lauabis michi pedes in eternum
Hugo. Quis non expauescat laua-
ri sibi pedes a filio dei quantus ma-
gne audacie erat contradicere summo do-
mino hominum deo. tamen hoc Petrus fa-
cere maluit. quam pati. ut Christus sibi la-
uaret pedes. habuit se cum prompta
obediencia. cum postmodum dixit. Domine
non tantum pedes meos. sed et manus
et caput. Certamine quodam habuerunt ad
inuicem. humilitas Christi. et humilitas
Petri. tamen minor cessit. In hoc igitur
instruuntur inferiores. ut ad superiores
suos se habeant reuerenter. Phil. ii.
Eiusmodi cum honore habetote. Ut ha-
beant obedienciam et humilitatem. Hebr. xiii.
Obedite prepositis vestris. ecce obediencia
Et subiacete eis. ecce humilitas deuo-
ta. Tercio instruuntur equales ut sibi
inuicem se honorent. Honore inuicem
preuenientes. Roman. xii. Inuicem sibi mi-
nistrent. Gal. v. Per caritatem spiritus ser-
uite inuicem. Inuicem onera porta-
re. inimice presertim sicut. Debitis
duobus dicit Hugo. Inuicem nobis delicta
condonemus. et pro nobis inuicem delictis o-
remus. atque ita quodammodo inuicem pe-
des nostros lauamus. Quarto instruuntur
omnes. Primo ad humilitatem conditionem
Hugo Est enim apud plerosque consuetudo
huius humilitatis. cum se inuicem hospicio
suscipiunt. et faciunt hoc sibi inuicem
fratres in opere ipso visibili. Melius enim mi-
chi est. et sine controuersia verius ut etiam
manibus fiat. nec dedignetur quod fecit Christus
facere Christianus. Cum enim ad pedes fratris
inclinatur corpus etiam in corde ipso vel-

excitat vel si iam incepit consumat humilis
affectus. Secundo ad humanae fragilitatis
consolationem. Hugo. Etiam hoc in baptismo
abluit. sed tamen in rebus humanis postea
linit. utique unde calcatur. Aliqui enim humani
affectus sunt quibus in hac mortalitate non
caret. quasi pedes sunt. ubi ex humanis
rebus afficimur. ut si dixerimus quia peccatum non
habemus. nosipsos seducimus et veritas in nobis
non est. Quotidie ergo lavat pedes nobis
qui interpellat pro nobis. Bernardus. Lotus est qui
gravia peccata non habet. cuius caput id est in-
tentio et manus id est operatio munda est. Sed
pedes qui sunt animae affectiones. dum
in hoc pulvere graditur. mundi esse non
possunt. Tertio ad timoris incussionem.
Bernardus. De minoribus peccatis pia dispensatione
nobiscum agitur. ut non penitus auferantur
sed in illis nos erudiat dominus. ut a
nimia cavere non possumus. semper solli-
citi et timorati simus. ut gratiam non amit-
tamus. quia nobis tamen multiplicat necces-
saria sentimus. Quarto ad divini corporis
dignam susceptionem. Ideo enim prius ille
pedes lavit. et postea corpus dedit ut in-
nuat quod etiam a minimis peccatis affectus
debet abluere qui corpus Christi debet recipere. In
principio quadragesimae ecclesia dixit sancte
tua lava id est a mortalibus peccatis purga. Hic
vero dicit quod pedes sunt abluendi id est af-
fectus a peccatis venialibus emundandi.
Pedum lavacrum est aqua spiritualis. per quam
elemosina figuratur. qua pedes id est pau-
peres sunt lavandi id est refovendi et relevan-
di. Dicitur autem elemosina aqua. quia habet
virtutem extinctivam respectu peccati quod
dimittit. Eccl. iii°. Ignem ardentem ex-
tinguit aqua. et elemosina resistit peccatis.
Item aqua habet virtutem mitigativam. Quia
sicut aqua mitigat forte vinum. sic ele-
mosina fomitem peccati. qui mitigatur per
orationes pauperum pro homine oratum. et ideo
bene dicitur. Elemosina resistit peccatis. Habet etiam
virtutem mundativam. respectu gratiae quam
infundit. Luc. xi°. Date elemosinam et ecce
omnia munda sunt vobis. Habet virtutem
refrigerativam respectu pauperis quem rele-
vat. Job xxix°. Expectabant me sicut
pluviam et os suum aperiebant quasi ad
imbrem serotinum. Habet virtutem fecunda-
tivam respectu bonorum quae augmentat.

in Cor. ix°. Multiplicabit semen
vestrum et augebit incrementa frugum iu-
stitiae vestrae. ut locupletati habundetis.
Item ibidem. In omnibus omnem suffi-
cientiam habentes habundetis in omne
opus bonum. sicut scriptum est. Dispersit
dedit pauperibus etc. Habet virtutem
fructificativam respectu premii quod acquirit.
Ibidem. Qui seminat in benedictionibus
in benedictionibus et metet vitam eternam.
Thob. iiii°. Ex substantia tua fac elemosinam. pre-
mium enim bonum thesaurisas tibi in
die necessitatis. Habet virtutem vivificati-
vam respectu mortis eterne quam evadit.
Thob. Elemosina ab omni morte et peccato li-
berat. et non patietur animam ire ad tene-
bras. Tertium lavacrum est sanguinis
effusi in patibulo. quem Christus effudit
non tantum in lavacrum sed etiam in po-
culum. Nos quidem eramus immundi. Et
ideo de sanguine suo paravit nobis lavacrum.
Eramus sitibundi. et ideo paravit nobis poculum.
Eramus servi et ideo paravit nobis precium
ut liberaremur. Quia ergo eramus im-
mundi paravit nobis lavacrum sive balneum
ut mundaremur. Ps. Asperges me domine
ysopo et mundabor. lavabis me et super nivem dealbabor.
Balneum quippe debet esse medicinale. ca-
lidum et clarum. Hic sanguis Christi fuit medicina-
lis virtute deitatis cui fuit unitus. fuit
calidus igne caritatis. qua fuit inflam-
matus. Et propter ista duo dixit propheta
Asperges me domine ysopo et mundabor.
Ysopus enim est herba medicinalis et cali-
da et significat Christum. cuius sanguinis aspersio
ysopo convenit. habendo virtutem curativam
et inflamativam. Fuit etiam sanguis Christi
clarus. quia fuit in nobis claritatis et can-
doris effectivus. Et ideo sequitur lavabis
me et super nivem dealbabor. Secundo quia
eramus sitibundi. paravit nobis de san-
guine suo poculum. De isto poculo dicitur
Cant. viii°. Dabo tibi poculum ex vino
condito et mustum malogranatorum meorum.
Istud enim poculum fuit letificativum. a-
romaticum. inflamativum. et ex duobus
poculis mixtum. letificativum quidem
fuit. et ideo dicitur Vinum. Dabo inquit tibi
poculum ex vino. Ps. Vinum letificat
cor hominis. Letificat enim deum. quia ip-

reconciliavit. Letificavit homines quia
ipsos redemit. Judicum x. Numquid vi-
tis nunc possum deserere vinum quod le-
tificat deum et homines. Fuit eciam
istud poculum aromaticum i. ex diversis
speciebus aromaticis conditum quod notatur
per hoc quod postquam dixit de vino ad-
dit condito. Multis enim speciebus aromaticis con-
ditum fuit. Una species aromatica fuit vir-
go beata de cuius sanguinibus purissimis
iste sanguis sumptus fuit. Alia fuit spiritus sanctus
qui ipsos sanguines virginis purificavit
et de ipsis corpus xpi formavit. Alia fuit cor
xpi purissimum a quo iste sanguis ema-
navit. Alia fuit anima sive vita in sa-
guine suo juxta illud Levit. xvij°. Anima
omnis carnis in sanguine est. Alia fuit
divinitas cui ipse sanguis unitus fuit.
Non est igitur mirum si istud poculum
fuit tam aromaticum quod talibus et tantis
speciebus aromaticis fuit conditum. Tercio fuit
poculum istud inflamativum quod notatur per hoc
quod dicitur mustum. Juxta litteram calefieri
incipiens ex musto s. sanguinis
xpi qui nos debet inflamare et ani-
mare ad certandum quod signatum est in Ma-
ch. vj° ubi dicitur quod elephantis o-
stenderunt sanguinem uve et mori ad a-
cuendos eos ad prelium. Fuit eciam diversis
poculis mixtum quod notatur cum dicitur Mala-
granatorum i. cum glossa scilicet multorum. San-
guis enim xpi fuit mustum malagra-
natorum i. multorum qui fuerunt sanguine pu-
rati quia omnes effusiones sanguinis
quas habuerunt multi singulariter iste
habuit universaliter. Effluxit quidem sanguis
de capite Stephani qui fuit lapidibus
conquassatus. Effluxit de manibus et pedibus
Petri apostoli qui fuit crucifixus. Effluxit
de latere Petri martiris qui cum gla-
dio fuit transverberatus. Effluxit de to-
to corpore Laurencij et Vincencij qui in
toto corpore fuerunt vulnerati. Sed xpc
habuit mustum omnium istorum malagranatorum
quia et in capite fuit vulneratus et in ma-
nibus et pedibus perforatus et in latere lance-
atus et in toto corpore flagellatus.
Tercio quia carius fuit comparavit nos
precio quo redimeremur. j Petri primo.

Non corruptibilibus auro vel argento
redempti estis de vana vestra conversacione
paterne tradicionis sed precioso sanguine
quasi agni incontaminati et inmaculati
xpi. Omne quidem aliud precium habet
corrupcionem unde dicitur Jac. v. Aurum
et argentum vestrum eruginavit. Habet imper-
fectionem quia nullum precium adeo valuit
quin aliquid addi non posset. Habet aliquam admix-
tionem sicut patet in electro. Habet aliquam
sophisticacionem sicut patet in auro alchi-
mie. Sed precium sanguinis xpi non habet
corrupcionem quia est perpetuum. Et ideo
dicitur Non corruptibilibus auro vel argen-
to etc. Si precium enim mundi incepit juxta
illud Apoc. xiij° Agni qui occisus est
ab origine mundi et in perpetuum perma-
nebit. Licet enim iudei voluerunt repel-
lere tamen non potuerunt. Ps. Precium meum
cogitaverunt repellere. Nec habet imperfectionem
quia est preciosum atque perfectum. Et ideo
dicitur sed precioso etc. Non enim necesse fuit
quod Petrus vel Paulus vel aliquis alius sa-
nctus de precioso sanguine suo ad istud precium
aliquid adderet cum perfectissimum esset. Ysa.
xl. Quis adiuvit spiritum domini aut quis
consiliarius eius fuit. Nec habet admixtionem
sed est ab omni impuritate et sorde imper-
mixtum. Ideo dicitur inmaculati. Ecclesiastici xx-
iiij°. Quasi balsamum non mixtum odor
meus. Prov. viij. Purum et purissimum sanctum
eius. Nec habet sophisticacionem sed est omnino
verum. Et ideo dicitur incontaminati quod est
contra hereticos qui dicebant xpm non habuit corpus
verum sed fantasticum cum tamen ipse fuit
plenus veritate. Joh. j° plenum gracie et
veritatis. De hiis quatuor dicitur in Ca-
none. Hic est enim calix sanguinis mei
quasi diceret non alius. Eterni quia fuit incor-
ruptus. Novi et eterni testamenti. Eterni
quia fuit perpetuus. Misterium fidei. Eterni
quia fuit verus. Qui pro vobis et pro multis
effundetur in remissionem peccatorum. Eterni
quia fuit preciosus et perfectus. Tercio
lavacrum e sanguinis oblati in sacramento.
Illud enim sacramentum corporis et sanguinis
sicut ostendit Crisostomus super Johannem nobis relinquere
voluit in ornamentum in nutrimentum et in
munimentum salutis perpetuum firmamentum. Hoc quidem

erat deformis et incompositus. Erat fame-
licus / erat et circa salutem suam valde dubius.
Quia igitur erat deformis et incompositus, de-
misit hic nobis ornamentum. Crisostomus super Jo-
hannem loquens de hoc sacramento dicit: Quemad-
modum aurum liquefactum sive manum quis
immiserit sive linguam, aurea confestim facit,
ita utique hic accidit. Deinde sequitur: Sicut
homo suos cives auri dat et ornare vir-
sum volens auro hic facit. Ita Christus co-
operuit nos et ornavit sanguine suo. Secundo
quia erat famelicus dimisit hic nutri-
mentum. Nam sicut corpus sine cibo corporali sus-
tentari non valet, sic etiam corpus domini nostri Jhesu Christi
si non sumitur anima intra illud sanatur
et deflat. Quare hic volens animam nostram
cibo isto delectabili saciari nobis in nutri-
mentum dimisit. Unde Crisostomus super 19 Joh. Ex-
ivit sanguis et aqua / per aquam namque
sumus regenerati · per sanguinem et carnem sumus
nutriti. Tertio quia homo circa suam
salutem erat dubius, dimisit hic nobis
in nostre salutis perpetuum firmamentum.
Crisostomus super Johannem: Benignus vobis de fu-
turis do spem. Qui enim hic vobis dedi me-
tipsum multo magis in futuro saeculo. Ut volui
fieri cognatus carni et sanguini propter vos
rursum ea carne et sanguine vobis per
quam cognatus factus sum do. Quintum
lavacrum est lacrimarum ex oculis ad lamen-
tum · quantum ad penitentes. Nam in ca-
pite ieiunii publice penitentes excluduntur
ab introitu ecclesie · arcentur a perceptione
eucharistie et ligantur nodis penitentie. Et ista
fuit causa prevaricationis Ade · qui fuit
a paradiso eiectus a ligno vite pro-
hibitus et multis penis ligatus. Sed
hodie penitentes reconciliantur quia Christus
introitum paradisi hodie aperire cepit
quia suam passionem hodie inchoavit.
Unde cantatur: Tu devicto mortis aculeo
aperuisti credentibus regna celorum. Non est igitur
conveniens ut arceantur ab hostio ecclesie quia
hodie celestis ianua aperire cepit nobis. Secundo
hodie etiam Christus corpus et sanguinem suum ad
manducandum nobis prebuit / et ideo conveniens est ut
adhuc cibum admittantur et mense Christi
participes efficiantur. Hodie etiam Christus
fuit captus et ligatus / et ideo conveniens est

ut homo qui captus fuerat dimittatur et qui
ligatus fuerat laxetur. Quia ille qui est
ligatus in carcere solum qui sufficiens
obses datur hoc ut innuere dominus Job
xviii° d. Si quis me querit sinite hos
abire. Septimum lavacrum est crismatis
ex platis ad sacramentum · sicut est oleum
et balsamum · ex quibus conficitur crismatis
sacramentum. Crisma namque conficitur ex o-
leo et balsamo. Et quamvis ista duo
commisceantur non erit sacramentum nisi ad-
veniat pontificalis benedictio. Per hoc
datur intelligi quod illi qui crismate un-
guntur · debent hic oleum id est nitorem
conscientie quantum ad deum. De quo dicitur
Matthei xxv° Prudentes virgines acceperunt
oleum in vasis suis cum lampadibus.
Debent hic balsamum id est odorem bone fa-
me quantum ad proximum. Ecclesiastici xxiiii°
Sicut cynamomum et balsamum aroma-
tizans odorem dedi. Et debent hic bene-
dictionem celestis gratie quantum ad seipsos
quam quidem dat celestis pontifex scilicet
Christus. Psalmus: Etenim benedictionem dabit legis-
lator.

Scitis quid fecerim vobis.
Joh. xiii°. Ad istam igitur interro-
gationem possumus dicere quod
utique scimus quod hodie fecit nobis
opus mire sapientie et virtutis / opus
infinite humilitatis / opus infinite ca-
ritatis · opus infinite bonitatis · et
opus infinite pietatis. Et ista quinque
accepimus per quinque opera que hodie Christus
fecit / hodie quidem sermonem sapientissimum
composuit / et istud fuit opus mire sapientie
et virtutis. Hodie pedes discipulorum la-
vit / et istud fuit opus infinite humilitatis
hodie passionem suam inchoavit · et istud
fuit opus infinite caritatis / hodie corpus
et sanguinem suum nobis dimisit / et istud fuit
opus infinite bonitatis / hodie sanguineas
guttas sudavit / et istud fuit opus infi-
nite pietatis. Fecit igitur hodie primo opus
mire sapientie et virtutis / et hoc in isto ser-
mone composuit · ubi ostendit se esse ma-
gistrum totius sapientie et virtutis. Est autem
quis magister veritatis secundum Crisostomum veritatem
non falsificando · veritatem non tacendo ·
et veritatem defendendo. Talis magister
fuit Christus. De quo dicitur Mt. xxiii°.

Magister sanus quia verax es. Et
est quia veritatem non falsificabat. Et
viam dei in veritate doces. ecce quod ve-
ritatem non tacebat. Et non est tibi cura
de aliquo. Non enim respicis personam ho-
minum. Ecce quod veritatem defendebat
Notandum hodie fecit opus infinite
humilitatis. in quantum pedes discipulorum
lavit. Illa autem ablucio exterius facta
significabat ablucionem interius fiendam. Petrus
autem hunc tantum respectum ad ablucionem
exteriorem. dixit Non lavabis mihi pedes
in eternum. Christus autem hunc respectum
ad ablucionem interiorem. ait Si non la-
vero te. non habebis partem mecum in
celo. Tunc petrus timore et amore per-
cussus. obtulit lavandos pedes corpora-
les. manus et caput Sed Christus eum
corripuit asserens. quod non indigebat
locione capitis vel manuum sed tantum pe-
dum. dicens. Qui lotus est non indiget
nisi ut lavet pedes. sed est mundus totus
Per caput intelligitur intencio. que semper ad
superiora debet elevari et ad deum dirigi. per
manus vero operacio Ista autem duo. scilicet inten-
cio et operacio in petro munda erant. et ideo
lavari non indigebat. Nam et intencionem
suam ad deum dirigebat. et opera munda
habebat. et ideo timore et amore percussus. con-
cessit quod caput et manus lavandas ob-
tulit. pedes autem scilicet affectus. qui aliquando
aliquo pulvere terrene affectionis aspergitur.
Et ista locione petrus indigebat. Quia
Apostoli humani affectus. sunt quibus in
hac mortalitate non vivitur. quia pedes sunt
ubi a humanis rebus afficiantur. ut si
dixerimus quia peccatum non habemus. nosmetipsos
decipimus. Nos autem indigemus ut la-
vetur in nobis caput id est intencio ne
sit immunda. Manus id est operacio ne sit
remissa. Pedes id est affectio ne sit pul-
vere cupiditatis aspersa. Cor id est cogitacio
ne sit perversa. perverse enim cogitaciones
separant a deo. Corpus id est tota vita et con-
versacio ne sit imperfecta. Et ad ista
quinque abluenda Christus in quinque locis
voluit vulnerari. et sanguinem emittere. scilicet
in capite ut sanguis capitis lava-
ret nostram intencionem. In manibus ut sa-

nguis ille lavaret nostram operacionem. In pe-
dibus ut sanguis ille lavaret nostram
affectionem. In corde sive iuxta cor. ut
sanguis ille lavaret nostram cogitacionem.
In toto corpore fuit ut sanguis ille lava-
ret totam nostram vitam. Tercio hoc fecit
opus infinite caritatis. in quantum pas-
sionem suam inchoavit. De qua caritate
dicitur Joh. xv°. Maiorem hac dilectionem nemo ha-
bet. ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Amicum au-
tem mors probat dilectionem. scilicet dono obse-
quio et passione. Christus posuit illud quod
maius est. et ultimum quod aliud non est.
scilicet passionem. Non enim dixit. quod ut donum
vel quod ut obsequium det quis pro amicis
suis. sed dixit Christus ut animam suam ponat
quis pro amicis suis. Magnum enim est
pro amico suo dare donum temporale. sed maius
est dare obsequium personale. quia id
est de eo quod est circa nos. quod autem de
eo. quod est intra nos. Adhuc maximum
est dare seipsum in morte Nichilominus tamen
Christus nobis hodie dedit ista tria signa
amoris. personale obsequium in pedum
ablucione. Ineffabile donum in corpore
et sanguinis oblacione. Et animam ad
moriendum in passione Nec dixit Christus
tamen ut animam suam ponat quis pro ini-
micis suis. posuit enim illud. quod ali-
quando fieri consuevit. non illud quod numquam
fit. Sunt enim quidam amici. quidam
inimici. quidam medii sic sunt homines
communes. qui nec sunt amici nec inimici
Nullus autem umquam inventus est. qui animam
suam posuit pro inimicis suis. vel pro communibus
pro amicis vero aliqui posuit. Ro. v°. Vix
enim pro iusto quis moritur. Nam pro
bono forsitan quis audeat mori. Di-
ligit Christus. quosdam scilicet amicos scilicet
omnes bonos. quosdam inimicos scilicet
reprobos. quosdam communes scilicet tepidos.
Ista tria tangit Apoc. iii°.
Utinam frigidus esses aut calidus. sed quia
tepidus es incipiam te evomere ex ore
meo. Christus ergo noluit ponere illud quod
numquam fieri consuevit. sed illud quod aliquando
fit dicens. Ut animam suam ponat quis
pro amicis suis. Pacem suis. ut eos in
amicicia confirmaret. et pro tepidis. ut eos

ad amore suu inflamaret, et pium
tas ut eos patri reconciliaret. Multo
hodie fecit opus infinite bonitatis i
quantum sub corpore et sanguine suo. nobis sub
sacramento commisit. In hoc enim sua ma-
xima bonitas apparet, quia nos eramus a
deo alienati. eramus immundi, eramus servi
eramus mortui, eramus famelici. Per
hoc autem sacramentum xpus nos ab
omnibus liberavit. in hoc enim sacramento totus xpus
continetur. et quantum ad corpus, et quantum ad sa-
nguinem. et quantum ad animam, et quantum ad huma-
nitatem, et quantum ad deitatem. Inquantum
igitur nos eramus a deo alienati. recepimus
a corpore gratiam unionis. de qua dicitur
i Cor. x. Panis quem frangimus. nonne
participacio corporis domini est. q. d. sic. Sic
enim in corpore xpi vero et naturali. sicut una
unitas omnium membrorum et omnis boni
et gratiae. Ita in corpore mistico per corpus
xpi verum omnes i omnibus unitas xpi commu-
nicamus. Illa communione de qua tractatur
in symbolo. Sanctorum communionem. Et de
qua dicat ps. Particeps me fac deus
omnium timencium te. Et de qua dicitur ii
Cor. viii. Vestra habundancia illorum ino-
piam suppleat. ut et illorum habundancia
vestre inopie sit supplementum. Secundo
quia eramus immundi. recepimus a sanguine
gratiam expiacionis. Nullus enim expiatur
nisi a sanguine xpi mundetur. hebr. ix. O-
mnia pene in sanguine mundantur. et sine
sanguinis effusione non fit remissio. Ibidem
Sanguis xpi emundabit conscienciam nostram
ab operibus mortuis ad serviendum deo vi-
venti. Tercio. quia eramus servi recepimus ab
eius anima gratiam redempcionis. de qua
dicitur Joh. x. Bonus pastor animam suam
dat pro ovibus suis s. redimendis. Istud
autem precium fuit magis copiosum quam fuit
primi hominis dampnum. quia et nos a ser-
vitute redemit et celum beatitudinis ac-
quisivit. Quarto quia eramus mortui.
recepimus ab eius spiritu gratiam vivi-
ficacionis. De qua dicitur Joh. vi. Spiritus
est qui vivificat. caro non prodest quicquam
Ibidem. Qui manducat me. vivet propter
me. Roman. viii. Qui suscitavit ihesum
a mortuis vivificabit et mortalia cor-
pora vestra. per inhabitantem spiritum eius
i nobis. Corpora vestra mortalia sunt, quia
deperdicionem continuam paciuntur. quod deperditur
continue reparatur per vegetacionis et vi-
vificacionis ethice sacramentum. Quinto
quia eramus famelici, recepimus ab eius
deitate gratiam refectionis. De qua dicitur
Joh. x. Ingredietur et egredietur et pascua in-
veniet. Reficit enim nos sua deitate et
humanitate deitati coniuncta. De hac eciam re-
fectione dicitur Mt. xi. Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos.
Quinto fecit hodie opus infinite pietatis
inquantum sanguineas guttas sudavit
Dicitur enim Luc. xxii. Factus in agonia
prolixius orabat. et factus est sudor
eius sicut gutte sanguinis decurrentis
in terram. Sudor autem causatur ex nimio
labore. timore. dolore. et calore. Ista ergo
quatuor causabant in xpo sudorem. Ipse enim
habuit magnum laborem. ysa. xlix. In
vacuum laboravi sine causa et vane fortitu-
dinem meam consumpsi. labor enim sue pas-
sionis. quasi tunc vacuus computavit, quia
tantum unum latronem cepit. Habuit eciam
timorem inquantum erat homo passibilis. Mt.
xxvi. Cepit pavere et tedere et mestus esse.
Habuit dolorem. Mt. xxvi. Tristis est
anima mea usque ad mortem. Tren.
i. Attendite et videte. si est dolor similis
sicut dolor meus. Habuit et calorem et fer-
ventem amorem. Joh. xiii. Cum dilexisset
suos qui erant in mundo. in finem dilexit
eos. Iste quatuor acies tempore passionis
in corde xpi pugnabant. tres scilicet contra unam.
et una contra tres. Amor quidem pugna-
bat contra laborem timorem et dolorem. Et il-
le tres acies similiter contra amorem. sed
amor de omnibus triumphavit. Siquidem
labor nolebat passionem. Amor vo-
lebat. sed amor laborem vicit. et labor
amori cessit. quia fructum de suo labore
vidit. ysa. liii. pro eo quod laboravit anima
eius videbit et saturabitur. Similiter
timor nolebat passionem. amor volebat.
sed amor contra timorem pugnavit. et ipsum vi-
cit. et dolor amori cessit. vn omni pre-
posito suis casponib obviat d. quo
quitis Prov. xxviii. Iustus quasi leo con-
fidens absque timore erit. Similiter

dolor nolebat passionem. sed amor volebat.
sed amor contra dolorem pugnat. et tandem
vicit. et dolor amori cessit, et cum mul-
to gaudio passionem sustinuit. Hebre-
orum xij. proposito sibi gaudio. sustinuit cru-
cem. Conscidisti saccum meum et circumdedisti me leticia. Sac-
cum meum id est corpus meum. et ergo hic tamen
dedisti me leticia. Non fuit ergo mi-
rum si factus fuit in agonia, et si fortius
sudavit. in cuius corde quatuor tales
acies certabant. et una pugnabat contra
tres. et tres contra unam. Tam vehemens
autem fuit ardor et conflictus amoris. quod
per totum corpus eum sudare fecit. et
sudorem in sanguine convertit

Et cena facta. cum dyabolus iam
misisset in cor. ut traderet
eum Judas Symonis scarioth.
surgit a cena. et posuit vestimenta su-
a. etc. In ista beatissima cena christus
assumpsit personam amici, assumpsit per-
sonam medici. assumpsit patris domini. assu-
psit personam servi Et assumpsit personam
prelati. Personam quidem amici
assumpsit, in eo quod cum discipulis ce-
nare voluit Signum enim est amici-
cie specialis invicem epulari, et ma-
xime quando amici ab invicem debent separa-
ri libenter sibi mutuo convivia exhi-
bent, christus igitur ab apostolis recessurus
istam ultimam cenam cum eis voluit mi-
nistrare. In qua quidem cena fuit triplex
genus cibi. et triplex genus vini Ibi enim
fuit panis azimus, ibi panis fermentatus:
agnus typicus. et panis in corpus christi trans-
substantiatus Et ista cena fuit contra illa quam in ce-
na adam, quia fecit cum uxore sua. fuis-
se nosatur. Hic enim fuit panis azimus
ibi panis fermentatus. quia tota humana
natura peccatum fuit fermentata et corrupta.
Hic agnus typicus, ibi serpens vene-
nosus. hic panis transsubstantiatus in corpus
christi. ibi panis mutatus in corpus dyabo-
li, peccatum enim facit hominem in corpus dya-
bolicum. Fuit etiam in cena triplex genus
vini. scilicet legale id est succus de lactucis a-
grestibus Sacramentale id est sanguis
christi. et spirituale id est habundantia divini
amoris. quo omnes qui in cena illa
erant sunt repleti et quodammodo ebrii effecti

Qui igitur ad dominicam cenam volumus
digne accedere. et corpus christi recipere volumus
suscipere, debemus habere triplicem cibum
et triplex genus vini habere. Primo
panem azimum id est cor purum et sincerum. Unde
Corinthiorum j. Epulemur non in fermento ve-
teri id est consuetudine veteri peccati quo ad
nos. Neque in fermento malicie et ne-
quicie Nequicie scilicet aliqua malicia peccatoris
quo ad proximum et ad deum, sed in azi-
mis sinceritatis. ut deum sincere diligamus
Et veritatis ut de ipso per fidem cognos-
camus. Debemus namque habere cor purum
et mundum. quia sicut dicitur j. Corinthiorum xj.
Qui manducat et bibit indigne. reus
erit corporis et sanguinis domini. Glosa. Magis
christum occidet. promittens. Unde Crisostomus Sicut enim
qui sordidat purpuram regalem torquetur
Et similiter qui rescindunt vel inquinant
et eos qui immunda mente suscipiunt corpus
idem sustinere supplicium tamquam hii qui
idem rescinderunt per clavos. Secundo debemus
habere agnum typicum id est cor igne amoris
inflamatum Iste enim agnus non debe-
bat esse crudus Nec aqua coctus. sed
igne assus. Dicitur enim Exodi xij.
Non comedetis ex eo quicquam crudum nec coctum aqua.
sed assum tamen igne. Duo prohibet. et
unum precipit. Prohibet enim ne iste
agnus comedatur crudus. vel aqua co-
ctus Caro cruda nullo modo est concocta
Caro vero lixa licet sit cocta tamen non est
adeo sapida Caro vero assa. et igne
concocta multum est sapida. Illi igitur
comedunt agnum crudum, qui habent
cor crudum id est non concoctum igne amoris
Illi comedunt coctum in aqua. qui habent
cor insipidum id est non sapidum sapore devocionis
Illi comedunt igne assum. qui habent
cor et concoctum per amorem et sapidum per devo-
tionem. Tercio debemus habere transsubstantiatum
panem id est cor ab omni amore mundi alie-
natum, panis enim adeo in corpus christi
fuit transsubstantiatus. quod ibi nichil remansit
de substantia panis. sed sunt ibi accidencia sine
subiecto Inveniebantur enim quedam substancie sine acci-
dentibus sic substancia divina. quia nichil est in
deo. quod non sit deus. Inveniebantur substancie
sine accidentibus sic in creaturis Accidens

vers sit subito non potat inuenm' ac
accidentis non sit ea sed inesse vt patz
p phm. Sed istud mirabiliter hodie xpus
fecit. qui panem in corpus transsubstanciauit. Illi
igitur qui volunt ad cenam possidere debet
hic cor transsubstanciatum. Temporalia enim acciden-
cia sunt. Animus vero auari substancia est
horum accidencium. quia cor temporalium cu-
pidus merito nimis inheret. In seruis autem
dei ista temporalia non debent per amorem
inherere. sed ea debent tamquam accidencia sic
subito possidere. Mt vj° Primum querite re-
gnum dei et hec omnia adicientur vobis. Cer-
to denique hic sumatur de lactucis agres-
tibus i. amaritudine de peccatis omnibus.
Gregorius in omel. Carnes agni cum la-
ctucis agrestibus sunt edende. vt cum
corpus redemptoris nostri accipimus nos
peccatis nostris in fletibus affligamus. quatenus i-
psa amaritudo penitencie abstergat a mentis
stomacho amoris peruerse vite. Tercio
denique hic vinum sacramentale i. memo-
riam sanguinis xpi. ad cuius memoriam
retinendam xpus nos hortatur. Tren.
iij° Recordare paupertatis mee trans-
gressionis absinthii et fellis. xpus enim
in cruce fuit pauper. quia nudus ibi po-
situs. fuit absinthio et felle potatus
ps. Et dederunt in escam meam fel etc.
fuit eciam omnium aliorum sanctorum passiones
transgressus. Cuius enim passio transgre-
ditur aliorum martirum passiones. In dolore
Tren. j° Attendite et videte si est dolor
sicut dolor meus. In amore Joh xv°
Maiorem hac dilectionem nemo habet etc. In valo-
re Joh xij° Et exaltatus fuero a terra
omnia traham ad me ipsum. Quarto debemus
habere vinum spirituale i. amorem sancta-
rum. Quia cum multa deuocione et amore
istud vinum est sumendum. Cant. Inebri-
amini est. scilicet corpori xpi. diuino desiderio
et ardenti. Isto vino spirituali omnes
qui fuerunt in illa cena inebriati fuerunt.
Inebriatus enim fuit xpus. In cuius figura
dicitur Gen. ix° Bibit Noe vinum. et
inebriatus est. et nudatus in thabna-
culo suo. quia nudus fuit positus in pa-
tibulo. Inebriatus fuit Petrus. qui usque

ebrius mortis pericula non timebat. Ut
luc xxij° Domine tecum sum paratus et
in carcerem et in mortem ire. Inebriati fue-
runt et omnes apostoli. de quibus dicitur ibidem
Similiter et omnes dicebant sicut petrus.
Inebriatus fuit Johannes euangelista
qui os suum ad fontem posuit. qui super
pectus domini recubuit. et inde fluenta
sapiencie traxit. Quinto xpus accepit
personam magistri cum dicit. Si ego dominus
et magister vester etc. De quo magistro sic dicit
Aug. in li° de doctrina xana. xpus
est qui docet. cathedram in celo habet.
Scola ipsius in terra est. et scola ipsius
corpus eius est. Caput docet membra sua.
lingwa loquitur pedibus suis. xpus est
qui docet. audiamus. timeamus faciamus.
Et ostendit Aug. de isto magistro. videlicet
quis est qui docet. vnde docet. quos docet.
et quid docet. Quis docet. ostendit cum
dicit. xpus est qui docet. Iste est enim
ille magister. qui docet. de quo dicitur
Mt xix° Magister bone quid faciam vt ha-
beam vitam eternam. Ille autem est bonus
magister siue doctor secundum Aug. in libro
de doctrina xana. Cum quis sic agit
vt audiatur intelligenter libenter. et o-
bedienter. vt vero audiatur intelligenter
debet loqui aperte. vt libenter debet loqui
ordinate. vt obedienter debet loqui effi-
caciter et deuote. Talis magister fuit xpus
Ipse enim loquebatur aperte. et ideo audiebatur
intelligenter. I. Joh v° Mandata eius
grauia non sunt vnde dicit Aug. Verbum
verbum xpi est breue et aptum. Breue
ne non vacaret legere. Aptum ne quis
dicat non michi licuit intelligere. Loque-
batur sapienter et ordinate. et ideo audiebatur
libenter Joh vij° Numquam sic locutus est
homo. sicut hic homo loquitur. Ideo verba
eius non erant onerosa sed amabilia et
grata Aug. Cuius magister verbum abbre-
viatum fecit sermonem vt esset fructuo-
sum et non esset onerosum. Loquebatur
et efficaciter et deuote. Efficaciter quia
prius faciebat et postea docebat Act.
j° Cepit ihesus facere et postea docere.
Deuote ps. Diffusa est gracia in la-
biis tuis. Cant. iiij° Mel et lac sub lin-

giosa tua. Secundo dicit Augustinus unde docet. cum dicit kathedram habet in celo. Ista cathedra est equitas divini iudicii que quatuor pedibus sustentatur. scilicet prudencia temperancia iusticia et fortitudo. Prudencia quidem est in providenti cause examinacione Job xxix°. Causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Temperancia est in cause examinate matura perordinacione. Non enim inconsiderate vel precipitanter sed mature et temperate procedit. omnia examinat ponderando. et in statera iudicii librando. Job xvi°. Pondus et statera iudicii domini sunt. Iusticia est in cause ponderate iusta diffinicione. que sententia diffinitiva dabitur Job xxxiii°. Quam pura mea labia loquentur. Eccl. x°. Qui habet pennas annunciabit sentencias. id est Christus qui est pennatus. qui ad omnem locum velociter currit et vadit. Et dicit sentencias in plurali. quia una dabitur pro bonis alia contra malos. Fortitudo est in cause diffinite execucione Job ix°. Si fortitudo queritur robustissimus est. Job xxviii°. Ecce validus et fortis dominus. sicut impetus grandinis et turbo confringens. Isti quatuor gradus kathedre iudicialis notantur Mt xxv°. Esurivi et non dedistis michi manducare. Ecce cause examinacio. Amen dico vobis quamdiu non fecistis uni ex minimis meis. nec michi fecistis. Ecce cause examinate ponderacio. Discedite a me maledicti in ignem eternum. Ecce cause ponderate diffinicio. Et ibunt hii in supplicium eternum. Iusti autem in vitam eternam. Ecce que cause diffinite executori demandacio. Tercio dicit Augustinus de isto magistro quos doceat. cum dicit Schola eius corpus eius est. Caput docet membra sua lingwa loquitur pedibus suis. Fideles namque dicuntur et corpus Christi et membra Christi et pedes Christi. Corpus quidem inquantum ab ipso capite vivificatur et sub ipso vivit per fidem. Col ii°. Non tenens caput ex quo totum corpus per nexus et coniunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum dei. Membra vero inquantum mutuo sibi subserviunt per caritatem. Phil iiij°. Omnes invicem membra. Pedes inquantum eos ad se dirigit per rectam intencionem Eph i°. Omnia subiecit sub pedibus eius. et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam que est corpus ipsius. Quarto dicit Augustinus de isto magistro quid doceat cum dicit Audiamus timeamus faciamus. Deus enim audiri tamquam magister in discipulis. Ipsum timere tamquam dominum servi. Ysa l. Erigit mane mane erigit michi aurem ut audiam quasi magistrum. Dominus deus aperuit michi aurem. ego autem non contradico retrorsum non abii. Et loquitur propheta sub methafora. Quoniam magistri tamquam pueros instruentes. qui primum erigit aures ipsorum. Et ideo dicit Erigit michi aurem. sed oportet quod hoc fiat quando sunt pueri non quando sunt senes. Et ideo dicit mane hoc est in puericia. quia puericia est prima etas sicut mane est prima hora diei. Sed sicut surdi parum profecerunt. Ideo subdit Ut audiam quasi magistrum. dominus deus aperuit michi aurem. Sed quia sunt multi pueri contumaces. qui reclamant et magistro contradicunt. Ideo subdit Ego autem non contradico. Et quia vero sunt multi pueri qui a scolis fugiunt. Ideo subdit Retrorsum non abii. Ista locucio methaphorica ad spiritualem trahitur intellectum. Sunt enim quidam qui habent aures dimissas. qui nolunt audire nec videre nisi infima et terrena. De quibus psalmista dicit Oculos suos statuerunt declinare in terram. Horum autem dominus erigit. quando corda ipsorum ad celestia desideria vel desideranda inducit. Sic inducebat prophetam qui dicebat Audiam quid loquatur in me dominus deus etc. Et hoc debet fieri in adolescencia sive in iuventute iuxta illud Tren. iii°. Bonum est viro cum portaverit iugum ab adolescencia sua. Et quia sunt aliqui qui in iuventute et senectute divine inspiracioni videntur esse surdi. Ideo deus digitum sue gracie immittit et aures aperit. Unde signatum est Mr vii° ubi dicitur Misit digitos in auriculas surdi et statim aperte sunt aures eius. Sunt autem aliqui contumaces qui divine inspiracioni resistunt. De quibus dicitur Job xxiiii°. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Quidam fugitivi qui fugiunt et se abscondunt. psalmista Noluit intel-

lige dominum bonum aget. Demus etiam ipsum timere tanquam dominum suum et eius mandata servare tanquam patris filii. Sed de illo conqueritur dominus Malachie primo: Filius honorat patrem et servus dominum suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus. Et si dominus ego sum, ubi est timor meus. Tercio assumpsit personam domini. Et ideo dixit: Vos vocatis me magister et domine. Est dominus secundum Ambrosium non potestatis. Christus ante suam potestatem ostendit, cum panem et vinum in corpus et sanguinem suum convertit. Istud enim sacramentum excedit potentiam sensitivam, ymaginativam, intellectivam, operativam et affectivam. Excedit potentiam sensitivam. Cum enim accidentia ibi sine subiecto existant et sensus mereatur sensibiles cognitionis. Nam excedit. Cum accidentis esse sit inesse, non tamen tanquam contradictionem implicans debet impossibile reputari, cum deus est causa primaria substancie et accidentis. Duplex autem est accidentis causa proxima et secundaria. Omnis autem causa primaria plus influit quam secundaria, ut ergo remoto effectu cause secundarie scilicet substancie accidens remanet per ipsum firmum per virtutem cause prime scilicet divine potentie. Remanet igitur quantitas sine subiecto et in ea color sapor et odor. Cum ergo audis: Hoc est corpus meum, noli acquiescas visui quia decipit te, quia putaret se videre colorem panis et tamen non est ibi panis. Nec tactui quia putaret se tangere formam panis et tamen non est ibi panis. Nec gustui quia putaret se sapere saporem panis, et tamen non est ibi panis. Nec olfactui, quia putaret se sentire odorem panis et vini et tamen non est ibi panis nec vinum. Sed acquiescas auditui cum audis hoc est enim corpus meum. Ita est sicut audis. Hoc signatum est Genesis xxvii in benedictione qua fecit Ysaac Iacob. Nam in Ysaac deceptus fuit visus quia oculi eius caligaverunt et ipsum non cognovit. Deceptus fuit olfactus quia credidit se sentire odorem vestimentorum que habet Esau et erat odor vestimentorum que induerat Iacob. Deceptus fuit gustus quia putabat se comedere de venacione Esau et tamen comedebat de venacione Iacob. Deceptus fuit tactus quia putabat se tangere manus Esau et tamen erant manus Iacob. Sed tamen auditus deceptus non fuit cum dixit: Vox quidem Iacob est. Sic etiam in isto sacramento omnes alii sensus decipiuntur preter auditum. Excedit etiam hoc sacramentum potentiam ymaginativam. Cum enim idem corpus sit in diversis locis simul videtur contradictio nec quantitatis et corporis quod potissime ymaginatio videtur attendere. Sed ne istud sub dubio remaneat. Nondum enim ymmo certum convenit [?] filio dei habet per naturam [?] triplex modus existendi in rebus. Est enim in omnibus per essentiam, in iustis per graciam, in natura assumpta per unionem. Ita corpus eius habet triplicem naturam essendi. Est enim in celo localiter, in utero personaliter, in altari sacramentaliter. Cum quidem eius esse naturale in celo in uno tamen est loco. Cum esse personale non est in loco. Cum esse sacramentale est in pluribus locis transsubstantiacione plurium in ipsum. Excedit etiam potentiam intellectivam. Quis namque intellectus intelligeret quod corpus Christi integrum et perfectum sub tam modica hostia sit contentum. Nec est maius illud corpus in maiori specie nec minus in minori. Quod signatum est in manna. De quo dicitur ii Corinthiorum viii: Qui multum non habundavit et qui parum non minoravit. Nec in specie divisa sunt corpora sed unum, sicut patet in speculo. Cum si frangitur eadem species in diversis partibus resultat. In hoc ergo fides est necessaria seu supernaturalis. Unde Augustinus contra Felicianum de hoc sacramento loquens sic ait: Hoc fides credit, intelligentia non requirat. Nec autem non inventum putet incredibile, aut repertum credat singulare. Hoc igitur mysterio fides exigit rationem [?] non admittit, expetit simplicem creditorem et arguit curiosum investigatorem. Excedit etiam potentiam operativam, quia nulla potentia posset et panem et vinum in corpus et sanguinem Christi convertere nisi potentia dei infinita. Eusebius: Invisibilis sacerdos visibiles creaturas verbo suo secreta potestate commutat vo

est igitur mirum si omne quod creatura de nichilo fecit in id quod voluit eas convertit et mutat. Nam sicut dicitur Sapiencie xii. Subest tibi cum volueris posse. Et Augustinus dicit. Cuius facere est a se si velle. Excedit eciam potenciam effectiva divina bonitas et dulcedo istius sacramenti superat et excedit omnem nostrum affectum. Nam quicquid ibi est est dulcedinis infinite. Ecclesiastici xxiiii. Transite ad me omnes qui concupiscitis me et a generacionibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis et hereditas mea super mel et favum. Et memoria mea in generacione seculorum. Qui edunt me adhuc esurient et qui bibunt me adhuc sicient. Siquidem eius anima hic dulcedine infinita cum sit plena omni gracia et virtute quas in cordibus nostris generat. Et ideo dicit A generacionibus meis adimplemini. Corpus humanum suavius est et dulcissimum. Et ideo subdit. Et hereditas mea super mel et favum. Cuius memoria dulce est ad meditandum. Et ideo subdit Memoria mea in generacione seculorum. Eius corpus est dulcissimum ad manducandum. Et ideo subdit Qui edunt me adhuc esurient et qui bibunt me adhuc sicient. Cuius vita dulcissima ad audiendum. Et ideo subdit Qui audit me non confundetur. Cuius extra secunda ad imitandum. Et ideo dicit Qui operantur in me non peccabunt. Tercio assumpsit pas-scem in hoc quod simile opus fecit cum secundum pedes discipulorum lavit, in quo eius maxima eius humilitas commendatur. Et racione agentis et pacientis, et racione cause formalis et finalis. Valde enim commendabilis est hec humilitas racione ipsius agentis id est ipsius filii dei tam excelsi et tam potentis qui tantum se voluit humiliare. ut de eo psalmista dicit Quia excelsus dominus et humilia respicit. Psalmus Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat et humilia respicit in celo et in terra. Humilia in celo respexit quando pedes apostolorum lavit qui celum dicuntur. Iuxta illud Celi enarrant gloriam dei. Humilia in terra respexit cum pedes Jude terreni et avari lavare voluit. Est eciam hec humilitas commendabilis ex consideracione pacientis id est ipsorum apostolorum in quibus fiebat ista ablucio. quod notatur per hoc quod dicitur Lavi pedes vestros. scilicet magister pedes discipulorum, dominus pedes servorum, ymmo eciam proditoris. Crisostomus. Quem timorem non desanat quod qui sedet super cherubin pedes lavit proditoris. Tu vero homo limi pulvis et cinis terram extolleris et magis sapis. Est eciam hec humilitas commendabilis ex consideracione cause formalis sive modi agendi. qui fuit lavare pedes. quod notatur cum dicit lavi pedes. Ille enim qui consuevit lavare mentes. posuit se ad lavandum pedes. Ille qui erat tam excelsus, hodie factus est tam infimus. Augustinus. Predicat humilitatem ab excelso. faciamus ad invicem humiles quod humiliter fecit excelsus. Idem. Tanta est enim humane humilitatis utilitas ut eam eciam suo commendaret exemplo divina sublimitas. Quia homo superbiit in eternum periret nisi eum deus humilis inveniret. Fuit eciam hec humilitas commendanda ex parte cause finalis que fuit ut exemplum plenum humilitatis, sed eciam tam mutue reconciliacionis nobis daret. Petrus Ravennas. Non dicto sed et facto pedibus se subicit peccatori. Homo est parce quia et peccatores. tuos deus lavit pedes. tuos tenuit. tuos amplexatus est pedes. Quarto assumpsit personam prelati cum dixit Exemplum enim dedi vobis etc. Christus namque in tribus exemplum dedit. De quibus sic dicit Gregorius. Christus veniens nova docuit. Nova docens mira ostendit mira faciens, prava toleravit. In his namque tribus tota vita sua comprehenditur scilicet in docendo, in faciendo, in paciendo. In quibus prelati ipsum debent imitari. Debent enim subditos instruere per doctrinam, informare per vitam et defendere per constanciam. Sed multi sunt qui possunt dicere illud Ysaie iii. Non sum medicus et in domo mea non est panis neque vestimentum. Nolite me constituere principem populi. Ipsi enim non sanant vulnera vite sue. et ideo non possunt alios informare

p vitam· sed potius despiciunt Et ideo
debent dicere Non sum medicus· Greg
Cum regimine ipsi presul suscipit· qui
ad egrum medicus accedit Cum ipso
psumptione peritissimi medici apparent·
qui in facie vulnus portant Ipsi eciam
no habent panem doctrine Et ideo
no pnt alios instruere vel docere Et
ideo debent dicere In domo no e panis
Tren iiij° Parvuli pecierunt panem
et no erat qui frangeret eis· Omnes qui
no hnt panem sacre doctrine Isti no pnt
dare vel frangere Alij sunt qui ha-
bent· sed sibi retinent Aliqui hnt et dant
sed no frangunt i scripturam exponere ne-
sciunt Et ideo dixit ppha parvuli·
i simplices subditi· pecierunt panem
sacre scripture et no erat qui eis fran-
geret i qui scripturam sacram exponere sci-
ret· Nec sunt eciam vestiti armis contra-
rie Et ideo subditos no defendunt Et
ideo debent dicere Et in domo mea no
est vestimentum· De quo vestimento
habendo· dicitur Ephe vj° Induti loricam
iusticie etc.

Vos vocatis me magister et domine
et bene dicitis· Sum etenim Si ergo
dominus ego et magister etc. In hijs
verbis ponitur quadruplex prerroga-
tiva xpi· et vnum debitum ex parte nostra
Prima prerogativa est perspicacissime
veritatis cum dicitur Vos vocatis me
magister Secunda prerogativa est infinite
potestatis cum dicitur Et domine Tercia
prerogativa est incommutabilis maie-
statis cum dicitur Sum etenim Quarta
prerogativa est excellentissime humilitatis
cum dicitur Si ergo ego dominus et magister
lavi pedes meos Quintum ex hijs qui-
bus causatur in nobis debitum mutue carita-
tis cum dicitur Et vos debetis alter alterius
pedes lavare Prerogativa igitur
perspicacissime veritatis notatur in hoc quod
dicitur Magister A quo quidem magistro ppha
tres lectiones edoceri petebat dicens Boni-
tatem et disciplinam et sciencia doce me
petit enim doceri affectus sanctificationem· cum
dicit Bonitatem Operis instructionem cum dicit
Et disciplinam Et intellectus illuminationem
cum Et scienciam doce me· Isti sunt tres
actus yerarchici· quos angeli per
sui ministerium erga nos exercent scilicet
illuminare purgare et perficere Illumi-
nat enim nos per sciencie illustrationem
purgat per sanctificationem· et perficiunt per
vite compositionem In hijs tribus lectionibus
huius magistri tota perfectio nostra consistit
Ex quibus ostenditur prerogativa sue per-
spicacissime veritatis Siquidem ipsius
Aug. veritas opponitur falsitati· vanitati
et duplicitati Est igitur magister veritatis
qui expellit omnem falsitatem illuminando
nostrum intellectum· omnem vanitatem affe-
ctum sanctificando· et omnem duplicita-
tem· vitam et mores instruendo Vel
potest dici quod iste magister habuit quadruplicem
modum docendi Docuit enim verbis
exemplis· sacramentis et miraculis Quidam
enim scolares erant nimis rudes· et
istos Istos docebat verbis Mt xxij°
Magister scimus quia verax es et viam
dei in veritate doces· Quidam erant
nimis curiosi qui nolebant audire
verba· sed volebant videre facta Istos do-
cebat et instruebat exemplis Mt xj Disci-
te a me quia mitis sum et humilis cor-
de· Quidam erant sibi et presumptuosi
Istos humiliabat secundum creature carentes
eis sacramenta· a quibus iustificationem
acciperent Joh iij° Nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu no potest introire in
regnum dei Mt xxviij° Euntes do-
cete omnes gentes baptisantes eos
in nomine patris et filij et spiritus sancti Quidam
erant duri et rebelles istos confundebat et
vincebat miraculis Act x· Qui per-
transijt benefaciendo et sanando omnes
oppressos a dyabolo Secundo ponitur pre-
rogativa infinite potestatis· cum dicitur
Et domine verum sicut dicit Bernhardus dominus
est non potestatis Dicit autem Cyprianus
de duodecim abusionibus seculi Cum ad
perfectum dominium tria requirunt Ita
magis necessaria hos qui dominantur habere
terrorem ordinacionem et amorem Nisi
enim ametur dominus et metuatur· eius ordina-
cio stare no potest In primis autem xpus

sim dominum pfecte nō ostendit · sed
in futuro qūtum ad ista tria se esse
dominum manifestabit s. qtum ad ter-
rorem amore z ordinacōem / Ipse enim
reprobos reget tīore · bonos fouebit
amore · z omnes ponet in ordine /
Reprobos quidē reget tīore · ps Reget
eos in vga ferrea z tanq̄ vas figli
ↄfriget eos / Ecce q̄ terribili potencia
ↄprimentur / Ibi enim erit impossibilitas
ad euadendum / quia eos custodia
alteri nō ↄmittet · sed ipsemet eos cu-
stodiet / Et ideo dicit Reges eos · Cla-
uem enim inferni nulli ↄmisit · sed sibi
retinuit / Cuius claue celi petro ↄmi-
sit Apoc j° / Hēo clauem mortis z
inferni / Ibi erit inflexibilitas ad mi-
sericordiam · quia nunq̄ poterit ad miam
inclinari Et ideo dicit in vga fer-
rea · i · inflexibili iusticia / Ibi erit in-
habilitas ad penitendum / quia ibi
dampnati nunq̄ poterunt penitēe Et
ideo dicit tanq̄ vas figuli ↄfriges
eos Dicit enim vas fictile minuti
ↄfractum nunq̄ pt reintegrari · ita dā-
nati nc vltius ad priam poterunt
reparari Bonos aut z btōs fouebit a-
more / Dantis xxxiiij° Amatissimus
domini habitauit ↄfidenter in eo · q̄si i
thalamo tota die · morabitur / inter
humeros illius requiescet Diligit
quidem btōs sibi ex intima caritate
z ideo dicit Amatissimus domini habitat
ↄfidenter in eo / per dulcē z ↄtinua fa-
miliaritate Et ideo subdit q̄si in
thalamo tota die morabitur / pcīnam
securitatem Et ideo subdit Et inter
humeros illius requiescet Illud enim
qd in humeris dei est · securum est ·
nc nunq̄ cadere pt Omnes aut s.
tam bonos q̄ reprobos ponet i ordi-
ne Vna inter bonos erit ordo in pmijs
Et inter malos erit ordo in supplicijs
De ordine btōrum qui est in pmijs
dicit j Cor xv° Alia claritas sol
i xpi · alia claritas lune · i · virginis
bte Alia claritas stellarum i sctorum
Stella dīt a stella in claritate / sic et

resurrectio mortuorum · quia in dispari
claritate erit par gaudium / Ordo aut
dampnatorum attenditur vel ex parte diuine
iusticie vel ex pte pene vel ex pte aug-
dam societatis mutue · Ibi enim est ordo
diuine iusticie Quia sicut dicit Aug9
peccatores in supplicijs ordinat vt nunq̄
sit defectus culpe sine decore iusticie De-
cor enim iusticie diuine in iusto eluc[illegible]
Quia sicut dicit Aug9 latro pulcre
apparet in patibulo / z simus pulcre manet
in cloaca Sic z peccatores pulcre ma-
net in patibulo infernalis supplicij · z i
cloaca fetoris eterni / Est eciā ibi or-
do ex ↄsideracōe pene · quia nō omnes
equaliter punientur / ymo sicut Apoc xviij°
dicitur Quantum glorificauit se z i deli-
cijs fuit / tantum date ei tormentum
z luctum / ps Eripe me de luto vt nō
infigar / libera me a persequentibus me ·
z de profundis aquarum / Ex quibus verbis
colligitur q quidā sunt in profundo
penarum · quidā in medio / quidā i superficie ·
Est eciā ibi ordo · qui ↄsistit ex pte
cuiusdā societatis mutue / quia illi q̄
fuit similes in culpa · videntur ee socia-
ti z colligati in pena · Mt xiij° Col-
ligite primum zizania z alligate ea fa-
sciculos ad ↄburendum vnus fasciculus erit
societas auarorum Alius societas luxu-
riosorum Alius societas superborum / et
de alijs · Zach. viij° plaga terra / Illa
s. terra de qua dicit Job x° / Ad terra
tenebrosam z opertam mortis caligine
familie z familie seorsum / quia seor-
sum plagantur auari / seorsum luxuriosi ·
et seorsum superbi Tercio ponitur
prerogatiua immutabilis maiestatis
cum dicit Omnium etenim Solus enim deus
h3 esse · quia h3 verum z incommutabile
esse · Et ideo dixit Qui est / misit me
ad vos · Creatura aut nō h3 esse verum
quia h3 ↄmutabile esse / z ꝓpter principium
quia ex nichilo est creata · z ex pte
finis · quia omnes creature in nichilum
tenderent · nisi manus dei omnipotentis
eas ↄseruaret Et ex parte medij
quia omnis creatura vanitati z muta-

bilitati subiecta est. Ad hac scilicet immutabilitate dicit Eccl. iij° Cuncta subiacent vanitati. quo ad medium, de terra facta sunt quo ad principium. et in terram pariter revertentur quo ad finem. Deus autem caret omni mutabilitate Iac. j° Apud quem non est transmutacio nec vicissitudinis obumbracio. Qui igitur adheret mundo stabilis esse non potest, quia scilicet adheret rei fluxibili. Et ideo comparatur flumini. Ps. Super flumina babilonis illic sedimus et flevimus. Qui igitur gratia posuerat super flumina id innitebatur sibi prorsus. Adheret rei debili. et ideo comparatur baculo arundineo Ysa. xxxvj° Ecce confidis super baculum arundineum. Adheret rei exposite casui, et ideo assimilatur parieti casuro. Ps. Tamquam parieti inclinato et macerie depulse. Econtra qui adheret deo. stans esse potest. Quia se adheret petre contra fluxibilitatem. Ps. petra refugium erinaciis sive ericiis id est peccatoribus. Adheret turri fortissime contra debilitatem. Proverbiorum xviij° Turris fortissima nomen domini. Adheret monti contra casus varietatem. Ps. Qui confidunt in domino sicut mons Syon non commovebitur in eternum qui habitat in Jherusalem. Nono ponitur purgativa excellentissime humilitatis cum dicitur Si ergo ego lavi pedes vestros et cetera. Circa quod notandum est quod Christus voluit lavare pedes discipulorum in exemplum, medicamentum. documentum et sacramentum. In exemplum nostre humilitatis. Ideo dixit Exemplum enim dedi vobis ut et vos ita. Ut ergo gratior nobis appareret ipsius humilitas, premittitur ab ewangelista Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. et quia a deo exivit. et ad deum vadit. Augustinus Si omnia pater tradidit eius in manus ergo et traditor illum erat ei. quem tradere reprobat Crisostomus. Que maiora sunt ultra adiecit Bernardus. Ista est virtus humilitatis propter quam venit edocenda. is qui sua estimatione magnus est. usque ad passiones factus est parvus. Hac salvator docere voluit nascens. vivens et moriens ostendit maximum cumulum humilitatis attestit, quia cum pedes illius uo

dedignatus est lavare. cuius manus previdebat in scelere. Sed voluit lavare pedes in medicamentum nostre infirmitatis. Homo quidem se exaltat usque ad summum demum. id est usque ad appetitum sue deitatis. Et ideo Christus se humiliat usque ad infimum hominis scilicet usque ad pedes ut ipsius humilitas superbiam illius sanaret. Augustinus. Passurus Christus exitum premisit obsequia. non solum eis pro quibus erat subiturus mortem. sed et illi qui eum fuerat traditurus ad mortem. Tanta quippe est humane humilitatis utilitas ut eam sua commendaret exemplo divina sublimitas. Quia homo superbus in eternum periret. nisi illum caritate ipsum relevaret. quod est humile factum. Tercium peccata dimittere et promittere orare sicut dicit Glossa super Petrus ibi Commisistis sicut accepit graciam. id est alterum illa amministrantes. Tercio voluit lavare pedes in sacramentum habende puritatis. Per hoc enim significatur quod indigemus locione pedum. a pulvere venialis. quo corpus contrahimus. Ambrosius in ecclesiastica yerarchia. Etiam ad sanctissimum autem sacrificium. mundum convenit. et ab ultimis anime fantasiis. et ad ipsum accedere per similitudinem, tamen quod est possibile. Et in figura huius ut idem dicit. Sacerdos autem consecracionem digitos lavat. ad finem, quia eciam a minimis peccatis debet esse mundus et purus. Quarto causa per hanc locacionem pedum quod predicatores veritatis indigent locione mentis. Unde dicit ibi Glossa. Ille qui in oracio studet vitati dum in alius sponso. presumat aperire peccatum pedes inquinat, quia virtus humilitatis audit, sed sua predio non predicat. Quarto causa exhibens in ubi debitum muture caritatis. cum dicitur Et vos debetis alter alterius pedes lavare. id est ut superiorum est vobis invicem subministrare. peccata dimittere et pro invicem orare. Hoc autem facere debemus racione equalis condicionis, quia omnes sumus discipuli et conservi. quod notatur per hoc quod premisit dixit Si ergo ego dominus et magister Sed mundus et vos sitis discipuli et conservi. Ut proximus Preterea nolite ubi voce fratres

Unus est enim pater vester qui in celis est. Vos autem omnes fratres estis. Secundo sunt equalis obligationis quia ad hec facienda omnes sumus obligati debito caritatis quod notatur per hoc quod dicitur Ro. xiii Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Tercio sunt equalis functionis quia omnes sumus membra unius corporis juncta uni capiti christo. Et ideo sicut membra pro invicem sunt sollicita sic et nos pro invicem servire debemus quod notatur per hoc quod dicitur Alter alterius Gal. vi° Alter alterius onera portate. Et quarto sunt equalis operationis quia singuli specialiter pro invicem orare et petere dimittere omnibus sicut nota quod notatur cum dicitur lavare pedes id est ut glossa pro invicem orare et petere dimittere. De primo Jac. v° Orate pro invicem ut salvemini. De secundo Luc. vi° Dimittite et dimittemini.

Probet autem seipsum homo etc. de pane illo edat et de calice bibat. i Cor. xi° Apostolus monens nos volens ut sacramentum dominici corporis digne sumpserimus hortatur quemlibet hominem ut seipsum probet examinet et purget. ii Cor. xiii° Vos ipsos probate. Alii cibi solent probari et consueverunt recipi. Iste autem cibus probandus non est quia semper bonus est sed qui recipere debet ille utique est probandus. Sicut enim medicina homini preparato est salubris impreparato mortifera. Sic et istud sacramentum homini non bene preparato est venenum, preparato autem nutrimentum sempiternum. Unde quarto quod ille qui debet recipere hoc dignissimum sacramentum quinque debet probare id est discutere et examinare. Primo se ipsum quis sit puritatis. Secundo corpus dominicum quante sit maiestatis. Tercio indigne sumentis periculum quante sit horribilitatis. Quarto recipiendi modum quante debet esse sanctitatis. Quinto recipientis fructum quante sit utilitatis. Recipiens quidem multum debet esse puritatis quia debet esse purus et mundus a carnali delectatione a terrena affectione ab inutili et vana cogitatione et a negligentia et torpore. Ista omnia figurata sunt Exo. xii° ubi dicitur Renes vestros accingetis et calciamenta habebitis in pedibus etc. Debemus quidem esse mundi a carnali delectatione. Ideo dicitur Renes vestros accingetis et calciamenta habebitis id est perlegitur ii° Reg. vi° Oza adeo percussus est et mortuus est quia archam dei tetigit cum boves recalcitrassent. Et assignat iudei causam quia nocte precedenti cum uxore iacuerat. Et ideo archam dei tangere dignus non erat. Si igitur ille percussus est qui iacuerat cum uxore, qua percussione dignus est qui iacet cum meretrice. Sed ille percussus est quia tetigit archam figurativam, qua percussione dignus est qui indigne tangit et sumit. Si ille percussus est qui tetigit archam figurativam et ligneam quanta percussione dignus est ille qui indigne recipit carnem christi veram. Si ille percussus est qui archam tetigit ut inniteret ne caderet, qua percussione digni sunt qui corpus christi non innuat sed in latrinam cordis immundi proiecte mittunt. Reg. i° et xxi° Achimelech sacerdos noluit dare panem propositionis David et pueris eius nisi a mulieribus mundi essent. Si igitur requirebatur mundicia ad recipiendum panem materialem, quanta mundicia requiritur ad recipiendum panem spiritualem. Secundo debemus esse puri a terrena affectione quod notatur cum dicitur Calciamenta habebitis in pedibus. Non enim debemus tangere terram per inordinatum amorem sed inter nos et terram debemus obicere calciamenta id est sanctorum patrum exemplum qui terrena omnia contempserunt. Qui enim diligunt terram efficiuntur terra. Osee ix° Facti sunt abhominabiles sicut ea que dilexerunt. Ideo efficiuntur lutum. Abacuk ii° Ve qui multiplicat non sua usquequo aggravat contra se densum lutum. Ille ergo qui corpus christi recipit et terrena inordinate diligit ipsum corpus in terram immo in lutum proicit. Tercio debemus esse mundi ab inutili et vana cogitatione quod notatur cum dicitur Tenentes baculos in manibus. Debemus namque baculum crucis semper in corde retinere et cum ipso canes id est cogitationes decom

mētem lamatos. repelle. Tunc en
dyabolus maxime nos infestare nitit
qn deo sacrificia ymolamus. Vn dt
Aug. No desunt hostes atqz nos
l[a]queos ptn vbiqz ptende. Et tūc ma-
xime aduersa mebra xpi deseuiunt
quādo ab eis sanctiora sūnt celebran-
da misteria. Et hoc dicto nō vt vos
terream. sed vt efficaciam tuciores. Le-
gitur Gen. xv°. qz descendebat volu-
cres sup cadauera. sed abigebat eos
Abraam. quia qn nos hostia deo offe-
rimus. uel ipam recipimus omnes co-
gitacōes volatiles. et nociuas a me-
te nostra abijce debemus. Et hc max
bacls cauis. Prima sicut dicit Vgs
Vtrumqz demones signum crucis vident
tanti fugiunt timentes baculum vn pla-
gas acceperunt. Necio debemus ce indi
a negligencia et torpore. Et io dicit
Et comedetis festinanter. Ille festinan
comedit. qui cum fleuit de sibi reci-
pit. Glo. sr v° Tri madu. zbibt indi-
gne. Indigne sumit. qui no deuota
mēte accedit. vn in lege papie. vt
nichil comedat crudum. qd abho-
minacōem facit. Nec coctum aq. qd
ad plenum no bn sapit. sed assum i-
gni qd appetitū acuit. quia tanto
feruore desiderij dz recipi vt mag
ac magis aīmus quotidie inflammet.
Qui no habet hac qdruplicē puri-
tatem no est dignus. tantum recipe
sacramentum. Legit enim Exo. xii°. Qu
quatuor psone ab esu agni excludebant
sz primus incircūcisus. mercenarius. adue-
na et alienigena. Primus incircūcisus
sunt illos. qui no sūnt mūdi a carnali dele-
ctacōe. sicut sūnt luxuriosi. qui s. motus
suos no circūcidunt. Nam sic dicit Gal
vo. Qui aut sūnt x carne sua crucī-
fixerunt cum vicijs et concupis. Mercena-
rius signt illos. qui non sūnt puri a
terrena affectione. sicut sūnt auari. qa
auari sūnt mercenarij v pecunie sui
et quia sūnt terrena diligentes io terra
efficiunt. Nam sicut dt Aug. Tal
ē vnusquisqz qlis est dilectio sua. si
deum diligis deus es. si terram dili-
gis. terra es. Tales igit no sūt dig

recipe corpus xpi. quia ci sūnt terra
pciunt ipm in terram. Aduena signt
Neophitos i. de nouo ad puriam con-
uersos. qui adhuc vanis et carnalibus co-
gitacōnibus agitantur. Et ideo dulcedi-
nem sacramenti expiri no pnt. Nam
sicut dicit Cass. p° Musce morientes
pdunt suauitatem vnguenti. Aug.
Indigne accipit. qui accipit nō debz
puriam agere. ergo prius se indicet
et puritate prius se cōparat. vt a xpo
indicatus a domino no indicet. Alie-
nigena sunt tepidos et indeuotos. qui
sūnt alieni a feruore sancti desiderij
vn papi Exo xii°. In vna domo co-
medet. Nec efferetis ex eo foras. In do-
mo quidē comedit. qui in intro sui
cordis x passionem. et masticat p medi-
tacōem. et sibi incorpat p meditacōe
imitacōem. Ille vo foras effert. qui
in intimo cordis no manes. nulla de-
uocōe afficit. nullo desiderij feruore
moue. Si tales corpus x accipiunt. est
eis ad iudicium. sicut cibus corporalis quz
sumit in nocumentum. Quatuor at
modis cibus corporalis offendit homines
s. vel quādo habet stomachum noxijs
humoribus aggrauatum vel alijs cibis
repletum. vel qn habet palatum insi-
pidum. vel qn sūnt fauces purulentum
Primi sūnt qui habent aggrauatum no-
xijs humoribus carnalis concupie. Aug.
Sicut corporalis cibus ventre inuenerit
a diuersis humoribus occupatum. a plus
ledit mag nocet. nullum pstat au-
xilium. Ita cibus spualis si aliqm recipit
malignitate pollutum mag nocet.
nullum pstat auxilium. ymo mag eum
perdit. no sua na. sed accipientis vicio.
Secundi sūnt qui sūnt referti diui-
tijs auaricie. qa desiderant cucumeres
et pepones. porros. cepas et allea. et io
manna istud fastidiunt. Vn Num
xi°. Tercij sūnt. qui habent palatum cordis
insipidum. vel infirmum spūalem consue-
tudinem peccandi. Tales no sūnt dig.
comedere panem angelicum. sed olla por-
cium Lu. xv°. Qui infirmus ē olus
manducet. Aug. Palato no sano
pe est panis. qui sano ē suauis. Luci

sunt. qui non sunt adhuc in virtutibus exercitati. sed quasi neophiti i. de novo conversi. Iste autem panis non est cibus parvulorum. sed grandium. Unde dixit dominus Augustino. Cibus sum grandium. cresce et manducabis me. Item Virgilius. panis qui vitam solum roborat parvulorum necat. Iste panis signatur per manna. quod erat cibus deserti non egipti. cibus celestis. cibus suavis. et cibus angelicus. Sed iste cibus spiritualis non datur illis qui sunt in egipto. carnis captivitate. sed illis qui sunt in deserto penitentie. Bernardus. Delicata est divina consolatio. et non datur admittentibus alienam. Est cibus celestis. Et ideo non datur hiis qui sunt dediti cupiditatibus terrenis. sed celestibus desideriis. Cum enim cibus iste de celo venerit dicitur Johannis iii° Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Per divinam enim naturam de celo sancte civitatis descendit et ipso remansit. Per naturam autem humanam de celo in quo creatus est primus homo. assumendo nostram passibilitatem descendit. sed in ipso quantum ad immunitatem peccati permansit. et cum omnibus electis sibi incorporatis in superius celum transcendit. Quia igitur iste cibus venit de celo. non dignatur habitare in corde terreno. Est etiam iste cibus instar manne. suavis et dulcis. quia habet omnem saporem suavitatem. tamen non sentitur ab illis. qui habent palatum infectum. Infirmus enim i. petoribus omnia spiritualia videt insipida et amara. quia colera et fellita amaritudo peccati palatum cordis inficit et corrumpit. Est etiam instar manne cibus angelicus. et ideo non est cibus parvulorum sed perfectorum. Angeli enim comedunt nobiscum eundem cibum. sed illi sine velamento. Nos sub sacramento. Dicitur enim Josue v. Defecit manna postquam comederunt fructus terre promissionis. In hoc enim tempore mundi utimur isto cibo. sub velamine sacramenti. sed tamen ad patriam premium eius veritatem percipiemus. i. Cor. xiii° Cum venerit quod perfectum est. evacuabitur quod

ex parte est. Secundo debet probare corpus domini. quante sit maiestatis. Recepit enim panem angelicum. carbonem divinum et celeste electuarium. Homo quidem erat famelicus. Deus sibi preparavit cibum angelicum. Erat frigidus. ideo sibi preparavit carbonem divinum. Erat debilis et infirmus. Ideo sibi preparavit celeste electuarium. Homo igitur famelicus recipiendo istum panem. recipit panem angelicum. De quo dicitur Johannis vi° Ego sum panis vivus. qui de celo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum. Deus quidem duplicem cibum homini preparavit. sicut habetur Genesis ii° scilicet concessum. De quo dixit De omni ligno paradisi comede. et prohibitum de quo dixit De ligno scientie boni et mali ne comedas etc. Et promissum scilicet lignum vite De quo dicitur ibidem lignum etiam vite in medio paradisi. Si enim concesso usus fuisset et a prohibito abstinuisset. ad promissum pervenisset. Sed quia male usus est prohibito. iuste privatus est concesso pariter et promisso. Ideo dixit dominus Videte ne forte sumat de ligno vite et vivat in eternum. Quilibet autem cibus habuit aliquid imperfectionis. Cibus enim prohibitus fuit mortis effectivus occasionaliter. Cibus concessus non fuit de celo delatus. sed de humo productus. Unde dicitur Produxit autem deus de humo omne lignum pulcrum visu etc. Cibus promissus i. lignum vite ex se vitam beatam non dabat. sed in vita hominem servabat. donec ad beatam vitam transferendus erat. Christus autem veniens cibum longe dissimilem nobis dedit. panem scilicet angelorum i. seipsum. Primus enim cibus fuit mortis causativus. hic autem est vivificativus. Ideo dicitur Ego sum panis vivus. Secundus fuit de humo productus. hic autem de celo delatus. Et ideo subditur Qui descendi de celo. Tercius conservabat vitam corporalem. hic autem dat vitam celestem. Et ideo sequitur Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum. Secundo eramus frigidi. Et ideo preparavit nobis carbo-

ue diuinum. De quo sic dicit Dan. loquens de corpore xpi. Unum carbonem assumamus ut ignis eius qui est in nobis sancti desiderij assumens ea quae per carbonem ignitorem inflammet nostra pectora. illuminet et unit corda. ut per participationem diuini ignis igniamur et deificemur. Et tangit hic damascenus tres species ignis spiritualis scilicet carbonem flammam et lucem. Carbo quidem est corpus xpi. Et ideo dicit. Unum carbonem assumamus. Sicut enim carbo est ignis unitus terrestri materie. Sic diuinitas unita est carni humane. Flamma vero sunt sancta desideria. ps. Inflammatum est cor meum &c. Et ideo subdit Sancti desiderij. Lux vero est ipsa gratia spiritus sancti. Et ideo premittitur ignis sancti desiderij. Tunc enim desiderium est ignitum. quando est caritate spiritus sancti inflammatum. Qui enim habet sanctum desiderium. habet in se spiritum. Vergilius in dia. Nemo nisi mente integra deum desiderat proprio tamen habet quod amat. Neque enim possit quisque deum diligere. si eum quem diligit non haberet. Ille igitur qui corpus dominicum capit et sanctis desiderijs est plenus. et caritate spiritus sancti est inflamatus. habet in se triplicem speciem ignis scilicet carbonem ardentem. flammam incedentem. et lucem illuminantem. Et ideo est valde ignitus. successus illuminatus. lux autem non potest amplius crescere. nec ignis fortius inualescere. nisi quando lux adiungitur luci. et ignis applicatur igni. Una facula per se lucet et calet. Adiuncta vero alteri facule magis. applicata tercie maxime lucet et calet. Si igitur tres facule in corde alicuius sunt iunguntur. scilicet carbo corporis xpi. ignis sancti desiderij. et lux spiritus sancti. magnam lucem diffundunt et magnum ignem accendunt. Qui quidem magnus ignis. quadruplicem effectum in nobis efficit. scilicet motuum peccatorum incineracionem. siue inflamacionem. mentis ignorancie illuminacionem. mentis cordis ignicionem. et mentis tocius deificacionem. Istum quartum effectum tangit Dam. cum subdit in auctoritate premissa Inflamet nostra pectora. illuminet nostra corda. et quod participacione diuini ignis igniamur et deificemur. Tercio quia sumus debiles et infirmi. panis nobis celeste electuarium. Nos quidem sumus proni in malum. Gen. viij°. Sensus enim et cogitacio humani cordis. prona sunt in malum ab adolescencia sua. Sumus fragiles ad bonum Ro. vij°. Scio quia non habitat in me. id est in carne mea bonum. Sumus debiles ad sufferendum quodlibet adversum Job vj°. Que est fortitudo mea ut sustineam &c. Et sumus obligati ad pene debitum persoluendum. siue in vita per penam satisfactoriam. siue post vitam per penam purgatoriam. Quia sicut dicit Aug. Nichil est decencius ecclesie sua decore instaurare. Contra istas quatuor infirmitates. siue debilitates xpus dimisit nobis istud celeste electuarium id est corpus suum. unde dicit in sermone. Sit ablucio scelerum sit fortitudo fragilium &c. Quia enim sumus proni ad malum. est nobis ablucio scelerum. Quia sumus fragiles ad bonum. Est nobis fortitudo fragilium. Quia sumus fragiles ad sustinendum quodlibet adversum est nobis contra mundi procella firmamentum. Quia sumus obligati ad pene debitum persoluendum. siue in vita. siue post vitam. est viuorum atque defunctorum fidelium. remissio omnium peccatorum. Tercio debet probare indigne sumentis periculum. quante sit horribilitatis. Nam sicut dicit Heb. x. horrendum est incidere in manus dei viuentis. Qui enim indigne sumit multipliciter incidit per peccatum pena qua incurrit. scilicet penam temporalem spiritualem et eternam. De pena temporali dicitur j Cor. xj°. Ideo inter vos multi sunt infirmi. Glosa Aug. febribus infirmi et inbecilles longa egritudine Et dormiunt multi id est moriuntur. Dicitur in li° Pascasij. quod quicumque indigne communicat. nisi bonitas dei. cuius iudicio pendent omnia. gladium suspenderet. et temporalem mortem. ut puniat et moueat ab angelis in hoc loco portus perimeretur. Ideo post paschalem solempnitatem multe

accidit conuenit infirmitates et pestes. Et accidit quod propter peccata indigne sumen-
cium ista contingat / vnde tunc temporis tractat
ecclesia in ymno. Ab omni mortis impe-
tu tuum defende populum / legitur Jo. xj°
quod bethphanite mortui sunt. quia viderunt
archam domini. Alii mortui sunt. quia
viderunt archam domini / qua morte digni
sunt. qui corpus christi indigne sumunt. Inci-
runt eciam penam spiritualem / quia dyabolus
maiorem potestatem in eos accipit / Iuxta
illud quod legitur de Juda Joh. xiij° post buc-
cellam introiuit in eum sathanas / In-
terlinearis vt plenius possideret. Buccel-
la illa corpus christi non fuit. Si igitur dyabolus
in Judam maiore potestate accepit. quando
de manu domini buccellam panis accepit
presumpsit. Quid erit de illo. qui corpus
dominicum indigne recipiens in cor suum.
quod est omni latrina immundius proicere
non veretur. Augustinus / Nullus malignus ad
corpus christi accedat. nullus fictum advo-
mat / nullus fucato animo prouocare
audeat. ne quod iudas sustinuit patia-
tur. Nam in illum post comunionem incepit
dyabolus introiuit non eos quod suppetit do-
minicum corpus. sed quia impudencia
Jude et malignitas mentis aduersum
inhibitione fecit vt dicitur. Qui indigne
misteriorum sacrata celebritatibus. dyabolum
in pectore preparant. Incurrunt eciam penam
eternam / vnde dicit Ambrosius super illud Reus
erit corporis et sanguinis domini / Mortis
christi penas dabit. acsi ipsum occidisset
puniretur. Quare enim quam hominum
reputantur esse christi interfectores siue cru-
cifixores sicut iudei. ingrati. excomunicatos
et corpus christi indigne recipientes. Et per
hoc videri potest / sicut aliquis quatuor
marcas aurum / vna violenter sibi au-
fertur. Alia dat ingrato. Tercia ponit in
manibus. quod sibi auferunt. quarta sibi pro-
icit in cloacam. Iste potest dicere se quatuor
marcas amisisse. Iudei igitur similes
sunt illis. qui marcam violenter auffe-
runt. quia ipsi vitam christi cum passionis
violencia abstulerunt. Ingrati similes
sunt illis quod mres aufferunt / opus enim
animam suam posuit. et animas nostras

Iacent illi igitur qui post baptismum ad
peccatum redeunt. animas quas christus e-
mersat sibi auffertur. Illi vero qui corpus
christi in immunda mente suscipiunt / in latrina
fedam proiciunt. De hiis omnibus dicitur Heb.
vj° Rursum crucifigentes sibimetipsis
filium dei. Dicto de preparacione digne re-
cipientis sumentem. quantum sit vtilitatis
Que quidem vtilitas attenditur in vita
et in morte. In vita autem quia primo
demones fugat. Crisostomus vt leones ignes
spirantes / sic a mensa illa recedimus
terribiles dyabolo facientes. vt ille ignis
diuinus comburens aduersa nos deleteret.
Idem hic sanguis noui testamenti mi-
nistris. abigit demones. vocat ange-
los. et dominatorem angelorum / Secundo quando
deo nos coplat Joh. vj° Qui manducat
meam carnem et bibit meum sanguinem
in me manet et ego in eo. Crisostomus Remiscuit
seipsum nobis / vt vnum quid fiamus. sic
corpus capiti coaptatum. Et hoc amancium qui
valde diligunt est hoc signum. Ideo et
in amore nos ducens. Voluit non nos ipsum
videre ipsum. sed tangere et manducare
et infigere dentes carni / Tercio angelos
ad nos vocat. Gregorius Quis enim fide-
lium habere dubium possit in ipsa ymolacionis
hora ad sacerdotis vocem celos aperiri in
illo christi misterio angelorum choros adesse.
summis yma sociari. terrena celestibus
et visibilia inuisibilibus. Quarto quando
passionem christi nobis recitat. Crisostomus Qui-
sum actor munerum. ipse sum testis vita-
tis. altare cui assistis. ipsum quam pro
te sustinui crucem recitat / calix sepulcrum
in quo mortuus requieuit / patena la-
pide suppositum / corporale sudarium
substancia liuthiamina / hostia quam
vides non est panis. sed caro mea. Sic
Attenditur eciam hec vtilitas in morte.
Via enim quia in morte anima est factu-
rus est tenebrosa Job xix° In calle meo
tenebras posuit Est periculosa. Psalmus In via
hac qua ambulabat absconderunt sibi
laqueum michi / Est longa iij° Regum xix°
Grandis tibi restat via Est dubia et
ignota. quia quedam ducit ad celum / quedam
ad infernum quedam ad purgatorium ducit

aut exse nisi a deo docat via q duct
ad civitate celestem invenire nesciunt
ps viam civitatis habitacli no invene-
runt / Cum igit corpus xpi mori-
entib datur portat scdm lucem ad
tenebrose vie illuminacoem Joh viii
Ego sum lux mundi qui sequit me no
ambulat in tenebris sed habebit lumen
vite / Habent scdm pugilem ad hostiu
defensioem Job xvii Pone me dne
iuxta te et cuius vis manus pugnet
contra me / Habent scdm cibum ad con-
fortacoem / ps panis cor hominis confir-
met 3o Regum xix Ambulavit in forti-
tudine cibi illius usque ad montem dei
oreb / Habent scdm sapientissimum du-
ctorem qui quidem precedit et viam
ostendit Michee ii Ascendit iter
pandens ante eos Et ideo nullus adulta-
rius accedere pt / Deut xxxii Do-
minus solus dux eius fuit et no erat cu
eo deus alienus Et talis ductor
animas ad portu ducit ps deduxit
eos in portum voluntatis eorum / Mu-
to debet probare recipiendi modum
quale sit scitatis Modus enim recipi-
endi s Dam in lo iiii multiplex est /
Debet enim recipi cu multo tiore
cu constie puritate et cum vera fide vn
ait Dam loques de corpore xpi Adve-
niamus ei cu multo tiore et constia pu-
ra et inhesitabili fide Det eciam re-
cipi cum multa reuerencia et hore / sz
tam exteriori q interiori vn subdit /
honoremus ipm omni puritate anime
et corporis duplex est enim et ideo cuiusdam
spe palmas ferentes crucifixi corpus
suscipiamus / Det eciam recipi cu
ardenti desiderio et devocione vn ait Ad-
veniamus et divino desiderio et ardenti /
Iste aut modus q traditus est a Da-
masceno et multu convenit Det namque
recipi cum multo tiore quia ibi con-
tinetur divina maiestas Cum tali tiore
recepit ipm petrus qui dicebat luc v
Exi a me quia homo peccator sum stu-
por enim tenuit Ambros Ruta corde
contricione et lacrimarum fonte quia reuerencia
et tremore contra corporis castitate et
anime puritate illud divinum et cele-

ste sacramentum est celebrandum Ubi cro-
cua in veritate sumitur ubi sanguis tuus
in veritate bibitur / ubi yma summis et
summa ymis coniunguntur / ubi adest pre-
sencia sanctorum angelorum / ubi tu es sac-
dos et sacrificium mirabiliter et ineffabi-
liter transformatum Anima ubi precipue
sinceritissima puritas Ille s de quo
dicit Cap vii Candor est enim lucis
eterne et speculum sine macula Cum tali
puritate sponsa enim recipere volebat
quo ipm invitabat dicebat Cant ii Ful-
cite me floribus i Cor v Epulemur
in azimis sinceritatis et veritatis i cu
constia sincera et vera / Det recipi cum
vera fide quia ibi est velata veritas
Veritas ubique enim est veritas et in celo et
in regno sed hic sub sacramento ubi
sub velamento Ideo no est illud naturalib
et curiosis racionib investigandum sed simpla
fide adorandum Debet enim recipi cum
vera fide no cum curiosa investiga-
cione Ideo precipitur de agno pascali Exo
xii Non remanebit quicquam ex eo usque
sque mane siquid residuum fuerit igne
comburetis Ille usque mane consumat
qui curiose investigat Gz s Gregor
Siquid residuum est igni comburimus
qui hoc quod penetrare no possumus
potestati sancti spus reservamus / Ite
Gregorius in Omel s v Exo xii No
comedetis crudum aqua nec coctum aquas
humana sapiencia designat Unde Sa-
lomon ait / Aque furtive dulciores sunt
Omnis vero qui incarnacionis misteria per
humana sapienciam discutere conatur car-
nes agni aqua vult coquere i dispensa-
cionis eius misterium per dissoluta vult sapienciam
penetrare / Cum vera aut fide recepit
ipm beata virgo De qua dicitur luc i
Beata q credidisti quoniam perficientur in te
q dicta sunt tibi a domino / Det reci-
pi cum multa reuerencia et hore quia
ibi continetur vera divinitas Cum tali
reuerencia recipiebat ille qui dice-
bat Mat viii Non sum dignus ut
intres sub tectum meum etc Ad mensam
dei mensam cum devota reueren-
cia cordis vigilancia accedere nos op-
timo tempore invitat / Debet quidem

tatis misterijs incessabiles deuoc
et grauata reuerencia. Peccator autem ip
non recipit cum reuerencia, sed gaudeat
cum ignominia. Heb. x°. Quanto magis
putatis deteriora mereri supplicia qui
filium dei conculcauit, et testamenti sanguinem
pollutum duxit. Debet ergo recipi cum
ardenti desiderio et deuocione, quia ibi con-
tinetur infinita virtus, quia est sacramen-
tum passionis dominice, que fuit caritatis
infinite. Cum tali deuocione et exulta-
cione recepit ille, de quo dicitur Luc. xix°.
Excepit illum gaudens.

Qui manducat et bibit indigne
iudicium sibi manducat et bibit. I
Cor. xi°. Ambrosius in glosa. Indi-
gne manducat qui aliter celebrat myste-
rium eukaristie quam a Christo traditum sit,
vel qui non deuota mente accedit ad
eukaristiam, vel qui in voluntate
peccandi manet. Probemus ergo nos-
met ne indigne et ad iudicium, sed digne
et ad meritum corpus domini manducemus.
Tria nobis videnda sunt, scilicet qualiter sit sus-
cipiendus, a quibus, et propter quid. Qua-
liter autem determinatur Exo. xij° ubi
sic dicitur. Sumat de sanguine agni et
ponat super utrumque postem et in su-
perliminaribus domorum in quibus comedet
illud, et comedent azymos panes cum
lactucis agrestibus. Non comedetis
ex eo crudum quid, nec coctum aqua,
sed assum tantum igni. Caput cum
intestinis vorabitis. Que quidem vari-
a figura continet sacramenta. Primo namque
debemus sanguine istius agni utrumque
postem et superliminaria domus linire.
Scienus autem sit iste sanguis agni secundum
Greg. Non iam audiendo, sed bibendo
didicimus. Duo postes, secundum eundem
Greg., sunt os hominis et cor eius,
vel possunt esse intellectus et affectus. Tunc
igitur secundum Greg. sanguinem agni super
utrumque postem ponimus, quando eum ore su-
mimus ad redempcionem, et intenta mente
cogitamus ad imitacionem. Vel quando est in
intellectu per veram fidem, et in affectu per
deuocionem. In superliminaribus etiam domorum
hic sanguis est ponendus. Est autem qua-
druplex domus. Prima est anima in
qua habitat deus, cuius superliminare secundum

Greg. est ipsa intencio que preminet
actioni. Secunda est corpus in quo habitat
anima, cuius superliminare secundum Greg. est
frons. Tercia est ipsa ecclesia materialis, cuius
superliminare est locus excelsior. Quarta
est ecclesia spiritualis id est congregacio fidelium
cuius superliminare est prelatus. Tunc igitur
sanguis Christi in superliminari anime po-
nimus, quando intencionem et cogitacionem ad
imitacionem dominice passionis dirigimus.
I Pet. ij°. Christus passus est pro nobis, nobis
relinquens exemplum, ut sequamini ve-
stigia eius. Tunc in superliminari cor-
poris ponimus, quando crucem eius frontibus
nostris imprimimus. Ezech. ix°. Signa
thau in frontibus virorum gemencium.
Aug. Crux que erat supplicium latro-
num transiit ad frontes imperatorum.
Tunc in superliminari ecclesie ponimus
materialis, quando in loco eminenti signum crucis
erigimus. Ysa. v. Leuauit dominus signum
in nacionibus. Eiusdem lxv°. Erit dominus
nominatus in signum, quod non auferetur.
Tunc in superliminari ecclesie spiritualis po-
nimus, quando prelati pro grege suo secundum Christi
imitacionem morti libenter exponuntur.
Joh. x°. Ego sum pastor bonus, bonus
pastor animam suam dat pro ouibus suis.
Secundo debemus azimos panes come-
dere secundum Greg. Panes sine fermento co-
medit qui bona opera sine corrupcione
vane glorie facit, vel secundum eundem qui
mandata misericordie sine admixtione peccati exhi-
bet, ne peruerse diripiat quod recte
dispensat, quibus per iniquitatem bona dat, sed
sacrificare de furto laudem. De fer-
mento namque laudem immolat, qui deo
de rapina sacrificium parat. Vel ille
sine fermento comedit, qui se a mala
pactate custodit. I Cor. v°. Modicum
fermentum totam massam corrumpit. Vel
ille azimum sine fermento manducat, qui
mentis et corporis puritate seruat. Que
quidem puritas in recipiente exigitur
quantum ad manus, quibus ministratur, quantum
ad os per quod suscipitur, quantum ad cor
in quod recipitur. Manus enim ministrantium
debent esse pure et munde. Ps. Lauabo inter
innocentes manus meas, et circumdabo
altare tuum domine. Item exigitur puritate

manuum mearum retribuat mihi. Item dixit
in puritatem [illegible] mearum
sed in puritate manuum mearum. De
cuius receptione debet esse mundum et maxi-
me a peccato detractionis. Unde dicitur in Cor.
xi°: Convenientibus vobis ad ecclesiam au-
dio scissuras esse. Et a peccato gulositatis
unde sequitur: Alius quidem esurit, alius
ebrius est etc. Primus scilicet detractor est sicut
canis, alius scilicet gulosus est sicut porcus
et talibus non debet dari tam sanctum sacra-
mentum et tam preciosa margarita. Matth.
vii°: Nolite sanctum dare canibus neque
proiciatis margaritas ante porcos.
Cor etiam in quo suscipitur ad inhabitandum
debet esse mundum et purum quia Christus non
habitat nisi in corde mundo. Hoc quidem
ostendit nascens, quia et corpus eius forma-
tum est de purissimo sanguine et
habitavit in purissimo ventre. Ostendit
vivens, quia et puritatem docuit. Matth. v°:
Beati mundo corde. Et ipsam habuit. Sap.
vii°: Candor enim est lucis eterne et
speculum sine macula. Ostendit et moriens
quia et pedes anime lavit a pulvere
terrene affectionis. Joh. xiii°: Cepit la-
vare pedes discipulorum. Et animas lavit
sanguine passionis. Apoc. i°: Lavit nos
a peccatis nostris in sanguine suo. Ostendit
et mortuus, quia in nova sindone
volutus et in novo sepulcro sepultus.
Ostendit in sacramento oblatus, quia
et hostia ex puris granis confit et mundo
corporali involvitur. Et vinum ex puris a-
cinis exprimitur et in mundo calice offertur.
Ostendit et in celo glorificatus, quia non
nisi in munda corda labitur. Sap. vii°:
In animas sanctas se transfert et non
nisi in mundis cordibus delectatur. Cant.
ii°: Qui pascitur inter lilia. Tercio cum
lactucis agrestibus ipsum agnum debemus
sumere. Quidam autem sumunt lactucas
integras, quidam contritas, quidam etiam suam
contritionem. Lactuce agrestes amare
sunt. Quidam autem de peccatis suis habent
quendam superficialem dolorem, qui attri-
cio dicitur. Isti sumunt lactucas inte-
gras. Tales attritiones homines pecca-
tores non immutant. Ier. v°: Percussisti

eos et non doluerunt, attrivisti eos et re-
nuerunt accipere disciplinam. Alii sunt
qui in mortariolo cordis sui omnia
peccata sua conterunt et pistillo doloris in-
timi feriunt et minutatim conterunt, et
talis dolor contritio potest dici, et tales sumunt
lactucas contritas. Ad huiusmodi contritos
deus reconciliatur et omnia vulnera sanat
peccatorum. Osee xiiii°: Sanabo contri-
cionem eorum, diligam eos spontanee. Alii
sunt maioris perfectionis, qui non tantum
peccata sua sic conterunt, sed etiam lacrimas
emittunt. Isti sumunt agnum cum succo
lacrimarum id est cum effusione lacrimarum.
Eccli. xxii°: Pungens oculum deducit
lacrimas. Quarto nichil crudum vel
decoctum aqua, sed tantum assum igni
comedere debemus. Iste agnus vite non
fuit crudus, sed tamen igne coctus.
Fuit enim igne sancti spiritus conceptus. Luc. primo:
Spiritus sanctus superveniet in te etc. Fuit
igne divinitatis plenus. Col. ii°: In ipso
habitavit omnis plenitudo divinitatis corpora-
liter. Fuit igne passionis adustus. Ps.: Igne
me examinasti et non est inventa in me
iniquitas. Illi igitur comedunt crudum
qui non credunt ipsum igne passionis
fuisse adustum, sed fantastice passum.
Talibus potest dici quod dicitur Reg. i°
ii°: Non accipiam a te carnem coctam
sed crudam. Non deinde etiam comedere co-
ctum aqua. Caro enim que in aqua coquitur
in aquis dilatatur, intus humore eva-
cuatur, exterius vero mollicie quadam re-
solvitur. Non fuit ergo in aqua coctus
quia non fuit in aquis divitiarum vel
deliciarum mundialium dilatatus, sed
ab eis fuit penitus alienus. Ps.: Sicut
aqua effusus sum, quia aqua de vase effun-
ditur nullum vestigium relinquit, non
sicut de aliis liquoribus qui effunduntur.
Omnibus aliis sancti mundum contempserunt,
aliquod tamen vestigium remanebat. In Christo
autem nullum vestigium mundani amoris
remansit. Et ideo sic aqua effusus fuit
non intus siccus, sed pinguedine sancti
humilitatis. Ysa. lxi°: Spiritus domini
super me eo quod unxerit me. Ps.: Unxit
te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus

tus. Aer fuit eptatus in corpe moll
vl resolutus. sed gtra oms passioes
fortis z solidus. Molle em est qd
cedit omi duro. Ipe aut passionib
no cessit. sed potius suis auctsipo-
rib obviavit d Quem gtas ego
sum. Denus aut ipm sicsupe
assum igne. Caro em q assat a
sua spe immutat. a sua gstitate glut
eptia suo humore siccat. xpus i
fuit agnus igne assatus. qz sic fuit
a sua spe mutatus. Ysa. liii. Non
erat ei species neqz decor. z vidim
eum z no erat aspectus. fuit a sua
magnitudine gtractus. ps. gumi-
sti eum paulominus ab angel. fuit
toto humore sui sagnis euacuatus
ps. Ossa mea sicut cremium aruert.
Vel pt dici Caro assa est valde sa-
pida. z in xpo saporem multiplicem
invenimus. Cum em in xpo gsideres
corpus. sanguinem. animam. spm huma-
num z deitatem. Ex hijs omib sugit
mirabilis sapor puritat. Corpus em
eius ex purissimis virginis sangui-
nib fuit gportum. a splendore sancta
sancti spiritum. a speculo sine macula i. dei filio
assumptum. purissima anima decora-
tum Sap. viii. Puer era ingeniosus
qrtum ad sapiaz. quia in instanti co-
ceptionis habuit. z sortitus sum aiaz bo-
nam i. gratia plena. Et ai cem magis
bonus qrtum ad deitate recta. veni
in corpus incoinquinatum p innocentia
Ex sanguine aut gsurgit sapor dul-
cedinis. naliter aut omis sagnis est
dulcis saporis. qz cu sagnis sit vlti-
mu nutrimentu corpis q sanguez mutat
z nichil mutat nisi dulce. oz q omis
sanguis qui no est corruptus saporis
sit dulcis. Ante igr dulcedinis e
sagnis hs sacramenti. qui a tadula
fonte i. visceribus virginis emanauit.
z tadula hauiente i. spacio haustus
fuit in tam dulce i. corpus p suffudi
pmeruit z michelos in cor sacerd
suffundit. q quide dulcedine devo-
tos replent. vt possit glibz dice
Can. ii. fructus eius dulcis gutturi
meo. Ille fructus de quo dicit Luc. i.
Et bndictus fructus ventris tui. Ex anima gsurgit
sapor omis virtutis qz omib virtutib
plena fuit. vn sit per ortum delitiaz
Can. iiii. Surge aquilo z veni aust.
z pfla ortum meum z fluet aroma-
ta illius. Aquilo qui e ventus frigi-
dus z gsiccatiuus dyab sit. qui cor
frigidum facit. z aromata virtutu gsu-
git. qui a xpi anima penitus e ex-
pulsus. Auster qui e ventus calidus
z humidus. eo calore poros apiens
z eo humiditate aromata laxans. spi-
tum sanctum signat. qui eius aiam
fecit calida caritate. humida piete
z eius odore repleuit z lapauit. vt
copiosissime diffundat. Ex spu hu-
mano gsurgit sapor subtilitatis. Odo-
res em z sapores subtilium valde sub-
tiles z penetratiui sunt. Spus aut
subtilis deitati gmctus omia penetrat.
z dei sapore dulcorat Sap. vii. In
animas sanctas se transfert. Et licet sb-
tilitas no sit sapor. est tn dispositio ad
saporis z odoris in nos subtiliter pene-
trantis Sapie viii. Attingit aute
vbiqz ppt suam mundiciam. Ex deitate
gsurgit sapor omis gratie Ioh. i. Vo
plenum gre z veritatis. hic e sapor gtiosus
omnes gferens delectatioes ps. Dele-
ctationes in dextra tua vsqz in finem.
Secudu aut Bern. in Omel. p aqua
humana sapia designat. Sup. Io. pu-
Aque fluitiue dulciores Omne aut
qd subtiliter cogitamus. quasi mente
coquimus. Sed agni caro no cruda e-
denda est. nec aqua cocta. cruda redditur
nr. Nec purus homo existimandus est.
Neqz per humana sapiaz qlit incar-
nari deus potuit. cogitandu. Omis
em qui redemptore nrm purum hoiem
credit. quid aliud qz agni carnes
crudas comedit. quas videlicz coqre
p diuinitatis eius potentiam voluit.
Omis vero qui eius incarnatioes misteria
disputare conat. carnes agni aqua vult
coqre i. dispensatiois eius misterium
p dissolutam vit sapiam penetrare. &c.
Qui igr paschalis gaudii plenitu

celebritate desiderat / agnu[m] n[on] aq[u]a coq[ue]re. nec crudum comedat. i[d est] vt neq[ue] per humana[m] sapiencia[m] profunditate[m] illius penetrare appetat. Neq[ue] ip[su]m eum tanq[uam] purum hominem credat. Sed assas ig[itur] carnes comedat vt dispensare omnia p[er] sancti potencia[m] sciat / hec Greg[orius].

Caput tamen caput eius cu[m] pedibus et intestinis vorare. Iste agnus hab[et] caput s[cilicet] diuinitatem. i[ta] Cor[inthios] xi° Caput Christi deus. h[abe]t pedes i[d est] carnem. ps[almus] Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. h[abe]t intestina i[d est] animam. Vel s[ecundum] Greg[orium]. Intestina sunt verbum illius occulta et mistica mandata / Sunt igitur quida[m] heretici. qui negauerunt xp[istu]m esse deum isti no[n] vorabunt caput / Sunt alii qui negauerunt xp[istu]m esse hominem veru[m]. isti no[n] vorabunt pedes. Sunt alii qui dixerunt xp[istu]m no[n] h[ab]uisse anima[m] r[ati]onale[m]. isti no[n] vorabunt intestina Sunt et multi catholici. qui va[n]a vite cu[m] auiditate non sumunt Ista cum Greg[orius] Vorat intestina. Nos aut[em] istius agni caput cu[m] intestinis voremus. vt deip[s]ius diuinitate carne. et anima fideliter sentiamus. et ip[s]ius mandata cu[m] feruore impleamus / Disp[ositio] q[ua]l[ite]r iste sit suscipiendus. Videndum etia[m] e[st] a q[ui]b[us] sit suscipiendus. Ad no[tandum] similiter Exo[di] xii° Sic aut[em] comedetis eu[m] Renes vestros accingetis. calciamenta i[n] pedibus h[ab]ebitis. tenentes baculos in manibus et comedetis festinanter Primo igitur renes accingere p[er] mundicia[m] et castitatem / Accingi em[m] est militantis. Luc[e] xii° / pugnet se et tradecus[?] militabit illis. Est pugnantis ps[almus] Precinxisti me v[ir]tute ad bellum. Ge[n] xlix° de Gad Accinctus preliabitur an[te] eum / Est ambulantis Thob[ie] v° Inuenit iuuene[m] stantem precinctu[m] et paratum ad ambulandu[m] iii° Re[gum] xviii° / Helyas accinctus lumbis currebat an[te] Achab. Quida[m] nam[que] sunt hic sacramentum ministrantes. sic Achab sacerdotes / Quidam recipientes. et hor[um] quida[m] sunt recipientes dum adhuc sunt in via q[ui] adhuc s[un]t bellantes

Quidam in terminis vie. qui vadunt ad patria[m] / sicut sunt morientes. Isti omnes debent h[ab]ere lumbos accinctos. vt cu[m] puritate et mundicia comedat agnu[m] vite. Secundo debent h[ab]ere calciamenta in pedibus / Per calciamenta intelligunt[ur] v[ir]tutum opera vel sanctorum patrum exe[m]pla vel d[omi]nice incarnationis misteria. Pedes q[ui]de[m] aie sunt v[ir]tutes anime. Ipsar[um] aut[em] v[ir]tutu[m] calciamenta. sunt op[er]a v[ir]tuosa Cant[icorum] vii° Pulcri sunt gressus tui in calciamentis i[d est] pulcre sunt v[ir]tutes tue. cu[m] op[er]ib[us] bonis vel p[er] calciamenta intelligunt[ur] sanctor[um] patru[m] exe[m]pla Vn[de] dicit Greg[orius] Calciamenta in pedibus habere. est mortuor[um] patru[m] vitam conspicere. et nostra vestigia a peccati vulnere custodire Vel p[er] calciamentum intelligit[ur] d[omi]nice incarnationis misterium vn[de] dicit Iohannes iii° Cuius non sum dignus calciamenta portare. Vb[i] exponens Greg[orius] d[icit] Incarnatum d[omi]ni[cu]m q[uas]i calciatus apparuit. qui in diuinitate sua morticinia n[ost]re corrupcionis assumpsit vn[de] p[er] p[ro]phetam dicit In ydumeam extendam calciamentum meum / q[uia] d[omi]n[u]s p[er] carne[m] gentibus innotuit quasi calciata ad nos diuinitas venit / huius quide[m] incarnacionis misterium. nullus humanus oculus penetrare sufficit. Ille igitur digne capit istum agnum. qui h[abe]t calciamenta i[d est] v[ir]tutum op[er]a. et qui imitat[ur] s[an]ctorum patrum exe[m]pla. et qui veneretur d[omi]nice incarnationis misteria. vn[de] p[ro]pter filias vt h[ab]etur Luc[e] xv° Recepturus filium reuertentem ad esum agni. p[ri]mus iussit calciamenta in pedibus eius poni Tercio debent h[ab]ere baculos in manibus. Baculus in manibus. h[abe]t ad itinerandum Gen xxxii° In baculo meo transiui iordanem istum. Ad p[er]cuciendum Ysa[ie] x. In virga percuciet te et baculum suum leuabit super te. Ad sustentandum Thob[ie] v° Baculum senectutis nostre tulisti. Illi igitur qui debent recipere agnum vite. debent tenere baculos in manibus. qui debent percutere demones baculo crucis Num[eri] xxii° Vlci[?]

stella ex iacob . et exurget virga de israel
et percutiet duces moab. Debent se re-
putare attinentes in corlio peregri-
nacionis ps Advena ego sum apud
te et peregrinus Heb x. Non habemus hic
manentem civitatem sed futuram inqui-
rimus Et debent maxime prelati alios
sustentare et regere custodia solicite
provisionis. Unde dicit beatus Gregorius
Nemo per baculum nisi pastoralis custo-
dia designat ps Virga tua et bac-
ulus ipsa me consolata sunt Prelatus quidem qui
est virga. debet lupos percutere et oves
baculo custodire. Quarto debemus co-
medere festinanter Ille quidem festinan-
ter comedit qui in sui adolescentia
deo servire incipit Treni iii Bonum
est viro cum portavit iugum domini
ab adolescentia sua. Gregorius. Manda-
ta dei cum festinacione cognoscite . et pre-
cepta vite cum festinacione adimplere
curate . ad patriam tendite. Hebr iiii.
Festinemus ingredi in illam requiem
Gregorius in Omelia. Festinantes pa-
scha comedite . id est ad solempnitatem
patrie celestis anhelate. Ille festinanter
comedit. qui non procrastinat . sed divi-
ne inspiracioni statim obedit. Gregorius
in Omelia Nemo in huius vite vincere
torpeat . ne in patria locum perdat
Nec moras ad petenda studia ne-
ctat . sed cepta perficiat Item ibidem
Anima tam adhuc habere licet bonum agere
si nimis. cras licet ignoramus. Peri-
culum est autem in aperiendo sponsi mo-
ras facere. quia nisi cito ei appareat
recedit. Pulsat enim dicens Can v. Aperi
michi soror mea Et illa excusans
dixit Expoliavi me tunica mea quo-
modo induar illa. Lavi pedes meos
quomodo inquinabo illos. et tunc sponsus re-
cessit. Unde sequitur Pessulum hostii mei
aperui dilecto meo at ille iam decli-
naverat. atque transierat. Ipso quidem
et a quibus sit agnus iste suscipiendus.
Videndum est tercio propter quid suscipiendus
sit. Istud enim dignissimum sacramentum
suscipiendum est. tamquam memoriale domi-
ne

passionis. tamquam medicamentum nostre cu-
racionis et tamquam viaticum nostre peregrina-
cionis Est enim memoriale passionis
Christi. Luc xxii. Hoc facite in meam commemo-
racionem. i Cor xi. Quocienscumque
manducabitis panem hunc et calicem bi-
betis mortem domini annunciabitis donec
veniat. Habemus enim tria memorialia
dominice passionis. Unum est in visu scilicet
passio Christi picta. Secundum est in auditu
scilicet passio Christi predicata. Tercium est
in gustu scilicet passio Christi in hoc sacramen-
to signanter expressa et variat concreta.
Si igitur passio Christi movet affectum
nostrum in ymaginibus visa et passio
audita multo fortius movere debet eius
passio degustata. Ysa xxvi. Memo-
riale tuum in desiderio anime. Eccl xl-
ix. Memoria Iosie in composicione odoris
facta opus pigmentarii in omni
ore quasi indulcorabitur eius memoria
et ut musica in convivio vini. Iosias
interpretatur incensum domini et significat Christum qui
cum tamquam patri se obtulit in odorem sua-
vitatis Cuius memoria debet esse nobis
velut balsamum et redolens unguentum
ad odorandum In composicione odoris facta o-
pus pigmentarii velut mel ad degu-
standum Et ideo dicit In ore omni
quasi mel indulcorabitur velut melos ad
audiendum. et ideo dicit Et ut musica
Velut iubila ad iocundandum Et ideo dicit
In convivio vini. quia vinum letificat
cor hominis. et velut festinus sponsus ad
amplexandum. Unde subdit Ipse est di-
rectus divinitus in penitenciam gentis. Secundo
suscipiendum est tamquam medicamentum
nostre curacionis Eccl xxxviii. Altissimus
de terra creavit medicinam id est de corpore
terreno De efficacia autem istius me-
dicine cantat ecclesia in oracione Purificent
nos quesumus domine sacramenta que sumpsimus etc. Et postea
sequitur Ut ablutio scelerum sit fortitudo de-
bilium etc. Est medicina conservativa Et ideo
dicitur Sit contra mundi pericula firmamentum Et
est medicina meliorativa Et ideo dicitur
Sit vivorum atque defunctorum fidelium
remissio omnium peccatorum. Tercium suscipiendum

est tamquam viaticum nostre peregrinacionis. Dia-
cum viaticum / sive quia datum est a christo
viatore in arduum vie defficiamus. Mar.
viij°. Si dimisero eos ieiunos in do-
mum sua deficient in via / sive quia da-
tum est nobis viatoribus in obsequium ut
confidamus. Mar. ult. Ego sum vobiscum omnibus
diebus usque ad consummacionem seculi. Quinto
quia datur nobis viantibus cibus contra hac vita in
pugilem ut hostes non timeamus. Job
xvij°. Pone me domine iuxta te et cuius-
vis manus pugnet contra me. Psalmus. Nam
si ambulavero in medio umbre mortis
non timebo mala quoniam tu mecum es.

Ceterum cum venero disponam
I Cor. xj°. Postquam apostolus or-
dinavit Corinthios circa cor-
poris et sanguinis Christi digna recepcionem
in fine promittit in adventu suo se
ordinaturum et dispositurum que ad istud et ad
alia pertinet ecclesiastica sacramenta. Ex hoc
manifeste colligitur quod apostoli circa eccle-
siastica sacramenta multa ordinaverunt
que in scripturis non reliquerunt. Quarti etiam
patres apostolos sequentes plura postmodum
superaddiderunt / unde in hac die ab ecclesia
multa fiunt que sunt mistica et figurativa
quorum quedam hic ponamus raciones horum
prout poterimus assignantes. Primum est
quia publice penitentes hodie reconciliantur.
Secundum quia crisma conficitur. Tercium quia de
mandato domini fit ablucio omnibus maxime
in collegiis instituta. Quarta quia alta-
ria denudantur. Quinta quia altaria ab-
luuntur. Sextum quia sermo proponitur. Septimum
quia pedes abluuntur. Octavum quod tribus
diebus mos est ab cimbali plagere. Nonum
quia luminaria extinguuntur. Decimum quod te-
nebre induantur. Undecimum quia a summo
pontifice in cena dominica missa celebratur.
Duodecimum quia summus pontifex aliique
prelati maiores solito elemosinas largiuntur.
Primum igitur est quod hodie publice peni-
tentes reconciliantur. In capite quidem ieiu-
nii cinderes accepte publice penitentibus
datur [illegible] eis ab episcopo traditur / et
ab ecclesia eiciuntur / propter quod sicut / quod cum Adam
peccasset positus est flameus gladius
ante hostium paradisi qui sicut per candelas
accensas. Induitur est tunica pellicea

quod sicut per alium exclusus est a paradi-
so sic et illi qui ab ecclesie ianuis exclu-
duntur / hac vero die reconciliantur mul-
tiplici de causa. Una est quia Christus
Petrum publice peccatorem sed penite-
tem sibi reconciliavit / publicam enim
penitenciam fecit cum amare flevit / Hunc
ante tamen carnem fleti plura in ipso
causavit. Primum magnitudo criminis
quia scilicet publice Christum negaverat. Se-
cundus caloris ignis enim tanto magis ar-
debat quanto prodire extimus non vale-
bat / sed timore deposito extimus ignis
se manifestavit et petrum ad lacrimas
provocavit. Tercium est predictio domini hoc
enim in petro augebat dolorem quod dominus
ei predixit et tamen ipse non caverat se.
Quartum est domini respectus quod sic dicitur
Luc. xxij°. Conversus Ihesus respexit
petrum quod quidem fecit petrus magnum
fletum. Quintum est petri promissio
quia iam ad carcerem promisit / sed ad vocem
unius ancille Christum negavit / et propter ista
omnia petrus amare flevit. Quia ergo Christus
discipulum publice peccantem sed peni-
tentem hac die ad penitenciam recepit. Ideo
ecclesia hac die publice penitentes revo-
care consuevit. Queritur autem quare pre
ceteris apostolis cadere permisit / pluries respon-
det Crisostomus. Ideo cadit petrus ut
melchion confundatur / ut petrus de se
non presumat / ut Christo in omnibus credat
ut reliqui caveant et Christo credant / ut
audacia comprimatur / ut sevicia minuatur
ut sciat qualiter aliis parcat. Hec qua-
tuor cause que sunt hodie penitentes
reconciliantur ponuntur in libro mitrale.
Prima est ut vitas fuge respondeat.
Deus enim in quinta feria de aquis pro-
duxit pisces et aves sed aves a pisci-
bus separavit dum pisces gurgiti re-
misit et aves in aere sublevavit. Sic
ecclesia in hac quinta feria pisces id est peccatores
in aquis delictorum reliquit / et aves id est
penitentes ad celestia desideranda per-
duxit. Secunda est quia hodie fuit Christus
captus et ligatus / ut sua captiva-
cione et ligacione captivi dimittantur / et li-
gati solvantur / et ideo publice penitentes dein

dimitti et solui / postquam xpus hodie vo-
luit capi et ligari. sic ille qui est in
carcere dimittitur qui sufficientes obsides
datur / Et ideo dixit xpus Joh. xviii°
Si ergo me queritis sinite hos abire
Tercia est / quia xpus in fine quinte etatis
venit / qui cyrographum veterem quod
soluit / ideo in hac quinta feria cyrogra-
pha penitentium sunt solvenda. Quarta est
quia hodie xpus pedes discipulorum
lavit / locus autem pedum comissorum
peccatorum. Et ideo convenienter hodie fit abso-
lucio peccatorum penitentium. Quinta causa potest
esse / quia xpus hodie peccatoribus pe-
nitenciam facere incepit j Pe. ii° peccata
nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum
cuius livore sanati sumus. Et ideo conve-
niens est. ut postquam xpus principaliter fecit
a publice penitentibus prima incipere.
Secundum est quia hodie crisma ab ec-
clesia conficitur quod quidem fit multiplici racione.
Prima est / quia hodie xpus in monte o-
liveti orauit / et ideo oleum benedicitur /
Plato etiam celestis scilicet xpus / hodie bal-
sami guttas sudauit / Ubi 2m Bern-
hardus solum oculis. sed quasi omnibus membris
flevisse videtur / ut totum corpus ecclesie to-
cius corporis lacrimis purgaret. Cris-
ma autem conficitur ex oleo et balsamo. Et
quia in hac die fuit a xpo oleum be-
nedictum et balsamum sudatum convenienter
hodie crisma conficitur et consecratur. Secunda
est / quia hodie institutum est sacramentum
sacramentorum scilicet corporis xpi. Et ideo conveniens
est ut hodie crisma conficiatur. quod est
materia multorum sacramentorum. ut baptismi
extreme unctionis confirmationis et ordinis
sacerdotalis / Tercia est quia hodie xpus
discipulos in presbiteros et pontifices consecrauit
quia eis potestatem conficiendi dedit Et
ideo conveniens est ut hodie crisma con-
ficiatur / de quo multi domini et presbiteri
consecrantur / Quarta est / quia xpus qui
erat unctus oleo leticie et balsamo
odorifere fame hodie ipsum oleum et
balsamum corporose subiit. Sed ad discipu-
pulos hodie dulcissimum habuit collo-
quium. Dignius enim dulciter cantat in mor-
te quam in vita. sic et cignus iste xpus discipu-
pulos suos hodie dulciter allocutus est
quam alias fuit / hodie humile exhibuit
obsequium. quando scilicet pedes discipulorum
lavit. traditorem suum ad mensam rece-
pit. pedes sibi lavit. amicum vocat /
Osculum non negavit / hodie etiam tan-
tarum cum discipulis fecit convivium. Luc.
xxii° Desiderio desideravi hoc pascha
manducare vobiscum antequam paciar Sciue-
bat enim benignus dominus / quia nisi
ante suam captionem eos cenare fecisset
quod mala cena habuissent. Quinta est quia
hodie ab hebreis postes sanguine sunt
liniti / sic ergo sanguine liniti sunt postes.
ita crismate unguntur frontes / propter
has igitur causas etiam hodie crisma con-
ficitur et oleum benedicitur. Sunt enim tria
genera unctionum / primum crismatis.
Secundum oleum cathecuminorum et neophi-
torum. Tercium oleum infirmorum. Inunguntur
autem pontifices. reges. et omnes fideles.
Sed pontifices inunguntur crismate quod
quidem fit ex oleo et balsamo. adveniente
pontificali benedictione. Requiritur enim illa com-
mixtio olei et balsami. crisma conficitur /
nisi pontificalis benedictio adveniret
Ita sicut dicit Augustinus Dignum autem
nisi adhibeatur sive fontibus fidelium
sive ipsi aque qua regnantur / sive
oleo et crismate quo unguntur / sive
sacrificio quo alluuntur. nichil eorum re-
te perficitur / Inunguntur igitur pontifices
crismate. ad innuendum quod debent habere
oleum in mente conscientie. quo ad deum.
de quo dicitur ii Cor. i° Gloria nostra hec est testi-
monium conscientie / De quo etiam dicitur
Mt. xxv° prudentes autem virgines acce-
perunt oleum in vasis suis. Debent habere
balsamum in odorem bone fame quo
ad proximum ii Cor. ii° xpi bonus
odor sumus deo in omni loco Eccli. xxiiii°
Sicut cinamomum et balsamum aromati-
sans odorem dedi De hiis duobus dicitur
Prov. xxi° Thesaurus desiderabilis et
oleum in habitaculo iusti Sed iniusto
plato j 82 ce thezaurus preciose fame/st
oleum nitide conscientie / Debet etiam habere
benedictionem celestis gracie quo ad se ipsum
de quo dicitur ad Ephe. i° Qui benedixit nos
in omni benedictione spirituali in celestibus
in xpo Sicut autem ex unctione bal-

sanin 2 olei no fit crisma nisi adveni-
at pontificalis benedictio Sic qcumqz
platus dicit se hre bona qsciaz et
videtur hre bona fama· si dei gratia
caret· spiritali crismate unctus no est
quia sine gratia dei qscia· q videt esse
bona est eutonica· 2 fama est vana·
Inunguntur aut ipi pontifices 2 in capi-
te· 2 in manibus In capite quide per
celestiu contemplacionem Per caput qde
mens intelligitur Mt vjo· Unge caput
tuu propter dignitatis pontificalis distinc-
cionem Sicut enim caput est sic omnia
membra influens eis sensum· 2 motum
Sic platus sit subditos qstitutus· debet
influere in eos sensum sapie p saluti-
fera verbum 2 motu operationis bone
p exemplu· sicut veri capitis unitatem illius
de quo dicitur in ps· Sicut ungentu in
capite qd desc· Et qui dicit de seipso y-
saie lxjo Sps domini sup me· eo qd un-
xerit me· Et Manus aut inunguntur
Et propter officiu pietatis· ut ondatur quod ac-
cipit benedicendi ptatem 2 qsecrandi sic
patet in forma qsecrandi· q sic hz Conse-
crare 2 sanctificare digneris domine ma-
nus istas p istam unctionem 2 nram bene-
dictionem· ut quecumqz qsecraverit qsecre-
tur 2 quecumqz benedixerit benedicatur in nomine
domini Inunguntur etiam manus eoru
propter officium pietatis Cant vjo Dum
tempus habemus operemur bonum ad omnes
Cant vjo Manus mee distillaverunt mir-
ram 2 digiti mei pleni pbatissima
Debent enim talia opa fieri manibus propriis
no manibus alienis· q illos· qui nichil
volunt facere· nisi post mortem Et ideo
dicit Manus mee Debent dari plurimis
indigentibus Et ideo dicit· distillaverunt
i· diuise stillaverunt· Et debent fieri cu
discretione· servato s· loco 2 tempore· Et
ideo dicit Digiti mei· q p digitos
discretio sit Et ille qui aliis miseret
debet incipere a seipso 2 ideo dicit Mirra p-
batissima Probatissima mirra est elemosina q
quis anime sue incipit misereri Jux-
ta illud Eccli xxxo Miserere anime tue pla-
cens deo Dicitur aut elemosina p mirram q
expellit vermes i· peccata 2 iniquitates Jux-
ta illud Dan iiijo Peccata tua elemosinis

redime 2 iniquitates tuas misericordiis
pauperum Inunguntur etiam illorum manus
propter correctionem vitiorum In veteri
quidem lege sacerdotes habebant manus
graues Exo· xvijo Manus moysi e-
rant graues· Vnde sicut habetur ... xo Ir-
rita quis faciens legem moysi sine ulla
miseratione duobus aut tribus testibus
moritur Manus aut pontificum novi
testamenti inunguntur· ut clementes effi-
ciantur Ps Corripiet me iustus in mi-
sericordia 2 increpabit me oleum aut peccatoris non impinguet caput meum ... ut
manus corripientis in misericordia oleum
lenientis spargat Inunguntur etiam
reges· sed oleo· no crismate in brachi-
o no in capite Pontifices enim inunguntur
crismate in capite 2 in manibus reges
vero oleo in brachio sive in humero s
Primo ut ondatur quanta sit distantia inter au-
ctoritatem pontificis 2 ptatem principis
Secundo ut ondatur quod in principe magis
requiritur oleum qscientie 2 lenitatis clemen-
tie qd per oleum significatur In pontifice aut
non solum requiritur interior qscientia· sed
etiam odor bone fame Tercio quia dicitur
xpus a crismate· Olim aut rex vo-
cabatur xpus domini sed hodie istud nomen
ad pontificem est translatum· ps Nolite
tangere xpos meos Et ideo epus qo pla-
tus xpus dicitur crismate ungendus
Inunguntur etiam ipi reges i brachio sive
in humero· no in capite licet enim olim
in capite inungerentur postquam tamen xpus
unctus est spiritu sancto qui est caput ecclesie De
quo dicitur Act· x· Quem unxit deus
spiritu sancto· unctio principis ad brachium est
translata Ungitur aut in brachio sive
in humero· sive in armo Primo propter
principatus ostensionem ut habetur jo Regum xo
Samuel fecit poni ante saul ar-
mum· cum deberet fieri rex· insignum re-
galis principatus· ad quem ipse erat p-
movendus ysa· ixo Factus est principatus
super humerum eius Secundo in malorum et
rebellium expugnatorem· qd per brachium
fit ps Qui docet manus meas ad p-
lium i Petri ijo Ad vindictam malorum
laudem vero bonorum Tercio in bonorum pro-
tectionem 2 defensionem ysa· xlo In bra-
chio suo qgregabit agnos 2 in sinu
suo levabit Inunguntur etiam omnes
fideles Cum enim inunguntur reges et

sacerdotes · et omnes fideles per sanguinem
Christi sunt sacerdotes et reges Iuxta illud i
Pet ij°. Vos estis genus electum re-
gale sacerdotium Ideo omnes fideles in-
unguntur bis ante baptismum · scilicet in pecto-
re · et inter scapulas · et hoc oleo benedicto ·
et bis post baptismum scilicet in vertice et in fronte
et hoc crismate / Crisma enim non competit
nisi iam facto christiano · Inunguntur igitur
in pectore · ubi est cor · quod est fons vite
quia debent habere fidei veritatem / Debet enim
per spiritum sanctum donum · curare de peccatore suo
eiicere · et fidei veritatem habere Apoc. ij° Iu-
stus autem ex fide sua vivit Inunguntur
inter scapulas · quia debent habere fidei vere
operacionem Tunc enim fides formatur / quando
in dei mandatis et bonis operibus exercetur
Et debent torpore abiicere / et onus ma-
datorum dei ferre / quia sic dicitur Iac. ij
fides sine operibus ociosa est · Inunguntur
in vertice / quia debent habere fidei veritatem
formatam et defensorem liberam et aptam
confessionem defensionem · ut scilicet semper
sit parati racionem defendere i Pet. iij°
Parati semper ad satisfaccionem omni posce-
nti vos racionem reddere de ea · que in vobis
est fide et spe Ideo in vertice inunguntur
per quam nos sive superior pars hominis
intelligitur Exod. ij° Sapientis oculi
in capite eius · Inunguntur in fronte
quia debent habere fidei vere formate et defen-
se liberam et aptam confessionem Roman.
x°. Corde creditur ad iusticiam ore autem
confessio fit ad salutem / Post aut ad
crismacionem manus imposicio designatur
que alio nomine confirmacio dicitur Cuius digni-
tas ex superior manifestatur / scilicet ex racione
illius a quo ministratur / quia non datur per
simplicem sacerdotem / sed tantum pontifi-
cem Et racio est · quia manus impo-
sicionem soli apostoli faciebant ut dicitur de
Petro et Iohanne · Act. viij° Tunc im-
ponebat manus super illos et accipie-
bant spiritum sanctum Ex racione loci in quo
ministratur quia scilicet datur in fronte · que est nobilis-
sima pars corporis Est enim signum gra-
cie confirmate / quando homo fidem libere
confitetur / Ex racione materie quo ministratur
que fit de crismate Confirmati enim

debent habere minorem confidenciam et ardorem bone
fame Ex racione rei signate · propter quam instituitur
Designat enim graciam spiritus sancti · qui datur ad ro-
bur ad augmentacionem · qui datus fuerat
in baptismo ad remissionem / Plenum
autem infirmorum est quo extrema unctio
ministratur Que quidem valet illis · qui
digne sumunt ad eterne salutis percepcionem
ad infirmitatis alleviacionem / et ad pec-
catorum remissionem Ista tria tangit videlicet
Iac. ult. / ubi sic dicitur Infirmatur quis in
vobis · inducat presbiteros ecclesie ut orent
super eum ungentes eum oleo in nomine
domini · et oracio fidei salvabit infirmum ·
et alleviabit eum dominus / et si in peccatis
est · dimittentur ei / Sextum est quod hoc
facit ecclesia · quia unus tantum celebrat · et
de manu unius omnes communicant quod ma-
xime in collegiis et conventibus observatur
Quod fieri videtur quadruplici de causa /
una est ut Christum imitemur qui solus hodie
celebravit quando corpus et sanguinem consecravit et
omnes discipulos communicavit Secunda est ad in-
nuendum · quod istud sacramentum est unitatis
quia per ipsum fideles uniuntur i Cor. x · unus
panis et unum corpus sumus omnes · qui de
uno pane et de uno calice participamus
Unde Apostolus quosdam reprehendit · qui divisio-
nes circa hec inducere volebant · dicens i Cor.
xj° Convenientibus vobis in ecclesiam au-
dio scissuras · et ex parte credo · nam oportet hereses
esse · ut qui probati sunt manifesti fi-
ant in vobis Convenientibus ergo vobis
in unum · iam non est dominicam cenam man-
ducare Tercia ad innuendum / quod omnes
debent obedire et subiacere uni scilicet vicario
dei i. summo pontifici Unde potest sibi dicere
deus illud quod dixit Ysaac Iacob filio suo.
Gen. xxvij° Serviant tibi populi i. omnes
layci in seculo / adorent te tribus i. layci
superiores · Esto dominus fratrum tuorum i. car-
dinalium et aliorum pontificum / et incurvent
ante te filij matris tue · i. alij prelati infe-
riores et ceteri clerici · qui sunt filij ecclesie /
Quarta ad innuendum · quod omnes eius unum
cum deo et adinvicem Ioh. xvij° Sunt
unum sicut et nos unum sumus Item ibidem ·
Omnes unum sint · sicut tu pater in me
et ego in te et ipsi in nobis unum sint &c

Quartu est qr hoc altaria denudat
z sit denudatoz z expoliatoz xi qui
fuit triplr denudatus. Fuit em qd triplo
genus vestimentorum s. male vestes
vz quas sebat Corpale eius s. corp⁹
buditum. quod vestimentum ffauctg
z mr eius fecerit. Can iij° Egredi-
mini filie syon z videte regem Salom
in dyademate. quo coronavit eu mat
sua. Spuale collegium scz aplorz celeb
em aplus in hc vestimento vinu colo-
re fatiebat. Ysa. xlix° vivo ego dicit
dominus quia hijs omnib velut vesti-
mento vestieris z circumdabis eos qi sponsa
Delitale s. divinitate eius ps Amictus
lumine i. luminosa deitate sicut vestimento.
Fuit igr expoliatus vestimento mali.
qn milites eius vestimenta abstulerunt
z inter se diviserunt ps diviserunt sibi ve-
stimenta mea zc Corpali. qn iudei a-
nima ipius passiones ab eius corpe ex-
pulerunt Joh xix° Inclinato capite e-
misit spm. Spuali qn omnes Apli
ab eo fugerunt z ipm solum reliquerunt
Mt xxvi° Percuciam pastorem z dispgent
oves gregis Joh xvi° Ecce venit hora
z iam est vt dispgamini vnusquisqz in ppa
z me solum relinquat. Divinitate aut
expoliatus no fuit. quia eius deitas z
corpi in sepulcro. z aie in limbo fuit
iuncta. Quia igit fuit talit denuda-
tus Ideo ad hoc repntand altaria de-
nudat. Quintu est qr altaria hoc ab-
luunt. z hc aqua z vino. qd vinu in
modum crucis spgit z lintheo mds
altare tergit. ad sindi q xpus ecclam
sua lavit triplici lavacro. s. aq regene-
rationis Eph v° mundas eam lavacro
aq i verb vite Aqua gre spualis Eze
xxxvi° Effundam sup vos aqua munda
z mundabimini ab omnib inquinamentis vris
Et istud supplavacrum sit p aquam
q sr altare fundit. lavit etiam eam
tcio lavacro s. sanguine passionis. s.
Apoc i° lavit nos a pctis nris i sangue
suo. z istud signt p vinu De hc tplici
lavacro dicit Tit iij° p lavacru rege-
nerationis. hoc quo ad lavacru aq ba-
ptismalis. z renovationis hc quo ad

lavacru passiois. p qua omes tate
sunt renovate. spus sancti hc quo ad
lavacru aque spualis. z istud lavacru
Ecclie factum e virtute cae z sepultura
sue mortis q sit p lintheum. Sextum
est. quia hodie sermo dei ppt
Sermo quide dei est illuminativus
Prov vi° Mandatum lucerna est z lex
lux. ps lucerna pedib meis vbum
tuu. Est dulcorativus ps Quam dulcia
faucib meis eloquia tua Abac ppri
Sonne ardore refrigerabit vos. sic z
vbum melius qp datum. Est inflama-
tivus Jeremie xx° factus e sermo do-
mini in corde meo quasi ignis estuans
ps Ignitum eloquium tuu vehementer
Est confortativus Job iiij° vacillantes
confirmavit sermones tui Ideo hoc sermo
ponitur. qr dominus hodie illuminat.
Vt dei bñficia z sacramenta dominica
corporis cognoscamus. Veritas quare
sit lumine ad mensam dei accedere Vere
scz sacramentu qd debuit suscipi ad
salutem recipiat ad damnatione. Judas
cum petro accessit ad cena pariter
dominica. Petrus accessit ad vitam Judas
ad mortem. Ideo ppheta dicitur Intro-
ibo ad altare dei. premisit Emitte
lucem tua z veritate tua. Denus
dulcorari. vt ad xpi passionem dulcedine
devotionis afficiamur. Ad signum
est luc xxiiij°. vbi dicitur qr discipuli
cum xpo comederunt piscem assu-
tu melle. comedit em ille piscem assum
cu melle qui xpm passum cu dulce-
dine devotionis recolit. Demu in-
flamari vt ad xpi passionem p ardorem
attendamus. Bn. sr omnia te michi ama-
bilem reddit bone ihu. calix quem
bibisti. opus nre redemptionis Demu
roborari. vt contra adusa omnia ani-
memur. Heb xij° Recogitate eum
qui tale sustinuit a pctorib adusus
semetipm contradictionem vt no fatigemini
animis vris deficientes. Septimu
est qa pedes abluunt. qd facit eccla
z propter xpi imitatione. z ppr humilitatis
provocatione. z propter significatione s.
Digitr em ex hc. q maxime i eccla
dei debet paupes z abiectos fovere

z ncitatis tempore humilitatis obsequia etiam minimis prestare Quinta causa quod caput et pedes eorum lavare quia superiores debent minus z paribus inferiores qui terrenis inherent mundare Sed hodie usum est caput i pedes z oclus in cultancu / quia illi qui debent vita ceteris preminere ut caput / z celestibus intendere ut oclus / vita sunt inferiores z terrenis amplius inhiantes. Decima est quia tribus diebus mors xpi plangitur Tres quidem sunt interruptatione / Prima quod sol mortem xpi tribus horis planxit / ex eo quod tribus horis obscuratus permansit Non enim illa eclipsis fuit naturalis / Tum quia luna tunc erat quintadecima z ita imperfecta distantia a sole / Tum quia eclipsis non aufert omne lumen ab omnibus partibus terre. Tum quia tres horas durat nox Et ideo philosophi z astrologi ista cognoscentes dixisse referuntur Aut elementa mentiuntur aut deus nature patitur z elementa sunt compatiuntur Secunda est quod xpus tribus diebus z tribus noctibus in sepulcro mortuus iacuit / Mt. Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus z tribus noctibus sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus z tribus noctibus Tertia est quia xpus ter fuit occisus scilicet in flagellatione tam nodosis funibus que fuit quedam mors quia alius homo inter flagella exspirasset In crucifixione z lanceatione. ex quo mortuum iterum occiderunt / Tertia est quia xpm flevit triplex creatura scilicet pure corporalis sicut sol qui obscuratus fuit z terra que tremuit / pure spiritualis sicut angeli qui xpm flevissent si in xpm fletus cadere potuisset / Ysa. xxxiii Angeli pacis amare flebunt Et corporea sicut homo ut apostoli z sancte mulieres Recte igitur ecclesia mortem xpi plangit z lamentationes canit / Tum quia sol enim tribus horis planxit / Tum quia xpus tribus diebus z tribus noctibus mortuus iacuit / Tum quia quodammodo ter occisus fuit / Tum quia triplex creatura eum flevit Nona quia luminaria extin-

guuntur Nam iuxta quorundam ecclesiarum ritum quindecim candele in altare accenduntur que successive primo extinguuntur excepta sola que ardens absconditur z postea iterum profertur Ille quindecim candele significant duodecim apostolos z tres marias qui omnes in xpi passione lumen fidei amiserunt Candela vero que absconditur beatam virginem significat in cuius anima lux fidei iugiter radiavit Decimum quod tenebre induuntur Cuius ratio est quod tunc omnia sunt operta Est enim quadruplex luminare scilicet celeste Gen. i Fecit deus duo luminaria magna luminare superceleste scilicet xpus Mal. iiii Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitie / luminare spirituale scilicet beata virgo que dicitur luna sic dicitur Can. vi Pulcra ut luna Et luminare ecclesiale scilicet apostoli Phil. ii Inter quos lucetis sicut luminaria verbum vite continentes / Primum luminare scilicet celeste obscuratum est per similitudinem [illegible] Luc. xxiii Obscuratus est sol. Secundum scilicet superceleste per ignominiosam mortem Amos viii Occidet sol in meridie Glosa ad litteram Anima xpi que est verus sol visus solem in meridie occubuit quia circa horam nonam spiritum tradidit. Tertium scilicet spirituale i beata virgo obscurata est per doloris intensionem Luc. ii Tuam ipsius animam pertransibit gladius Cant. i Nolite me considerare quod fusca sim quia decoloravit me sol i veri solis obscuratus z occasus Quartum luminare scilicet ecclesiale i apostoli xpi fuit obscuratum per lucis i fidei amissionem Job iii Obtenebrentur stelle i apostoli pro caligine eius i ex morte eius z [illegible] non optato / De obscuratione horum trium luminarium ultimorum dicitur Apoc. vi Sol factus est niger tamquam saccus cilicinus Ecce quia obscuratum est luminare superceleste / z luna tota facta est ut sanguis Ecce quia obscuratum est lumen spirituale Et stelle celi i apostoli ceciderunt super terram Ecce quia obscuratum est lumen spirituale Nimie igitur z horribiles tenebre totum mundum occupabant quod etiam luminaria obscurata fuerunt z hoc significant tenebre que tribus diebus ab ecclesia fieri consueverunt Undecimum est

quia hodie a summo pontifice in ara co-
enae missa celebratur. Ita Lateranis in
ecclesia sancti salvatoris est mensa illa super
qua Christus cenavit, sub qua est quedam
ara gemma et preciosa. quam beatus Petrus
et alii summi pontifices usque ad tempora
Silvestri de loco ad locum ferebant ob per-
secucionem. sub qua ara collocata est archa
testamenti. tabule Moysi. urna et virga
et multe alie reliquie preciose. Hac vero die
illa mensa removetur et illa ara gemma
solus papa celebrat. quia solus summus
pontifex semel intrabat in sancta sanctorum
cum sanguine mistico. hic autem cum sanguine
vero. Removetur autem hac die mensa ut
Christo domino deferatur. quia cum ipse hac
die cenavit in mensa illa et celebravit.
Non erat conveniens ut alius hac die ibi
celebrare presumeret. Illa autem ara coena-
na. super qua celebratur sunt Christum. Cui
secundum Augustinum. est altare et sacrificium
deus et templum. qui factus est cenaculus.
sive propter humilitatem. sive propter vulnerum
confessionem. Duodecimum est quia sum-
mus pontifex alii quoque prelati hodie ma-
iores solito elemosinas largiuntur. hodie quoque
omnes prelati et Christiani debent esse in ele-
mosinis liberales. quia Christus nobis valde
extitit liberalis. Dedit namque nobis mu-
nus a corde et hoc in precordiali dilec-
tione. quam maxime ostendit in fine
et in sua passione. Joh. xiii°. Cum dile-
xisset suos qui erant in mundo. in fine
dilexit eos. Dedit munus ab ore. et
hoc maxime apparuit in dulci et sapi-
enti sermone. in multis recommendacione
et in devota pro crucifixoribus oratione.
Dedit munus a manu. quia discipulis suis
corpus suum porrexit. et quia latroni pa-
radisum tradidit. Dedit munus ab obse-
quiis. quando pedes discipulorum lavit.
De ipsius liberalitate dicit Bernhardus Disce
Christiane quantum Christum diligere debes. qui
dedit nobis carnem suam in cibum. sangui-
nem in potum. aquam lateris in la-
vacrum. sudorem sanguinis in mediacione.
animam. vestes crucifixoribus corpus di-
scipulis. matrem Johanni. latroni
paradisum. patri spiritum. [illegible]

Dum sanciebant
qui querebant
animam meam. Judei vo-
lentes animam Christi in
suo corpore affligere et cruciare. in-
mania crudelitate et violencia in eum
hoc fecerunt. Et ideo Christus conqueritur dicens.
Dum sanciebant qui querebant animam
meam. De anima autem ubi habeat prin-
cipalem sedem. quatuor fuerunt opiniones.
Quidam enim dixerunt animam esse in cere-
bro. sive in capite. et ista fuit opinio
Platonis. hoc quidam volunt auctoritate
sacre scripture. primo per id quod dicitur Gen.
ii°. Inspiravit in faciem eius spiracu-
lum vite. Item per illud quod dicitur Joh.
xviii°. Inclinato capite tradidit spi-
ritum. Alii dixerunt animam habere princi-
palem sedem in corde. ut tamquam rex
sedens in solio. operaciones suas exerceat
in toto corpore suo regno. et ista fuit
opinio Aristotelis. hoc quidam etiam vo-
lunt astruere per verbum domini dicentis Mat.
xv°. De corde exeunt male cogita-
ciones etc. Cum enim cogitaciones exeant
ab anima. sed cogitaciones exeunt de cor-
de. igitur anima est in corde. Istam
duplicem opinionem tangit Johannes in epistola
ad Viola de Civitate ubi principale sit
anime. Plato in cerebro. Christus monstrat
in corde. Alii posuerunt in sanguine propter
illud quod dicitur Levit. xvii°. Anima
omnis carnis in sanguine est. Alii dixe-
runt eam esse in toto corpore et in qua-
libet parte corporis. Cum enim ipsa sit perfe-
ctio corporis organici. non erit unius
organi tantum. licet enim sit simplex in
essencia. est tamen multiplex in potencia unde
indiget multis organis ad suas opera-
ciones complendas. Judei igitur videntur
sensisse saltem ipso facto. has quatuor o-
piniones. quia in hiis quatuor locis Christi
animam affixerunt. scilicet in cerebro per spinarum
perforacionem. In corde per lateris aperitionem.
In sanguine provocando in manibus et pedibus
aperitionem. et in toto corpore et in qualibet
parte corporis per flagellacionem et diversarum
penarum multiplicacionem. Primo igitur
eam afflixerunt in capite sive in cerebro

qui scilicet spinis sive aculeis caput eius
usque ad cerebrum perforaverunt. Bernhardus
Caput eius divinum densitate spinarum
usque ad cerebrum confossatum est. Ipse
dolet caput tuum. Eusebius. Coro-
natus incedit. sed ipse sua corona cru-
ciatus est illi. quia mille punctis eius
preciosissimum verticem vulneravit. Sustinuit
autem in capite passiones. Matthei xxvii°
penetrabat autem caput eius. Sustinuit
in capite spinis vulneratus. Johannis xix°
Exivit Jhesus portans spineam coronam.
Sustinuit in capite derisus. quia in derisi-
one et illusionem quasi regi illa corona
spinea sibi imposuit. et postquam eum
sic coronavit. veste purpurea quasi veste
regali eum induerunt. et arundinem
tamquam sceptrum in dextera eius dederunt.
Et sicut dicitur Matthei xxvii° Et genufle-
xo ante eum illudebant dicentes Ave
rex Iudeorum. Hec autem tria. scilicet
passionem vulnerationem irrisionem
in capite suo passus est. ut caput
hominis et mentem sanaret. Tres namque
hominis mentem perimebat baculo tempta-
cionis immisse vulnerabat gladio mortalis
culpe. et deridebat propter denudacionem
gratie. Ista tria plangebat humanum
genus. Dicitur Cantica v°. percusserunt me. scilicet
demones per temptacionem et vulneraverunt
me per culpam mortalem. tulerunt pallium
meum per gratie expoliacionem. Voluit
igitur Christus in capite pati. ut pas-
sionem diabolicam contriveret. Psalmus. Christus
Contrivit dominus baculum impiorum
virga dominantium. cedentem plagis in indi-
gnacione. Voluit in capite vulnerari
ut vulnerantem contriveret. Psalmus. Christus
Contrivisti in tuam qui vulnerabat
gentes. Eusebius libro v° Nunquid non pas-
sisti superbum vulnerasti draconem.
Voluit in capite derideri. ut deriden-
tem confunderet. Tres namque enim anima deri-
debat. Jhesus. 18 Treni j° viderunt eam
hostes et deriserunt sabbata eius. Ex
derisione facta est hostis confusio. Propterea nostro
illusores ipse deludet. Proverbiorum illudes
ei quam ami. Et quia per coronam spineam
ut sumus ista beneficia assecuta. Ideo
exclamat Bernhardus. Cervical est in o bone

Jhesu illa spinea corona capitis tui
dilectus lectus lignum tue crucis. in quo
suavit requiesco. Pomerius. Corona spi-
nea diadema regni adepti sumus.
Sedo afflixerunt animam tuam in corde.
quam fuit in latere cruciatus. ut si forte
adhuc palpitaret. anima inde exi-
ret et cruciatum sustineret. Voluit autem
dominus noster cor vulnerari. ut verum amorem
cordis ostenderet. ut cor nostrum infirmum
sanaret. ut cor nostrum frigidum inflamma-
ret. et ut cor nostrum durum frangeret et e-
molliret. Primo voluit vulnerari in corde
ut verum amorem nobis ostenderet. Est enim
triplex amor. scilicet sermonis operis et cordis.
De quo dicitur j Johannis iii° Non diligamus
verbo neque lingua sed tantum hoc quantum
ad amorem sermonis. sed opere quantum
ad amorem operis Et veritate quantum ad
amorem cordis. Amorem oris sive ser-
monis Christus nobis ostendebat in utili et
sapienti predicatione. Magnus quidem amor
erat quod nos per prophetas et alios do-
ctores instruere volebat. sed maximus
amor fuit. quod per seipsum nos docere
voluit. Ysaie lij° Propter hoc sciet populus
meus nomen meum in die illa quia
ego ipse qui loquebar ecce assum. Matthei ix°
Circuibat Jhesus omnes civitates et ca-
stella docens et predicans regnum dei. Amo-
rem operis nobis ostendit in miraculorum
exhibitione quia infirmos sanabat
et mortuos suscitabat. Actuum x°. Qui
pertransiit benefaciendo et sanando omnes
oppressos a diabolo. Sed parum prodesset
verba benivolencie. et opera amicicie
nisi in corde radicarentur virtus dile-
ctionis intime. Et ideo Christus voluit
ostendere amorem cordis in latere apertione.
Bernhardus. clamat clavus. clamat vulnus.
quod deus sit in Christo mundum reconcilians
sibi. Sedo voluit vulnerari in corde. ut
cor nostrum infirmum sanaret. Cor quidem
nostrum erat immundum. Proverbiorum xx° Quis
potest dicere mundum est cor meum. Erat
frigidum. Ecclesiastici xliii° frigidus
ventus aquilo flavit etc. Jeremie vi° Sicut
frigidam facit cisterna aquam suam. sic
frigidam facit maliciam suam. Erat
durum. Ecclesiastici iii° Cor durum male habebit

in die nouissimo. Voluit igitur xpus
in corde vulnerari. vt cor nostrum lauaret
a peccatis in sanguine suo. Bulhe pecto
illud in quo sunt omnes thezauri sa-
piencie et sciencie dei lancea militis perfo-
ratum est. vt pectus tuum a prauis
cogitacionibus mundaret, mundatum sa-
tisfaceret. sanctificatum conseruaret. Propter
huiusmodi mundacionem dicit propheta Asperges
me domine ysopo et mundabor. ysopus
est herba calida pura et virtuosa. signat
xpum qui fuit purus per humilitatem
calidus per caritatem. virtuosus per deita-
tem. Sanguis aspersus ab isto yssopo
hominem lauat et mundat. sic apte ex-
ponit paulus Heb ix° Efficit igitur xpc
de sanguine lauacrum siue lixiuium mun-
dans omnes maculas peccatorum. Item quod
sit ex aqua et cinere supposito igne ar-
dente. sic xpus fecit lauacrum siue li-
xiuium de aqua sanguinis de cinere doloris.
et amaritudinis. cum igne amoris. Aqua
igitur huius lixiuij fuit sanguis xpi de
qua dicitur i Joh v° Hic est qui venit
per aquam et sanguinem ihesus xpus. Huic
aque admixtus est cinis amaritudinis
et doloris. ps Cinerem tamquam panem mandu-
cabam. Deinde suppositus est ignis
amoris. ille scilicet de quo dicitur Luc xij°
Ignem veni mittere in terram. Isto igitur
ipse fuit plenus. omnia sic dicit Joh
xiiij° Maiorem hac dilectionem nemo
habet. vt animam suam ponat quis pro amicis
suis. Sed quia ipsum lixiuium nimis e-
rat forte. tum propter nimiam habundanciam
cineris. tum propter nimiam virtutem e-
bullicionis. ita quod homo ipsum ferre non
potuisset. Ideo xpus temperauit ipsum du-
plici aqua. scilicet aqua lacrimacionis. qua
in cruce emisit. Heb v° Cum clamore
valido et lacrimis etc Vnde postquam dixit.
Cinerem tamquam panem manducabam. subiungit
Et poculum meum cum fletu miscebam.
Et aqua regeneracionis que de latere eius e-
manauit. Sed volutt in corde vulne-
rari vt cor nostrum frigidum inflammaret
illo scilicet triplici igne. quo ipse erat accen-
sus. Erat enim plenus igne dei. Heb x
Deus noster ignis consumens est. Igne caritatis

de quo dicitur Leuit vj° Ignis in altari
meo semper ardebit. Altare dei est
spiritus. in quo ignis amoris inextinguibilis
et numquam extinctus fuit. Igne tribulacionis
ysa. xliij° Cum ambulaueris in igne
non comburreris et flamma non ardebit
in te. Licet enim fuit exterius combustus
per penam interius tamen non ardebat per impa-
ciam. quod signatum est Exo. iij° vbi
dicitur Rubus exterius ardebat intus
tamen virorem seruabat Sic xpus
fuit exterius combustus ardore passionis
sed intus non comburebatur igne im-
paciencie vel turbacionis. Primo igitur scilicet
deitatis nos inflammat ad deuocionem.
Omnis enim in amore dei tepidus vel
frigidus erit. Postquam fornax dei
ad nos venit Eccli xliij° In meridi-
ano id est in celo vbi est meridies id est me-
ra dies. sol exurit terram. scilicet viuentium
et in conspectu ardoris eius. quis se non
manifestabit. quis potest sustinere
quando scilicet totaliter manifestet Secundo
igne scilicet caritatis nos inflammat ad
intensam dileccionem. sic inflammatum e-
rat qui dicebat Luc vlt Nonne
cor nostrum ardens erat in nobis. i Joh iiij°
Nonne quia nos dileximus eum. sed
ipse prior dilexit nos. Aug Nimis
est durus. qui si non vult dileccionem
impendere. nolit rependere Tercio igitur
scilicet tribulacionis nos inflammat ad com-
passionem. ps Inflammatum est cor
meum et renes mei commutati sunt.
Bulhe Liquescit anima mea igne
compassionis. super contricione viri ama-
bilis. ysaac ihesu. quem in tanta mansue-
tudine vides afflictum tantis dolo-
ribus. Ad istam compassionem nos
inuitat d. Tren j° O vos omnes
qui transitis per viam attendite et vi-
dete si est dolor sicut dolor meus. Propter
hunc triplicem ignem dicitur Eccli xl-
iij° Tripliciter sol exurens montes
radios igneos exsufflans etc Hac
die in qua homines sic sunt calefa-
cti peccatores plus solito intende-
re deum Item quando ferrum est calidum
insistendum est fabricacioni. quando cera ca-
lida sigillacioni. quando cibus calidus comme-

stioni. Hodie corda frigida instar ferri
inflamat. Ideo insistendum est ut in
vas domini fabricent. Hodie cor-
da dura instar cere liquescunt. Ps. Fac-
tum est cor meum tamquam cera liquescens.
Hodie vinum dei quod est cibus anime
debet esse fervens valde et calidum et ideo
insistendum est ut in auditorum visceribus
incorporetur. Ideo dicitur Cor. vi°. Ne
recipiatis vinum in tempore salutis.
Tempus salutis est tempus passionis in quo
deus operatus est salutem in medio terre.
Tercio voluit velari in corde ut cor
durum frangeret et emolliret. Magis
enim xpus debet cor durum frangere ex
sua virtute, liquescere ex sua dilectione
et mollificare ex inmissione. Est m-
agne virtutis inquantum est dei-
tati coniunctus et humanitati. In huius si-
gnum sanguis hirci calidus dicitur frangere
adamantem. Qui igitur non frangitur
nec commovetur virtute huius sanguinis
est lapide durior, terra ponderosior,
monumento fetidior, mortuo insen-
sibilior, adamante fortior. Secundo debet cor
nostrum liquescere ex sua dulcedine que tanta
est quod pro suis occisoribus veniam postu-
labat. Luc. xxiii°. Pater dimitte il-
lis quia nesciunt quid faciunt. Heb.
xii°. Accessistis ad sanguinem aspersio-
nis melius loquentem quam Abel. Ber. Quid
potabis domine desiderantes te? Torren-
te voluptatis tue, quando sic profund[is]
crucifigentes te oleo misericordie tue. Idem.
Clavis confixus, obprobriis saturatus,
dum tamen doloris immemor dicit: Pater
ignosce illis. Hinc inde miserie
corporis, hinc oleum exultacionis,
hinc gutta sanguinis decurrentis, hinc mi-
sericordie domini multe, sed et miserie
domini multe. Vincant nec miserie mi-
sericordias, an misericordie miserias supera-
bunt. Vincat misericordia tua domine an-
tiqua, vincat sapientia maliciam. Tercio
sanguis xpi debet mollificare ex immis-
sione, quia sicut quondam peccatores obstina-
tos qui precium sui sanguinis parvi-
pendunt, iusticiam dei implorat.
Et ideo dicitur Job xvi°. Terra ne operias
sanguinem meum. Aug. in Anel.

Quamvis multum pessime doceas de mi-
sericordia domini, non tamen negligendum est iusticiam
eius. Cum enim iusticia te iudicabit
qui cum misericordia te redemit. Vera quod longo
tempore peccamus et parcit nobis, est negli-
gencia, sed pacientia. Non ille potenciam
perdidit, sed nos ad penitentiam reservavit.
Si nunc tacet, non semper tacebit. Audi-
amus ergo eum dum tacet in precepto,
si volumus ut nobis parcat, cum non tacebit
in iudicio. Tercio afflixerunt carnem
xpi in sanguine, qui venas eius in pe-
dibus et manibus aperuerunt et totum san-
guinem eduxerunt, adeo quod eius corpus
tamquam aridum in cruce remansit. Ps.
Ossa mea sicut cremium aruerunt. Si-
cut ossa eius arida fuerunt manifestum
est, quia pellis et caro et omnia membra
corporis arida remanserunt et sine sangui-
ne. Voluit autem xpus sanguinem suum
effundere ut nos mundaret. Heb. ix°.
Sanguis xpi emundavit conscientias no-
stras. Homo quidem habebat vii immun-
dicias i. septem peccata mortalia. Ideo
xpus septies sanguinem suum fudit ut
ab istis septem immundiciis nos lavaret.
Primo effudit in circumcisione contra peccatum lu-
xurie. Sicut enim fit cauterium in una
parte corporis ut totum corpus sanetur,
sic xpus in parte illa cauterium circum-
cisionis suscipere voluit ut nostram
concupiscentiam refrenaret. Col. ii°. Circum-
cisi estis circumcisione non manufacta in ex-
spoliacione corporis carnis, sed in circumci-
sione xpi. Debet igitur quilibet attendere
immundas cogitaciones et actiones, quia talia
aut huic similium. Iohannis. Ego iudico.
Si cum viri habitaverit femine, sicut cum
dyabolo non dicunt. Aut sicut ancilla
Augustini temptacionibus subiaceret, cui fe-
mina est quasi in qua nichil aliud
est nisi quod faciat proximitatem. Ma-
lens est sola femina. Aut sicut in-
cendium Eccl. ix°. Colloquium illius quasi
ignis exardescit. Sicut enim ex duobus
lapidibus nimia collisione ignis excutitur,
sic ex nimia familiaritate viri et
femine, quamvis lapidei et ferrei vi-
deantur, ignis concupiscentie generatur. Item
sic dicit Iohannes scruteas metellos libidi-

donat. Sicut enim facit ingiu. Esto
enim vt cādela iniꝰ nō exurat. tū de-
nigrat. Sic etiā licet ex nimia fami-
liaritate mulierum aliquis nō incēdat-
tū ꝑ infamia denigrat. Trenꝫ iiijo
Denigrata est sup carbones facies eorum
Secundo in sudore. et hoc contra vitium gu-
le. Regula enim oriunt̃ superfluitates
ex quibus grauatur spiritus. Luc. xxjo At-
tendite ne grauent̃ corda vestra in cra-
pula et ebrietate. Grauat̃ et cor. Job
xxo Cum saciatus fuerit arctabit̃ (artabitur)
ꝯ in pectore et estuabit ꝯ exarcitate
et omnis dolor irruet in eum ꝯ ex
vtroque. Cum aut aliquis incurrit infir-
mitatem ex humorum superfluitate me-
dium curat̃ ex sudore. Ideo xpus su-
dauit vt humores viciosos et superfluos
qui ex gula nati fuerant expelleret
et corpus sanaret. Sudor aut ipsius
xpi et fuit ignitus et fuit copiosus. et
fuit generaliter ex omnibus membris effu-
sus. Tam ignitus fuit vt in sanguinem
conuersus est. Tam copiosus vt in terram
decurreret. Tam generalis vt a toto cor-
pore et omnibus membris corporis ema-
naret. Homo quidem erat frigidus
in amore dei. habuit humores corru-
ptos peccati. et erat vacuus gratia dei
vñ dicitur Deutro. xxviij. Percutiet te
dominus egestate contra quam erat vacuus
gratia dei. febre contra quam habebat hu-
mores corruptos peccati. Et frigore
contra quam erat frigidus in amore. Ideo
sudor eius fuit magnus et copiosus
vt egestatem et vacuitatem gratia
dei impleret. fuit ignitus vt in amo-
rem dei accenderet. fuit generalis effu-
sus. vt de omnibus membris corruptos
humores peccati expelleret. Tercio in
capite. quod fuit spinis coronatus. et hoc
contra peccatum vanegle et superbie. Corona
quidem caret principio et fine. et significat
superbiam. quia sibi opponit se deo.
ingrediturum est principium et finis. Dum
et bona que habet a deo. nō vero graciis ꝯscit. sed
sibi attribuit. sic phylistiim. qui dixe-
runt linguam nostram magnificabimus. la-
bia nostra a nobis sunt. quis noster dominus
est. Et si qua bona facit. nō ad deum

referunt. sed ad gloriam suam conuertunt.
Voluit igitur xpus coronari corona
corone spinee. vt sanaret talem
coronam superbie. Quarto in corde. et hoc
contra peccatum ire. Iram enim Dam. Ira e
feruor eius. qui est circa cor sanguinis
ex euaporatione fellis. vel retribucōe
fiens. Iam ergo nō debet fieri sangui-
nis accensio. nec fellis euaporatio
vel aqua retribucio. postquam xpus
in corde voluit vulnerari. Non enim
debet fieri accensio sanguinis ad iram.
postquam cor patuit ad iniuriam lan-
cea. Immo per viscera misericordie dei nostri in quibus
visitauit nos oriens ex alto. Bernhardus
patet archanum cordis per foramen
corporis. patet magnum pietatis
sacramentum. patent viscera in quibus
visitauit nos oriens ex alto. Non debet
fieri euaporatio alicuius indignationis
postquam xpus de apotheca cordis sui
vaporauit odorem tante deuocionis.
Eccl. xxiiijo Quasi libanus nō inci-
sus vaporaui habitacionem meam. et
quasi balsamum nō mixtum odor meus
Xpus fuit libanus. i. candidus per inno-
centiam. et fuit apertus et nō incisus. Latus
quidem vulneratum. sed nō incisum. Aqua
temptacionis Sanguis eciam qui de suo
latere emanauit fuit balsamum impo-
tuum. et nō mixtum. Aqua quidem
aqua regenerationis. que de latere fluxit
Non mixtum aut mixtione alicuius
humoris corrupti. sed purissimum et totius
mundicia feruente. Non debet ex corde
nostro procedere aqua retribucio. postquam de
corde xpi processit tanta compassio.
Bernhardus In quo clarius quam in vulneribus
tuis eluxisset. quod tu domine suauis
es et mitis et multe misericordie. Maiorem nam
hac miseratione nemo habet. quam vt
animam suam ponat quis pro addictis et
dampnatis. Quinto in flagellatione
et hoc contra peccatum inuidie. Inuidi enim sunt
sicut canes comedentes et corrodentes.
Ipsis vir nō solum pelle. i. exteriore
gustatorem. Non solum carne. i. bona
operatione. sed etiam ossa. i. solida in-
tentionem. Ysa. lvijo Comedit me quasi
ad pellem exterioris gustationis. et car-
ne operatoris. et deuorauit me optimum

ad os intencionis Nabuchodonosor i. in-
vidus. et detractor qui semper de bonis
viris malum prophetat/ quia Nabuchodonosor
interpretatur prophetans Sexto autem con-
tingit quod dyabolus comedit pellem et
carnem perunctam. ut agnus infa-
matur et in gustacione et in operacione
Remanet tunc homini bona intencio.
quam dyabolus auferre non potest. sed de-
tractor illud os comedit. qui inten-
cionem bonam alicuius depravare non
desistit Ieremie lº primus comedit
eum rex assur i. dyabolus. qui inter-
pretatur tollens robustum. quia dyabolus
multos robustos prosternit/ Iste
novissimus exossavit eum Nabuchodonosor
i. invidus detractor Voluit igitur christus
flagellari. ut tales canes ex sua
flagellacione terreret/ Dicitur enim quod si
canis coram leone flagellatur. leo tacet
et erudit. quanto magis canis timet
si coram se leone flagellari conspicit
Flagellatus est leo i. christus ut ca-
nes i. detractores timeant et a detracti-
one sua se caveant Sexto in manu-
um perforacione et hoc contra peccatum avari-
cie Voluit enim se esse liberalem. et in
eo quod brachia extendit. et in eo quod
manus aperuit. et in eo quod perfora-
tas habere voluit Extendit enim brachi-
a sua. tamquam ut porrigens bursam. quam
tamen avarus contractas tenet/ quia non
vult porrigere de hiis que habet/ unde dicitur
dominus quidam habens manum contra-
ctam Matthei xijº Extende manum tuam
christus eam in cruce manum aperuit
ad innuendum. quod semper et continue suam
benedictionem nobis innititt ps. Ape-
ris tu manum tuam et imples omne
animal benedictione. Econtra avarus habet
manum clausam. cum tamen dicatur
Ecclesiastici iiijº Non sit porrecta ma-
nus tua ad accipiendum. et ad dandum
collecta. habuit eciam christus manus
perforatas. ad denotandum. quod nichil sibi
retinuit penitus. sed omnia in nos spergit
Nam et nobis dedit se ipsum. latroni pa-
radisum laceratori suo restituit vi-
sum Iohanni dedit matrem. et cunctis
omnibus peccatorum remissionem

Ambrosius. Vulneratus christus suspirabat
et regnum celeste donabat Econtra avarus
omnia sibi retrahit et nichil alicui vult de
bonis suis communicare/ unde dicitur in persona
avari Luc. xijº Nunc mendicabo de
bonis meis plus Septimo in pedum
affixione/ et hoc contra peccatum accidie
sive tristicie/ Unus pes est intellectus
quo venimus ad deum per rectam fidem
Alius est affectus quo venimus ad deum
ire per dileccionem et sollicitam operacionem
Sepe autem contingit quod isti pedes sunt
debiles et infirmi. cum scilicet homo et de-
bilem habet fidem. et tepidam dileccionem
et fastidiosam operacionem/ et tunc demum
facit quod dicit propheta. ut intingatur
pes tuus in sanguine/ Debet namque in-
tingi in sanguine pedum christi intel-
lectus/ per meditacionem/ et affectus noster
per dileccionem/ et deposita omni accidia
animabitur ad bonam operacionem et ad
sustinendum omnem passionem/ Hebr. xijº
Recogitate eum. qui talem sustinuit
a peccatoribus adversus semetipsum contradictio-
nem etc. Bernardus Videntes angustias do-
mini nostri. leviores nostras portabimus Idem
Devotus miles cum benigni ducis
vulnera inspicit sua non sentit/ Certe
afflixerunt eius animam in toto corpore
et in qualibet parte corporis/ Passus est quidem
in omnibus sensibus. et in omnibus partibus cor-
poris In omnibus quidem sensibus. ut pecca-
ta quinque sensuum expiaret Nunc
quidem in Eva intrat suadente Ipsa
quidem peccavit in auditu quando verba
serpentis audivit Ideo christus in auditu pas-
sus fuit quando iniurias et contumelias multas
audivit Sap. Contumelia et tormento
interrogemus eum Bernardus Aures ille
que in celis audiunt. sanctus sanctus sanctus.
in terris audierunt demonium insultas/ Pec-
cavit eciam Eva in visu. videns namque mu-
lieris lignum. quod esset pulcrum visu etc.
Ideo christus fuit velatus Luc. xxijº
Velaverunt eum/ christus velatus est. ut ve-
lamine faciei sue velamen cordium no-
strorum auferret. Bernardus Velatur tam bo-
ne Ihesu in quem desiderant angeli pro-
spicere speciem inquinaverunt/ manibus percusse-
runt/ velo per derisionem operuerunt. nec

amari^s voluibus peperit. Peccauit
etiam Eua in odoratu. Credendum est enim
quod multum in odore pomi fuit delecta-
ta. Scepe cum contingit quod homo plus dele-
ctatur in odore pomi quam in gustu. paradi-
si autem poma erant valde odorifera. Ideo
Christus in odore est passus. quando fuit in spu-
tis fetidis delinitus. et inter mortuorum
corpora fetida crucifixus. Peccauit etiam
Eua in tactu quando manum ad pomum ac-
cipiendum porrexit. Ideo Christus manus
cruce extensas habere voluit. Bernardus. Ex-
tensio Christi manus ad lignum mortis ap-
prehendit. extensio secunde manus vitam
quam perierat inuenit. Peccauit insuper Eua
gustu. quando vetitum pomum comedit. Ideo
Christus felle et aceto potatus fuit. Augustinus.
Ori mellifluo. quo salutaris doctrina pro-
fluxit. fel potabo. impii porrexerunt.
Passus est etiam in omnibus partibus cor-
poris. scilicet in parte superiori media et infi-
ma. In superiori quidem. quia caput eius
fuit acutis spinis perforatum. spinis vulneratum
facies percussionibus alaparum inflata. ve-
lo cooperta. sputis deturpata. et barba
depilata. Ysa. l. Corpus meum de-
di percutientibus. et genas meas vellentibus
faciem meam non auerti ab increpantibus
et conspuentibus in me. Os etiam fuit felle
amaricatum et collum colaphizatum. In
media quoque parte. quia corpus eius fuit ma-
cie attenuatum adeo ut per prophetam diceret
Dinumerauerunt omnia ossa mea. nodo-
sis funibus dissecatum. sanguine euacua-
tum. latera perforatum. In extrema vero parte
scilicet in pedibus. vbi magnum sensit dolo-
rem. et quia locus erat neruosus. et quia
clauis duris et grossis confixus. et quia
non vnus tantum sed vterque pes perfora-
tus. et quia mittebat clauatis pedibus
totum corpus. Propter hec dixit Ioseph sum-
matim est. et d. omne genus pe-
nalitatis in me expletum est. Verumtamen sicut
dicitur Ysa. i. A planta pedis usque ad
verticem non est in eo sanitas. Propter ista
omnia tormenta sic dicit Bernardus. Captus est
et ligatus. percussus et flagellatus. irri-
sus et exprobratus. maledictus et
condempnatus. crucifixus et lanceatus. Augustinus.

Ex palma que est vera palma victorie
spinis coronatur. qui spinas peccatorum ex-
stinguit. ligatur. qui soluit compeditos.
ligno suspenditur. qui erigit elisos. a-
ceto potatur. fons vite. disciplina celi
salus vulneratur. vita moritur. occidit ad
tempus vita a morte. vt in perpetuum
a vita occidatur mors.

Proprio filio suo non pepercit deus.
sed pro nobis omnibus tradidit illum.
quomodo non etiam cum illo omnia
nobis donauit. Roman. viii. Hic aduer-
tendum. filius dei homo de sua salute multa
tenuis confidebat. Ideo deus volens nobis
plenam dare fiduciam. dedit nobis filium su-
um. in fratrem nostrum. et in redemptorem no-
strum. et sic dedit nobis illud quod carius
habebat scilicet filium suum. Manifestum est quod
dabit nobis alia scilicet regnum suum. Hec autem
fiducia non tantum concipitur ex eo quod deus
factus est frater noster in incarnatione. rede-
mptor noster in passione. sed etiam ex modo
standi in cruce. De quo sic dicit Bernardus.
Quis non rapiatur ad spem impetran-
di fiduciam. qui eius scilicet Christi considerat cor-
poris dispositionem. videlicet caput inclinatum
ad osculandum. brachia extensa ad am-
plexandum. Manus perforatas ad lar-
giendum. latus apertum ad diligendum.
pedum confixionem ad nobiscum manendum
corporis extensionem ad se totum nobis
impendendum. Vt igitur plenam de
dei misericordia fiduciam capiamus. deuotus
respice. quod primo tenet caput in patibulo
inclinatum. et hoc. vel vt osculum nobis
daret. vel vt nos peccatores ad deum
dirigeret. vel vt ad nos aurem sue misericordie
inclinaret. vel vt nos ad se benigne
vocaret. Fuit igitur caput primo inclina-
tum in cruce vt osculum nobis daret. et
nos sibi reconciliaret. Solet enim qui
alium vult reconciliare osculum porrigere.
et caput suum inclinare. Ideo petebat
homo d. Cant. i. Osculetur me osculo
oris sui. Deus quidem habet duo labia
scilicet misericordiam et iustitiam. De quibus in psalmo.
Duo hec audiui quia potestas dei est
et tibi domine misericordia etc. Homo similiter duo
labia habet scilicet veritatem et pacem. De quibus
dicitur Zacharie viii. Veritatem tantum et
pacem diligite. Si igitur deus debet osculari

hominez / et ho deum. or / quod utrumque os oris
applicet et insignat. Ideo dicit in psalmo.
Misericordia et veritas obviaverunt sibi.
iusticia et pax osculate sunt eum. Di-
cit homo de se cum dicit veritatem se
culpa sua cognoscendo et confitendo quod hoc
primum labium hominis. tunc deus statim
occurrit per misericordiam. quod est primum labium
hominis dei / et veritas obviat mise-
ricordia veritati. Et ideo dicit misericordia et ve-
ritas obviaverunt sibi. Rursus in homine
potestate est facere pacem cum deo. quia
quandocumque vult facere pacem. quod est secundum
labium hominis. tunc deus statim temperat
sua iusticia que est secundum labium dei. et re-
mittit tota pena eternam / et pax ho-
minis et iusticia dei se invicem osculantur
Et ideo sequitur iusticia et pax osculate se
eum / Secundo caput inclinatum ha-
buit. ut nos prostratos ad deum
sursum erigeret. Nam quando quis vult
alta ascendere. alius se submittit. et
caput inclinat / et ipsum elevat. Sic christus
caput inclinavit et nos ad patrem subleva-
vit. Joh. xiiii. Nemo venit ad patrem
nisi per me. Fecit enim christus de collo
suo scalam. per quam homo in celum
ascenderet / et pontem per quem ad portum
celestis patrie perveniret. De scala
dicitur Gen. xxviii. vidit iacob sca-
lam stantem super terram / passus supra hu-
manitatem. sed cacumen tangebat ce-
lum per divinitatem. Per istam scalam
ascendunt viri contemplativi / et descendunt
viri activi / Unde sequitur Et angeli dei as-
cendentes et descendentes per eam. De ponte dicitur Heb. ix. christus
assistens pontifex futurorum bonorum et ce-
Sancta igitur erat navis innocentie
Amissa fuit tabula penitentie Et ideo
christus de collo suo. fecit scalam et pontem
per quem veniatur ad portum celeste
patrie. Tertio caput inclinatum habuit
ut ad nos aures sue misericordie inclinaret.
Solet enim homo. aurem libenter incli-
nare ei. quem benigne vult exaudire
Inclinavit autem christus caput. unam
aurem tenebat erectam ad patrem / aliam tenebat
inclinatam ad hominem / ut per hoc debet in-
telligi. quod cum illa audit pacificantem.
psalmus Audiam quid loquatur in me dominus
deus. quoniam loquetur pacem in plebem. Cum ista ex-
audit hominem tribulatum psalmus Ad domi-
num cum tribularer clamavi et exaudivit me
Est enim mediator inter nos et deum
patrem. ipsum nobis pacificando. et nos
sibi reconciliando. Inclinavit etiam christus
homini caput. dextera autem homini por-
rigit / sinistram vero ab ipso avertit Auris
dextera que est misericordia Auris sinistra est
iusticia In presenti autem vita christus apertam
habet aurem misericordie Et ideo eam homini porrigit
In futuro autem clausam habebit aurem
misericordie / et apertam aurem iusticie Quarto
caput inclinatum habuit. ut nos ad se
benigne vocaret / Consuevit enim homo
aliquem nutu capitis aliquando ad se vocare
Sed de multis conqueritur christus dicens proverbia primo. Vocavi
vocavi scilicet per capitis nutum. et re-
nuistis scilicet ad me venire / Extendi manum
scilicet per brachiorum in cruce extensionem
Et non fuit. qui aspiceret / Despexistis
omne consilium meum. quod scilicet vobis dedi.
per cordis mei patefactionem. et increpa-
tiones meas neglexistis. quas vobis in cruce
feci. et si non verbo. tamen facto. Increpat enim
superbos. quia ipso facto. quod cum tam altus et
gloriosus voluit descendere. et ipsi nolunt
humiliari Increpat avaros per tue denuda-
tionem / quia affectus tenuerunt in eis
non potest removeri. Increpat luxuriosos et im-
mundos. per unguentorum aptionem Increpat
duros et obstinatos petrarum scissio-
nem Increpat eos per longam peccandi con-
suetudinem mortuos / et sepultos per mor-
tuorum resuscitationem Non solum autem
christus in cruce caput voluit inclinare
sed etiam ad partem dexteram voluit incli-
nare Et hoc quadrupliciter Primo ut
significet quod partem ante quod fecerat cum dex-
tera pomum vetitum comedendo. causa
tantae passionis fuerat et ipsum bis sacrifi-
caret. Secundo ut per hoc daretur intelligi. quod non
ad temporalia sed ad celestia nos vocat
Per levam enim dei vita presens Per dexteram
vero vita celestis intelligitur Unde in
Cant. ii. leva eius sub capite meo. et
dextera illius amplexabitur me. Tertio ut
per hoc significet. quod in presenti via que plena
est periculis protectio sive dextera nos de-
ducat psalmus Tenebit me dextera tua.

Job xiiii° Aperi manum tuam ponrriges dexteram. Nota ut per hoc detur intelligi quod in hiis que facimus et patimur sinistra intencione, hic deum ut michi sibi de hiis usurpet. sinistra intencio. Mt° 6° Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Secundo habet brachia extensa ad amplexum. Pia mater cum videt puerum formidantem ad se attrahens brachia aperit et tunc puer tiore deposito ad matrem currit. Olim nullus ad deum accedere audebat quia ambo brachia clausa habebat. Deus enim habet duo brachia. sinistrum quo nos recipit per miam. et dextrum quo nos trahit ad suam gloriam. Ambo ista brachia clausa habebat. quia nullum extendebat ad impendendam miam vel ad recipiendum ad suam gloriam. Extendebat tamen ad irrogandam penam. Unde Job in persona humani generis conquerebatur dicens. Clamabo ad te et non exaudies me. dando scilicet michi tuam miam. Sto et non respicis me. Et ideo avertis a me faciem tuam et non das mi gloriam tuam. mutatus es michi in crudelem. et in duritia manus tue adversaris michi. irrogando scilicet michi penam. Tandem deus aperuit unum brachium. scilicet brachium miae populo iudeorum cui remedium dedit contra originale peccatum. circumcisionem scilicet sacramentum et eos ad suam recipiebat miam. Adhuc tamen aliud brachium clausum habebat. quia nullum recipiebat in gloriam. cum adhuc celestis ianua esset clausa. Nunc vero deus ambo brachia habet aperta. quia omnes ad miam recipit et in celestem ianuam introducit. Et ideo in huius signum ambo brachia in cruce extensa habere voluit. Tercio habuit in cruce manus perforatas. ad largiendum. Eius quidem manus in cruce fuerunt apte. ad innuendum quod dat habundanter. liberaliter et omnibus communiter. Mt° 5° Qui solem suum et habundanciam gratiae sue terre. quia dat habundanter. Dicitur facere quia dat liberaliter. non ex debito vel aliqua coactione. Super bonos et malos. ecce quia dat omnibus communiter et indifferenter. Habuit etiam manus confossas. ad innuendum quod dat omni tempore et omni loco. Parabole vltimo In omnibus manibus suis apprehendit ...

domus et hortista omni tempore et in omni loco assistens eis. Sunt enim quidam qui non sunt liberales omni tempore quia sunt liberales in inventute. tenaces vero in senectute. Christus autem etiam si senescere posset semper eodem modo liberalis esset. Ysa xlvi° Usque ad senectutem ego ipse et usque ad canos ego portabo. Sunt etiam quidam liberales in uno loco. tenaces autem in alio. Christus autem omni loco liberalis est. scilicet in mundo ubi dat liberum arbitrium. gratiam infinitam per quam acquiritur regnum celorum. In purgatorio ubi dat liberum arbitrium in bono confirmatum. In inferno ubi punit citra condignum. In celo ubi remunerat supra meritum. Habuit etiam manus perforatas. ad innuendum quod dat sine verecundia. Sunt enim quidam pauperes verecundi. qui de manu dantis cum magno rubore accipiunt. Deo tales elemosinarii de manibus suis aliquid de industria dimittunt cadere ut pauperes sine verecundia possint accipere. Unde dixit Booz messoribus suis Ruth ii° De vestris manipulis proiicite cum industria ut absque rubore colligat. Sic Christus voluit habere manus perforatas. ut dona gratiarum de eius manibus cadant. ut sic catelli edunt de micis. que cadunt de mensa vel de manibus dominorum suorum. Habuit etiam manus perforatas ad innuendum quod dat sine mensura. Quando enim vas perforatum nichil sibi retinere potest sed totaliter evacuatur. sic Christus non videtur hoc modo nec mensuram dividendo, sed tamquam prodigus omnia nobis donat. et ideo manus perforatas habuit. Dicimus enim de aliquo prodigo. qui nichil sibi retinet. iste habet manus perforatas. Numquid ille prodigus dicitur. qui dat celum pro vili precio. totum suum proximum. sic deus dat, pro suo nomine calicem aque frigide. Dat mercedem celestis glorie. Mt x. Quicumque dederit potum uni ex minimis istis. calicem aque frigide amen dico vobis non perdet mercedem suam. Augustinus in omelia octava. Regnum celorum tantum valet quantum habes. Valuit zacheo dimidium proximi. valuit vidue duo minuta. valuit calicem aque frigide. valet etiam solam bonam voluntatem. Hec...

to hunc latus aptum ad diligendum.
Voluit autem in ipsa cor suum latus apertum
habere ut ostenderet quantum nos dile-
xerit. qualiter et propter quid. Quantum
quidem, quia plus quam suum cor. eo quod
propter nostram salutem suum cor voluit
vulnerari. Dicit enim pia mater loquens filio
suo. Filii vos estis cor meum. plus
enim vos diligo quam cor meum. Iste est
ut pelicanus. qui rostro suo cor suum
vulnerans. pullos suos sanguine asper-
git et eos reviviscere facit. Quis igitur
posset sibi vicem rependere tantum
diligenti. Bernardus. Cum illi devovero quicquid
sum. quicquid possum. nonne sic est
sicut stella ad solem. apis ad mon-
tem. gutta ad flumen. granum ad acervum
Quarto ut ostenderet qualiter nos dilexerit
quia scilicet ex vero amore cordis. Potuis-
set enim dubium haberi utrum deus homines
diligeret et tam infirmum de quo dicitur
in psalmo. Quid est homo quod memor es
eius. aut filius hominis quoniam visitas eum. ex cor-
de diligeret. Ideo nos voluit certificare
et cor suum ostendere. ut videatur per vulnus
cor eius et sic sciamus quod nos ex cor-
de dilexit. Dicit enim michi loquens amicus
amico. Utinam videas cor meum. Bernardus.
Clavus penetrans clavis reseratus
factus est michi. quid in videam per fo-
ramen. clamat clavus. clamat vulnus
quod deus vere sit in Christo mundum recon-
cilians sibi. Quarto ut ostenderet propter quid
nos dilexit. ut scilicet in ipso cordis vul-
nere absconderemur tamquam in foramine
petre. nidificaremus tamquam in caverna ma-
cerie. Cant. ii. Veni columba mea in
foraminibus petre in caverna macerie.
Dicitur corpus petra quia potuit fran-
gi per mortem, sed non potuit frangi per
[illegible]. Dicitur etiam maceria, quia eius
caro tota fuit cavernosa id est vulneribus
plena. In foraminibus id est in vulneribus huius
petre debemus abscondi contra ventum dyabolice
temptationis. Periculum enim est in domo
corporis habitare ne ventus dyabolice tempta-
tionis domum concutiat et corpus cum anima
cadat. Job i. Ventus vehemens irruit
a regione deserti et concussit quattuor angulos do-
mus. Quattuor anguli domus sunt quattuor
sensus corporis. per quos maxime dyabolus tendit
scilicet visus. auditus. gustus et tactus. Istos
quattuor angulos concutit. cum in eis pravas
suggestiones permittit. Et tunc domus
corruit, cum eis consentit, et liberi id est co-
gitationes boni et cetera bona opera extinguntur.
Deinde etiam nidificare in cavernis huius
macerie et pullos nostros id est cogitationes affe-
ctus et actus ibi reponere. ut ab insidiis
accipitris infernalis tuti possint esse. Psalmus.
Passer invenit sibi domum et turtur nidum
ubi reponat pullos suos. Quinto hunc pectus cor-
poris ad ubera commendat. Signum est
magni amoris, si quis cum amico suo com-
pendium se facit. ut semper secum maneret.
Corpus ad nos in convivium venit et tam-
quam cibus amicus ubera in convivio ma-
net. Manet autem ubera libenter. Prover-
biorum viii. Delicie esse mee cum filiis hominum.
Manet ubera semper et perseverant. Quia
aliquis manet cum amico libenter. tamen non semper
nec omni tempore. Deus libenter stare ubera
sed sunt multis negociis impeditus.
Corpus autem ubera omni tempore et actualiter
commoratur. Mathei ultimo. Ecce ego vobiscum
sum usque ad consummationem seculi. Johannis xiiii.
Ad eum veniemus et mansionem apud eum
faciemus. Manet etiam ubera utiliter.
Multi sunt. qui tamen amicis suis ma-
nent libenter et perseverant. sed tamen infructu-
ose et inutiliter unde aliquando loquitur homo
de amico suo. libenter mecum moratur
sed tamen inde nullum fructum experior. Christi
autem amicicia est valde utilis et fructuo-
sa. Sap. viii. Sobrietatem et sapientiam docet
et iusticiam et virtutem quibus nichil est
utilius in vita hominibus. Eiusdem vii.
Venerunt michi omnia bona pariter cum
illa. Unde sponsus alloquitur sponsam. Cant.
Aperi michi soror mea sponsa caput meum
plenum est rore et cincinni mei guttis
noctium. Rore enim vocatur deus qui por-
tavit secum rore fecunditatem et plu-
viam refrigerii. Unde dictum fuit Ma-
rie. Luc. i. Opus sanctum fiet in te. qui
te fecundabit et virtus altissimi obum-
brabit tibi. qui tibi refrigerium prebebit.
Sexto hunc corporis extensionem ad se tra-
hit impendendum. Fuit enim extensus
in nostrum obsequium ab infancia usque

ad pueritiam, a pueritia usque ad iuventutem,
a iuventute usque ad finem vite. Ab
infantia quidem, quia tunc salutis inchoa-
tionem, quam scilicet in circumcisione sanguine emi-
sit, usque ad pueritiam per obedientie ostensionem,
quando scilicet puer Iesus in templo remansit, ut
habetur Luce ii°. Et erat subditus illis,
scilicet Ioseph et Marie. A pueritia usque ad
iuventutem per doctrine instructionem,
per errorum correptiones, per miraculorum
operationem, et per multorum beneficiorum demon-
strationem. A iuventute usque ad finem
vite per suam beatissimam passionem. Et
post mortem extendit se usque ad lymbum
et inde sanctos patres eduxit. Extendit
se etiam ad mundum, quando gloriose resur-
rexit et tunc totum mundum letificavit.
Extendit se usque ad celum, quando mirabi-
liter ascendit, et tunc ut iam erat ad totus
se ad dexteram patris collocavit. Grande
se extendet usque ad iudicium et tunc
vivos et mortuos iudicabit. Vel potest
dici: Christus extendit se tamquam liber ante nos
expansus, ut ibi diligenter studeamus.
Iste est liber de quo dicitur Ezechielis ii°:
Vidi et ecce missa manus ad me, in
qua erat involutus liber, et expandit illum
coram me, qui erat scriptus intus et
foris. Prima intus erat inesse miseri-
cordie, foris multe miserie. Intus multi-
plicitas dolorum, foris vulnera clavorum.
Intus speciositas deitatis, foris defor-
mitas carnis. Intus ardor amoris,
foris ignis (?) passionis. Et tunc
in eo scripte sunt lamentationes apostolorum
ob tristem passionem, carmen eorum
ob iocundam resurrectionem. Psalmus: Ad vespe-
rum demorabitur fletus, quantum ad tristi-
ciam passionis, et ad matutinum leticia,
quantum ad gaudium resurrectionis. Erat etiam
ibi scriptum ve demonum, ob inferni spo-
liationem; unde cantat ecclesia: Mundus
exultat, iubilat etc. Vel in illo libro
ve leguntur dracones in inferno (?), quia per
Christi passionem ipsorum pena est aucta.
Lamentationes leguntur homines in mundo
esse, quia propter eos est passus Christus ipsorum
peccata. Carmen legunt angeli in celo,
quia eorum ruina est restaurata.

Disposui testamentum electis meis

Cum homo morti appropinquat, vel de mor-
te dubitat, testamentum facit, et filiis
et propinquis amicis suis sua legata de-
relinquit. Christus igitur pater noster dominus
et amicus, nolens decedere de isto mundo in-
testatus, testamentum condidit, in quo filiis
suis fratribus et amicis preciosa legata re-
liquit. De quo testamento sic dicit Augustinus:
Redemptor humani generis in cruce corpus pre-
ciosum dividebat: persecutiones apostolis,
pacem discipulis, corpus iudeis, patri spiritum,
virginem paranimpho, latroni paradisum,
peccatoribus infernum, Christianis penitentibus
crucem penitentie (?) delegavit. Istud testamentum
Christus in vita condidit et in morte con-
firmavit. Nam sic dicitur Hebreos ix°: Ubi
testamentum est, mors necesse est inter-
cedat testatoris. Testamentum enim in
mortuis confirmatum est. Alioquin non-
dum valet dum vivit qui testatus
est. Istius autem testamenti Christus fuit
auctor et confirmator. Unde Augustinus super illud Psalmi:
Testamentum meum fidele ipsi dicit: Christus
ipsum fidele testamentum, in ipso me-
diatum est testamentum, ipse mediator
est testamenti, ipse signator testamenti,
ipse fideiussor testamenti, ipse testis te-
stamenti, ipse coheres testamenti. In isto testa-
mento debemus stare, nec unquam ab ipso
per mortale peccatum cadamus, denique in men-
te mea frequenti meditatione revolvere, nec
unquam oblivisci, denique in bonis operibus
perseverare, ut in eis consenescamus. Ecclesiastici
xi°: Sta in testamento tuo, et in illo
colloquere, et in opere mandatorum tuorum
veterasce. Primo igitur legavit perse-
cutiones apostolis. Illud enim in morte legavit
quod ipse in vita possedit. Iohannis xv°: Non
est servus maior domino suo; si me perse-
cuti sunt, et vos persequentur. Et istud le-
gatum fuit perfecte solutum. Petrus
quidem bene habuit legatum suum, quia
multas persecutiones sustinuit et tandem
verso (?) capite crucifixus fuit. Similiter et Bar-
tholomeus bene habuit legatum suum, quia
multa fuit passus, et tandem excoriatus,
et de aliis apostolis. Et dicendum: hereditas
quidem transit ad heredes cum suo onere
et honore. Nos autem hereditati eterne beatitu-
dinis admonuit (?) onus tollendum (?) ad pas

sionis. tamen isto voluit ea habere xpus
Luc. ult. Oportuit xpm pati. et ita in-
trare in gloriam suam. Tamen isto iure
possederunt eam apostoli. quando dixerunt
Act. xiiii. Per multas tribulationes oportet nos
intrare in regnum dei. Tamen isto iu-
re possidebunt ea omnes fideles de
quibus dicitur ii Thi. iii. Omnes qui
pie volunt vivere in xpo persecutionem
patiuntur. Stulti ergo sunt. qui volunt
habere honorem celestis hereditatis. et
nolunt pati omnem aliquam adversitatem
Contra quos dicit Ieronimus. Difficile est
immo impossibile. ut presentibus quis et fu-
turis fruatur bonis. ut de deliciis tran-
seat ad delicias. ut hic ventrem et ibi
mentem impleat. ut in utroque seculo sit
primus et in utroque appareat gloriosus. Sic
aut nolunt habere honorem celestis glorie
sine onere et acerbitate pene Et hoc ostendit
Apostolus ad Phil. ii. Cum in forma dei
esset. non rapinam arbitratus est es-
se equalem deo. sed semetipsum exina-
nivit formam servi accipiens Et in-
humiliavit semetipsum factus obediens
patri usque ad mortem. mortem autem
crucis. propter quod et deus exaltavit illum.
et donavit illi nomen quod est super omne
nomen. ut in nomine ihesu omne genu
flectatur. celestium terrestrium. et infernorum
quia dominus factus est obediens usque
ad mortem. Ubi apostolus ponit triplicem
honorem. quem xpus sibi acquisivit
merito passionis scilicet attelcatam et glosam
[illegible] cum dicitur propter quod et deus exal-
tavit illum scilicet a sepulcro resurgendo a mortuis
propter gloriosam nominis dilatationem et
clarificationem. [illegible] ut scilicet filius dei ab
omnibus credatur et adoretur Et ideo sequitur
Et donavit illi nomen quod est super omne nomen. Iudi-
ciariam potestatem Et ideo dicit ut in
nomine ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum.
Premittit autem Apostolus ante omnia quin-
tum ipsi tamen honori. cum dicit humili-
avit semetipsum factus obediens etc. Primum est
humilitas profunda. cum dicit humiliavit
semetipsum. Secundum est obedientia vera cum di-
cit factus obediens. Tertium est passio dura cum
dicit usque ad mortem. mortem
autem crucis. Habuit igitur primum honorem

scilicet exaltationem et attelcationem [illegible] per
admictum omnis humilitatis Nam sicut
dicit Augustinus humilitas claritatis est me-
ritum. Sicut enim ut dicitur Luc. xiiii. Omnis
qui se exaltat humiliabitur. Ita econtrario
xpus qui sic se humiliavit assumendo formam
servi exaltari debuit per gloriosam cor-
poris resurrectionem Secundum honorem
scilicet clarificationem nominis habuit per admicti-
bilem omnis vere obedientie. Iustum est
enim ut ab omnibus colatur tamquam dei filius
apud quem tanta fuit subiectio et honor
parentis Ioh. viii. Honorifico patrem meum
et vos inhonorastis me. Ioh. xiiii.
Sicut mandatum dedit mihi pater sic facio
potius enim voluit perdere vitam quam di-
mittere obedientiam Tertium honorem scilicet iu-
diciarie potestatis habuit per admictum omnis
passionis. quia enim iniuste fuit iudica-
tus in mundo. ideo potestatem accepit iuste
iudicandi in iudicio Iob xxxvi. Causa
tua quasi impii iudicata est. causam
iudiciumque recipies. et pertinet esse verbum
patris ad filium. promittentis sibi potesta-
tem alios iuste iudicandi. postquam causa
eius iniuste fuerit iudicata. Dicit Gre-
gorius dominus iudicia faciens. qui non
est agnitus iniusta paciens. Augustinus
super Iohannem Qui venit in humilitate. ve-
niet in altitudine. qui venit iudica-
ndus veniet iudicaturus. Qui venit iudica-
ri a mortuis. veniet iudicare vivos
et mortuos. Qui ergo vult habere cele-
stem hereditatem. tamen hoc triplici honore
oportet. quod ea habeat et cum suo onere.
Qui enim vult habere corporis et anime
beatitudinem. oportet quod habeat perambulatam
humilitatem. Iob xxii. Qui humiliatus
fuerit erit in gloria. Prov. xxix. Humilem
spiritu suscipiet gloria Qui vult habere
divinam filiationem. oportet quod habeat man-
datorum dei impletionem Ille enim qui
mandatis dei et voluntati obedit iuste
meretur filius dei appellari Prov. xxviii.
Qui custodit legem filius sapiens est.
Ioh. vi. Non veni facere voluntatem
meam. sed voluntatem eius qui misit
me patris. Quasi dicat. In hoc filium patris
me esse ostendo. quod non meam sed suam

voluntate facio Quia vero cum christo hic
iudicia[r]iam potestatem habere carnis mor-
tificationem et voluntariam paupertate.
Tales sunt viri perfecti. de quibus dicitur
Mt xix° Amen dico vobis quod vos. qui
reliquistis omnia et secuti estis me.
sedebitis super sedes duodecim. iudicantes
duodecim tribus israel. Job xxxvi° Judici-
um pauperibus tribuit. Christus legavit pa-
cem discipulis Joh xiiii° Pacem relinquo
vobis. pacem meam do vobis. precipue eciam
post apostolos habuit septuaginta duos disci-
pulos. qui non adeo fortes ad sustinendos
persecutores Et ideo legavit eis non terrenam
pacem prosperitatis vel eternitatis. sed eandem pa-
cem temporis. donec scilicet fortificaret et cor-
roboraret. et tunc eandem ipsi legatam a-
postolorum scilicet persecutores acceperunt Res enim
infirmis et debilibus statim sunt gravia
imponenda Ideo dixit dominus Mt ix°
Nunquid possunt filii sponsi lugere. quamdiu
cum illis est sponsus venient autem dies.
quando ab eis auferetur sponsus. et tunc re-
iunabunt Nemo autem committit commissu-
ram panni rudis in vestimentum vetus.
Tollit enim plenitudinem eius a vestimento.
et peior scissura fit Neque mittunt novum
in utres veteres. et vinum effunditur. et
utres pereunt sed vinum novum in utres no-
vos ponunt. et ambo conservantur Ex quibus
verbis colligitur. quod non sunt imponenda
fortia festivis vel fortia infirmis vel
insolita inexpertis. Per filios sponsi intel-
liguntur viri contemplativi. qui sunt
quasi festivi. quia a mundo se abstra-
hunt et cogitatus suos in deo reponunt
et cum ipso quodammodo festum iocunditatis
faciunt post reliquie sue cogitacionis
diem festum agent tibi. Stant enim
semper cum sponso celesti in thalamo. et
spirituali iubilacione mentis ludunt coram
eo. Deut° xxxiii° Amantissimus domini
qui in thalamo tota die commorabitur. Prov.
viii° Delectabor per singulos dies. ludens
coram eo omni tempore De isto festo pre-
sentis iocunditatis transibunt ad festum per-
petue felicitatis De quo sic dicit Augustinus
super Joh Ibi erit festivitas et gaudium
sine fine. eternitas sine labe. serenitas sine

nube. Ad istud autem festum celestis
leticie previum est festo iocunditatis in-
terne Ysa. lviii° Erit sabbatum ex sab-
bato Talibus igitur sic festivis. non debet
tristitia administrari. quia posset eorum
iocunditas impediri vel retardari Et
ideo dixit Nunquid possunt filii sponsi lu-
gere quamdiu cum illis est sponsus Sepe
autem contingit quod ista spiritualis iocunditas
ab eis aufertur. et hoc vel ut gratiam cautius
custodiant vel ut fervencius appetant
vel ut ad humilitatem redeant. et tunc
est ab eis tristitia assumenda Et ideo
subdit venient autem dies quando auferetur
ab eis sponsus. et tunc ieiunabunt ieiunio
tristitie et meroris. Per pannum veterem intel-
liguntur illi. qui habent vetustam conversacionem
qui semper conversati sunt in appetitu et de-
sideriis terrenorum. Per pannum rudem sive novum
intelligitur doctrina nova. adducens ad
contemptum omnium mundanorum Sed quia illi
adhuc sunt infirmi et terrenis dediti non
sunt subito a contemptu terrenorum omnino
compellendi. et si compelluntur. et ipsi scandali-
santur et verba ponunt. Per utres veteres intel-
liguntur animi habentes vetustam affectionem
qui nondum spiritualia consueverunt diligere. nec ce-
lestia cogitare. per vinum novum intelli-
gitur doctrina inducens ad amorem spiritualium
et desiderium eternorum. sed quia non sunt ta-
libus assueti. non sunt statim ad ipsa
spiritualia compellendi. sed paulatim sunt
manuducendi Alioquin animus eorum
frangitur per impaciencia et doctrina amittitur
per improvidenciam. Ideo dicitur Prov. xiii°
Substantia festinata minuetur. quam autem pau-
latim colligitur manu multiplicabitur. Christus
legavit corpus suum iudeis ut scilicet ipsum
flagellarent crucifigerent. aceto potarent
lancearent. tumularent. ut sic mi-
sterium nostre salutis perficerent Job xvi°
Tradidit corpus quod de matre de terrena car-
ne assumptum. Data est in manus im-
pii scilicet impii prelati. et impii iude-
sed tamen post tres dies ipsum ad sum-
dum resuscitavit Joh ii° Solvite templum
hoc. et in triduo excitabo illud Mt xii°
Sicut yonas fuit in ventre ceti tribus diebus
et tribus noctibus. ita filius hominis erit in cor-
de terre etc. Jerem. xii° Reliqui domum meam

diuisi hereditate mea. dedi dilectam mea in manus inimicorum eius. Ipse enim do mum suam celestem quodammodo reliquit qui ad nos venit et vrbem habitauit here ditatem suam diuisit, vt nos ex heredita tis nostre preuaricacionis coheredes re gni faceret. Dedit dilectam animam suam in manus inimicorum qui vitam suam tradidit in manibus iudeorum, sed tamen post tres dies per suam passionem recu perauit domum suam. Heb. ix° proprium san guinem introiuit semel in sancta eterna redempcione inuenta. Recuperauit here ditatem suam psalmo postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam. Recuperauit vitam suam Joh. x° potestatem habeo po nendi animam meam et iterum sumendi ea. Voluit igitur corpus suum dare in manibus iudeorum. vt nostre redempcionis misterium impleretur. Corpus enim christi erat tamquam saccus plenus thezauro. tamquam ala bastrum plenum vngento. tamquam apo teca plena balsamo. Homo autem erat captiuus vulneratus et fetidus. Dedit igitur corpus suum iudeis, vt ipsum tamquam saccum scinderent. et inde precium ema naret. quo captiuus redimeretur. j pe tri j° Non corruptibilibus auro vel ar gento. redempti estis, sed precioso san guine. quasi agni incontaminati et immaculati christi. Iste est ille saccus ple nus thesauro de quo dicitur prouerbiorum vij° Sacculum pecunie secum tulit. Iste saccus fuit scissus a iudeis malicia sed cum christi leticia vnde christus loquens ad patrem dicit. Conscidisti saccum meum id est carnem per passionem et circumdedisti me leticia. Augustinus super Joh. Scriptura data est manus impiis. quia caro christi data est in potestate iudeis, et hoc propterea vt quasi sacculus scinderetur vnde nostrum preci um emanaret. Saccum plenum nummis misit deus pater in terra. Saccum inquit passione conscindendum vt effunderet quod in eo latet precium nostrum. Dedit etiam corpus suum iudeis. vt ipsum tamquam ala bastrum frangerent. Et in vngentum effunderetur. quo vulneratus curaretur. Ista sunt illa vngenta, de quibus dicitur Can. j° Trahe me post te curremus in

odore vnguentorum tuorum. Ista sunt illa vngenta. que vngentarius celestis con fecit. De quo dicitur Eccli. xxxviij° vn gentarius faciet pigmenta suauitatis et vnctiones conficiet sanitatis. Ex istis vngentis prouenit iocunditas anime. et nitor consciencie, ex quibus sanantur vulnera anime sauciate. Hoc signatum est Luc. x° vbi dicitur quod samaritanus alligauit vulnera sauciati infundens oleum per quod nitor consciencie et vinum per quod iocunditas anime intelligitur. Dedit etiam corpus suum iudeis. vt ipsum tamquam a poteca aperirent. et inde balsamum exiret quo fetidus releuaretur. Tunc autem ista apoteca aperta fuit. quando vnus mi litum latus eius aperuit. De odore huius balsami dicitur Eccli. xxiiij° Sicut ci namomum et balsamum aromatizans odorem dedi. quasi mirra electa dedi suauitatem odoris. Iste enim odor deum placauit. et ideo assimilatur odori cynamomi. Nam sicut dicitur in glosa. Cynamomum cum fran gitur visibile spiramentum emittit in modum nebule vel pulueris. Sic fractis in cruce christi corpore. odorem ad patrem spirauit et ipsum reconsiliauit. Hominem a fetore peccati preseruat. Et ideo assimilatur odori balsami. Dyabolum cum omnibus suis fugat. Et ideo assimilatur odori mirre. cuius odor fugat serpentes id est dya bolicas temptaciones. Christus legauit patri spiritum. Luc. xxiij° Et clamans vo ce magna Ihesus ait pater in manus tuas domine commendo spiritum meum. In quo instruit quod morientes ita debent facere, primo cum magno cordis af fectu dei misericordiam implorauit, quod notatur per hoc quod dicitur. Clamans voce magna. Magnus enim affectus est magnus clamor in auribus dei. quem clamorem deus libenter exaudit. Vnde psalmo. Clamaui in toto corde meo exaudi me domine. Secundo se deuote deo recommendauit. quod notatur in hoc quod dixit patri In manus tuas commendo spiritum meum, legitur enim licet autenticum non sit, quod Ihesus in cruce totum illum psalmum Deus deus meus respice in me vsque ad finem decantauit Deinde psalmum In te domine speraui. et

celum vsq ad In manus tuas dne
comendo spm meum. dixit Et hec dicto
tradidit spm. Tercio omissis ceteris
de anima sua specialem curam habuit sicut
enim aplos deo recomendaverit
cum passionem et mortem in cruce Johan
ni / in ipsa tamen morte de spiritu suo cu
ram habuit specialem / ex hoc nos exemplum habemus
vt in morte spm nostrum deo recomendemus
Et hoc triplici de causa faciendum est.
Primo vt deus spm nostrum ab insidijs
demonum custodiat. Eccli. lio. liberasti
me a rugientibus preparatis ad escam /
Secundo vt ministerio angelorum spm
nostrum ad celum deducat. Exo. xxiii.
Ecce ego mittam angelum meum qui
precedat te et custodiat in via et intro
ducat in locum quem preparavi. Tercio vt
ipsum spm in manibus dei depositum pro
corpore quoque restituat. Thi. io. potens
est depositum meum servare in illum diem.
Ideo autem spm nostrum in manibus dei co
mendare debemus / quia illud quod est in
manum dei est securum. est enim dei conspe
ctum, et est preciosum. Nullus enim nisi
in manu sua portat vilia sed preciosa
sicut anulos aureos. et lapides precio
sos. In hoc igitur quod anime sanctorum sunt
in manum dei. ondit / quod sic sunt secu
re. vt numquam amittat Joh. x. Nemo
potest rapere de manu patris mei Sap.
iiio. Justorum anime in manu dei sunt.
et non tanget illos tormentum malicie.
Sic sunt deo proxime et vicine vt di
vina visione fruantur Ysa. xlix. Ec
ce in manibus meis descripsi te. muri
tui coram oculis meis semper Sic
sunt preciose / vt in ornamentum dei
assumuntur Sicut enim vestimentum or
nat corpus. et annulus ornat ma
num. sic anime sanctorum quodammodo ornant
xpm Ysa. xlixo. Viuo ego dicit do
minus. quia hijs omnibus velut ve
stimento vestieris Econtrario autem si a
nima / caruit preciosus in eius digitum
conspiceret vt manum eius ornaret. deus
de digito eam extraheret et in infirmum
proijceret / vnde dixit dominus de quodam
peccatore Je. xxijo. Viuo ego dicit dominus
Quia si fuit Jechonias anulus in dextra

mea inde evellam eum. et dabo te in
manum querentium animam tuam. et de
monum in inferno / Quinto legavit
virginem parentem: quam scilicet matrem suam
dedit Johanni in custodiam suam. Quod
quidem facere voluit quadruplici de causa
Primo ratione sui. Decet enim quod conditor
legis. suam legem servaret. qua statu
tum / populus statuit quadam lege dicens
Exo. xxo Honora patrem tuum et matrem
tuam et cetera Ille autem honor intelligitur
non tantum in assurgendo. sed maxime
in obsequendo et serviendo. Decuit igitur
xpm de matre desolata curam habere
et ipsam solicite recomendare. Secundo
ratione nostri. statum rationem assignat
Cris. d. Multa dilectionem mostrat
dominus ad matrem Comendat enim ea
discipulo. erudiens nos. vsque ad vl
timam respirationem omnem facere dili
gentiam eorum. qui nos genuerunt
Tercio ratione virginis. vt scilicet aliqualem
consolationem reciperet de morte filij. ex
custodia fidelis discipuli. Amiserat
enim sponsum suum. amittebat et filium.
Et ideo in consolationem sibi dimitte
bat dilectum ac fidelem discipulum
Quod tamen qualis illa consolatio esse
potuit sic dicit Ber. Verum tunc
marie animam gladius pertransiuit
cum non plus quam gladius ille sermo.
Mulier. ecce filius tuus. O
qualis commutatio Johannes pro ihesu
ci traditur. servus pro domino / discipulus
pro magistro. filius zebedei pro filio dei
purus homo pro deo vero. Quarto ratione
Johannis Ipse enim servaverat vir
ginitatem / et ideo congruum fuit vt vir
ginem acciperet commendatam / xpus namque
duas matres habuit scilicet ecclesiam et ma
riam / vna petro. alia Johanni commisit
Bern. Petro comendat ecclesiam sed tibi
o Johannes mariam. illi tumultuosa ne
gocia. tibi pacificata et quieta. illi
vestibulum et altaria sanguinum. tibi
altare incensi et sancta sanctorum. Sex
to legavit latroni paradisum. quod dixit
Amen dico tibi hodie mecum eris in
paradiso celesti. quia illuc cum xpus
nondum ascendit. sed in aperta dei visione

que est btitudo sacrorum. Amen dico tibi Hic est completa firmitas. Modus enim fuit immandi xpi. et impossibile est ut veniat gratia sua immutacionem. Hebr. vj° Impossibile est mentiri deum. ps. Que procedunt de labijs meis non faciam irrita. Quia hodie erat completa celeritas. Prov. iij° Ne dicas amico tuo vade et revertere et cras dabo tibi cum statim possis. Mecum eris erat quam beata societas. Eccli. xlviij° Beati qui in amicitia tua decorati sunt. In paradiso erat complexio loci amenitas. paradisus enim est locus deliciarum. Quibus vita est esse cum xpo. quia ubi est xpus ibi est regnum. Fuit enim xpus latroni valde liberalis. Reges enim reges coronant et milites suos faciunt et larga munera largiuntur. hodie xpus latronem in militem ordinavit. Cum enim rex aliquem militem de novo facit. et eum vult amplius honorare. tunc ipsum super equum suum sedere facit. vestes suas sibi tribuit. iuramentum ab eo requirit. De familia sua eum constituit et aliquod castrum sibi tradit. Ergo xpi fuit ipsa crux. Super equum igitur suum in lectum posuit. quam crucis patibulum eum sustinere voluit. vestes regias sibi dedit. quando purpureo sanguine aspersus fuit. Erat enim sanguis qui prius fuerat noxius modo fuerat preciosus. De hijs duobus dicitur Hester vj° homo quem rex honorare cupit. debet indui vestibus regijs et imponi super equum qui de sella regis est. Iuramentum vero rex requirit a milite suo. quia non videt ea que habet in corde suo. si enim videret. iuramentum non requireret. xpus autem videt corda suorum militum et ideo ab eis non exigit iuramentum. sed potius ipse iurat eis. ut per dei iuramentum faciat eos beneplacitum. Et ideo xpus ab isto suo milite iuramentum non exigit. sed sibi iuramentum fecit. dicens Amen dico tibi. Deinde fecit eum de familia sua dicens Hodie mecum eris. De familia autem xpi esse est beatum esse. In Psalmo lxxxiij° Beati qui habitant in domo tua domine. in omni tempore. Postremo non dedit temporale castrum. sed celeste regnum. dicens In paradiso. plus enim dedit quam ille pecijt. Ille enim pecierat benignam sui recordacionem et xpus ei dedit celestis regni possessionem. Unde dicit Glo. ibidem uberior gratia quam precacio. Semper enim dominus plus tribuit quam rogatur. Convenienter autem dominus latroni se exhibuit liberalem. In illa namque societate unus erat valde bonus scilicet xpus. alius valde malus scilicet latro a sinistris positus. Tertius medioc͡riter bonus et mediocriter malus. scilicet latro a parte dextra collocatus. qui ut semper erat bonus. iniquitatem culpa sua recognoscebat dicens luce xxiij° Nos quidem iuste factis recipimus et in parte non erat bonus. quia adhuc gratia dei non erat confirmatus. laudabiliter ergo se habuit ad illum qui erat valde bonus. et ad xpm cuius innocenciam excusat dicens. Hic vero mali nichil gessit. laudabiliter se habuit ad illum. qui erat valde malus. cuius maliciam increpavit dicens Neque tu times deum. cum in hac dampnacione sis. laudabiliter se habuit ad se mediocriter bonum et mediocriter malum. Nam quia erat mediocriter bonus totaliter fieri bonus affectabat dicens Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Quia erat mediocriter malus. culpam suam auferri totaliter cupiebat. Et ideo ipsam recognoscebat dicens. Nam digna factis recipimus. Decepcio legavit peccatoribus infimum quod quidem legatum valde competit eis. quia pulcius moratur in inferno quam staret in celo. pulcius enim iacet porcus in luto. quam in florido prato. pulcius stat fimus in cloaca. quam in camera picta. pulcius collocatur putridum lignum in igne. quam in regali sede. Manet igitur pulcius porcus in luto quam in florido prato. porcus est luxuriosus qui semper habitat in luto immundicie. Eccli. ix° Omnis mulier que est forni-

crucē · quam sectatus in via gelabit[ur]
proch · xijo Anulus aureus in naribus
suis · mulier pulcra et fatua · Hec est
voluptas immundis libenter habitat por-
ci immundi / unde dixerunt demones Si eicis
nos mitte nos in gregem porcorum
Pratum floridum · est regio beatorum / ubi
sunt rose martirum · viole confessorum · et lilia
virginum · Lutum est regio dampnatorum a
qua regrediens lutosa persona congratulabatur
se eductum dicens / Eduxit me de lacu mi-
serie et de luto fecis / Porci igitur · i · lu-
xuriosi pulcrius manent in luto in-
fernali feditatis · quam manerent · pro
florido celestis amenitatis Octavo pul-
crius stat fimus in latrina · quam in ca-
mera picta · Fimus est avarus / de quo
dicitur Ephesios vo Avaricia · que est ydolorum
servitus Dicit enim gulosus tollit pro
deo ventrem suum · Iuxta illud philippenses iijo Quo-
rum deus venter est Ita et avarus colit num-
mum pro deo suo · Iuxta illud Col. iijo Avaricia
que est simulacrorum servitus Latrina vero
sine lacus plenus · est infernus Ysaias x-
iiijo In infernum detraheris in profund-
um laci / Sicut omnibus enim rebus omnes
impuritates et feditates et fetores se
pariunt · et de plateis urbium purgabuntur
et in cloacam infernalem proiciuntur Psalmus
Ut lutum platearum delebis eos Ca-
mera picta est domus eterna · unde de
in psalmo 2m alia translacionem Extendens
celum sicut cameram Dicit enim ca-
mera interdum pingitur colorum diversitate
Ita camera dei picta est stellarum varie-
tate Fimum igitur · i · avarum pulcrius stat
in cloaca inferni · quam staret in came-
ra picta dei Nono pulcrius apparet
latro in patibulo · quam in regali solio ·
Latro enim est quilibet superbus Deus na-
que quoddam sibi proprium retinuit · quod num-
quam alicui creature communicare voluit /
scilicet gloria Ysaia xlijo Gloriam meam non
dabo alteri Volt enim deus ut divinis
operibus hic annuis tota utilitate · et
ipse vero habere gloriam et honorem hanc
autem gloriam superbi sibi furantur · qui lau-
dari appetunt et gloriam ab hominibus con-
piscunt Joh vo Quo potestis vos cr-
edere · qui gloriam ab invicem accepistis et
gloriam que a solo deo est non queritis / Pa-

tibulum intellige infernale supplicium
in quo superbi suspenduntur Cuius signum
est Hester vijo ubi dicitur de Aman
superbissimo / qui tamen suspensus est in
patibulo · infernalis vilitatis / Per
solium intellige regnum honor sanctorum
Job xxxvjo Reges in solio collocat in
perpetuum · et illuc erigimur / Latrones et
superbi pulcrius apparent in patibulo infer-
nalis vilitatis · quam in solio maiestatis
Decimo pulcrius collocatur lignum putri-
dum in igne · quam in regali ede / Lignum pu-
tridum est peccator · dum manens in putre-
dine peccatorum Dicit enim iustus est sicut
lignum viride Iuxta illud quod dicitur in psalmo
Iustus autem qui vivit solum habitabit
Et sicut de novo peccat · est sicut lignum
aridum Iuxta illud Luc xvijo Relinquens
velut lignum aridum in homine Sic
homo · in peccatis inveteratus · est sicut
lignum putridum Iuxta illud Joel jo Com-
putruerunt iumenta in stercore suo In
domo autem dei non debent poni nisi ligna
imputribilia / unde dicitur Cant jo Ti-
gna domorum nostrarum cedrina laqueari-
a nostra cipressina · quia omnia sunt ligna
imputribilia Illi igitur qui sunt lignum pu-
tridum · sic sunt inveterati in peccatis / pul-
crius stat in igne infernalis cruciatio-
nis / quam in ede celestis habitationis /
Octavo legaverit autem primo penitentibus
tribus rationibus / et hoc quando dixit luc
ixo Siquis vult post me venire ab-
neget semetipsum et tollat crucem suam
et sequatur me · Ex quibus verbis habetur Primo
ipsa penitencia primo debet esse humilia · ut si
homo penitens · nichil de se relinquit
sed totum se deo subiciat Et ideo dicit
Abneget semetipsum · quod non faciat sibi
qui propriam sequitur voluntatem Unde hic
vo sit dicit in libro · qui vult unum
ex quatuor Primi superbus fuit · scilicet humiles
fiat relinquit se Communi namque im-
pii non erunt unde illud quod dicitur Vere
impios et non erunt Ro quia non sunt in ecclesia
sed non erunt in impietatis culpa · nisi
quis a seipso desinat · adeum qui super
ipsum est non appingit Hec valet apprehendere
quod velut ipsum est · si nesciat maiorem
quod est · Secundo debet esse voluntaria Et ideo

dicit Tollat. nō sibi violent' imponā
Nō enim dz ee coacta. sicut pe latrun
Qualis fuit crux illius de q° dicit' mr
xv° Que angariauit vt tolleret crucē
ihū. Voluntarie g° dz tolli Non
violent' imponi ps voluntarie sac-
rificabo tibi z confitebor nomini tuo qm̄
bonū est Augꝰ Nemo inuitꝰ bn̄
facit. eciā si bonū sit illud qd̄ facit
Tercio dz ee aspera z afflictiua. vn̄
dicit Crucē. que dicit' a cruciatu. q̄
carnem suā cruciare z affligere dē̄
Gal v° Qui aūt xpi sunt. carne
suā crucifixerunt cū vicijs z concupi-
scencijs Quarto dz ee ppria z nō ali-
ena. Ideo dicit Suā. non alienam
Contra illos. qui peccatum faciunt. z alijs
pnias pro se faciendas committunt Cū
tn̄ dicat' ij Cor v° Omnes nos ma-
nifestari oportet an̄ tribunal xi. vt re-
ferat vnusquisq3 ppria corporis put
gessit Quinto dēt esse continua. ideo
dicit Quotidie. qd̄ est ꝯ recidiuan-
tes. qui nō quotidie pniaz faciunt
sed ad ipa pctā redeunt Cum tn̄ di-
cat' Mt xxiiij° Qui pseuerauit vsq3
in finem. hic saluus erit nō qui incē-
perit Sexto dz ee pura z sincera
intencōe facta. Ideo dicit Et sequā
me. Ille eni sequit' mundum. qui ali-
qua bona facit ppter fauorē huma-
num. Ille sequit' deum. qui in bonis
q̄ facit intencōez hz ad deum. Mt
vj° Attendite ne iusticiā vestram fa-
ciatis coram homib3. vt videamini ab
eis. Alioquin mercedē nō hebitis.
apud patrem vrm̄ qui in celis est.

Dilectus meus.
michi inter vbera mea co-
morabit' Can j° Quamuis
virgo bta. nō fuit gladio materiali
perussa. fuit tn̄ dolore cordis in gladi-
o transverberata Et ideo plus q̄ mr̄
extitit. quia in corde martiriū tollo-
rauit Vn̄ cum passio xpi recolitur
nō inmerito z inris passio ad memo-
riā reuocat' Quapropter v' verba premis-
sa de ipa exponi pnt. circa ibi pot-
est sal3 magnitudinez sui amoris. cū dicit
Dilectus meus m. Magnitudinez sui

doloris cū dicit Fasciculus mirre Et
magnitudinez sue deuocōnis. cū dicit Int'
vbera mea commorabit' Magnitudinez
sui amoris manifestat exeo. q' ipsum
filiū suū dilexit; dulcit' fortit' z sa-
pient' Dilexit adeo dulcit'. q' tota
ex eius amore liqfiebat Can v° Aīa
mea liqfacta est. et Sicut enim cera
liquescit a calore ignis. sic eius a-
nimus liqfactus ē a calore diui amoris
vt posset dicē cum pphta Factū est
cor meū tanq̄ cera liqfaciens Cera aūt
liquefacta defacili ducit' ad omnes
opacōes z deuotās diuini voluntates.
Dilexit adeo dulcit' q' eā languebat
Can Amore langueo Consuet' eni
hō languē pꝰ certamen. pꝰ laborē In
corde virginis pugnabat ad inuicē
duo amores. pugnabat enim ad inuice
amor filij. z amor salutis gn̄is humani Si-
quidē amor filij nolebat xpm̄ pati.
Amor vero salutis gn̄is humani vole-
bat ipm̄ pati. et inter istos duos a-
mores maxima pugna erat. pugna-
bat etiā in corde suo dolores. sc3 dolor
quem hēbat de morte filij. qui
nolebat eū mori. z dolor de pdicōe
gn̄is humani. qui volebat eum mori.
Et ideo potuit dicē qd̄ dicit' Daniel
xiij° Angustie sunt michi vndiq3 It'
Phil j° Michi viuere xpus ē. et
mori lucrū Et quid eliga. ignoro.
Qsi dicat Vita filij mei ē vita aie
mee. mors vō sua ē lucrū humani gn̄is
Et ideo dicat. Quid eliga ignoro. Nō
fuit g° mirū si tota languebat. in
cuius corde vehemens pugna erat
Dilexit adeo dulcit'. q' tota in amore
filij conuersa erat Si enim ignis eā in q°
agit mutat' sibi assimilare. z ad se
conuertere. quo ignis diuinus. qui no-
uē mensib3 in suo vtero habitauit vo-
cans tolit' sibi assimilauit. z tota ignita
z diuina fecit. Hoc signum ē Exo iij°
vbi dicit' Rubus ardebat. z nō combu-
rebat' Arsit quidē virgo bta ardore
dilectōis intime. sed nō fuit combusta.
igne concupie. Dilexit adeo dulcit'.
q' amor in ea extasim faciebat.
Nam sicut dicit. Dyonisius Est aūt

extha sim faciens. diuinus actor non diminuit
tenus simplus esse auctorem. sed audiens
Vit quidem Petrus videbatur esse se potius
et a se alienatus pro doloris magnitudine
dicens passus sum totum et in carcerem et in
mortem ire. Filius in cruce extensus videba-
tur se potius pro nimia angustia. Vera sua
volunta obliuioni tradebat et nimis solli-
citior erat. quando ipsam discipulo recomme-
dabat. Similiter et mater videbatur esse se po-
sita pro filii amore dum morte sua sic
despiciebat. qui in medio occisorum filius suus
fixus manebat. Secundo dilexit filium suum
fortiter. Siquidem fuit fortis in amore
fortis in associatione. fortis in fide et for-
tis in mortis horrore. Eorum enim qui
xpistum sequebantur. quidam in ipsa passione
fuit fortes quantum ad amorem sicut omnes
apostoli. qui ipsum etiam mortuum diligebant
sed tamen debiles fuerunt. quantum ad corpora-
lem associationem. quia relicto eo fugie-
runt Joh. xvi^o. Ecce venit hora et iam
est ut dispergamini vnusquisque in propria
et me solum relinquatis. Quidam fuit
fortes quantum ad amorem et corporalem as-
sociationem sicut sancte mulieres. que ip-
sum sequebantur et in cruce eum associabant
fuit tamen debiles quantum ad fidem quia
omnes fidem amiserunt. Isti tamen fue-
runt aplis fortiores. quia xpistum in cruce
associauerunt. Crux xpisti est vexillum.
iuxta illud vexilla regis prodeunt. Ad
istud vexillum mulieres steterunt. viri
fugierunt. quod etiam hodie impletur. quia
ante prime viri fugiunt. mulieres aste-
runt. Beata autem virgo fuit fortis et
quantum ad amorem Cant. viii^o. Fortis est
vt mors dilectio. et quantum ad corporalem
associationem Joh. xix^o. Stabat iuxta
crucem mater ihesu etc. Magis autem erat mater
ante corde. quam corpore. Animus enim non
solum est vbi animat. sed vbi amat.
Et quantum ad fidem. Prou. vlt. Non
extinguetur in nocte id est in xpisti passione
lucerna eius id est fides eius et quantum ad mortis
horrorem quia pro filii amore mori non
timebat. vnde dicitur in prosa. Nato quasi
parte meum crucifigite aut in crucis
stipite nos ambos affigite. male solus
moritur. Propter ista conqueritur Job. xix^o.
Pelli mee consumptis carnibus adhesit os

meum et delicta sunt tantummodo labia cir-
ca dentes meos. Os fuit xpistus. qui a deo
fuit fortis. quod numquam a iudeis minis vel
supplicijs potuit inclinari. Istud os ha-
buit dentes. carnes et pellem. Dentes
eius fuerunt apostoli. qui ab ipso fuerunt purifi-
cati et mundati. De quibus dicit Gen.
xlix^o. Dentes eius lacte candidiores.
qui etiam doctrinam xpisti ruminabant et
populo tradebant Cant. vii^o. Dignum dile-
cto meo ad potandum labijs et denti-
busque illius ad ruminandum. Carnes enim fuerunt
sancte mulieres. que erant molles et fragiles.
Pellis eius fuit beata virgo. que ipsum
vestiuit et que nullis tribulationibus contrita
fuit. Dicit ergo pelli mee consumptis
carnibus adhesit os etc. Iam etiam den-
tes id est apostolos non remanserunt nisi la-
bia id est verba oris. Anima enim ipsum
adhuc mortuum diligebat. Sed lingua
loquebatur de ipso. sicut dicitur Luc. xxiiii^o.
de duobus discipulis euntibus in emaus.
qui de ipso ibant loquendo. De quibus dicit
Gregorius. Quem amabat et dubitabat.
Carnes id est sancte mulieres fuerunt consumpte
id est a fide extincte. solum adhesit os pel-
li et pellis adhesit ossi. quia tunc et
xpistus adhesit matri et mater adhesit filio.
Cant. i^o. Dilectus meus mihi et ego illi.
xpistus adhesit matri ipsam in cruce co-
gnoscendo. et eam discipulo recomendando
Mater adhesit filio. ipsum audiendo. ipsum
in cruce associando. eius fidem perpetuam
retinendo. pro eius amore mori deside-
rando. Tertio dilexit eum sapienter et discre-
te. cuius discreta dilectio maxime in tribus
manifestatur. Primo in eo quod ipsum in
ierusalem ad templum dei et festiuitates
dum adhuc esset puer ducebat. licet
via esset longa et moriosa. Per hoc in-
strui parentes quod filij sui bonis studijs
mancipandi. et non nimis delicate et
molliter nutriendi. Quia sicut dicitur Prou.
xxii^o. Adolescens iuxta viam suam et cum
senuerit non recedet ab ea. Secundo apparet
eius circa filium discreta dilectio. in eo quod
nec ante ascendit. numquam enim dissua-
debat. quamuis enim sciret filium suum in cruce
dolores grauissimos passurum. Sed propter
maius bonum quod inde sequebatur. hoc sibi
dissuadere nolebat. quod est contra multos. qui

filios suos volentes ascendere crucem
p(er)mittit a suo p(ro)posito auertunt (et) impe-
diunt q(ua)ntum possunt. De talib(us) dicit(ur) Mic(hee)
vii. Inimici hominis domestici ei(us). Et
eni(m) tales sunt sui inimici (et) adu(er)sarii
reputandi. Ostendit d(omi)n(u)s Mat(thei) xvi(o)
Ubi d(omi)n(u)m Petru(s) voluit eum aute(m) ne
crucem ascenderet. grauit(er) eum rep(re)hendit
(et) adu(er)sariu(m) eu(m) vocauit dicens. Vade
post me sathanas. scandalu(m) michi
es. quia no(n) sapis ea q(ue) dei sunt. sed
ea q(ue) hominu(m). Ex quo apparet eius ita filiu(m)
discreta dilectio. in hoc q(uod) ipsi in cruce(m)
exeunti. vt de ea descenderet (con)sulere nole-
bat. quamuis videret eum ibi supplicia
(et) obp(ro)bria multa pati q(uo)d est (con)tra multos
parentes. quor(um) si filii aliq(ua)m crucem pe-
nitentie ascendunt. Non solum vt de-
scendat (con)sulunt. sed etiam violent(er) inde
educunt. Ita q(uod) n(on) ipsi ascendunt. Nec
filios suos ascendere p(er)mittunt. (con)tra q(uo)s
dicit(ur) Luc(e) xi(o). Tulistis claue(m) scientie
ipsi non introistis (et) eos qui introi-
bant p(ro)hibuistis. Et sicut m(ate)r filium
discrete dilexit. sic (et) filius matrem dis-
crete amauit. sicut eni(m) maior fuit di-
lectio filii ad matrem q(uam) m(at)ris ad fi-
lium. sic (et) maior (com)passio. Et lic(et) sacrat-
issime anima eius sua passione gladio
doloris esset p(er)foranda. Non t(amen) dimisit
p(ro)pt(er) m(at)ris dolore(m). quin ipse ascenderet
crucem. Ubi n(on) aliquis quantumcu(m)q(ue) p(ate)r
vel m(ate)r doleat. dimittere debet. quin
p(er)missa cruce ascendat. Aug(ustinus). Lectum
suu(m) dimisit xpus discipulis suis. Qui
ergo vult cum xpo in illo quiescere i(n)
celo. in isto iaceat in t(er)ra lecto. Moratur
in cruce. si vult crucifixum placatu(m)
videre. Ieron(imus) in ep(isto)la. Licet paruul(us)
ex collo pendeat nepos. lic(et) sparso
crine (et) scissis vestib(us) vbera quib(us) te
nutrierat m(ate)r ostendat. lic(et) in limine
p(ate)r iaceat p(er)calcatu(m) perge p(er)gens siccis
oculis ad vexillum crucis euola.
Solum pietatis genus est in hac re
esse crudelem. Fraterne rupit vincla amor
xpi. (et) timor vehemens gladium tex
hostis. vt me comitar. (et) ego d(e) m(at)ris
lacrimis cogitabo. Secundo ponit mag-
nitudinem sui doloris cu(m) d(icit) (Con)fractis

minus. Que quidem magnitudo causabat
in ea ex tribus. sc(ilicet) ex r(ati)one sui (et) ex
r(ati)one filii. (et) ex r(ati)one supplicii. Ratione
quidem sui causabat(ur) in ea dolor. P(rim)o eo q(uod)
ipsa erat m(ate)r. et virgini m(ate)r (et) tota m(ate)r
(et) pia mater (et) tenera (et) delicata m(ate)r
Ad eius etiam dolorem accrescebat. q(uod) ipsa
erat p(re)sens ad videndu(m). impotens ad ad-
iuuandum destituta ad (con)siliu(m) (et) au-
xiliu(m) postulandum. Causabat(ur) igit(ur) in
ea dolor p(ri)mo eo q(uod) erat m(ate)r. Naturalit(er)
eni(m) mater dolet (et) tristat(ur) de dolore
(et) afflictione filii sic(ut) p(atet) iii(o) Re(gum) iii(o). Ubi
mater vera no(n) potuit sustinere q(uod) filius
scinderet. sed potius viuus alteri traderet(ur).
Commota quidem sunt viscera ei(us) sup(er)
filio suo. Multofortius ipsa virgo do-
lebat de afflictione talis filii. Secundo ex
eo q(uod) erat m(ate)r unici. Si aliqua m(ate)r filium
amittit (con)solacione(m) capit. vel q(uia) alios
habet vel alios se sperat. Hec aut(em) ul-
lum aliu(m) habebat. Nec alium sperabat. et
ille vnicus sibi erat in (quo) potat sibi dicere
q(uo)d dicit(ur) Tob(ie) x(o). Sicut m(ate)r vnicum
amat filium. ita te diligebam. Tertio ex
eo q(uod) erat tota m(ate)r. Cum dolor diuidit(ur)
in multos. minor erit in singulis. Si
aliqua m(ate)r filium amittat. dolorem suum
cu(m) patre (con)diuidit. quia erat filius suus
(et) patris. Virgo aut(em) b(ea)ta dolorem suum cu(m)
nullo (con)diuidere potuit. quia nullus ibi
pat(er) carnalis erat. Quarto ex eo. quia erat
pia m(ate)r. Quanto eni(m) m(ate)r est magis pia
ad dolendum est magis proclina. Cum
igit(ur) virgo beata naturalit(er) esset pia. cuius
tamen mens maxima pietate p(er)fusa fuit
quando diuina pietas in eius vtero habitat.
Et ideo quanto magis pia fuit. tanto
maiore dolore p(er)pessa est. Quinto eo
quia fuit tenera (et) delicata m(ate)r. Quanto
enim na(tura) est magis tenera (et) delicata
tanto maioris doloris est receptiua. Ipsa
quidem habebat delicata(m) na(turam) vt pote
virginitatem integram. a (con)tactu mun-
datam. a nullo peccato viciatam. Aug(ustinus).
Illa quippe pia m(ate)r in magno dolore
eiulans. pectore (con)tundens delicata. ita
ipsa viscera tetraq(ue) fatigauerat inedia
vt iam defectio vix p(er)uenire potuiss(et)

ad xpi sing. Accreuit aut ad eius dolo-
rem quia pns erat ad videndum. Ob
oclis enim suis videbat filiu suum cruci-
figi, laniari et vulnari. Multu dolet
mater quando audit filiu suum mor-
tuum. plus vero dolet quando audit ip
horribili tormento necatum. Maxime
aut dolet. qn cum oclos suos videt ip
filiu suum vulnari et occidi. Tanto g°
dolore virgo bta vulnerat, que videbat
filiu suum mortuum et horribili passione
necatum, et hec omnia fiebant cum conspectu
suo. Accreuit etia ad eius dolorem
eo q eat impotens ad adiuuandum. Magn
consolacio est mri quando filio morienti
assistit et qn mortuum pt osculari. hec
aut filiu in nullo potuit adiuuare.
Audiebat ipm sitire et non potuit ei po-
tum dare. videbat corpus eius vulnibus
plenum et non potuit vlnera alligare. vi-
debat sanguine cruentatum et non po-
terat linteo extergere. Videbat ipsum
male tenentem caput et non poterat
sustentare. videbat ipm expirasse
et non potuit ipm osculari vt asseruit
Videbat sanguine in terra effluere et non
potuit recolligere. Et ideo potuit dicere
illud qd dicit Jo. Th. j° Mulier infelix
nimis ego sum. Accreuit etia ad eius
dolorem. quia omni erat consilio et au-
xilio destituta. Apli namq et omnes
discipuli fugerunt, et ipam solam reliq-
runt. ita q ipa vel filius suus in tanta
necessitate et dolore nullum hebat auxi-
liantem. Ysa. lxiij° Respexi et non erat ad-
iutorium hominum et non erat. Nullum ha-
buit compacientem ps. Sustinui q simul
contristaretur et non fuit Nullum consolante
vnde sequitur Quesiui consolantem et non inueni
Nullum associatem ps. Elongasti a
me amicum et proximum et notos meos
a miseria i. a passione mea. Inter aplos
xpus quosdam hebat spales. sicut Pe-
trum et Johannem. quosdam proximos.
sicut ambos Jacobos. Symonem thadeum
quosdam notos sicut ceteros aplos et disci-
pulos. Omnes aut eum reliquerunt.
Et ideo dicit Elongasti a me amicum et
proximum. licet enim Johes postmodum iuxta
crucem steterit. tn prius cum ceteris fugit

Job xix° Fratres meos longe fecit a me
sic sunt sui consanguinei germani et noti
mei quasi alieni recesserunt a me sic
sunt Petrus et Johannes sibi spali fa-
miliaritate iuncti. dereliquerunt me proximi
mei. sicut apli qui quadam prerogatiua
sibi magis appropinquabant et qui me
nouerunt obliti sunt mei sicut ceteri discipuli.
Secundo causabatur iste dolor racione filij
Multum dolet mr cum amittit bonum
filiu et sapientem. Ipa vero per mortem
tempalem amittebat illum filiu de quo
ipa dicit Eccli. xxiiij° Ego mr pulcre
dileccionis et timoris et agnicionis et sancte
spei. videbat enim a se recedere filiu
intensa dilectione diligentem. Ideo dicit
Ego mr pulcre dileccionis. filiu intimo
tam filiali reuerentem. Et ideo dicit
Et timoris. qz timor ibi accipitur pro
timore reuerencie filialis. filiu ma-
trem in aucte feliciter agnoscentem
Et ideo dicit Et agnicionis. filiu er-
ga matrem tam pium et clementem. Et io
dicit Et sancte spei. Omnia ppt suam
bonitatem et clemenciam de eo multum spera-
bat. Tercio causabatur in ea iste dolor ra-
cione supplicij. videbat enim filiu pati
penam ignominiosam. dolorosam. diu-
turnam. et iniustam. Cuius quidem pena
fuit ignominiosa, quia captus est vt
latro. verberatus est vt malefactor.
derisus vt fatuus. consputus vt lepro-
sus. crucifixus vt homicida. Ysa. liij°
Vidimus eum non habentem speciem neqz
decorem. Item vidimus eum et non erat
aspectus et desiderauimus ipm despectum et no-
uissimum virorum et reputauimus eum
quasi leprosum et percussum a deo. s
Multum mr dolet. que filiu suum sic
viliter et ignominiose tractari conspicit.
Sed si pena esset ex culpa. si tn cet leuis.
aliquod refrigerium esset mri. pena at
huius non solum fuit ignominiosa. sed
etiam dolorosa et acerba. Fuit at acerbi-
or ceteris passionibus sanctorum, et propter
bone complexionis bonitatem et propter
locorum innocenciam et propter penarum vari-
etatem. fuit enim complexionem delica-
ta et tenera. vt pote. que sicut operacione
spiritus sancti contemperata. de purissimis san-
guinibus virginis assumpta et ab omni cor-

ruptioe pcta inimmis effcta Quato
ac delicatior erat na[tura], tato dolor-
sior est pena. Magis em dolet ocul[us]
oculi q[uam] caro calcanei. ffuit eciam
acerba. quia passus est in locis neruosis
vt manib[us] z pedib[us], z ideo magis sen-
sitiuis ffuit eciam acerba ppt[er] penarum va-
rietatem, quia a planta pedis vsq[ue]
ad verticem totum corp[us] suu[m] fuit ple-
num supplicijs z tormentis Jn no[n] ean
inuabiles sustinuit dolores. qui vi-
debat matrem flentem z pene deficien-
tem Johannem quem tantum dilexerat vi-
dit fugientem, petru[m] qui tanta pro
miserat denegatem ac totum cetum
Apostolorum fuge psidia petente Ver[um]
si pena aliquis esset ignominiosa et
acerba. cum esset breuis z transitoria
esset aliquod [con]solacionis remedium. hui[us]
aut[em] pena fuit adeo diuturna, q[uod] per-
durauit a [con]cepcione vsq[ue] ad morte[m]
quia ab instanti sue concepcionis omia
preuidit q[ue] fuerat ipse passurus. vt pos-
set dicere illud pphete pauper sum ego
z in laborib[us] a iuuentute mea. ymo
ab infancia mea ffuit eciam diuturna
quia ab illa hora noctis qua captus
est vsq[ue] ad nona qua expirauit in
supplicijs z doloribus semp[er] fuit Curs[us]
Si pena aliquis esset diuturna. tu[n]c si
esset iusta. leuius portaretur. huius aut[em]
pena fuit iniusta. Ij Petri ij° Qui p[ec]-
catum no[n] fecit, nec inuentus est dolus
in ore eius. qui cu[m] malediceret[ur] non
maledicebat. cu[m] pateret[ur] no[n] [com]minabat[ur]
Tradebat aut[em] iudicanti se iniuste, q[ui]
pecta nra ptulit in corpe suo sup lignu[m]
homo aliquando dignus est morte,
vel pp[ro]ter aliquod facinus qd p[er]petrauit
sicut homicida vel ppt[er] aliquam blasphe-
miam qua irrogauit. sicut ille qui
blasphemat regiam maiestatem vel
pp[ro]ter aliqua negligenciam quam
[com]misit. sicut ille qui ex negligencia
sua z omissione hostes in castris intrare
pmittit. xpus aut[em] nulli vnq[uam] iniu-
ria fecit Et io dicit Qui peccatum no[n]
fecit. nulli maledixit Et ideo dicit
Qui cu[m] malediceret[ur] no[n] maledicebat
Nichil vnq[uam] omisit. ymo eciam plus

q[uam] debuit fecit Et ideo subdit Qui
pecta nra ptulit in corpe suo etc Quia
ergo pacientia[m] penam sic desperatam
sic acerbam sic diuturnam et iniustam,
Ideo p[re]ces z suis lacrimis ad deum
orabat. sicut ostendit apl[u]s dicens.
Heb v° Jn dieb[us] carnis sue preces sup-
plicaciones q[ue] ad deum. qui posset illu[m]
saluum facere a morte cum clamore valido
z lacrimis offerens, exauditus est p[ro] sua
reuerencia Quantum igit[ur] virgo mr dole-
bat. que filiu[m] suu[m] sic pacientem. sic o-
rantem. sic clamantem, sic flentem vide-
bat Et ideo plus q[uam] mr no[n] immito
dici potest. Cui[us] ip[s]ius animam ptran-
siuit vis doloris vt plus q[uam] martyrem ea[m]
no[n] immerito pdicemus, in qua nimirum
corporee sensum passionis excessit
compassionis affectus. Jdeo ponit
magnitudine[m] sue compassionis z de-
uocionis cum dicat Jnt[er] vbera mea com-
morabit[ur] Jpa em[m] int[er] vbera cordis
sui. omnia que xpus dixerat vel fecerat
vel passurus fuerat reuoluebat. Et ex
his volutabat p[ro] dolore cruciabatur
pamore. estuabat pdesiderio z compas-
sione. Jeronimus in smone de assumptione
Quantis putas doloribus filij afficie-
batur quo amore cruciabatur. quo desi-
derio estuabat. dum in animo reuol-
uet. cuncta q[ue] videat z audiat Jste
igit[ur] fasciculus mirre ptabat in corde.
ex cor suu[m] ex ipso signauerat z ullum
aliu[m] amorem ingredi pmittebat.
Vn[de] sponsus alloquit[ur] ea[m] dicens. Can[ticorum]
viij° Pone me vt signaculum sup[er] cor
tuu[m]. vt signaculum sup brachium
tuu[m]. Signata em[m] fuit intus in
corde. z extus in operacione Signata
quide[m] z sigillata fuit sic in corde.
vt hostis nunq[uam] potuit intrare in eius
mentem. p[er] aliqua prauam cogitacionem
nec in eius voluntatem p[er] aliquam
mala delectacionem Nec in eius racione
p[er] aliquem prauu[m] consensum. Signata
eciam sic fuit eius opera vt nunq[uam] hostis
in ea intrare potuit p[er] aliqua sinistram
intencionem Vn[de] sponsus allo[quitur] ea[m] dicens
Can viij° Pone me vt signaculum sup
cor tuu[m]. Mortem [con]clusum est fortior mea

sponsa: ortus conclusus est, fons signatus.
Emissiones tue paradisus malorum puni-
corum cum pomorum fructibus. Ipsa enim fuit
ortus conclusus quia nulla umquam cor
suum intravit prava suggestio. Fuit
tamen ortus conclusus, quia nullus sensuum
pravus (?) consensus. Omnia etiam sunt circa
eam opera valde amena. Ideo dicit Emissi-
ones tue paradisus. Erat enim conclusa
et valde ordinata. Ideo dicit Malorum
punicorum. Omnibus proximus valde ode-
rifera, et ideo dicit Cum pomorum fructibus.

Xpus factus est
pro nobis obediens usque ad mor-
tem, mortem autem crucis. ad Philipp. ii°.
Secundum beatum Bernhardum circa Christi passionem
tria sunt consideranda, scilicet opus, modus et
causa. In opere autem ut dicit idem pa-
ciencia. In modo humilitas. In causa caritas
commendatur. Ista tria tangit apostolus in verbis
premissis. Nam paciencia notatur in hoc quod
dicit: Christus factus est pro nobis obediens.
In autem quod dicit usque ad mortem notatur
caritas (?). In hoc quod dicit Mortem autem
crucis notatur humilitas, que erat suppliciis
damnatorum. In opere igitur commendatur pa-
ciencia. De cuius paciencia sic dicit ibidem
Bernhardus: Paciencia tunc singularis, quod videlicet
cum supra dorsum eius fabricarent pec-
catores, cum sic extenderetur in ligno ut
dinumerarentur omnia ossa eius, cum confode-
rentur manus et pedes, tamquam ovis ad oc-
cisionem ductus est et quasi agnus coram
tondente se non aperuit os suum. Non
adversus patrem, iniurias a quo missus
fuerat. Nec adversus humanum genus, pro
quo que non rapuit exsolvebat. Nec
contra populum peculiarem, a quo pro tantis be-
neficiis tanta mala recipiebat. Plectitur
agnus pro suis peccatis (?) et humiliter sustinuit.
Et hoc opus ad pacienciam eius reputatur.
Flagellant alii non tam puniendi quam
probandi et temptandi. Et magis in eis
paciencia comprobatur et commendatur. Quomodo
non maxima censeatur in opere qui in
fundo hereditatis sue ab hiis quibus
salvator advenerat crudelissima mor-
te mulctabatur. Hec Bernhardus. Ut vero Christi
pacienciam verius cognoscamus, nota quod est
triplex (?) ira sive impaciencia. Quatuor habet gradus.
Primus est tacita in animo. Secundus est que
est in animo et manifesta in exteriori
signo. Tercius est quando erumpit in in-
iuriosa verba. Quartus est quando exercetur
in contumeliosa facta. Istos quatuor gra-
dus ostendit dominus Mathei v°: Audistis
quia dictum est antiquis: Non occides. Cer-
te ira in contumeliosa facto. Ego autem dico
vobis quia omnis qui irascitur fratri suo
reus erit iudicio. Ecce ira sive odium
in animo. Qui autem dixerit fratri suo racha
reus erit concilio. Ecce ira in exteriori
signo. Racha enim secundum Augustinum et Hebreum (?)
est interiectio indignantis. Dicit sic sunt
latine interiectiones ut cum dolemus di-
cimus heu, cum delectamur dicimus vah. Qui
autem dixerit fatue reus erit gehenne
ignis. Ecce ira in iniuriosa verba.
Christus autem tamquam pacientissimus extitit
quod nullo istorum modorum umquam commotus
fuit. Unde dicit Ysa. xlii°: Non clamabit
neque audietur vox eius foris. Cala-
mum quassatum non conteret et lignum fu-
migans non extinguet. Non erit tristis
neque turbulentus. Non enim habuit im-
pacienciam in animo. Et ideo dicit Non
erit tristis. Nec in exteriori signo. Et
ideo dicit neque turbulentus. Nec in verbo.
Et ideo dicit Non clamabit neque audietur
vox eius foris. Nec in facto quia nulli
umquam nocuit sed omnibus profuit. Et ideo
dicit Calamum quassatum non conteret
et lignum fumigans non extinguet.
Secundo circa passionem Christi ut Bernhardus
consideratur modus qui fuit mire humili-
tatis. Unde ait ibidem: Si diligenter
attendas non modo mitem agnoscas
sed etiam humilem corde. Neque in hu-
militate iudicium eius sublatum est, cum
non admittat pro blasphemias. Nec ad
falsissima que sibi obiciebantur crimina re-
spondet. Vidimus eum et non erat
aspectus. Non speciosum forma pre filiis
hominum sed tamquam novissimum virorum lepro-
sum, virum dolorum a deo percussum et
humiliatum. O novissimum et altissimum.
O humilem et sublimem. O obprobrium
hominum et gloriam angelorum. Nemo illo sub-
limior. Et nemo humilior. Denique
sputis illinitus, obprobriis saturatus,
morte turpissima condemnatus, et cum scele-
ratis deputatus. Non simpliciter autem
modica illa examinatio fuit, sed semetipsum
exinanivit usque ad carnem, usque ad mortem

usque ad crucem. quis digne pensset. que fuit humilitatis mansuetudinis et indignitatis dominum maiestatis voluit induere carnem humilitatis mortem. Capit crucem. Exinaniuit se ut fieret minor seipso minor angelo. ut subderet etiam hominibus. hec Augustinus. Nota autem quod hec humilitas Christi fuit magna quia seruilem formam induit. philip. ii. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Fuit maior quia sputa collaphos et irrisiones humiliter tollerauit. Fuit maxima. quia mortem sustinuit. Fuit permaxima. quia crucem. que erat supplicium ignominiosum elegit. Job. Suspendium elegit anima mea. Fuit summa quia consortium latronum non abhorruit. Et ideo subdit Et cum iniquis reputatus est. Erubesce superbia mea confundere. qui nullum gradum humilitatis tenemus. Nos enim inferiores quosque despicimus. et tamen Christus minima licet infima non despexit. sed ea sibi uniuit. Mal. ii. Quare despicit unusquisque vestrum fratrem suum. Nos ad opprobria et irrisiones hominum impacientes sumus. Unde eos qui iuste nos reprehendunt contumeliis lacessimus. ii. Re. xxiii. Preuaricatores quasi spine euellentur. vniuerse que non tollentur manibus. et si quis tangere eas voluerit armabitur ferro et ligno lanceato. igneque succense comburentur usque ad nichilum. Qui enim tales tangit per increpaciones. oportet quod armet se per fortem constanciam. Et ideo dicit Armabitur ferro. Oportet armet se considerando Christi passionem. Et ideo dicit Et ligno lanceato. Christus enim fuit lignum illud. de quo dicit propheta. Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. id est in plenitudine graciarum. sed fuit lignum lanceatum in cruce. Oportet armet se per caritatem succensam. ut sermo talium contumelias igne caritatis annichilet. et succendat. Et ideo dicit Igneque succense comburentur usque ad nichilum. Nos etiam non mortem. sed nec etiam modicam tribulacionem pati valemus. sed statim scandalisamur. Mt. xiii. Orta tribulacione et persecucione propter verbum statim scandalisantur.

Nos etiam non crucem asperam. sed nec penitenciam modicam facere volumus. Quos reprehendit Apostolus ad Hebr. xii. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis. Nos etiam peccatorum consortia abhorremus. cum tamen dicatur Eccli. viii. Ne despicias hominem auertentem se a peccato. et ne improperes ei. Propter hoc pharisei de hoc dominum reprehendebant. Luce xv. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester. At ille audiens ait Non est opus valentibus medicus. sed male habentibus. Non enim veni vocare iustos sed peccatores. Tercio circa dominicam passionem secundum beatum Augustinum consideranda est causa. que quidem fuit caritas infinita. que pacienciam et humilitatem commendat. Unde ipse subdit propter nimiam caritatem qua dilexit nos deus. ut seruum redimeret. Nec pater filio. Nec filius sibiipsi pepercit. Vere nimia. quia mensuram excedit. modum superat. supereminet omnium. Maiorem inquit caritatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Dum adhuc inimici essemus per mortem sua reconciliati sumus patri. Vix pro iusto quis moritur. tu pro iniustis passus es. Si hoc opus fecit pauper. quid faceret diues. Si hoc fecit pro inimicis. quid faciet pro amicis. Si hoc fecit in via quid faciet in patria. Si hoc fecit in exilio. quid faciet in palacio. Si hoc fecit in terra ubi sui eum non receperunt quid faciet in celo. ubi sibi omnes obediunt. Hec Augustinus. Causa igitur sue passionis fuit habundancia caritatis qua ipse totus plenus fuit. Adeo quod plenus fuit quod omnes alios amores fuit supergressus. quod totus fuit ignitus. quod totus quodammodo fuit ebrius. Eius enim amor supergressus est omnes alios amores. Inuenimus enim quadruplicem amorem scilicet patris et filii. viri et vxoris. anime et carnis. amici et amici. Omnes autem hos amores superat amor Christi. Superat enim amorem qui est inter puerum suum matrem. De quo ipsa dicit Eccli. xxiiii. Ego mater pulcre dilectionis et timoris et agnicionis et sancte spei. Videbat enim a se recedere filium unicum tam dulcem diligentem. Ideo dicit Ego mater pulcre

dilectionis. Dupat enim amorem qui est
inter matrem et inter natum Ysa. xlix°
Numquid oblivisci potest mulier infantem suum
ut non misereatur filio uteri sui. Et si
illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar
tui. Dupat amorem qui est inter virum
et uxorem suam. Je. iii° Si vir dimiserit
uxorem suam et recedens ab eo duxerit virum
alterum, numquid revertetur ad eum ultra.
Tu autem licet fornicata es cum amatoribus
multis, tamen revertere ad me. rogo suscipiam
te. Dicit enim dicit Aug. ut
sponsam suam lavaret, se ipsum occidi
permisit. Si iste forte inter viros et uxores
nemo inveniretur qui diceret uxores.
Dupat etiam amorem qui est inter animam
et corpus proprium quia tantum nos dile-
xit quod pro nostra salute animam a suo
corpore separavit. Joh. xii° Animam meam
pono pro ovibus meis. Dupat etiam
amorem qui est inter amicum et amicum. Vel-
lus enim amicus invenitur qui pro alio velit
mori. Ipse autem non tantum pro amicis sed
etiam pro inimicis mortuus est. Joh. xv°
Maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis
pro amicis suis. Fuit etiam Christus totus igne
amoris succensus, quod quidem patet per hoc
quoniam quinque sunt signa intensi caloris:
scilicet sudare, sitire, rubere, ebullire et ve-
stimenta sustinere non posse. Ista quinque
signa caloris Christus in passione sua
ostendit. Ipse namque sudavit et per signum sudoris
manifestavit ignem latentis amoris.
Cum quis stat iuxta parvum ignem sudat
in facie, qui vero stat iuxta fornacem sudat
in facie et in toto corpore. Magna igitur
in corde Christi videtur fuisse fornax amoris
qui et in toto corpore sudabat et sudor in
terram decurrebat et ipse sudor in sanguinem
versus erat. Christus enim flevit oculis, non
flet omnibus membris, ut sic totum corpus
fleret et omnia membra lavaret. Secundum
signum est quia sitivit. Non tamen sitivit vi-
num sed nostrum profectum, non aquam
sed nostram salutem, non aque liquorem
sed verum ardorem. Bern. Sicio ait Christus
non dolores. O domine quid sitis? Sitiam
vestram salutem vestram, gaudium vestrum,

plus animarum ardorem quam corporis mei
cruciatus me tenet. Sic non mei salute
vestri misereor nimium. Magnus igitur ardor
amoris intus erat qui talem sitim
provocabat. Tertium signum est quia
totus rubicundus effectus fuit. Solent
enim homines qui ad calorem solis sive
fornacis steterunt genas rubicundas
habere. Iste autem tam vehementi calore
intus amoris succensus non tantum in
gena sed in toto corpore rubuit quia
totus sanguine cruentatus fuit. Unde an-
geli de hoc admirantes dicunt Ysa. lxiii°
Quare ergo rubeum est indumentum
tuum et vestimenta tua quasi calcantium
in torculari. quibus ipse respondet Torcular
calcavi solus et de gentibus non erat vir
mecum. Cant. v° Dilectus meus candidus
et rubicundus. Ipse enim fuit candidus
puritate sed rubicundus per sanguinis
cruentacionem. Quartum signum est quod
dum esset in cruce sanguis in corpore
eius mirabiliter ebulliit. Cum mu-
stum dum fervet bullit per vas aper-
tum magno impetu foras egreditur.
In Christi corpore per nimio ardore amoris
sanguis fortiter ebulliebat quo aper-
to per lanceam et per clavos instar flu-
minis cum magno impetu emanavit.
Ps. Fluminis impetus civitatem dei leti-
ficat, quia sanguis eius qui habun-
danter et impetuose de eius corpore
profluxit civitatem celestem id est angelos
et terrestrem id est homines letificavit quia
utrosque pacificavit. Col. i° pacifi-
cans per sanguinem crucis sive que
in terris sunt sive que in celis. Quintum
signum est per hoc quod nudus crucem
ascendit. Homo enim caloris ardore suc-
census vestimenta ferre non potest. Sic
ipso facto dixerit Christus: Tanto igne
caritatis succensus ardeo quod vestimen-
ta ferre non valeo. Hoc figuratum est ii°
Reg. vi° ubi dicitur quod David nudus
ludebat ante archam domini. Per archam
domini significatur crux in qua profunda mi-
steria dei continentur. Coram qua Christus lusit,
quia ante crucem multo gaudio ascendit.
Heb. xii° Proposito sibi gaudio susti-

unit crucem et nudus ibi positus fuit. Sed ardor ipsum despexit. Dicitur est vox quasi si videretur omnibus sanctis. Tercia synagoga istud deridet. Du sublimia credit denique pati talia. Tanto amor aequando sit p[er] omnia. Iste vero Christus fuit plenus vino toto quodammodo ebrius. Ebrius enim iniurias parvipendit, verbera non sentit, pericula mortis non metuit, inimicos tamquam amicos diligit, ad modicas preces totum predium distribuit. Sic certe Christus amore vini quasi ebrius videbatur. Ipse enim iniurias parvipendebat. Dictum enim fuit ei quod esset demoniacus Ioh. viii^o Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu et demonium habes. Quod esset ebriosus Mat. xi^o Ecce homo vorax et potator vini. Quod esset rusticanus Mat. xiii^o Nonne hic est fabri filius. Quod esset seditiosus Luc. xxiii^o Commovit populum docens per universam regionem iudea incipiens a Galilea usque huc. Et tamen tantas iniurias parvipendebat quia sic amore vino ebrius erat. Ipse etiam verbera non sentiebat. Fuit enim flagellatus in gena percussus colaphizatus barba depilatus clavis et lancea transforatus et tamen tam dura verba et flagella non videbatur sentire quia numquam murmuravit numquam impacienter rudit Ysa. liii^o Quasi agnus coram tondente se obmutescet et non aperuit os suum. Ipse mortem non timuit quia non fugit quia locum ad quem sciebat iudeos esse venturos non vitavit quia suis captoribus obviavit. Ipse etiam inimicos suos tamquam amicos diligebat quia et pro eis orabat et pro ipsorum salute mortem sustinebat. Ipse etiam ad modicas preces regnum suum latroni dedit quod dixit Luc. xxiii^o Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso.

Expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo et non tota gens pereat Ioh. xi^o Istud verbum Cayphas a semetipso non dixit sed a spiritu qui sepe per malos multa vera predixit. Ante vero Christi passionem sepe ventres sive tres theologice et quatuor cardinales erant prostrate et quasi ad nichilum redacte sed per Christi passionem sunt reparate et restaurate quod patet ex ipsa efficacia qua ipsa passio habuit et ex verbis que in ante dixit. Expediens igitur fuit ut Christus pro nobis moreretur. Primo in nostre fidei certificationem. Fides enim et credulitas alicuius de aliqua re habenda potest certificari per sex modos. Scilicet aut per promissionem quando scilicet aliqua persona fidedigna hoc promittit aut per iuramenti impositionem aut per instrumenti confectionem aut per fideiussorem aut per pignoris obligationem aut per obsidis dationem. Per istos sex modos deus de vita eterna habenda assecuravit. Primo scilicet per promissionem Gal. iii^o Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius. Deus autem tam sit verax mentiri non possit vel contra sua promissionem venire. Ps. Que procedunt de labiis meis non faciam irrita. Num. xxiii^o Non est deus quasi homo ut mentiatur nec ut filius hominis ut mutetur. Secundo per iuramenti impositionem. Sufficiebat enim sola dei promissio sed tamen ut nos magis certificaret promissioni voluit addere iuramentum Heb. vi^o Abrahe autem promittens deus quoniam neminem habuit maiorem per quem iuraret iuravit per semetipsum dicens nisi benedicens benedicam te et multiplicans multiplicabo te. Ista autem duo sunt impossibilia scilicet aut quod deus contra sua promissionem possit venire aut possit deiurare. Et ideo per istas duas res immobiles debemus esse valde securi de nostra salute. Heb. vi^o Volens deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem consilii sui interposuit iusiurandum ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum fortissimum solacium habeamus. Tercio ut adhuc magis securi simus fecit nobis instrumentum scilicet vetus et novum testamentum quod quidem impossibile est esse falsum, sive quantum ad dictatorem, sive quantum ad scriptorem, sive

quatuor ad testes. Dictator huius testamenti fuit spiritus sanctus ii Pet. i° Non enim aliquando voluntate humana allata est prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Scriptores huius testamenti fuerunt prophete et quatuor evangeliste, qui a se nichil scripserunt, sed sicut spiritus sanctus eis dictabat. Et eorundem lingua fuit calamus spiritus sancti. Ps. Lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Testis in hoc instrumento est Christus Ysa. lv° Testis in celo fidelis. Sunt apostoli et martires Act. p° Eritis michi testes in Ierusalem et in omni Iudea et Samaria et usque ad ultimum terre. Vel potest dici quod istud instrumentum nostre securitatis scripsit Christus in manibus, in pedibus, in latere, sive in suo corde. Olim videbatur deus esse oblitus hominis quantum ad dona sue largitatis, quantum ad affectum sue caritatis, quantum ad viscera sue pietatis. Portat igitur instrumentum vulnerum in manibus suis ad signandum quod paratus est ad largiendum. Portat in pedibus suis ad signandum quod paratus est ad diligendum. Quia ut Augustinus pes anime est amor anime. Portat in corde suo ad signandum quod paratus est ad miserendum. Et licet de hiis tribus modis possimus esse valde securi, adhuc tamen tercia adiecit. Quia dedit nobis patrem in fideiussorem, spiritum sanctum in pignus et corpus in obsidem. Patrem quidem dedit in fideiussorem Ysa. xxxviii° Domine vim patior, responde pro me. Et ecce sic dicit filius patri: Multas querelas audio, sed sponde pro me, id est sis fideiussor, quod attendes et facies omnia que promisi. Dedit spiritum in pignus Eph. i° Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostre. ii Cor. i° Unxit nos deus et signavit nos et dedit nobis pignus spiritus in cordibus nostris. Corpus autem dedit nobis in obsidem, et hoc per triginta annos ut Ioh. xxvi° Ergo ne quis timere hos abire. Ref- dicat: Ecce quos habetis obsidem meliorem dimittite vel abire principalem debitorem.

Nichilominus dimisit adhuc et corpus in obsidem usque ad finem vite. Nam saltem corpus suum nobis reliquit Mt. ult. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Hunc autem obsidem scilicet Christum pro nobis in mortem dedit, ut scilicet pro eo moriatur et reus liberetur. Ioh. ? iiii° In hoc enim est caritas, non quia nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit filium suum propiciationem pro peccatis nostris. Secundo expediens fuit in nostre spei corroboratione. Spes enim nostra est anchora anime Heb. vi° Confugimus ad proponitam tenendam spem, quam sicut anchoram habemus anime tutam et firmam. Anchora autem non tenet anchoram firma nisi in solo firmiter radicetur. Spes igitur nostra ut anima firma teneat, oportet quod radicetur in patris liberalitate et filii benignitate, in spiritus sancti caritate. Dc3 quidem esse radicata in patris liberalitate que tanta fuit quod proprium filium nobis dedit Ro. viii° Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ex qua liberalitate apostolus tamen arguit sic: Et quomodo aliorum erit largitor? Unde subdit: Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Et quod noster non erit accusator, qui factus est noster iustificator. Unde subdit: Quis accusabit adversus electos dei? Deus qui iustificat. Et quod noster non erit condempnator, qui factus est noster interpellator. Unde subdit: Quis est qui condempnet? Christus qui mortuus est, qui et resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Debet etiam spes nostra radicari in filii benignitate, que tanta fuit quod pro nobis peccatoribus et inimicis mori voluit. Ro. v° Commendat autem suam caritatem in nobis deus, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Ex quo apostolus arguit: quia si Christus mortuus est ut peccatores iustificaret et reconciliaret, manifestum est quod reconciliatos non dampnabit, sed salvabit. Unde subdit: Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius.

Aug9 Putas q non dabit tibi bo-
na qui ptulit mala tua. Duo nasce-
bant que homini desperandi faciebant.
scilicet pctorum multitudo. vnde dicitur
Eccli in psona pctoris. pccaui super
numerum arene maris etc. Et pctorum
magnitudo vnde dicit Cayn Gen iiij
Maior est iniquitas mea q vt veniam
merear. Contra ista duo xpus pati
voluit penarum multitudinem. ysa. po
A planta pedis vsq ad verticem non
est in eo sanitas. Et penarum acer-
bitatem. Tren j° Attendite et vide-
te si est dolor sicut dolor meus. Ne
igitur aliquis desperare ppter multitudinem
pctorum. quia maior in xpo fuit
multitudo dolorum sine penarum. Debet etiam
spes nostra radicari et figi in spus
sancti caritate. que tanta fuit. q nos
seruos in dei filios adoptauit. Ro
viij° Non enim accepistis spm serui-
tutis iterum in timore. sed accepi-
stis spm adoptionis filiorum. in quo
clamamus abba pater. Et de hoc in-
strumentum nobis fecit. vnde subdit Ipse enim
spus testimonium reddit spui nostro. q sumus
filij dei. Et quo aplus tria auguit
scilicet q erimus heredes dei. fratres.
et coheredes xpi. et q plurius debemus
constanter omnia mala pati. vt possimus
glorificari. vnde subdit Si aut filij et
heredes. heredes quidem dei. coheredes
autem xpi. Si tamen compatimur. vt
et simul glorificemur. Tercio ex parte
eius fuit in me caritatis inflamma-
tionem. valde enim nra caritas debet
inflammari. cum consideramus. q caritas
xpm coegit vt de celo descenderet.
Aug9 O caritas quam magnas vires ha-
bes. deum de celo ad terram deposui-
sti. Idem Descendit xpus ad nos
pondere caritatis. q ipm coegit vt ad celum
ascenderet. Can iij° Ferculum fecit
sibi rex Salomon i xpus pacificus
crucis patibulum. in quo tamquam ferculo
pane et sanguine nos reficit. Reclina-
torium aureum ascensum purpureum
media caritate constrauit. quia in cruce
et ex aurea caritate reclinauit et ascen-
dit et ex purpurea caritate illuc ascen-
dit. et ex caritate mediator fieri voluit.
Et ipm coegit vt pro nobis in ara crucis
se ipsum in sacrificium deo offerret. Heb. ix°
Sanguis xpi qui per spm sanctum se-
metipsum obtulit immaculatum deo. emun-
dauit conscienciam nram ab opibus mortuis
ad seruiendum deo viuenti. Et ipm coegit
vt se in sanguine suo baptisaret. Luc
xij° Baptismo habeo baptisari et quo-
modo coartor vsq dum perficiatur. Nichil autem
ipm coartare poterat nisi amor noster
quo plenus erat. Et ipm coegit vt
animam suam in morte traderet. Joh xv°
Maiorem hac dilectionem nemo habet. vt animam suam ponat quis
pro amicis suis. Qui igitur ad tam vehe-
mentem ignem non totus exardescit. est
ferro durior. quia ferrum in igne mol-
lescit. Est glacie frigidior. q glaci-
es ad ignem liquescit. Est lapide
insensibilior. quia lapis in igne ca-
lescit. Quarto expediens fuit in pruden-
cie directionem. Prudencia enim est operan-
dorum discretiua. vel hec enim discernit et
separat preciosa a vilibus. Jeremie xv° Si
separaueris preciosum a vili quasi os
meum eris. In hoc aut error contigit
in homine. quia eligit vilia et abicit
preciosa. Eligit enim diuicias honores et
vanitates. que sunt causa perdicionis. et
abicit paupertatem humilitatem. et carnis
asperitatem que sunt causa salutis. Ut
igitur xpus prudenciam istam dirigeret
contra diuicias sustinuit extremam pauper-
tatem quia in cruce et nudus positus
fuit. et modicum aque ad bibendum habere
non potuit. et animal vbi caput recli-
naret habere nequiuit. Contra honores sus-
tinuit mortis vilitatem. quia et igno-
miniosum supplicium scilicet supplicium latro-
num pertulit. et in ignominioso loco cru-
cifixus fuit scilicet caluarie vbi homicide
et malefactores decapitabantur. et igno-
miniosum consorcium sustinuit scilicet duos la-
trones hinc inde. Contra delicias susti-
nuit dolorum acerbitatem. ysa. liij°
Vere languores ipse tulit et dolores nos-
tros ipse portauit. Hec autem prudencia
est hostium cordis. que a tineis debet
separare pulucem terrene cupiditatis.

Paleas mundane vanitatis. Homines enim mundani cōtinue videntur mundi et interius sunt vacui, et ideo sunt igni inextinguibili mancipandi. Debet etiam separare zizania carnalis voluptatis. Zyzania enim sunt viciis venenosa, quia carnalis voluptas anime venenum infundit. Prov. xxiii: Ingreditur blande sed in novissimo mordebit ut coluber et quasi regulus venena diffundet. Dicitur autem ii° Reg. iiii°: Et hostiaria purgans triticum obdormivit, et ingressi viri interfecerunt Ysbozeth. Quia qui ratio que est hostiaria cordis dormit et malas cogitaciones et affectiones a bonis purgare desinit, demones accedunt et mentem occidunt. Quinto expediens fuit ad iusticie consumacionem. Homo quidem offenderat deum per superbiam, inobedienciam et gulam. Iusticia autem dei requirebat ut de hac triplici offensa satisfaceret sibi. Sed cum ipse homo non posset, Christus iusticie dei de hac triplici offensa satisfecit, scilicet per humiliacionem, per obediencie impleccionem, et per carnis cruciacionem. De hac triplici satisfactione dicitur Philip. ii°: Humiliavit semetipsum, ecce profunda humiliacio. Factus obediens patri, ecce obediencie implecio, usque ad mortem, mortem autem crucis, ecce carnis cruciacio. Sexto obediens fuit ad temperancie ostensionem. Ipse enim tunc temperanciam ostendit, quia in cena precedenti parum comedit. Tunc ex tunc lotionem pedum fuit intentus. Tunc ex tunc prolixum sermonem fuit occupatus. Tunc quia magna voluntate comedendi tunc non potuit, quia sequenti die mortem expectabat. In hac autem die nichil comedit nec bibit, sed pro pane comedit cinerem doloris, pro vino bibit fletum lacrimationis. Ps.: Cinerem tamquam panem manducabam et poculum meum cum fletu miscebam. Alia fercula fuerunt diversa vulnera et tormenta. Joh. iiii°: Meus cibus est ut faciam voluntatem patris mei, ut perficiam opus eius. Opus patris quod perfecit fuit passio, quia sustinuit in qua tot fuerunt genera ferculorum quot diversitates tormentorum.

Septimo expediens fuit ad fortitudinis roboracionem. Tria autem sunt per que fortitudo comittitur scilicet pene qualitas, quantitas et diuturnitas. Multi enim sustinent penam levem sed non gravem. Alii penam gravem sed non multiplicem. Alii vero gravem et multiplicem sed non longanimiter. Christus vero, ut eos suo exemplo fortitudine roboraret, sustinuit penas graves et acerbas quantum ad qualitatem. Et hoc propter naturam et complexionem delicatam et propter carnem vivam utpote nulli corrupcioni subiectam, et propter peccatum innoxiam. Ideo dicit in persona Christi Tren. iii°: Recordare paupertatis mee absinthii et fellis. Sustinuit multas et diversas quantum ad quantitatem. Ps.: Omnes fluctus tuos induxisti super me. Sustinuit longas et prolixas quantum ad diuturnitatem. Ps.: Pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea. Ipse quidem a iuventute sua, ymo ab infancia morte sua congruit et eam ante oculos semper habuit, et ideo quodammodo semper in pena fuit. Sic apparet qualiter superbitas septem virtutes Christus restituit per septem verba que in cruce dixit. Crux enim non tantum fuit patibulum morientis sed etiam kathedra docentis. Aug. super Joh.: Lignum illud ubi erant fixa membra morientis etiam kathedra fuit magistri docentis. Ultimum verbum fuit quod dixit: Consummatum est. Hoc enim ad fidei certificacionem; fides enim fuit inchoata in patriarchis, ratificata in prophetis, sed consummata tempore passionis. Secundum verbum fuit cum dixit: Pater ignosce illis. Hoc spectat ad fidei roboracionem et non tantum orat, sed eciam pro eis allegat et eos excusat cum dicit: Nesciunt quid faciunt. In quo vos instruimini ad iniuria remittenda. Eph. iiii°: Donantes invicem sicut et donavit in Christo ad veniam speranda. Quis enim de ceteris desperabit, postquam Christus pro suis crucifixoribus exorare voluit. Sap. xi°: Misereris omnium, qui omnia potes, et dissimulas peccata hominum propter penitenciam ad malicia tanquam ...

pillis. qui peccabat ex certa malicia
sed ignorancia vñ dicit ibi gloss vo
p illis orat / qui p inuidia z supbia
dei filium crucifixerunt / sed p hys q
zelum habentes. sed nō sciam sciam vo
eo sciebat quid facerent / Tunc vm
fuit. cum dixit latroni hodie mecum
eris in padyso hoc spectat ad carit
ostensionem / Caritas eius e clare li
balit z plus q̄ petatur Aug9 / Con
decebat latro facinora sua z p magno
habebat scī patitur Domin9 aut dixit
hodie mecum eris in padyso. Miseri
cordia obtulit. qd mora distulit / Et
hoc aut dat intelligi. qntum deo
placeat malorum reprehensio. in eo
q dixit latro socio blasphemanti Ne
q tu times deum. q in eadem dampna
cione es. Quantum deo valeat pura
peccatorum confessio. cum dicit Et nos
quidem iuste nā digna factis recipimus
Quantum deo valeat innocencie ex
cusacio cum dixit / hic vō nichil ma
li gessit Gloss. Magna virtus. deum
confitetur. que vidit humana infirmi
tate morientem. que negabat apli
quem videbat miracula diuina virtute
facientem / Quantum deo valeat de
uota oracio. cum dixit Domine me
mento mei dum veneris in regnum
tuum. De hoc aut latrone sic dicit
Greg9 xviii° Moral. In cruce clauis
manus pedes q ligauerunt. michil
q a penis in eo liberum / nisi cor z lin
gua remanserit / inspirante deo. totum
illud ei obtulit. qd in se liberum inue
nit. ut iuxta hoc qd scriptum est corde
crederet ad iusticiam. ore confiteretur ad salutem.
Tres aut virtutes quas aplus memo
rat subito repletus. z accepit latro
z seruauit in cruce fidem namque habuit
quia regnaturum deum credidit quem
secum pariter morientem vidit Spem
habuit. qui regni eius aditum postu
lauit Caritatem q in morte sua in
uacat tenuit. qui fratrem z collatronem
p simili scelere morientem de iniquitate
sua arguit redarguit / Hec Greg9 / Sex
tum vm fuit. cū dixit In manus
tuas commendo spm meum Et hc spe

ctat ad prudencie discrecionem Prudencia
namque manifestatur cū pericula iminent ubi
cum nō possunt omnia seruari. prudencia
intendit conseruacioni eius qd melius e.
Sic fecit xpus Cum enim sibi maxima
tribulacio iminet. quia de corpore non
curans. spm deo recomendat In quo
nos instruimur / q in hora mortis animam
deo commendare debemus Cum enim homo
habeat tria. s. res. corpus z animam. Res
commendare debz pauperibus. ut eas 6̄ in
celo reddant. Luc xvi° facite vobis amicos
de mamona iniquitatis vt cum defe
ceritis recipiant vos in eterna tabernac
cla. Corpus vero commendare terre ut illud
in die iudicii reddat Joh v° Omnes
qui in monumentis sunt audient vocem
filii dei. z procedent qui bona egerunt
in resurrectionem vite zc Animam
vero recomendare deo. vt ipam conseruet
Sap iii° Iustorum anime in manu dei
sunt. z tanget illos tormentum mortis
hic aut facit conclusionem vnde Greg9 ni
cenus z soluit d. Deceat aut quod qualiter
dominus in eodem tempore partitur spm.
in vesteria crucis ut dixit pheeis In
padysum dei vt dixit latroni. et in
manus patris ut nunc dicit Sed recte con
decentibus hoc non conuenit dignum ee vi
deam qui vbique est p diuina potencia
in nullis locis adest / Septimum verbum
fuit cum dixit Mulier ecce filius tuus.
z hoc spectat ad iusticie conseruacionem Iu
stum enim fuit vt ipam recomendaret
in mundo. que nouem mensibus eum re
comendatum accepit in vtero. z ei p
ceteris impenderet consolacionem. quam
p ceteris sciebat sustinere dolorem. z ea
cognosceret moriens. de ipa spalem cu
ram habendo. quia cognouerat nascens
ipam p ceteris eligendo Ps Elegit eam
deus z pelegit eam Cuius cura cogno
uit viuens et se subiciendo Luc ii° De
scendit in Nazareth z erat subditus illis
Ex quo nos instruimur vt parentibus tribu
lacio compassionem impendamus / vt de
ipis semper curam habeamus. z maxime
vt qn ab eis separamur eis prouideamus
Aug9 Exemplo suo instruit preceptor

domus · ut a filijs pijs impendatur cura
parentibus/ Secundum verbum fuit ei dixit
Sicio · quod verbum spectat ad caritatis ex-
hibicionem/ xpus autem sitire se dixit · qui
sciebat acetum sibi esse propinandum aliqui
autem sunt adeo intemperantes/ quod cum
vinum bonum sibi propinandum esse cognoscunt
tunc sitire se dicunt quos non sitis ne-
cessitatis · sed saporis suavitas excitat
ad bibendum/ Ex quo nos instruimur
ad istam gulositatem fastidiendam. Bn. Sitis
domine non tua · sed mea salute. Augustinus
Sicio inquit xpus · tanquam diceret iudeis ·
hoc minus fecistis date quod estis Iu-
dei quippe ipsi erant acetum degene-
rantes a vino patriarcharum et prophetarum
Instruimur etiam ad caritatis observanciam
velut cum debet se ingurgitare · qui au-
dit xpum in cruce sitire Instruimur etiam
ad aliorum salutem procurandam. Mt v°
Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam
ipsi saturabuntur. Bn. Domine quid
sitis / Sitio ne plus te cruciat sitis
quam crux / de cruce siles · et de siti clamas
sitio fidem vestram · salutem vestram · gau-
dium vestrum · plus animarum vestrarum
quam corporis cruciatus me tenet/ Septimum
verbum fuit hely hely lama zabacthani
Et hoc spectat ad fortitudinis corrobora-
cionem/ licet enim a patre fuit derelictus
i · gravi passione expositus adeo tamen fuit
constans et fortis · quod nec iudeis voluit conse-
tire nec obedienciam patris deserere/ Nec
de cruce descendere · quia de dei patris
auxilio erat securus Ex hoc igitur
instruimur · quod in tribulatione non deficiamus/
sed de dei auxilio confidamus · qui dicit
psalmo Cum ipso sum in tribulatione/ licet
enim pater filium tribulationi exposuerit
ipsum tamen filium super omnia diligebat · quem
tribulationibus exponebat Sic etiam xpus
tribulationibus exponit · quos maxime dili-
git Joh xv° Sicut dilexit me pater · et
ego dilexi vos · Gregorius/ Ille solus
de flagello murmurat · qui amorem percus-
soris ignorat Quid mirum si flagellat
custodiens pullos domus · quos grandes
querit heredes Instruimur etiam · ut crimen
penam summopere vitemus Si enim pater
filium suum carissimum innocentem tante
tribulationi exposuit ut eum quodammodo
reliquisse videatur multo fortius peccatorem
relinquet · et pene eum tradet Luc xx-
iij° Si in viridi ligno hoc faciunt quid
in arido fiet Instruimur etiam/ ut propter
aliquam tribulacionem iusticiam et pacienciam non
deseramus Nota xpus prius voluit
mori et perdere vitam quam dimittere per
obedienciam/ homo quidem qui patitur
debet agere instar iumenti quod flagellatur
quia si non est in via salutis · debet ad ip-
sam redire / si est · debet velocius currere
per viam mandatorum tuorum cucurri cum
dilatasti cor meum/

Dilexit nos et lavit nos a peccatis
nostris in sanguine suo Apoc
i° / homo ante xpi passionem
indigebat lavari · quia immundus erat
/ quia squamis id est sordibus plenus erat
Anima veneno infectus erat · quia
durus et aridus erat · Ideo xpus effudit
sanguinem suum · in lavacrum mee puri-
ficationis In collirium mee illuminacionis
In tyriacam mee sanacionis In em-
plastrum mee mollificationis Et in po-
culum mee inebriationis/ primo igitur
homo erat immundus Et ideo xpus san-
guinem suum fudit in lavacrum mee puri-
ficationis Heb ix° Si enim sanguis hir-
corum aut taurorum aspersus inquinatos
sanctificat ad emundacionem carnis quanto
magis sanguis xpi · qui per spiritum sanctum
semetipsum obtulit immaculatum deo · e-
mundavit conscienciam nostram ab operibus mor-
tuis ad serviendum deo viventi Non
solum autem nos · sed etiam omnia ele-
menta et omnem creaturam per sanguinem pur-
gavit Bonaventura Crux non solum nobis
sed etiam angelis/ cunctis que in celo vir-
tutibus profuit · sed et omnis creatura
domini sui cruore mundata fuit/ Ideo
xpus non in domo vel sub tecto sed in
aere pati voluit Ad quid fecit tria
de causa/ primo ad innuendum quod non tantum
hominem suo sanguine erat mundaturus
sed etiam aerem infectum odore nepha-
dorum maleficiorum Terram infectam effusione
sanguinum innocentum Aqua infecta
usu piratum et lacte nephadarum bestiarum

Igne maclatum contemacie nephadorum sacrificiorum Ideo in aere fuit
suspensus ut aerem sacrificaret Sanguis eius terram infudit ut terram mundaret Aqua de latere eius exivit ut
aquam purificaret Et tandem spiritum
in spe ignis apparuit ne quid de elementis deesset quod non sacrificaret Ergo
non sub tecto sed sub celo xpus ymolatur ut omnis aer in excelso ymolatore omnis odore attracto mundetur
sed et terra simile bustum seruabat
cui decursu sanguinis stillante mundata est Secunda causa est ad innuendum
quod erat mediator dei et hominum Erat
enim aer est medius inter celum et terram
Ita xpus per suam passionem factus est
mediator inter nos et deum i Thi ii°
Unus est enim mediator dei et hominum
homo xpus ihesus qui dedit in redemptionem semetipsum pro omnibus Tercia
causa est quia sua passio omnibus erat
communis Si enim in domo vel subtecto vel
in templo passus fuisset videtur
ipsum fuisse passum tantum pro populo iudeorum passus est autem in aere qui
est elementum commune ad innuendum quod sua passio erat communis iudeis et gentibus
Romanorum iii° An iudeorum deus tantum
nonne et gentium ymo gentium Quia
ergo homo immundus erat Ideo xpus
sanguinem suum fudit ut ipsum mundaret
Et quia multas habebat immundicias
Ideo multotiens sanguinem suum effundere
voluit Effudit quidem in mebris generationis propter peccatum originale in nobis transfunderetur
ut lavaret immundiciam peccati originalis
Effudit in latere ut lavaret peccatum
cogitationis Effudit in capite ut
lavaret peccatum operationis Sed duplex
est peccatum operationis Unum quod committitur
contra deum et ad hoc lavandum effudit de
manu dextra Aliud quod fit contra proximum
et ad hoc lavandum effudit de manu sinistra Effudit in corporis flagellatione ut lavaret peccatum obmissionis Nam
sicut dicitur luc. xii° Ille qui cognoverit voluntatem domini sui et non
fecit plagis vapulabit multis Nam

cum quis voluntate dei obmisit flagellari
debuit sed illa flagella xpus in corpore suo recepit Effudit in pede dextro ut lavaret peccatum mundane affectionis
Effudit in pede sinistro ut lavaret
peccatum prave cogitationis Secundo
homo erat cecus et squamis viciorum
in oculis plenus Ideo xpus sanguinem
suum fudit in collirium nostre illuminationis
Est enim xpus rosa de orto patris allata ex qua expressus est succus id est sanguis preciosus quo homo cecus est illuminatus Legitur enim quod caecus miles qui latus
eius perforavit prius non clare videbat
quedam gutta sanguinis in eius oculos
cecidit et continuo clare vidit quia optimum
collirium recepit De isto collirio dicitur
Apoc iii° Collirio inunge oculos tuos
ut videas homo habebat oculos excecatos igne carnalis voluptatis pulvere terrene cupiditatis et tumore mundane vanitatis Contra hanc triplicem
excecationem triplex habet collirium Unum factum ex pelle piscis quo thobias oculos
patris inunxit et illuminavit sic habetur ii° Thob xi° Secundum fuit ex favo mellis
quo oculi ionathe illuminati sunt sic
habetur i° Reg xiiii° Tercium factum fuit ex
commixtione saliue et pulveris quo xpus illuminavit oculos ceci nati sic habetur
Ioh ix° Piscis enim Greg fuit xpus
qui latuit in aquis generis humani capi voluit laqueo mortis nostre et quasi assatus fuit tempore passionis sue per hoc Dederunt in escam meam fel Fel igitur
huius piscis id est amaritudo dicte passionis
illuminavit oculos nostre mentis xpus eciam
favus mellis fuit In favo enim est mel
et cera per mel intelligitur divinitas suavissima per ceram ab apibus sine commixtione
generatam intelligitur eius caro incorrupta
Ex hiis igitur duabus speciebus id est divinitas
scilicet ex favo divinitatis et carne humanitatis
deus collirium fecit quo cecum illuminat
Tercium collirium factum ex saliua et
terra xpum similiter representat id est quo
fuit saliua id est divinitas que a capite fluit
fluit etiam ibi terra id est nostra terrena substantia
Istud collirium ceco nato id est generi humano

impositu. lumen sibi restituit. Nota
aut quod primum collirium confectum ex piscis
felle fuit ex toto amarum. Secundum scilicet
ex favo mellis fuit ex toto dulce. Tertium
factum ex quinque salive et pulueris. fuit
ex parte dulce et ex parte amarum. Christus
igitur fuit totus amarus in patibulo.
Totus vero dulcis erit in regno. Ama-
rus et dulcis erit in iudicio. Amarus re-
probis. dulcis bonis. In passione igitur
fuit collirium confectum ex felle piscis et ibi
totus fuit amarus. In regno erit colli-
rium confectum ex favo mellis. et ibi
totus erit dulcis. In iudicio erit colli-
rium iunctum ex quinque salive et pul-
veris. et ibi erit amarus et dulcis. Ipse
enim in iudicio apparebit in forma hu-
mana. et manifestabitur maiestas divina
que visio erit reprobis in amaritudine
et bonis in dulcedine et suavitate. Primum
igitur collirium confectum ex felle piscis
id est ex amaritudine passionis. ex pelle dis-
tentate inductum ex igne caulis
voluptatis. Nimis enim amplius debet
deliciari. qui dominum suum sic videt affli-
gi. Augustinus. Sub spinoso capite. non
decet membra fieri delicata. Bernardus. Tu
homo es. et habes sertum de floribus. et
ego deus sum. et habeo coronam de spi-
nis. Tu habes cyrothecas in manibus
et ego clavos affixos. Tu in albis
vestibus tripudias. et ego pro te derisus
sum ab Herode in veste alba. Tu tri-
pudias cum pedibus. ego cum pedi-
bus laboravi. Tu in choreis brachia
extendis in modum crucis. et ego ea
in cruce habui extensa. et planus obpro-
brii. Tu habes latus apertum in signum
vane glorie. et ego latus effossum ha-
bui in cruce. Tu revertere ad me. et ego
suscipiam te. Secundum collirium confectum
ex favo mellis. id est ex dulcedine divi-
ne visionis. debet sanare cecitatem
inductam ex pulvere terrene cupiditatis.
Vendunt enim omnes divicie mundi despici-
et contempni ut saltem una die posset
facies divina videri. Augustinus in libro de
libero arbitrio. Tanta est pulcritudo iu-
sticie. tanta iocunditas lucis eterne. ut

est incommutabilis veritatis atque sapien-
tie. et etiam si non liceret ea amplius in-
vere quam unius diei mora. pro hac pro-
innumerabiles anni huius vite ple-
ni diviciis. deliciis. et affluentia tem-
poralium bonorum. recte merito contem-
pnerentur. Non enim falso aut parvo
affectu dictum est. quoniam melior est
dies una in atriis tuis super milia. Tertium
collirium confectum ex quinque salive
et pulveris. id est ex visione humanitatis
Christi et visione sue maiestatis in iudi-
cio. quia dulcis erit bonis et amarus
impiis. debet illuminare cecitatem indu-
ctam ex tumore vanitatis et elacionis.
Nunc enim exaltabat se usque ad celum.
deprimetur in iudicio usque ad infernum.
Ysaie xiiii°. Dicebas in corde tuo in
celum conscendam. Et sequitur. Veruntamen ad
infernum detraheris. Mathei xi°. Tu ca-
pharnaum usque ad celum exaltata
es. usque ad infernum descendes. Tercio
homo erat veneno infectus. Serpens
enim antiquus venenum sibi infudit
Ad quod venenum. per multa milia
annorum permansit. Ideo Christus sanguinem
suum effudit in tyriaca nostre sanitatis.
Tyriaca autem efficitur ex quodam ser-
pente qui tyrus vocatur. Nam quidem
serpens capitur. flagellatur. occiditur. Christus
vocat se serpentem. Iohannis iii°. Sicut moy-
ses exaltavit serpentem in deserto.
Ita exaltari oportet filium hominis. id est in cruce.
Legitur enim Numeri xxi°. Quod cum filii israel
fuissent percussi a serpentibus igneis.
Deus precepit moysi ut faceret serpentem
eneum et poneret ipsum in palo. et qui-
cumque aspiciebat eum sanabatur. Ser-
pens in palo fuit Christus in patibulo.
Non fuit autem verus serpens sed eneus.
Serpens vero eneus habet figuram serpentis
sed non habet venenum serpentis. Sic Christus
habuit carnem peccatori similem. Non tamen
habuit peccatum. Fuit etiam serpens eneus. propter
incorruptibilitatem. quia caro eius non
vidit corrupcionem. et propter sonoritatem
quia exivit in cruce emisit ad patrem
sonum pie confessionis dicens. Deus meus deus meus
ut quid dereliquisti me. Emisit ad matrem

sponsi amoris d. Mulier ecce filius
tuus. Emisit ad totum genus huma-
num. primi dicens Tren. i. O vos
omnes qui transitis per viam attendi-
te et videte si est dolor sicut dolor meus.
Emisit pro suis crucifixoribus primi com-
passionis cum dixit. Luc. xxiii. Pater
dimitte illis quia nesciunt quid fa-
ciunt. Hunc serpentem qui per veram fidem
aspicit. omne peccati venenum deponit
i. Joh. i. Sanguis ihesu christi i. fidei
sanguinis christi ihesu emundat nos ab
omni peccato. Vel assimilatur christus ser-
penti quia custodivit caput suum licet
in morte. et exposuit corpus morta-
litati in passione. et deposuit scortam
passibilitatis in resurrectione. Iste
autem serpens fuit captus a iudeorum
malicia. flagellatus ad columnam et
occisus in cruce. Ex quo emanavit
sanguis qui fuit tyriaca nostre sana-
tionis. quem si quis biberit. omne
venenum ab eo expellit. Aug. Bibi-
te sanguinem quem effudistis. Effusus est
sanguis medici et factum est medicamentum
frenetici. Quarto homo erat durus
ut potuit mollificari ad primam sive
compunctionem. Ideo christus effudit san-
guinem suum in emplastrum nostre molli-
ficationis. Emplastrum fit de herbis
et floribus et speciebus aromaticis aliquo
liquore super infuso. vel melle appo-
sito. In christo fuit caro. anima. dei-
tas. sanguis et spiritus humanus. Herba
medicinalis fuit eius caro. Unde sic
dicitur Ysa. xl. Omnis caro fenum. Flos
odoriferum fuit eius anima. odore vir-
tutum plena. Can. ii. Ego flos
campi et lilium convallium. Species aroma-
ta fuit divinitas beata. Eccl. xxiiii.
Sicut cinamomum et balsamum aroma-
tizans odorem dedi. Liquor infusus
fuit sanguis preciosus. Mel dulce fuit
eius spiritus humanus deitati coniunctus
Eccl. xxiiii. Spiritus meus super mel
dulcis etc. Ex hiis igitur emplastrum
fecit. quod apostemati sive hominis
appositum ipsum maturat. mollit
stringit et sanat. Iste est enim ille

unguentarius. qui talia unguenta et empla-
stra novit conficere sanitatis. De quo dicitur
Eccli. xxxviii. Unguentarius faciet pigmen-
ta suavitatis et unctiones conficiet sanitatis.
Est quoddam genus lapidis adaman-
tini. quod frangi non potest vere mallei percus-
sione. vere ignis adustione vere aqua
iniectione. sed frangitur hircini san-
guinis superinfusione. Sic aliqui sunt qui
ad primum non franguntur vere per divinam com-
minationem. vere per immissam flagella-
tionem vere per longam senectutis confectionem
franguntur tamen per dominice passionis re-
cordationem. Quinto homo erat aridus
et siccus ab humore divine gratie unde
dicebat propheta Anima mea sicut terra sine
aqua tibi. Ideo christus sanguinem suum fudit
in poculum nostre inebriationis. Deut. xxx
ii. Sanguinem uve biberent meracis-
simum. Ista uva nata de vite. fuit
christus natus de virgine. Unde ipse dicit
Eccli. xxiiii. Ego quasi vitis fructificavi
suavitatem odoris etc. Ista uva portata
fuit ad torcular crucis. et ibi manibus
iudeorum adeo fuit compressa. quod mustum
redemptionis nostre habundat. unde exivit
Qui arentia corda ubertim humec-
tavit et inebriavit. Unde eliquatum
est mustum. Unde ego botrus carnis
pro salute tua portatus sum ad torcular
crucis. unde eliquatum est mustum tue re-
demptionis. De hoc autem poculo sic dicit
Aug. in li. de Trinitate. Est poculum
quod sceleratas mentes mundare consuevit.
de celo delatum. expressum de illo
botro pregno quia sicut uva in vite.
ita ille in carne crucis pependit in
ligno. Ex hoc igitur botro est vinum.
quod letificat cor hominis. sobrietatem
inebriat. ampulla fidei et vere religionis
exhalat. et amplam castitatem infundit
Hoc igitur poculo domine deus animas
anguste mentis emunda. Et sicut vino
materiali homo inebriatus. quiete diligit
timorem mentis expellit. iniurias
non sentit. aliena non querit. suorum ob-
liviscitur. Ita eciam nunc vino illo copu-
latus pacem diligit. fidei exulta-
tione sceleratam mortem fidelis ignorat.

partam caritatis adhibeat sacrilegia a-
liena non teneat / fidem in pignoribus
suis preferat /

Sanguis xpi . qui per spiritum sanctum
semetipsum obtulit immaculatum
deo . emundabit conscienciam nostram
ab operibus mortuis . ad serviendum deo
viventi / Heb. ix^o. Ratio quare passionem
homo deo viventi servire non poterat / quia
conscienciam habebat inmundam . et operibus mor-
tuis plenam . Et ideo xpus sanguinem
suum fudit et se deo immaculatum obtulit
ut conscienciam nostram mundaret . et opera
mortua vivificaret . ut sic homo deo digne
serviret / Hoc autem non fecit propter aqua
mixta procedencia . sed propter spiritum sanctum
i. per infinitam caritatem spiritus sancti quo
plenus erat / Ut autem utilitatem et effica-
ciam sanguinis xpi melius videamus .
Notandum est . quod ante xpi passionem homo
erat a paradiso exclusus . dyaboli ser-
vus . a deo fugitivus . magno debito
obligatus . indevotus et mortuus / Ideo
xpus effudit sanguinem suum . in cla-
vem celestis reserationis / in decipulam dy-
abolice deceptionis / in reclinatorium
nostre reductionis . in precium nostre
redemptionis / in balsamum nostre devotionis
et in potum nostre vivificationis / Primo
igitur homo erat a paradiso exclusus Et ideo
xpus sanguinem suum fudit . in clavem
nostre reserationis . Clausus quidem erat the-
saurus gratie . clausa erat apoteca divine
clausum erat palacium celestis patrie /
Unde nec iusti potuerunt habere plenam
graciam nec peccatores plenam misericordiam
Nec illi quantumcumque iusti . nec isti quan-
tumcumque penitentes potuerunt intrare in cele-
stem patriam / sed in passione xpus
thesaurum sue gratie aperuit . quando suum
sanguinem preciosum effudit . In eo
quidem latebat thesauri divine sa-
piencie et sciencie dei absconditi Quia
isti thesauri parum homini proderant . qui ab-
sconditi erant Eccli. xli^o Sapiencia abscon-
dita et thesaurus invisus que utilitas
in utrisque In passione autem isti thesauri
aperti sunt et instar fontis vivi per totum
mundum emanaverunt / et omnes ditati

sunt / et non est aliquis qui quemquam vel mi-
nuere possit . quia deus thesaurum gratie
sue absconditum teneat . que sic li-
beraliter omnibus communicat Numeri xx^o Aperi
eis thesaurum tuum domine fontem aque
vive ut saciati cesset murmuracio
eorum / Aperuit etiam in passione apo-
tecam divine . Deus quidem in sua a-
poteca i. intima sue pietatis viscera
multa continet misericordiam Dicitur paralipp.
xxxii^o Quod Ezechias apotecas frumen-
ti vini et olei edificavit Ezechias
interpretatur missio dei et significat xpum qui
a patre missus fuit . qui habet tres
apotecas / Una plena oleo . alia ple-
na frumento . Terciam plena vino / habet
enim misericordiam sanativam . qua peccator sa-
natur a vulnere peccatorum Et ista est apo-
teca olei . quod infusum fuit vulneribus
sauciati . Istam misericordiam sanativam pe-
tebat propheta dicens . Miserere mei domine
quoniam infirmus sum etc / habet misericordiam conserva-
tivam . qua sanatus . sanitate recepta con-
servatur Et ista est apoteca frumenti .
Panis enim de frumento confectus est
conservativus spiritus ps . panis cor hominis
confirmet / habet misericordiam perficiativam . qua
sanatus et conservatus in gloria coronatur De
qua misericordia dicit propheta Qui coronat te
in misericordia et miseracionibus Et ista est
apoteca plena vino / quia ibi sancti
divina dulcedine inebriantur ps Inebria-
buntur ab ubertate domus tue . et torrente
voluptatis tue potabis eos / Ape-
ruit etiam in passione sua palatium
celestis patrie Iam Sanguis xpi
clavis paradisi est Ideo flammea illa
rumphea et foribus presidencia cheru-
bin xpi extincta et reserata sunt san-
guine Secundo homo erat dyaboli
servus / Et ideo xpus sanguinem suum
effudit in decipulam dyabolice deceptionis
De qua decipula sic dicit Aug. Venit
redemptor et victus est deceptor et quid
fecit redemptor captivatori nostro
tetendit decipulam crucem suam . po-
suit in ea sanguinem suum . Ille autem vo-
luit capere sanguinem non debitoris propter
quod recessit a debitoribus / De hac de-
cipula et prudenti deceptione / dicit

Job xl°. An extrahere poteris leuiathan
hamo et fune ligabis linguam eius.
Hamus iste fuit diuinitas christi. Esca
sub qua hamus latebat fuit caro,
quam assumpserat. Joh. 1°. Et uerbum ca-
ro factum est. Caro factum est. Ecce e-
sca apparens. Linea sive funis fuit
genealogia per quam ad nos venit
quam matheus texuit et extendit eam
a Joseph usque ad abraham. Immo usque ad
deum. Virga in hac piscatione fuit
virgo maria. De qua dicitur ysa. xi°. Eg-
redietur virga de radice yesse. Pi-
scator fuit deus pater qui tenens hanc
virgam et funem sive genealogiam
cum hoc hamo et esca leuiathan
de et de aquis huius mundi extraxit
et linguam sue prime suggestionis
adeo perforauit atque ligauit ut ne-
minem ultra posset decipere non volen-
tem. Et ideo dicitur An extrahes poteris
leuiathan hamo et fune linguam
eius ligabis etc. quasi diceret Non poterit
nisi ego. De hac prudenti cap-
tione sic dicit Ruffinus tractans id
verbum prophete Exurge domine preveni
eum et supplanta eum luctans etc.
Preuenire currentis est supplantare
luctantis et qui ad finem operis
tendit prius non passibus pedum per
motione in actione currit. Dyabolus
igitur in passione christi currit, quia eum
quem purum hominem estimabat per
tradicionem ad passionem, passionem
ad mortem, per mortem ad resurre-
ctionem peruenire disposuit. Utrique ergo
currit et deus et dyabolus, sed dyabolus pre-
uentus est, quia ad finem propositi
sui non peruenire possit, diuina virtute
impeditus est. Et supplanta inquit
eum. In passione enim christi dyabolus cum
deo luctabatur ut sustinuit, sed dyabolus
supplantatus est, quia occulta quadam
virtute et sapientia subito et ex improuiso
deiectus est. Tercio homo erat a deo
fugitiuus. Et ideo christus effudit san-
guinem suum in reclamatorium reuo-
cationis. Homo quidem tamquam auis fo-
ramas a deo fugerat et euolauerat.

Osee xi°. Sicut quando auis euola-
uit vel aues ad domos suas redire
nolunt, ille arborem ascendunt et frustum
carnis in manu tenentes ad eas sibi-
lat et eas reuocat. Homo adeo euola-
uerat. Nec ad christum redire volebat.
Et ideo christus arborem crucis ascendit
cum carne sua cruentata et ad totum
genus humanum sibilare cepit. Ysa. v°.
Leuabit dominus signum in nationibus
et sibillabit ad eum de finibus terre. Sibi-
lat ad iustos, ut veniat ad gratiam.
Sibilat ad peccatores ut veniat ad miam.
Ysa. vii°. Sibilat dominus musce i. pec-
catori inmundo, qui est in extremo flu-
minum egipti i. in profunditate omnium
viciorum. Et api i. viro iusto habenti
dulcem affectum et lucidum intelle-
ctum, quasi mel et ceram. Que quidem
apis est in terra assur i. in mundo, que
uenitur tollere et decipere sanctos. Assur enim
interpretatur tollens robustum. Tercia
autem de causa aues ad domos redire
non consueuerunt. Aut quia non sunt bene
domesticate, aut quia sunt nimium replete.
Aut quia sunt in comestione sive deuora-
tione. Omnia quidam nimium siluestres,
qui domesticari non possunt. Ut leo debet
domesticari flagellatur canis coram eo.
Sic etiam pueri aues suas domesticare
volunt dant sibi de suo sanguine ad bi-
bendum. Non etiam aliquod aliud sic sil-
uestre, quod ex bustiis non fiat mansue-
tum et lene. Si leo domesticatur in
flagellatione canis, multo fortius canis
domesticari debet in flagellatione leonis.
Flagellatus est leo i. christus ut canis
mortiferus domesticetur. Dedit etiam
homini suum sanguinem ad bibendum. Joh.
vi°. Sanguis meus vere est potus.
Deut. xxxii°. Sanguinem uue biberet
meracissimum. Bestia etiam sanguine
sanguine ebriatur et in aquam adeo sunt
siluestres, quod domesticari non possunt.
Nec ex flagellatione leonis. Nec ex po-
tu sanguinis nec ex collatione bustiis. Alii
qui etiam ad christum redire nolunt, quia deli-
ciis et delicatis nimium sunt repleti.
Deut. xxxii°. Incrassatus est dilectus
et recalcitrauit. Multi autem sunt qui

esuriunt ad deum currunt ut ab ipso satu-
rentur. Luc. j° Esurientes impleuit bonis
et diuites dimisit inanes. Reliqui etiam ad deum
uenire nolunt. quia delectationi cada-
uerum .i. spurcitijs et immundicijs peccatorum
dediti sunt. Unde Corvus emissus totum
ab archa ultra non rediit quia deuo-
racioni cadaueris se dedit. Vel forte
a fluctibus superatus interijt. Columba
autem que cadauera fugit et viridia
queque quaerit ad archam rediit et a
fluctibus tuta fuit. quia peccatores qui
peccatorum spurcitijs se ingerunt ad
archam non redeunt .i. ad aulam domini
non ueniunt. sed deliciarum fluctibus inuo-
luti in profundum inferni demerguntur.
Boni vero immundicias fugiunt. ad aulam
domini ueniunt et uiciorum fluctibus
non inuoluuntur. in archa celesti tuti con-
seruabuntur. Octavo homo erat magis
debitis inuolutus et obligatus. quia deo
de offensa quam sibi fecerat. satisfacere
non valebat. Et ideo christus effudit san-
guinem suum. in precium nostre redempcionis
et solucionis. Et fecit christus in ista solu-
cione instar liberalis mercatoris. qui
in empto quem diu desiderauit lapide precio-
so. Non exspectabat ut venditor
precium exigat uel requirat. sed ipse precium
sponte offert. Sic christus precium san-
guinis sui non coactus dedit. sed sponte
obtulit. Ysa. liij° Oblatus est quia
ipse voluit. Unde cum sciret proditorem
ad eum capiendum venire. prius tamen sibi
obuiauit. Mr xiiij° Surgite eamus
scilicet obuiam sibi. Ecce qui me tradet prope
est. Unde etiam iudeis cum armatis spon-
te se obtulit dicens. Joh. xviij° Ego sum
Super quem locum dicit Crisostomus O nimia
iude demencia. ille triginta denarijs
paciscebat ut venderet. et christus animas
sanguine vendidat et offerebat. Item liberalis
mercator in empto lapide precioso. si sacca-
lus pecunie dissolui non potest. cultello
ipsum dilacerari. ut cito precium possit
habere. Sic et christus huius sacculum
.i. corpus proprium pleno precio .i. sanguine
precioso. non exspectauit ut per necem mor-
tem dissolueretur. sed in quinque partibus

ipsum dilacerari permisit. ut precium cito
egrederetur. et hominem cito redimeret. Item
liberalis mercator in empto lapide precio-
so. precium non numerat non ponderat. non
mensurat. sed venditori exponit. ut
accipiat quantum velit. Contra facit deus
in suo pondere et mensura. sicut dicitur
Sap. xj° Excepto opere nostre redempcionis
Nam in effusione sui sanguinis non
seruauit numerum ut scilicet unam uel duas gut-
tas sui sanguinis daret cum una mo-
dica sufficeret. sed largissime totum
dedit. Non seruauit pondus ut scilicet
unam unciam uel unam libram effunderet
sed penitus totum effudit. Non seruauit
mensuram ut scilicet unum calicem mensuraret
sed totum dedit. totum effudit. ps
Copiosa apud eum redempcio. Cui
vero alludens b. Augustinus dicit. proprie
copiosa. quia non gutta. sed unda san-
guinis. largiter per quinque partes corporis
emanauit. Idem. Sufficeret una
gutta preciosissimi sanguinis ad re-
dempcionem. Item liberalis mercator in-
vecto lapide precioso. precium emptore
magna summa pecunie dare deberet. de
vili moneta precium soluere non faciet
quia caperet nimis magnam summam
puta si deberet soluere decem milia mar-
carum et vellet de plumbo uel de ere i-
psam soluere faceret ad nimiam si-
mia ascenderet. Et ideo de auro precio
persoluit. Sic etiam si christus pro nostra
redempcione dare voluisset aliquod cre-
atum. totum fuisset tamquam plumbum
et ferrum. Nam si dedisset centum
celos. centum solem centum lunas. decem
milia angelorum. et creauisset adhuc ad-
dere plura alia in infinitum. et adhuc
sufficiens solucio non fuisset. Et ideo
de suo sanguine precioso dei tam grato
solucionem facere voluit. Item liberalis
mercator non potest lapidem preciosum e-
mere minori precio quam valeat. Sic christus non
emere voluit visionem diuinam. quam
homo amiserat propter. Si etiam xc millo
mundos creasset. quos pro solucione sine
empcione diuine visionis dedisset. vel etiam
dedisset multa milia angelorum. suffi-
ciens non fuisset. quia visio dei plus valet

quod dine tractatum. Sanguis autem christi inquantum fuit sanguis dei. sufficiens precium fuit. 1 Petri 1o Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis. sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati christi. Bernardus. Popule meus ait dominus. quid tibi potui facere et non feci. Quid cause est, quod mammone meo magis libet servire. quam michi. Non ipse creavit vos. sed nec pascit. Et si hec parva videntur ingrati estis. non ille sed ego redemi vos. quo precio. non corruptibili auro vel argento. Non sole et luna. non choro angelorum. sed proprio vos cruore redemi. Patet ergo quod liberalis fuit christus in nostra redempcione. Adeo quidem extitit liberalis. quod in ipsa sua passione septem opera misericordie nobis largitus est. Erubescant igitur avari. qui adeo sunt tenaces. Christus namque in sua passione dedit nobis ad bibendum sanguinem proprium, et ipsi nolunt pauperi dare potum. Christus dedit nobis ad manducandum propriam carnem. et ipsi nolunt pauperi dare panem. Christus recepit latronem intra celeste palacium, et ipsi nolunt recipere pauperem intra suum hospicium. Christus omnem vestem suam dedit crucifixoribus, et ipsi unam vestem nolunt dare pauperibus. Christus visitavit et liberavit patres in carcere limbi conclusos. et ipsi nolunt visitare nec refovere carceri mancipatos. Christus visitavit et consolatus fuit infirmos in corde. et ipsi nolunt consolari nec affectu compassionis nec effectu ministracionis nec affatu consolacionis infirmos in corpore. Tunc enim christus visitavit infirmos in corde quando post resurreccionem visitat apostolos qui remanserunt in errore. Christus visitavit mortuos ab antiquo tumulatos quando monumenta aperta sunt et multa sanctorum corpora surrexerunt. et ipsi nolunt visitare nec opera pietatis impendere circa mortuos tumulandos. Nullus homo erat indevotus. Et ideo dixit Effudit sanguinem suum in balsamum devocionis. Corpus christi fuit vas balsamo plenum. Quamdiu autem istud vas fuit integrum. odor non sentiebatur.

sed fracto in cruce in quinque partibus vase tanta emanavit odoris fragrancia. quod totum mundum odoriferum reddidit. quod totum celum odore replevit. quod totum infernum inhabitabilem penetravit. Adeo quidem totum mundum odoriferum reddidit. ut anime fidelium clament et dicant. Canticorum 1o Trahe me post te. et curremus in odore unguentorum tuorum. Legitur quod panthera est varii coloris. tribus diebus dormit. postea surgens suavissimum odorem cum emulatu magno emittit. cuius odore cetere bestie nimis affecte ad eam currunt et ipsa eas comedit, solus autem serpens istum odorem horret et fugit. Per pantheram christus intelligi potest. qui fuit virtutum varietate distinctus. qui tribus diebus in morte dormivit. Qui in cruce clamavit ore propriam conquestionem. dicens. Deus meus deus meus. ut quid dereliquisti me. Clamavit corde per amoris intercessionem. Psalmus. Clamavi in toto corde meo exaudi me domine. Clamavit sanguine per nimiam innocentiam. Hebreos xii.o Accessistis ad sanguinis aspersionem melius loquentem quam abel. Sanguis enim abel clamabat vindictam. sanguis christi clamabat veniam. Tunc autem suavissimum odorem emisit. quando balsamum sui sanguinis effudit et animalia dei ad ipsum currunt per devocionem. et ipse ea sibi incorporat per amorem. Solus autem serpens id est homines serpentini ab isto odore fugiunt quia circa christi passionem nullam devocionem sentiunt nullam compassionem. Secundo iste odor adeo fuit magnus. quod totum celum replevit. Adeo quod angelos attraxit et patrem reconciliavit. Angeli quidem ad corpus christi in cruce extensi affecti fragrancia balsami id est sanguinis preciosi. alacriter currerunt. Matthei xxiiii.o Ubicumque fuerit corpus illuc congregabuntur et aquile. Iste eciam odor patrem reconciliavit. Hoc signatum est Genesis viii.o ubi dicitur quod Noe obtulit holocaustum super altare et odoratus est dominus odorem suavitatis. Et ait Nequaquam ultra maledicam terre. Potest igitur de patre dici id quod dicitur Genesis xxvii.o Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Odor christi non est

odor orti. sed agri. quia non est odor clau-
sus sed communis et apertus. Aliquis etiam
sanctus eminet in odore alicuius virtutis
xpus autem habuit plenitudinem omnium vir-
tutum. Ideo dicit agri pleni Sancti
etiam quamdiu fuerunt in hac vita non habuerunt
odorem benedictum id est a dei benedictione con-
firmatum quia ipsum amittere potuerunt
xpus autem ex odore numquam amittere po-
tuit. odorem habuit benedictum Odor igitur
xpi fuit communis et apertus. fuit universalis
et plenus. fuit eternalis et perpetuus. Ideo
iste odor fuit adeo magnus quod infernos
penetravit, ubi demones expulit, sanctos
patres qui erant in lymbo inenarrabiliter
letificavit, dampnatos in inferno amari-
tudine multa implevit. Ideo iste odor as-
similatur odori vinee. balsami et mir-
re. Vtra inquantum demones terruit et a
sua potestate fugavit. assimilatur odori vi-
nee. quia fugat serpentes Eccli. xxiiii°.
Ego quasi vitis fructificavi suavitatem
odoris. Iugiter sanctos patres mira
dulcedine confortavit. assimilatur odori
balsami Ibidem Sicut cynamomum et bal-
samum aromatizans odorem dedi. Insuper
dampnatos amaritudine replevit. as-
similatur odori mirre. que est amara Ibidem
Quasi mirra electa dedi suavitatem
odoris. Sexto homo erat mortuus. et ideo
xpus effudit sanguinem suum in precium no-
stre vivificationis. Sanguis enim xpi habet
vim vivificandi. Levitici xvii°. Anima
omnis carnis in sanguine est. Vita enim
id est vita omnis carnis id est hominis est in san-
guine xpi. homo enim incurrerat triplicem
mortem scilicet nature culpe et gehenne. xpus
autem unica morte sua triplicem hanc
mortem unam destruxit Vnde mortem
nature destruxit. quia die tercia resurrexit qua-
tenus nos in spem nostre resurrectionis con-
firmavit et iam in spe tercia resuscitat
Osee vi°. vivificabit nos post duos
dies. in die tercia suscitabit nos. Legitur
quod leunculi nati tribus diebus dormiunt
die autem tercia leo fortiter rugiet. et ipsos
excitare perhibetur. die autem tercia. xpus
tribus diebus in morte dormivit. tercia
autem die deus pater ad ipsum clamavit
dicens. Exurge gloria mea exurge psal-

terium et cythara. Et xpus sibi respondit
dicens. Exurgam diluculo Nos etiam
sumus leunculi. quia omnes in inicio
dormimus. xpus autem est leo fortissimus id est
Apoc. v°. Vicit leo de tribu iuda. Iste
leo autem fortiter rugiet et clamabit De quo
clamore dicit Ioh. v°. Omnes qui in mo-
numentis sunt. audient vocem filii dei.
et qui audierint vivent. Ista autem vox e-
rit qua dicetur Surgite mortui veni-
te ad iudicium. et tunc omnes tremor inva-
det atque resurget. Amos iii°. Leo
rugiet quis non timebit Secundo de-
struxit mortem culpe. quia per sanguinem
suum nos a peccatis nostris mundavit Apoc.
i°. Lavit nos a peccatis nostris in sanguine
suo. Legitur quod inter serpentem et pellica-
num est odium naturale Serpens enim ascendit
arborem. et absente pellicano pullos
suos occidit. Rediens autem pellicanus
tribus diebus eos plangit. et tunc ro-
stro in pectore se vulnerat et sanguine suo
ipso eos aspergit et revivificat. Serpens
antiquus id est dyabolus hominem occiderat
xpus autem se in quinque partibus vulne-
rari permisit et sanguine suo hominem
aspergens ipsum vivificavit Vnde xpus
assimilat se pellicano dicens in psalmo
Similis factus sum pellicano solitu-
dinis. Et dicit solitudinis quia solus
de virgine natus. solus sine peccato con-
ceptus. solus propria virtute surrexit. Solus
inmanentem non potuit. Tercio destru-
xit mortem gehenne. Osee xiii°.
Ero mors tua o mors ero morsus
tuus inferne. Vnde sicut dicitur Eph.
ii°. Eramus natura filii ire. filii vindicte
filii gehenne. xpus autem mori vo-
luit ut morte sua filios gehenne
faceret filios gratie. Refert ysidorus
quod fenix que est unica et sola avis in
mundo postquam quingentis annis et ultra
vixerit. cum se videt senuisse. collectis
aromatum surculis. rogum sibi insti-
tuit et conversa ad radios solis alarum
plausu voluntarium sibi incendium
parit. qua combusta de cinere semper
alia generatur. Sic etiam xpus fascem pe-
narum amarissimarum sibi instituit De quo
fasce dicit sponsa Cant. i° fasciculus

mirre dilectus meus m. Xpus igr
suppositus in hoc fasce penalis igne
aroris et igne doloris. totus assari et
comburi voluit, et nos in novos fi-
lios gratie generavit. In hoc tamen si-
militudo deficit. quia fenix pariter
mortuus resurgit. xpus aut mortuus
resurrexit et novos filios produxit

Nunciate inter gentes
studia eius. Vba sunt pphete
primo ssacti p pphetam mone-
t predicatores. vt hodierna die annū-
ciēt et predicent inter gentes i. inter pa-
nos et omnes fideles. studia eius
i. studiosa opa. que hoc notatum
fecit xpus. sed que etiā ecclia recitat
Debent namque predicatores hodie predica-
tioni feruenter insistere. quia vba hoc
predicata magna habent efficatiam i cor-
dibus auditorum, quia valde sunt
apti et dispositi ad ea devote suscipie-
da. ligna enim sicca apta sunt inflā-
mationi Vasa vacua apta sunt im-
pletioni Aqua calida apta est lotioni Cera
mollis et calida apta est manducationi
Illi qui erant ligna pleni prauis hu-
moribus. hodie penitentia et macera-
tionem corporis sunt exsiccati Et io
cum vbum dei sit ignis. de facili corda
dei hodie inflamat. Jerem. xxiij°.
Nunquid non vba mea sunt quasi ignis
ardens dicit dominus Illi qui immundi-
cias peccatorum. facti sunt vacui p veram
et puram confessionem ipsorum Et ideo
cum sint vacui. de facili dei gratia replet
Quia Helizeus i. xpus. replet va-
sa vacua oleo i. spiritu sancto. hodie
etiā sanguis xpi est valde calidus. utpo-
te recenter effusus lauat enim aqua.
licet sit frigida. magis tamen qn est calida.
Sic sanguis xpi. licet omni tempore
lauet corda. hoc tamen magis qn est cali-
dus et recenter effusus Apoc. j°. lauit nos
a peccatis nris in sanguine suo, hodie
etiā fideles habent cor molle et liqfactum
p compassionem ad xpm. et calefactum
p amorem ad proximum Et ideo instar
cere mollis et calide. de facili dura pos-
sunt ad omne bonum. ps. factum est cor

meum tamquam cera liquescens in medio ven-
tris. Ideo ppheta vno spiritu sanctus per
pphetam ista faciens. monet predicatores
vt hodie feruenter predicationi insistant. d.
Annunciate inter gentes studia eius. Opa
aut que hodie studiose ecclia recitat plura
sunt, q licet reponere. et tonees eorum
pariter assignare. Primum est q hodie
campane non pulsantur. Et racio est.
qr omnes campane spirituales hoc fe-
cerunt. xpus enim habuit xij campanas i.
xij aplos. quorum sonus p vniversum
mundum postmodum fuit auditus Juxta
illud ps. In omnem terram exiuit sonus
eorum etc. Vna aut ex hijs campanis
fuit iudas. penitus fracta Et io sonum
perdidit. Act. j°. Suspensus crepuit me-
dius. et diffusa sunt omnia viscera eius.
Remanserunt xj campane. inter quas erat
vna grossior ceteris s. Petrus. qui
semel tam alte sonuit. q eius sonus
vsque ad celum ascendit. et super omnes
angelos auditus fuit. qn dixit Mat. xvj°.
Tu es xpus filius dei vivi Alia vi-
ce tam alte sonuit. q ceteros discipulos
ad prelium animauit. qn dixit Mat. xxvj°.
Etiam si oportuerit me mori tecum
non te negabo. Ad cuius vocem ceteri
discipuli animati. similiter dicebant, vnde sequitur
Similiter et omnes discipuli dicebant. Sed
ista grossa campana hodie sonum perdidit
qn timore mortis xpm confiteri ausus
non fuit. sed ad vocem vnius ancille ter
negavit Similiter et ceteri discipuli timore
mortis hodie siluerunt. et ipm reliquerunt
Mat. xxvj°. Tunc omnes discipuli eo re-
licto fugerunt Alia campana fuit
xpus. q habuit sonum celestem vnde dixit
petrus Joh. vj°. Domine vba vite eterne
habes. habuit sonum dulcem et suavem ps.
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua etc.
Ista campana non destitit sonare. qa
non cessavit predicare. tandem erecta est
in altum campanile crucis, et ibi multiplicem
sonum dedit Unum in auribus patris dedit
sonum supplicem. s. sonum doloris. cum dixit
Mat. xxvij° heli heli lamazabatani
Sonum pietatis et compassionis. cum dixit Luc.
xxiij°, pater dimitte illis. qr nesciunt q

sonuit. Sonum devotionis cum dixit luc. xxiij Pater dimitte illis in manus tuas commendo spiritum meum. In quibus tamen dedit duplicem sonum. scilicet sonum doloris. cum dixit Jeremie xxiij Ve michi mater mea. quare genuisti me virum rixe. virum discordie in universa terra omnes maledicunt michi. Doni amoris cum dixit Joh. xix Mulier ecce filius tuus. In quibus humani generis dedit triplicem sonum. scilicet sonum doloris. cum dixit Jeremie xxv O vos omnes qui transitis per viam. attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Sonum amoris cum dixit Joh. xix Sicio. Non enim siciebat aquam. sed salutem nostram. Non aliquem liquorem. sed verum amorem. Sonum iocunditatis et exultationis cum dixit. Consummatum est. id est redempcio generis humani est completa. In quibus latronis dedit sonum mire suavitatis et dulcedinis. cum dixit luc. xxiij Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Tantum autem ista campana sonuit. quod rauca facta fuit. Ps. laboravi clamans rauce facte sunt fauces mee. Tandem fuit fracta. et in quinque partibus perforata. et tunc omnino doluit et sonum amisit. Unde sicut dicitur Joh. xix Inclinato capite tradidit spiritum. Alia campana fuit virgo beata que tam dulciter sonuit quod filius dei illius soni dulcedine allectus de celo in uterum eius descendit. quando scilicet dixit Ecce ancilla domini fiat michi secundum verbum tuum. Tam dulciter sonuit quod Johannes baptista clausus in utero audiens dulcedinem tanti soni tripudiavit. Tam dulciter sonuit quod xpus eius sonum semper audire desiderat. Cant. ij Sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua est dulcis gutturi meo. Ista campana hoc sonuit et sonum perdidit pre nimio dolore et tristicia. Sicut enim campana fracta perforata sonum perdit. Sic et ista. Eius autem animam gladio doloris fuit perforatus. et ideo sonum amisit luc. ij Tuam ipsius animam pertransibit gladius. unde quando dixit ei xpus Mulier ecce filius tuus. sibi respondere non potuit.

Alia campana fuit universitas creaturarum. que dat triplicem sonum. quia predicat dei potenciam ex sui magnitudine. dei sapientiam ex sui ordinacione. dei bonitatem ex sua utilitate. Hec autem campana hodie adeo siluit. quod pre nimio horrore et pavore tota confusa fuit. Unde Bernhardus loquens de morte sic ait. Ad hoc preciium expavit et expalluit tota machina mundialis et fere in antiquum chaos redacta est universa. Unde philosophi qui erant Athenis videntes eclipsim solis innaturale dixerunt. Aut ordo naturae pervertitur et elementa mentiuntur. aut deus nature patitur et elementa sibi compaciuntur. Prima ergo campane scilicet apostoli sonum amiserunt propter timorem. Secunda scilicet xpus sonum amisit propter contricionem et perforationem. Tertia scilicet virgo beata sonum amisit propter nimium dolorem. Quarta scilicet universitas creaturarum sonum amisit pro nimio stupore et horrore. Istas enim quatuor de causis homo conticuit solet et vocem perdere. Aut scilicet nimio timore perterritus. aut in morte contractus. Aut dolore repletus. Aut horrore et stupore concussus. Quia igitur iste campane spirituales hodie taluerunt siluerunt. Ideo ecclesia ordinavit ut campanas hodie non pulsemus. Secundo quod ecclesia hodie imitatur. est percussio tabule quod fit multiplici modo representat enim clamorem Judeorum clamorem sanguinis confusum sonum tocius officine infernalis. strepitum domine captionis et excitat tristiciam et merorem populi xpiani. Ille quidem sonus tabule imitatur clamorem dominice passionis. qui clamabat de testamento Judeorum malicia. et ostendens xpi innocencia. Abacuk ij Lapis de pariete clamabit et lignum quod inter iuncturas edificiorum est respondebit. lapides enim clamaverunt quando scissi sunt. tantam Judeorum maliciam sustinere non valentes. Crux autem est fuit quoddam edificium ex quatuor lignorum generibus erectum. et lignum quodlibet illorum lignorum clamavit. maxime lignum illud

quod est in titulus, i. thabula superposita in qua scriptum erat Ihesus nazarenus Rex iudeorum. Clamat enim contra maliciam quia crucifixerunt sanctum et innocentem. Et ideo dicit Nazarenus i. floridus. Contra crucifixerunt Regem celestem. Et ideo dicit Rex iudeorum. Secundo sonus thabule imitat clamorem sanguinis. Sanguis christi clamat pro nobis et contra nos. Pro nobis siquidem clamat petens a patre veniam. Apostolus. Accessistis ad sanguinis aspersionem melius loquentem quam abel. Sanguis enim Abel petebat iusticiam, sanguis christi veniam. Clamat enim contra tria genera peccatorum scilicet contra ingratos qui nullam utilitatem de sanguine christi suscipere volunt. Psalmus. Que utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem. Contra avaros. Job xvi°. Terra ne operias sanguinem meum. Avari enim operiunt sanguinem christi terra i. cupiditate terrena. Contra indevotos unde sequitur. Neque inveniat in te latendi locum clamor meus. Non latet enim christi sanguis in eorum memoria quia nulla sunt inde cogitationes in eorum intelligentia, quia nulla sunt inde meditationes in eorum voluntate quia nulla sunt affectiones vel devotiones. Tercio sonus table imitat sonum confusum tocius officine infernalis. Descendente enim christo ad inferos sonus confusus et maximus ibi exortus est. Siquidem christus infernalia claustra confringebat. Psalmus. Quia contrivit portas ereas et vectes ferreos confregit. Angeli valentes clamabant dicentes. Tollite portas principes vestras etc. Sancti patres gaudebant et iubilabant, unde cantat ecclesia. Mundus exultans iubilat, gemens infernus ululat. Dampnati qui ibi relinquebantur turbabantur et flebant. Job xxvi°. Ecce gigantes gemunt sub aquis et qui habitant cum eis. Et conmixtus erat sonus flentium et sonus gaudentium. I° Esdre iii°. Non poterat quisque agnoscere vocem clamoris letantium et vocem fletus populi. Conmixtim enim vociferabatur populus clamore magno. Quarto sonus thable imitat strepitum dominice captionis. Iudei enim exierunt ad christum capiendum armis, gladiis, fustibus, facibus et laternis et hominem inermem quem sine armis capere poterant, cum magno strepitu et fragore armorum ceperunt. Unde christus exprobrans eos dicit Mt xxvi°. Tanquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me. Quinto sonus thable imitat dolorem et tristiciam populi christiani. Ecclesia enim iure(?) excitat hodie christianos ad fletum per sonos leticie quos tacet et per sonos tristicie quos dicit et cantat. Tacet enim sonum leticie qui fit tactu, sicut est sonus campanarum, et facit sonum tristicie s. sonum table. Tacet sonum leticie qui fit cum voce, sicut patet in lectionibus in quibus nec benedictio datur nec cum gratiarum actione finitur, et lamentationes cantantur. Tacet sonum leticie qui fit cum flatu, sicut patet in cantu organi, et facit sonum tristicie, quia omnes cantus leticie subtrahit et cantus tristicie cantantur. Tercium est quia passiones sanctorum aliorum celebramus cum gaudio, passionem autem christi agimus cum lamento. Cuius prima racio est quia alii sancti passi sunt propter se, ut scilicet per suam passionem acquirerent gloriam celestem. Et ideo in sua passione eis congaudemus ex eo quod per penam transitoriam meriti sunt salutem eternam. Christus autem non est passus propter se ut scilicet gloriam acquireret quam habebat, sed propter peccata nostra delenda. Ysa. liii°. Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus propter scelera nostra. Dolet enim si fecisset unde aliquis moreretur. Quantum ergo flere debes quia scis te fecisse propter quod mortuus est filius dei. Homo bonus nobile animum. Cum scit enim aliquem pro se pati, illum dolorem reputat suum per compassionem sicut suus fuit per compassionem. Sicut patet de david ii° Reg. xxiiii°. Qui cum vidisset angelum percucientem populum dixit. Ego sum qui peccavi

Ego inique egi · isti qui oues sunt q*d*
fecerunt / Debes igit*ur* mortem domini
tui tua reputare p*ro*p*ter* co*m*passio*n*em · sic tua
est p*er* occasionem / legit*ur* en*im* Ada centu*m*
annis fleuit morte abel filij sui / sci-
ens q*uod* intuitu p*e*cc*a*ti sui mortuus fuit ·
Q*ua*ntu*m* ergo fleuisset · si sciuisset q*uod*
filius dei p*ro*p*ter* p*e*cc*a*to suo mori debuisset ·
Secunda r*ati*o est / Quia alij sancti
vltius no*n* paciunt*ur* xpus aut*em* semel
passus e*st* p*ro* n*o*b*is* · Quotidie at*tamen* pati*tur*
a n*o*b*is* / Iuxta illud heb · vj^o^ Rursus
crucifigentes sibimetipsis filiu*m* dei et
ostentui h*abe*ntes / ps Sup*er* dolore vulne-
rum meoru*m* addiderunt / Tercia r*ati*o
est · Quia triumphus passionis xpi
tulisset ad diem resurrectio*n*is eius
vn*de* tunc sit mencio passio*n*is z crucis
z p*er*cussio au*tem* tantum / Triumph*us* autem
passionis sacto*rum* differri no*n* potuit
vsq*ue* ad die*m* resurrectio*n*is corpo*rum* q*ui*a ni-
mis differre / Et ideo ip*s*a die cum gau-
dio celebrat*ur* / Quarta r*ati*o est · quia
hodie fleuit t*er*ra · quando *con*mota est ·
detestans iudeo*rum* malicia*m* z indicans
sua*m* tristicia*m* / hodie fleuit sol · quando
obscuratus est / quasi abijciens a se ve-
stem luminosa*m* z induens nigra*m* in si-
gnu*m* tristicie z meroris / Apoc vj^o^ Sol
factus est tanq*uam* saccus cilicinus / Hodie
fleuit sancte mulieres vn*de* xpus dixit
eis · luc xx^mo^ filie ierl*m* nolite fle*re*
sup*er* me / sed super vos z s*upe*r filios ve-
stros · Nau · ij^o^ Ancille minabantur
gementes vt columbe murmurantes i*n*
cordibus suis / hodie fleuit apl*i*
Mr vlt*imo* Illa vadens s*ancta* maria mag-
dalena · nunciauit hijs qui cu*m* illo
erant lugentib*us* z flentibus / vn*de* cantat*ur*
Tristes erant apl*i* de morte domini sui
Fleuit sp*eci*alit*er* z Petrus · Mt xxvj^o^
Egressus foras fleuit amare · fleuit
virgo b*ea*ta / vn*de* potest dici q*uod* dicit*ur* de
Anna Thob x^o^ fleuit igit*ur* m*ate*r ei*us*
irremediabilib*us* lacrimis z dicebat ·
Heu me fili mi · morte*m* eni*m* filij sui
morte*m* sua*m* p*ro*pria reputabat · fleuit xpc
heb · v^o^ Cum clamore valido z lacrimis
offerens exauditus e*st* p*ro* sua reuerencia
Mt xxvj^o^ Tristis est anima mea

vsq*ue* ad mortem / Xpus en*im* dolebat p*ro*p*ter*
corporis passionem · Dolebat p*ro*p*ter* p*ri*n*-*
cipatus *con*sideracionem · q*uod* i*n* *con*siderabat q*uod*
illa die qua tanta passus e*st* · solu*m* v*nu*m
latronem lucratus est · Dolebat p*ro*pter
compassionem · qua*m* h*ab*ebat de dolore
matris · de dispersio*n*e z infidelitate a-
postolo*rum* / de p*e*cc*a*tis z scandalis mundi
ymo aliquib*us* magis videt*ur* · q*uod* xpus
maiore*m* dolorem sensit ex *con*passione
Tum p*ro*p*ter* magnitudine*m* caritatis / Tu*m*
p*ro*p*ter* *con*gnicionem p*e*cc*at*orum · q*ue* quotidie
videbat i*n* mundo / fleuit a*n*geli iuxta
modum suu*m* · ysa · xxxiij^o^ Et angeli
pacis amare flebunt / Et si possi*bi*le fuiss*et*
deus pater fleuisset · cu*m* videbat fi*lium*
suu*m* carissimu*m* vt latrone*m* vt homici-
dam tractari · Nemo igit*ur* in hac die
gaude*re* det / in qua tot z tales fleuisse
legunt*ur* · Notandu*m* est o*mn*ino · q*uod* hodie
dicit*ur* Q*ui*d quib*us* ab officio alio*rum* die*rum*
multu*m* distat / hodie eni*m* no*n* h*abe*nt p*ri*n-
cipiu*m* Neq*ue* fine*m* · Quia n*on* inchoat*ur*
p*er* deus in adiutoriu*m* Nec t*er*minat*ur* p*er* Bn-
dicam*us* domino / Aliud est q*uod* gl*ori*a patri
subtrahit*ur* / Tercium est q*uod* b*e*n*e*dictio*n*es in
lectionib*us* no*n* dantur · Causa p*ri*m*a* est /
quia recessit a n*o*b*is* · ille · qui e*st* alpha
et o · p*ri*mus z nouissimus · Ca*usa* s*ecun*da est ·
q*ui*a irrogata est hodie mag*na* iniuria
patri · cuius filius est occisus · Magna
iniuria filio · quia fuit sic illusus et
crucifixus · Mag*na* iniuria sp*irit*ui s*an*cto ·
Quia occisus est ille · qui de sp*irit*u s*an*cto
erat *con*ceptus · Ca*usa* t*er*cia est · q*ui*a recessit
a n*o*b*is* verus sacerdos cuius est b*e*n*e*dicti-
ones dare / Notandum est quia missa
hodierna dissimilis e*st* ab alijs / quia
no*n* h*abe*t principiu*m* nec fine*m* nec mediu*m* ·
Non eni*m* h*abe*t introitum q*ui*a xpus a nob*is*
exiuit / z ille qui est in mag*na* tribulacio*n*e
Non indiget b*e*n*e*dictio*n*e · sed pocius com-
passio*n*e · Nec h*abe*t mediu*m* · quia no*n* offert*ur*
sacrificiu*m* · exceo*m*. q*ui*a ho*die* hostia no*n* *con*se-
cratur / Cuius vna r*ati*o est · quia ho*di*e
oblata est vera hostia sin*e* velamento ·
Et io*deo* no*n* d*ebe*t offerri aliqua hostia sub
sacramento / Alia r*ati*o est · q*ui*a corp*us* xpi
q*uo*d ho*di*e flagellis · sputis z irrisionib*us*

fuit affectum. Nono est ut missarum
solempnitatibus careamus. Racio est,
quia hodie sumus sacerdos a nobis recessit
qui illam hostiam consecrare consueuit. Et si
obiciatur quod propter istam causam non de-
ret in sabbato sancto hostia sacrari.
Dicendum quod illa missa spectat ad no-
ctem. in qua xpus a mortuis resur-
rexit, sicut patet in oratione eiusdem mis-
se. Et quia hostia non consecratur ideo
non missa. sed officium. seu ministerium
nominatur. Decimum est officium quod fit
circa crucem, ubi duo sacerdotes crucem
tenentes faciunt in persona christi ad iudeos
tres questiones. Dyaconi autem dicunt
conuersiones et faciunt genuflexiones in
lingwa greca. Chorus autem excusa-
tiones et genuflexiones in lingwa la-
tina. In prima questione xpus ponit be-
neficia que iudeis contulit dicens, quia po-
pulum iudeorum populum suum fecit. Secundum
quod in nullo eum contristauit. Tercium quod
eum de seruitute egypciaca liberauit. Et
ideo querit ut sibi respondeat. quare suum
saluatorem. qui talia eis beneficia con-
tulit in cruce posuit. Lingwa autem
hebraica non videt, licet illas conque-
stiones faciat ad hebreos. et tamen lingwa
hebraica tacet et silet. Ergo quod xpum
non confitetur vel recognoscit. Respondet
autem lingwa greca et latina, quia iste
due lingue xpum recognoscunt. et admi-
rantes tamen videt lingwa greca quam lati-
na quia illa peruenit ad fidem.
Dicit autem lingwa greca. Agyos. o
theos. agyos yschyros. agyos athanatos.
eleyson ymas. Subiungit lingua la-
tina. Sanctus deus. sanctus fortis.
sanctus inmortalis. miserere nobis. Quasi
dicat iste due lingue xpo. Vere do-
mine non debebat te iudei crucifigere.
sed adorare et honorare. quia tu es deus
sanctus, debebat te timere. quia tu es
deus fortis, debebat te amare. quia
licet tu sis inmortalis. fecisti tamen nobis
te similem et mortalem. Nos autem petimus
ut nostri miserearis. In secunda questione
xpus similiter ponit beneficia, dicens

quia quadraginta annis in deserto eos
conseruauit. Secundum, quia manna celesti e-
os pauit. Tercium. quia eos in terram
optimam introduxit et tamen saluatori suo
crucem parauerunt. Tacet autem et non videt
lingwa hebraica. quia xpum non confitetur.
Respondet vero lingwa greca et latina
ut prius. In tercia questione similiter ponit
tria beneficia dicens quia omnia que populus
ille voluit sibi fecit. Secundum quod pro sua
vinea eos plantauit. Tercium, quod specio-
sissima vinea eos fecit et tamen contra omnia
fecit que voluit. ideo acrius penas
ei irrogauit. quia pro vinea sua eos
plantauit. Ideo felle et aceto eum pota-
uerunt, quia speciosissima vinea eos
fecit. diuersis arboribus et plantis eos or-
nauit. Ideo lanceam perforauerunt. Tacet
lingwa hebraica. videt greca et latina
sicut prius. Non solum autem dyaconi et
chorus conuersantur. sed eciam in qualibet
excusacione ter genua flectunt. ter scilicet
honorantes. ter illusum propter nos. Fuit
enim illusus in domo Anne. in domo
herodis. in domo pylati. Septimum
est, quia crucem totaliter nos in terram
prosternimus, ut scilicet ei vicem rependamus
quia ipse propter nos se prostrauit usque
ad terre susceptionem. Philippenses ii. Exinani-
uit semetipsum formam serui accipiens et cetera
usque ad terre habitacionem. Baruch iii. post
hec in terris visus est et cum hominibus
conuersatus est. Usque ad terre commixtionem
Iohannis xxvi. fortis impegit in fortem
et ambo pariter conciderunt, usque ad terre
penetracionem. Ecclesiastici xxiiii. penetrabo in-
feriores partes terre. et inspiciam omnes
dormientes et illuminabo omnes sperantes
in domino. Octauum est. quia hodie crucem
osculamur. Nonum autem quod osculum quidem
est signum amoris. sicut quando mater
filium vel amica se inuicem osculantur. Unde
dicebat Apostolus i Corinthios xvi. Salutate
inuicem in osculo sancto. Unde eciam dicitur i
Regum xx. de Ionatha et dauid. Osculan-
tes alterutrum fleuerunt pariter. Aliquando
est signum reconsiliacionis. sicut quando inimici
ad concordia venientes se inuicem osculantur

Unde cum david reconciliasset sibi filium
suum absalon dicit de eo ij° R° xiiij° Os-
culatus est rex Absalon. Et cum pr
filium prodigum sibi reconciliasset, dr
de eo luc xv° Cecidit sr collum eius
et osculatus est eum. Aliquod est signum
reuerencie et deuocionis, sic qui inferi-
ores osculantur pedes vel manus eporum
vel aliorum superiorum, vnde helyzeus cla-
bat pg helya. d. iij° R° xix° Osculer
oro te patrem meum et matrem mea et
sequar te. Aliquod est signum prodicionis
vnde dicit ij° R° xx° cum Joab tenuit
manu dextra mentum amase. quasi oscu-
lans eum. d. Salue mi frater. et percussit
eum in latere et mortuus est. Secundum hec
quatuor signa. quatuor persone leguntur
fuisse xpm osculate. scilicet virgo beata. que
osculata est xpm in signum amoris vnde
forte sepe dixit ei quod dicitur Can xxviij°
Da michi osculum fili mi. Symeon
qui accipiens xpm in vlnas suas os-
culatus est eum in signum deuocionis
Maria magdalene. que osculata est eum
in signum reconciliacionis. Et judas. qui
osculatus est eum in signum prodicionis
luc xxij° Juda osculo filium hominis tradis.
Unusquisque igitur xpm hodie osculabitur
videat qualiter osculetur. Illi enim qui
habent amorem dei et proximi. osculantur
tamquam maria. quia sponsorum osculum est signum
amoris. Illi qui ad xpi passionem mentalem
compassione afficiuntur. osculantur cum Syme-
one. qui eorum osculum fit in signum
deuocionis. Illi qui fuerunt inimici dei
propter peccatum. et in ista xl.ma sunt deo re-
conciliati per penitentiam et hodie xpm oscu-
lantur. Illi itaque osculantur cum maria
magdalena in signum sancte reconci-
liacionis. Illi vero qui hodie cum xpo
osculantur et in pascha in mensa xpi
epulantur. corpus dominicum manducantes.
et post pascha ad peccatum redeunt.
et xpm de corde suo expellunt. et inimicum
eius i. dyabolum introducunt. Illi in-
quam proditores sunt xpi. et cum juda
eum osculantur. Secundum est. quia hodie
cruces et ymagines discooperiuntur. que
quidem in xl.ma fuerunt velate. Cuius

vna racio est. quia in veteri testamento
omnia erant velata. ij Cor iij° Cum
legitur moyses velamen sr positum est sr
cor eorum. In xpi autem passione et resur-
reccione omnia velamina sunt ablata
et misteria ablata reuelata. In cuius
signum dicitur mt xxvij° Velum tem-
pli scissum est in duas partes. a sum-
mo vsque deorsum. Secunda racio est
quia in presenti vita videmus deum per
velamen et speculum fidei. In beata
autem resurreccione videbimus sine aliquo
velamine aperte. j Cor xiij° videmus
nunc per speculum in enigmate. tunc
autem facie ad faciem. Tercia racio est.
Quia xpus in carne absconderat et
velauerat sua potenciam. sapienciam et
iusticiam. In sua autem passione et resur-
reccione manifestauit sua potenciam
quia ipsum dyabolum potenter debel-
lauit. Suam sapienciam. quia ipsum sa-
pientem decepit. Suam iusticiam. quia
iuste sibi dominium abstulit. quod iniu-
ste in seruitute sua vendicauerat. Quarta
racio est. quia sacra et sensibilia. que
ad tempus subtrahuntur et absconduntur
inflammant desiderium. Cum vero reuelan-
tur augent gaudium. Absconduntur igitur a
nobis ad tempus dilectus noster vt a nobis
amplius desideretur. et in eius visione
amplius iocundetur. Quia igitur pa-
schale tempus. est tempus gaudij. quando y-
magines reuelantur gaudium gau-
dio cumulatur. Quinta racio est quia
crux sit penitencie. Cooperiuntur igitur cru-
ces in quadragesima. ad innuendum
quod penitencia nostra a laude humana est
abscondenda. Discooperiuntur autem in pa-
scene. admonendum. quod penitencia quam fecit
hodie xpus pro nobis in cruce toti mundo
debet esse nota. et manifesta. Decimum
est. quia hodie ecclesia pro omnibus orat.
Cuius racio est. quia xpus hoc fuit
valde pius in parcendo. quando dixit
luc xxiij° Pater dimitte illis quia
nesciunt quid faciunt. Fuit valde liberalis
in largiendo. quia latroni non tantum pe-
pcit. sed eciam regnum celeste largitus
est. Fuit valde largus in redimendo.

quia no gutta · sed totum sanguine
sui pro nra redemptioe dedit ps
Apud dnm mia · et copiosa apd eum
redemptio / Fuit valde viscerosus in
diligendo · quia p foramine lateris pt
cognosci ador cordis / Abstulit xpc a pec-
catore omne occasioem diffidencie
et tioris Ne forte eu diceret / xpus de
peccatoribus se vindicat / Ideo manus
clauatas hre voluit / Ne diceret Et si
se no vindicat · tn pace facere recusat
Ideo caput inclinat osculu porrigit
Ne tn diceret Si pace velit facere
exterius · tn tn et odiu seruat intus
Ideo cor suu reserauit / p quod visce-
sum ardorem ostendit Quia igit xpc
hodie sic fuit pius · libalis · largus ·
et viscerosus / Ideo ecclia eum sequit
Hodie eu est valde pia · in cognoscen-
do · valde libalis in orando · valde
larga in largiendo · et valde viscerosa
in diligendo · Undecimu est · quia
fideles hodie omnes ecclias et altaria
consueuit sctorum visitare · Cuius
pma racio est · Quia xpus hodie
omnes sanctos · qui fuit a principio
mundi vsq tunc puciar visitauit · qu
ad eos in lymbum descendit / Luc j°
Visitauit nos oriens ex alto · Erat
enim sancti patres in quada insula val-
de remota · xpus aut cu naue crucis
ad eos venit · et ipsos ad portum salutis
deduxit · ps Deduxit nos in portu
voluntatis eorum / Secunda racio
est · quia sancti sunt hodie valde li-
berales · et ideo ho sunt visitandi et
rogandi Si enim aliquis de carcere edu-
ceretur · et in imperium sublimaret · illa
diem semp diligeret · et in illa die sep
libalis esset · Debent igit sancti hac
die plurimu esse libales · in qua de
carcere lymbi sunt educti · et in cele-
ste imperium sublimati Tercia racio e
quia illa visitacio est visitacioem dis-
cipulorum et sanctarum mulierum qui crebro se
pulcrum domini visitabat / Duodecimu
est quia hodie mag plus arctum
ieiunium obseruat Cuius pma racio est

vt xpum imitemur · qui arctum ieiuniu
hodie seruat · quia vsq ad nona hodie
nichil comedit nec bibit Et tunc
amarus cibus et potus fuit ei oblatus ·
ps Dederunt in escam mea fel et in si-
ti mea potauerunt me aceto · Secunda racio
est vt xpo compaciamur · qui in tot tri-
bulacionibus et afflictionibus fuit hodie
constitutus · Non enim decet vt seruus sit
in delicijs · quando dominus est in affli-
ctionibus et tormentis / Augustinus / O pellis
morticina quid tendere / O puluis fe-
tida quid inflaris / princeps tuus hu-
milis · et tu superbus · caput humile · et
membru superbum · sub spinoso capite
no decet membra fieri delicata · Tercia
racio est vt xpo conformemur / vt sic
xpc hodie crucifixus est · in carne sua ·
Sic et nos crucifigamur et maceremur in
carne nra Gal v° xpo confixus sum
cruci Rom v° Qui aut sunt xpi carne
sua crucifixerunt cum vicijs et concupiscencijs
Tredecimu est · quia hodie iudei non
audent in publicum procedere · sed debent
hostia et fenestras clausas tenere · Cuius
pma racio est Ne xpianis mocien-
tibus et afflictis illudant aliquatenus
vel insultent Secunda racio / qz non
est probabile vt homicida in publicum · qn
eius homicidium est notorium et manife-
stum / hodie homicidium iudeorum toti
mundo manifestat Et non est probabile vt
ipi publice se manifestaret Tercia
racio vt ipsis iudeis prouideatur / aliqui
enim xpiani de morte domini sui afflicti
possent in eos insurgere · quasi volentes
mortem domini sui vindicare · Deus
aut no vult vt iudei occidantur · sed vt
dispergantur / Iuxta illud ps Deus ostendit mi
super inimicos meos · ne occidas eos
ne qn obliuiscantur populi mei disperge
illos in virtute tua · et Ecclia enim
licet psequatur hereticos · tn no psequitur
iudeos · Cuius vna racio est · quia no
sunt de foro ecclie Et ideo no vult de
eius iudicare j Cor v° Quid enim mi
de hijs qui foris sunt iudicare / heretici at
sacramentum baptismi in ecclia receperunt
Et ideo de foro ecclie sunt · Secunda
racio est / qz omnes iudei in fine mu-

dent quia ad fidem xpi · et tunc erunt valde famelica et audi audire verbum dei unde postea propheta dicit Disperge illos in virtute tua et subiunge · d · Convertentur ad vesperam i · in fine mundi et famem patient ut canes · etc Quia igitur in fine mundi deuenient et nescitur quo tempore vel in qua generatione mundus finiatur Ideo periculum est ne deleat vel occidat Tercia ratio e · quia secundum Augustinum sunt archarii nostri · quia ab ipsis habemus libros prophetarum et vetus testamentum vnde si de medio tollerentur dubitaremus utrum aliquis talis scriptus fuisset · quae sic fuisset vocata · et a quo hominum libri ad nos derivati fuissent Quarta ratio est · quia sunt memoriale dominice passionis Multa enim memorialia passionis dominice ecclesia habere voluit unum est representatio passionis quae hodie fit · Et hoc memoriale debet fieri semel in anno · Secundum est quia seu termini secte fuere et hoc memoriale debet fieri singulis septimanis Tercium est sacrificium hostie ymmolate et hoc memoriale debet fieri singulis diebus Quartum est ymago crucifixi · quam videre possumus singulis diebus et singulis horis Quintum est ipsi iudei quos quocienscumque videmus · totiens passionis dominice recordamur Ideo dictum est per prophetam ne occidas eos neque obliviscantur populi mei

In vigilia pasce sermo primus

## Caro mea requiescet in spe · xpc

qui olim requievit · ab operibus creationis · hodie similiter requievit ab operibus recreationis · et hoc in spe acceleracionis carnis Et ideo dicit Caro mea requiescet in spe · Qui etiam requievit in utero · qui fuit lectus candidus puritate Qui requievit in presepio · qui fuit lectus durus per asperitate Qui requievit in patibulo · qui fuit lectus purpureus per caritate Hodie requievit in tumulo · qui fuit lectus devotissimus pietate Circa istam tamen eius requiem tria sunt videnda Primo ubi requievit Secundo qualiter requievit Tercio cum quo

in tumulo requievit Circa primum notandum est · quod requievit in tumulo · qui quidem non fuit fortuitu inventus · sed a divina dispositione preparatus Fuit enim quasdam conditiones magnum ubi misterium pretendentes Quidem fuit in petra excisus fuit novus · quia nondum in eo quisquam positus fuerat fuit alienus · quia Joseph fuit iusti non Herodis vel Pylati · fuit sigillatus fuit custodibus premunitus fuit colore albo rubeoque permixtus · ut dicitur in hystoria scolastica fuit septem pedibus longus · et tribus palmis altus ut dicit Beda Horum autem rationem et misterium videamus · Primo namque fuit in petra excisus · fuit novus · et hoc triplici de causa Primo propter dubitationem removendam Ne si iudei dicerent · quod discipuli monumentum fregissent et corpus asportassent Istam rationem tangit glossa super illud Matthei xxvii° posuit illum in monumento suo · quod excavat in petra · d · Ne si ex multis lapidibus edificatum esset · suffossis tumuli fundamentis · ablatus fuisse diceretur Secundo propter congruentiam · ut sic congruens responderet contentis Ipse est enim lapis excisus de monte paterne celsitudinis et hic sine manibus quia natus est sine operatione hominis Danielis ii° Abscisus est lapis de monte sine manibus Ysaie liii° Qui abscisus est de terra viventium Tercio propter misterium significationem per hoc enim datur intelligi · quod si aliquis firmus in bono proposito sicut petra · xpc tamen in eius corde non requiescat · nisi proprium sensum et voluntatem excavat · Ecclesiastici xviii° post concupiscencias tuas non eas · et a voluntate tua avertere Secundo fuit novus · primo ne crederetur non ipse sed alius surrexisset Istam rationem tangit Ambrosius in libro de virginibus · d · Sed Matheus monumentum dixit novum Ne ex monumento veteri · alius surrexisse crederetur Secundo propter corporis convenienciam Decuit enim quod in virgine utero non in isto tumulo alius iacuisset Ista rationem tangit innuitur super Iohannem xix° Monumentum novum · in quo nondum quisquam positus fuerat · d · Sicut in utero marie

nemo ante eum · nemo post eum · ita et in hoc monumento. ¶ Tercio ad signandum quod qui corpus xpi vult in se recipere debet esse novum · per innocenciam. j Cor. v. Epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. Aut saltem debet esse renovatus · per assumptam penitenciam. Unde sic dicit j Cor. xj°. Qui manducat indigne iudicium sibi manducat et bibit. ¶ Tercio fuit alienum · primo ut sua paupertatem demonstraret. Qui enim in aliena domo fuit natus · scilicet in diversorio · in aliena conversatus fuit in mundo. Iuxta illud Mt viij Vulpes foveas habent et volucres celi nidos etc. sic in aliena sepultus. ¶ Secundo ad ostendendum quod non debebat detineri a morte. Istam racionem tangit [illegible] in libro de virginibus dicens. Bene enim legitur alienum fuit monumentum, quia sui monumenti domicilium non esse habebant tumulum qui sub lege sunt mortis. Victor mortis suum tumulum non habet. Non enim ille sui sepulcrum mortis desiderabat qui de morte triumphum querebat. Istam eandem racionem assignat Ambrosius in libro sermonum dicens. Ut quid illi sepulcrum · qui triduani spacio temporis · non tam in sepulcro mortuus iacuit · quam veluti in lecto dormiens conquievit. Ipsa enim temporis brevitas declarat pocius sompnum fuisse quam mortem. ¶ Tercio ad ostendendum quod non pro sua sed pro aliena salute moriebatur. Istam racionem tangit idem dicens. Dominus ideo in alieno sepulcro ponitur, quia pro aliena moriebatur salute. Quid illi propria sepultura · qui in se propriam mortem non habebat. ¶ Quarto ad ostendendum quod propria domus sua non erat in terris · sed in celis. Unde subdit Ambrosius ibidem. Ut quid illi tumulus in terris cuius sedes erat in celis. ¶ Quinto voluit quiescere in monumento iusti. Primo ad significandum quod deus moritur in corde peccatoris · sed resurgit in mente iusti. Istam racionem tangit Ambrosius in libro de virginibus dicens. Bene in monumento iusti, quia xpc resurrexit a mortuis in novo affectu iusti. ¶ Secundo ad ostendendum quod xpus non requiescat · nisi in corde iusti. Istam racionem tangit glossa super Luc. dicens. Bene xpus in monumento iusti ut habeat filius ubi reclinet caput · et in iusticie habitatione quiescat. ¶ Tercio ad innuendum quod amplius peccatoribus non debeat commorari. Nam cum fuerit inter duo animalia, quia homines bestiales futuri erant racionales; vixit inter peccatores · mortuus est inter latrones; per suam vitam et passionem malos iustificaturus erat · sed requievit in monumento iusti. Non enim apostolus voluit peccatorum consortia · quia amplius pro ipsis mortuus non erat. Romanos vj° Xpus resurgens ex mortuis iam non moritur. ¶ Quarto ad insinuandum quod licet in hac vita sint mixti boni et mali · post mortem autem sunt boni tamen per se malis ab ipsis penitus separatis. Luc iij° Cuius ventilabrum in manu eius et permundabit aream suam etc. ¶ Quinto fuit lapide magno clausum. Primo ne porcis et canibus · aliis que bestiis preda esset. Mt vij° Nolite sanctum dare canibus neque mittatis margaritas ante porcos. ¶ Secundo ne iudei dicerent · quod discipuli illuc intravissent et corpus asportassent. Unde glossa super id Mt xxvij° Advolvit saxum ad hostium monumenti · dicit ut non posset aperiri sepulcrum sine auxilio multorum. ¶ Tercio ad insinuandum quod os illud quod corpus xpi recipit comunicando vel celebrando · debet esse clausum · quia a verbis noxiis et scurrilibus est restringendum. Ezech. xliiij°. Porta hec clausa erit et non aperietur · et vir non transibit per eam · quoniam dominus deus israel ingressus est per eam. Porta dei id est os sacerdotis · dominus intrat cum celebrat vel comunicat · dominus egreditur cum predicat. Bernardus. Consecrasti os tuum evangelio · illud aperire illicitum est · assuefacere sacrilegium. Sed multi sunt immundi de quibus dicitur Num. xix° Vas quod non habuit operculum vel ligaturam desuper immundum erit. ¶ Saxum igitur magnum ad hostium ponitur · et disciplina taciturnitatis firmiter preponitur. Augustinus. Regula sit nostre taciturnitas in iocunditate · sive hostium

bonus sive malus. utile est multitudi-
ne si bonus est gratiam effundat. Ecci.
pro. Gratie favorem effundet. Si ma-
lus est alios qtibet. Prov. xxvi°. Qui
imponit stulto silentium iras mitigat.
Sexto fuit sigillatus. Primo ne diceretur
discipuli violenter lapidem amovissent
et corpus asportassent. Secundo quia
dominus in sua passione cirographum de
nostra reconciliatione fecerat. Unde corpus
pro pargameno. sanguinem pro attramento.
clavos pro calamo. Et ideo non resta-
bat nisi ut sigillaret. Ysa. viii°. Liga
testimonium. signa legem in discipulis me-
is. Jeremie xxxii°. Scripsi in libro et signavi
et adhibui testes. Tertio ad innuendum quod
per suam passionem ymaginem suam
in cordibus nostris sigillavit et impressit.
ii Cor. i°. Unxit nos deus et sigillavit
nos et dedit pignus spiritus in cordibus
nostris. Ps. Signatum est super nos lumen vultus
tui domine. Septimo fuit a custodibus
premunitus. Primo ne diceretur quod discipuli
accedentes sigillum falsificarent. Et ideo
positi sunt custodes. ut discipulos arce-
rent. Unde dicitur Act. xxv°. Illi autem
abeuntes munierunt sepulcrum. signan-
tes lapidem cum custodibus. Secundo ad in-
nuendum quod ipse est ille qui habet custodes.
per quos omnem mundum custodit. Ysa. lx-
ii°. Super muros tuos ierusalem constitui cu-
stodes tota die et tota nocte non cessa-
bunt. Tertio ad signandum quod ille qui corpus
Christi recipit debet se munire et extrinsecus
custodia sensuum. Nec sit sicut ille de quo
dicitur Prov. xxv°. Sicut urbs patens
et absque murorum ambitu ita et vir
qui non potest cohibere spiritum suum. Et munire
per arma virtutum. Roman. xiii°. Abicia-
mus opera tenebrarum et induamur
arma lucis. Octavo fuit colore al-
bo rubeoque permixtus. Primo ad signandum
quod ibi erat ille de quo dicitur Cant. v°. Di-
lectus meus candidus et rubicundus electus
ex milibus. Candidus propter virgineam castitatem.
Rubicundus propter susceptam mortem. Electus
ex milibus propter dignitatem. que est super omnia
de bonitatibus in scala. Secundo ad innu-
endum quod in iudicio bonis erit lenis. malis
terribilis. Ideo angelus qui eius resur-
rectionem annuntiabat habuit aspectum sicut
fulgur. vestimenta autem eius erant can-
dida sicut nix. In fulgore enim sicut dicit
Greg. terror est. In nive visus le-
nis blandimentum. quia Christus in iudicio
et blandus erit iustis. et terribilis appare-
bit iniustis. Tertio ad signandum quod ille qui
corpus Christi vult recipere debet esse albus
per mundiciam. et rubicundus per caritatem
succensam. Nono fuit septem pedibus
longus et tribus palmis altus. Fuit
quidem septem pedibus longus. ad innuendum
quod per suam mortem quatuor mundi partes
traheret ad fidem sancte trinitatis. Joh.
xii°. Ego si exaltatus fuero omnia traham
ad meipsum. Fuit tribus palmis altus.
ad signandum quod ibi erat repositus ille
de quo dicitur Ysa. xl°. Quis appendit
tribus digitis molem terre. Tres di-
giti sunt eius potentia. sapientia et misericordia.
Secundo videndum est. Qualiter corpus
Christi in monumento iacuerit. Fuit
enim ibi syndone involutum. Mt. xxvii°.
Joseph mercatus est syndonem et deponens
eum involvit in syndone munda. Fuit
etiam cum aloe et aromatibus conditum. Joh.
xix°. Venit autem Nycodemus qui ve-
nerat ad ihesum in nocte primum ferens
mixturam mirre et aloes quasi libras
centum. acceperunt corpus ihesu et liga-
verunt linteis cum aromatibus. Per quod
datur qualiter integre corpus Christi sit accipiendum.
Primo cum multa puritate quod significatur
per syndonem mundam. Unde dicit glossa super
Mt. Syndone munda ihesum involvit
qui pura mente eum suscipit. Hinc
etiam mos ecclesiasticus habet. ut sacrificium
altaris non serico vel tincto panno. sed
puro lineo celebretur. De hac syn-
done dicitur Prov. ult. Syndonem fecit
et vendidit. Hec enim puritas fit et acquiritur
humili oratione. corporis castigatione. et
cordis compunctione. et Christus eam emit ce-
lesti remuneratione. Secundo debet capi cum
multo timore. quod significatur per mirram. que
solet conservare a putredine. sic timor con-
servat a peccati corruptione. Prov. xi°.

In timore domini declinat omnis homo a
malo. Eccl. xxiiij°. Si non in timore
domini tenueris te instanter, cito sub-
uertetur domus tua. Tercio debet recipi cum
multa fide. Et hec significatur per aloes, quod habet
virtutem purgatiuam. Et de fide dicitur Act.
xv°. fide purificans corda eorum.
Quarto debet recipi cum multa deuocione
et hoc significatur per aromata. Ipsa enim
deuoto et deuota oratio multum redo-
lent coram deo. Apoc. viij°. Ascendit
fumus incensorum de orationibus sanctorum de
manu angeli coram deo. Tercio vi-
dendum est, rum quid in tumulo requieuit
Anima rum corpus. Quod quidem corpus erat
multe maiestatis, quia deitati erat
vnitum. Deitas enim et vnita erat corpori
in tumulo, et anime in limbo. Ps. Sur-
ge domine in requiem tuam tu et archa
sanctificationis tue. Archa sanctifica-
tionis erat corpus sanctissimum deitatis
continens. Secundo erat multe pietatis,
quia totum dilaceratum et conscissum ia-
cebat in tumulo. Nam sicut corpore
quo sponsus et virgo conuenerat in
incarnatione, totum fuit conscissum in morte.
Ps. Conscidisti saccum meum et circumdedi-
sti me leticia. Tercio erat multe
puritatis. Non solum enim fuit sine
corruptione conceptum. Non solum ab
omni putredine peccati alienum, sed etiam
ab omni fetore et corruptione exemptum.
Ps. Non dabis sanctum tuum videre cor-
ruptionem. Immo si per mille annos
corpus eius in sepulcro iacuisset, corrum-
pi nunc potuisset. Eo quod inbalsa-
matum erat balsamo deitatis. Quarto
erat multe potestatis, quia infernum ex-
spoliauit. Licet enim corpus eius iaceret
in sepulcro, anima tamen eius diuinitati v-
nita ad limbum descendit, et virtute
passionis sanctos patres inde eduxit.
Zache. ix°. Tu quoque in sanguine testamenti
tui emisisti vinctos tuos de lacu in
quo non erat aqua. Sermo secundus

Venit maria magdalene et altera
maria videre sepulcrum. Mt. vlt.
Iste sancte mulieres multum fuerunt
sollicite sepulcrum domini visitare. Ergo
quanto magis nos sepulcrum christi debemus frequenter
visitare affectu compassionis et deuocionis.
Sepulcrum etiam alia debemus videre, scilicet
celestis corporis, quia talis visio generat in nobis
veram humiliacionem et memoriam mortis.
Notandum autem quod est sepulcrum boni et
mali. Boni triplex, scilicet materiale, spirituale et
celeste. Male duplex, scilicet angelorum prauorum et
corporis eorum. Circa sepulcrum autem materiale
angelorum prauorum notandum est, quod potest ibi fieri
quoddam commendabile, quoddam vituperabile
et quoddam tollerabile. Commendabile est quod
ipsa sepulcra se videant, et ad se homines
in recordacionem sue mortis fragilitatis
et memoria mortis. Vnde mortuum allo-
quitur viuentem dicens: Eccl. xxxviij°. Memor esto
iudicii mei, sic enim erit et tuum. Michi
heri, michi tibi hodie. Hec autem memo-
ria est valde vtilis. Eccl. vij°. Memorare
nouissima tua, et in eternum non peccabis. Se-
cundo Eccl. vij°. Melius est ire ad domum
luctus, quam ad domum conuiuii. Est etiam
ibi quoddam vituperabile, quando scilicet aliquis v-
surarius vel in mortali notorio dece-
dens in loco sacro ponatur, vel sibi sole-
nis sepultura celebratur. Talibus enim pre-
dicatur quod dicitur Ysa. xxij°. Quis tu hic
aut quis hic, qui excidisti tibi sepulcrum,
excidisti in excelsum memoriam diligenter
in petra thabernaculum tibi. Ecce dominus
asportari te faciet, sicut asportatur
gallus gallinacius. Gallus gallinacius
est gallus castratus, qui non scandat nec
cantat, sed sub nutrimentum ad hoc impin-
guatur vt comedatur. Talia vsurarii non
sunt scandi, quia nolunt facere in aliquo
opera de genere bonorum, et diminuunt con-
tinentiam quia vsurarios reprobat, contra celum
quia vsurarius prosequitur et condempnat. Et
pauperes qui paruo soluunt, Non serpens
eos nimis expendunt. Non familiam
quia nimis comedunt. Non autem gallus
gallinacius asportatur, pedes asportatur
quia quando tales sepeliuntur in loco sacro
excidunt, deus pedes ecclesie et in fossa
ta iactari, tales impinguantur, in sepulcro vt
diuicias comedant pedes. Vince tamen
anima deuoues. Est etiam quoddam tol-
lerabile, scilicet quando fiat aliquid sumptuose et so-

lennes sepulture · dummodo non fiat nimis
curiose et superstitiose. Istud enim tollatur
propter consolationem viventium et propter spem
future resurrectionis huius corporis. Habetur
Gen. ult. de yozeph. ubi dicitur quod cum con-
ditus aromatibus repositus est in loculo
egypti / corpus etiam passum est quod corpus
suum in sindone munda involuerunt et a-
romatibus conditum / Quod autem sepultura es-
set nimis curiose · tunc esset reprehen-
sibile / unde dicit glossa super illud Math. ult.
Jozeph involutus est sindonem et hoc
simplicia sepultura domini ambitiosam divi-
tum condemnat · qui nec in tumulis pos-
sunt carere divitiis. Est etiam sepulcrum quod
cristi quidem crostarum (?) mulieres affe-
ctu devotionis sepe visitare debemus.
Secundo autem quod sepulcrum corporis de causa
visitari convenit. Aliqui ad plorandum
ut dictum est de magdalena. Joh. xx.
Vadit ad monumentum ut ploret ibi.
Aliqui ad inungendum · sicut antiquitus
erat consuetudo ut mortuorum corpora in-
ungerent / ut a putredine servarent. Ali-
qui ad sepeliendum · sicut amici defun-
cti ipsum adsociant · ut honorifice sepultu-
re tradent. Aliqui ad honorandum / sicut
sepultura sanctorum martirum et aliorum sanctorum
visitamus · ut eis honorem et reverentiam
impendamus / His quatuor de causis se-
pulcrum cristi visitare debemus / Primo
ut ploremus affectu compassionis · et corpus
cristi proximum · et corpus cristi misticum. Corpus
enim cristi proximum plorare debemus · exemplo illius
de qua dicitur Joh. xx° Maria stabat
ad monumentum foris plorans · Debet
enim fidelis anima plorare cristum mor-
tuum · sicut flet mulier virum suum
defunctum Joel. j° plange quasi virgo
accincta sacco · super virum pubertatis tue ·
Et ponit propheta ea que in muliere ag-
gravant dolorem. Magis enim dolet mu-
lier de amissione illius viri quem acce-
pit in virginitate · quam illius quem acce-
pit in viduitate / magis de amissione
illius · quem habuit in sua pubertate quam
illius quem habuit in senectute. Ipse etiam
lugubris habitus provocat ad maiorem do-

lorem. Ad istum fletum inducit nos
Ecclesia hodie dicens · Jerusalem luge et
exue te vestibus iocunditatis / indue
cinere et cilicio · quia in te est occisus
salvator Israel. Debemus etiam flere
corpus cristi misticum · quod moritur aut
morte culpe · aut penalis miserie. Illi
enim qui mortui sunt morte culpe plo-
randi sunt Eccli. xxij° Super mortuum
plora · defecit enim lux eius · et super
fatuum plora · defecit enim sensus. Et in-
fra. Luctus mortui septem dies · fa-
tui autem et impii omnes dies vite
illorum. Ubi quibus verbis innuitur quod
tres sunt plorandi · scilicet mortuus fatuus /
et impius / sed differenter. Mortuus enim
plorandus est sed parvo tempore.
Fatuus autem plorandus est omni tempore vite
sue. Impius autem plorandus est et in tota
vita sua · et etiam post vitam suam / Contra
illos autem · qui non habent fletum dicit
Bernhardus. Omnino nec in te viscera com-
passionis · qui plagis corporis · a quo
recessit anima · et non plagis anime
a qua recessit deus. / Plorandum est
etiam corpus cristi misticum quod moritur
morte penalis miserie / persecutionis
illate · que sunt quoddam genus mortis
Eccli. xxx° Melior est mors · quam vi-
ta amara / legitur Joh. xix° Quod unus
militum lancea corpus christi aperuit et con-
tinuo exivit sanguis et aqua. Ita sepe
multi tyranni lancea persecutionis misticum
corpus cristi confodiunt / et inde exire fa-
ciunt sanguinem pecuniarum · quia sepe eos ad
desperationem compellunt · et aquam lacri-
marum · quia eos ad fletum inducunt
dum bona sua ab eis auferunt et hoc est
quoddam genus homicidii Eccli. xxx-
iiij° panis egentium vita pauperis est
qui defraudat illum · homo sanguinis est
qui aufert in sudore panem · quasi qui
occidit proximum suum. Debemus etiam
visitare sepulcrum cristi ad ungendum · exemplo
sanctarum mulierum / de quibus dicitur Mar. ult.
ut venientes ungerent Jhesum. Distin-
guit autem Beda triplex unguentum dicens ·
Bonum est unguentum contritionis · quod fit de
recordatione peccatorum / Melius est unguentum

deuotionis. quod fit ex recordatione beneficiorum dei / Denique ungat unctio pietatis Tunc etiam xpi pedes cum Magdalena inungimus / quando de peccatis nostris dolemus. et lacrimas fundimus / et hec unguentum contricionis Tunc eius capitem cum Magdalena ungimus. quando de eius beneficiis sibi gratias exhibemus. Et istud est unguentum deuotionis Tunc eius corpus cum sanctis mulieribus ungimus. quando afflictos et desolatos compassionis et consolationis oleo delinimus / et istud est unguentum pietatis Denique etiam visitare sepulcrum xpi. vt cum eo sepeliamur per imitacionem. vt eius amore etiam nos mundo sepultos reputemus. Unde ad Ro. vj° Consepulti enim sumus cum illo etc. Si enim volumus habere gloriam resurrectionis oportet nos habere imitacionem mortis Ro. vj° Si complantati sumus similitudini mortis eius simul et resurrectionis erimus xpus namque per tres gradus descendit quia natus est mortuus est et sepultus est. et per tres gradus ascendit. quia resurrexit. ad celum ascendit / et ad patris dexteram sedet / Si ergo volumus cum xpo ascendere. debemus cum xpo descendere Renascamur ergo quantum ad deum. Moriamur quantum ad mundum sepeliamus in nobis omnem carnis illecebram / vt sic tandem in gloria resurgamus / ad celos ascendamus. cum ipso gesta Roman vij° Si filii et heredes. heredes quidem dei. coheredes autem xpi Si tamen compatimur. ut et conglorificemur Denique etiam visitare sepulcrum xpi. vt ipsum honoremus / honoramus autem ipsum per honestam conuersationem Math. v°. videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. per diuinam laudis glorificacionem et carnis mortificationem j Cor. vj° Glorificate et portate deum in corpore vestro / Spirituale autem sepulcrum xpi. est ipsa religio Corpus enim xpi mysticum mortuum mundo. absconditur in claustro tamquam in sepulcro Debet enim religiosus esse similis mortuo. quantum ad tria. quantum ad sensum. quantum ad sensum. quantum ad motum et quantum ad domicilium. Sic enim mortuus de vestibus non curat / sic non religiosus curare debet Aug. De preciosa veste erubescit habitus etiam religiosi. est etiam quoddam sudarium et aliud desicii. cum quo etiam sepelitur Assimilari etiam debet religiosus. mortuo. quantum ad censum. Sic enim mortuus nichil habet. sed in morte transeunt omnia bona eius ad alios. sic religiosus nichil debet retinere. sed omnia in commune diuidere. vt dicat illud Job j° Nudus egressus sum de utero matris mee. et nudus reuertar illuc / Homo nudus est in ingressu. et egressu. / vestitus autem in progressu / Aliquid tamen plus debet esse in religioso. quia debet esse nudus in ingressu. ut nichil sibi retineat Etiam egressu id est in morte vt nichil possit relinquat Et in progressu. id est in vita vt nichil possideat Monachus enim qui habet obulum. non valet obulum. Debet esse similis mortuo quilibet religiosus. quantum ad sensum / Quia sicut mortuus perdat sensum. sic religiosus debet esse mortuus quantum ad delectaciones quas ad sensum carnis pertinet. vt possit dici de eo. quod dicitur iiij° Reg iiij° Non erat ei vox neque sensus Ille non habet vocem. qui temptacionibus dyaboli non tradunt consentiendo Illi non habent sensum. qui carnalibus delectacionibus non afficiuntur in eis delectando Debet esse religiosus similis mortuo quantum ad motum / Mortuus enim non mouetur motu proprio. sed alieno. nec alium moueri gaudet / Quia vero religiosus non debet dum motu proprie voluntatis. sed ad imperium sui rectoris nec conducere se de loco ad locum transferre sed in omnibus obedire vt dicat illud ysa. l. Dominus deus aperuit michi aurem. ego autem non contradico. retrorsum non abij Vere enim obediens debet habere aures apertas. id est ad obediendum paratas, nec debet contradicere id est de obedientiis disputare nec debet retrorsum abire id est aquas obediencias subterfugere Assimilari etiam debet religiosus mortuo quantum ad do-

inclusus, sic enim mortuus clauditur in sepulchro, sic religiosus debet esse clausus in claustro. Unde quando virgines conspiciunt eos perunt et exclamant ad suos, quod debent reputare iam se esse sepultas. Et sicut mortuus nunquam de monumento egreditur nisi ad iussionem dei qui suscitat. Egreditur mortuus venire ad iudicium. Sic nec religiosus debet exire claustrum sine iussione sui prelati. Quia igitur religiosi sic sunt mortui et iam in sepulchro absconditi, ideo dicit apostolus Col. iii°: Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Debet tamen esse mors eorum similis morti Christi iuxta illud Roman. vi°: Si complantati facti sumus similitudini mortis Christi, simul et vivemus eius. In morte enim Christi anima fuit a carne separata, tamen anima et caro deitati fuerunt unita. Sic in vero religioso anima debet esse separata a carne, ut non consentiat sibi in aliquo actu carnali. Anima tamen et caro deo debet esse unita, anima per devotionem caro per incorruptionem iuxta illud ps.: Cor meum et caro mea exultaverunt in deum vivum. Secundo autem quod istud sepulchrum spirituale scilicet religionis figuratum est per sepulchrum Helyzei, de quo legitur iiii° Reg. ultimo quod quidam portantes cadaver defuncti timore latrunculorum proiecerunt cadaver in sepulchro Helyzei, quod dum tetigit ossa Helyzei revixit homo et stetit super pedes suos. Ex quo nobis quinque insinuantur. Primo quam religionem quis debet intrare, quia scilicet illam in qua habitantes salutem suam querunt. Et hoc est intrare sepulchrum Helyzei qui interpretatur dei mei salus. Secundo quare intrare debet intrare quia timore latrunculorum infernalium. De quibus dicit Ysaie vi°: Fur ingressus est spolians latrunculus foris. Dyabolus enim spoliat intus auferendo virtutem et gratiam. Et spoliat foris corrumpendo famam. Tercio qualiter ibi se debet habere. Quia non debet adherere carni id est mollibus et dissolutis, sed ossibus id est firmis et perfectis, quia ob rigorem religionis inflexibiles sunt exterius dum interius medulla pleni per devotionis gratiam. Qui enim talibus adherent, si erant mortui

efficiuntur vivi de morte culpe resurgentes ad vitam gratie. Religio igitur ubi sunt talia ossa semper durant alios vivificat. Que vero sunt dissoluti et molles, durare non possunt et alios occidunt et molliores faciunt. Quarto qualiter terrena diligere, quia in modico tantum debet tangere, quod notatur per hoc quod dicitur: Et stetit super pedes suos. Non enim debet [ter]renis inherere, sed super pedes stare scilicet quia non debet diligere terrena ad voluptatem, sed ad necessitatem, i Thi. vi°: Habentes alimenta et quibus tegamur his contenti simus. Quinto qualiter debet intrare, quia scilicet mortuus mundo, quia nisi sint mortui mundo, non possunt vivificari deo. i Cor. xv°: Insipiens tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Inveniuntur tamen multi qui in hoc sepulchro sepeliuntur vivi. Narratur enim de quodam aliquo homo vivus sepelitur. Aliqui per concupiscentiam, qui scilicet credit esse mortuus et est vivus. Aliqui ex malicia, sic aliqui aliquos vivos sepeliunt ut eorum bona possideant. Aliqui ex iusticia sicut quosdam aliqui propter culpam suam suffodiunt. Aliqui ex consuetudine aliqua. Sic narrat Ieronimus contra Iovinianum quod Indie barbari plures habent uxores, et illa quam amplius vir dilexit viva cum viro mortuo crematur vel sepelitur. Sic etiam in sepulchro religionis quidam ingrediuntur fingentes se mortuos mundo et tamen sunt vivi. Sicut vulpes que mortua se simulat ut pullos rapiat. Sic tales mortuos se fingunt ut rapiant et bene pascantur vel honores aliquos assequantur. Aliqui vero hoc accidit ex cupiditate rapientium qui faciunt tales reclaupari ut eorum bona possideant. Aliqui vero introducunt aliqui ex parentibus suis ut ibi penam agant vel inviti a parentibus includuntur. Talibus sepe religio est tormentum et sunt mortui deo et vivi mundo. Tales sunt sicut lignea vel lapidea ymago que est corpus sine spiritu que videtur esse homo et tamen non est. Quia tales solum sunt corpore in religione et videntur esse religiosi et tamen non sunt. Aliqui vero in hoc sepulchro religionis sunt vivi mundo, quia dicunt tales consuetudine ab antiquis servatam

vt sic viuat &c. sed h'eant no intelli-
gentes. q' talis consuetudo est potius
anime corruptela. & talis vsus abusus
est dicendus. Celeste sepulcrum e
celestis requies. de quo dicitur Job v°
Ingredieris in habundancia sepulcrum
sicut infertur aceruus tritici in tempore
suo. Tempus inferendi tritici in hor-
reum est tempus messium. Messis autem
est consummacio seculi. In pnti vita deus
de tritico suo dat pugillum. In bea-
ta autem vita tribuet anime sanctorum
dat manipulum .i. stola anime. sed
in consummacione seculi. cum corpora resur-
rexerint dabit aceruum. Aceruus enim efficitur
ex duplici manipulis. qr tunc sancti
habebunt felicitatem anime & immortali-
tatem corporis. De hoc sepulcro cele-
sti habetur luc. xvi°. vbi dicitur. Mortuus
mortuus est diues. & sepultus in in-
ferno. addit. Eleuans autem oculos suos
vidit Abraham alonge. & lazarum
in sinu eius &c. Ex quibus verbis colli-
gitur. sepulcrum celeste sanctorum. habet
perfectam requiem. per hoc quod dicitur In si-
nu eius. hec plena consolacio. per hoc quod dicitur
Nunc autem hic consolatur. hec omnium bonorum
affluencia. Vnde de tanta affluencia diues
petebat guttam sive guttam. hec eciam
eius permanenciam. quia nec sancti possunt
cadere. nec dampnati insurgere. Ideo
dicit. Inter nos & vos chaos magnum
firmatum est. vt hii qui &c. Secundum
sepulcrum e malum. & istud e triplex
scilicet venter gulosi. os detractoris. et
maledici. & puteus inferni. Venter
quidem gulosi sepulcrum dicitur. quia
multi boli ibi sepeliuntur. Vnde dicitur
Num. xi°. Vocatum est nomen illius lo-
ci sepulcra concupiscencie. Et bene dicitur sepulcra
in plurali. quia omnia in ventre gulosi sepe-
liuntur volatilia. natatilia. & quadrupe-
dalia. Vnde dicit Bernardus. Gulosus con-
spoliat aerem auibus. mare piscibus.
terram bestiis. nec aduertit miser. quod
hoc peccatum Adam de paradiso eiecit.
Noe per hoc semotum denudauit. loth
incestum commisit. Et quid dicitur. hoc
peccatum sodomitas occidit. iudeos inter-

fecit. Johannem baptistam decollauit. filium
destruxit. Secundum sepulcrum malum e
os detractoris & maledici. De quo dicitur
in ps°. Sepulcrum patens est guttur
eorum linguis suis dolose agebant
venenum aspidum sub labiis eorum. Ideo
enim os habet fetidum detrahendo.
Et ideo dicit Sepulcrum. Os apertum
nichil celando. Et ideo dicit patens.
Os dolosum decipiendo. Et ideo dicitur
linguis suis dolose agebant. Os acre
maledicendo. & venenata discordiam
seminando. Ideo dicit. Venenum aspidum
sub labiis eorum. Tercium sepulcrum
malum e infernus. De quo dicitur luc.
xvi°. Mortuus est & in inferno sepultus.
Ibi autem habent sepulcra sua. luxuriosi
auari. & superbi. De quibus dicitur Ezech.
xxxii°. Ibi assur & omnis multitudo eius.
in circuitu illius sepulcra eius omnes inter-
fecti. & qui ceciderunt gladio quorum
data sunt sepulcra & in nouissimis lacubus.
Ibi Mosech & Tubal & omnis multitudo eius.
qui descenderunt ad infernum cum armis suis.
Ibi Elam & omnis multitudo eius. per gyrum
sepulcri sui. qui descenderunt in terram
vltimam. Cum enim sint quidam demones
scilicet auarorum. quidam scilicet luxuriosorum. quidam
scilicet superborum. Demones qui sunt super
istos. habent ibi sepulcra sua. & in circuitu
habent sepulcra omnes luxuriosi. Similiter
auari & superbi. & hoc est quod dicit. Ibi
assur & omnis multitudo eius. in circuitu
illius sepulcra illius &c. Assur interpre-
tatur dirigens vel beatus. & significat demonem. qui
e super diuites auaros. qui iudicat se be-
atos. qui demon mammona vocatur
vt habetur Math. vi°. Iste habet sepulcrum suum
in inferno. & in circuitu eius sepulcra
omnium auarorum. Mosech interpretatur
captiua. Tubal deductus. & significat demonem.
qui est super luxuriosos. qui capiuntur a
dyabolo. & deseruntur a deo. Qui demon
Asmodeus appellatur vt habetur Thob. iii°.
Iste demon habet sepulcrum suum. & in circui-
tu eius sepulcra omnium luxuriosorum. Elam
interpretatur sublimitas. & significat demonem
qui est super superbos. quia super voluit aliis
eminere. & iste demon appellatur lucifer

vt habetur Ysa. xiiii°. Iste similis factus sum se-
pultus sum in inferno. et in tenebris sicut
sunt sepulti omnes sedibus. Dominica 3ª

Memento vt diem sabbati sancti-
fices. Exo. xx°. Quamvis o-
mni tempore sancti esse debeamus tamen ho-
die precipue sabbatum sanctificare debemus.
Quod quidem tunc sanctificamus quando in nobis
sanctitatem habemus. Istud habet autem sancti-
tas hodie habendum debet nos inducere nostra
necessitas. huius diei dignitas sive sancti-
tas. et ecclesie auctoritas. Necessitas quidem
nostra est. quia cum corpus cristi tangere
debemus. Dignitas autem et sanctitas huius diei
attenditur ex eo. quod in hac die sabbati deus
requievit ab omni opere patrato. Christus
requievit in monumento. In vigilia
requievit tota fides ecclesie. sancte mu-
lieres requieverunt et fleverunt ab omni cor-
porali opere. Vnde dicitur luc. xxiii°. Sabba-
to quidem siluerunt secundum mandatum. Nos ergo
gestamus in mundo vt sabbatum spirituale
id est quietem mentis habeamus. Ioh. xvi°.
In mundo pressuram habebitis in me autem
pacem. Quiescamus cum cristo in monumento
vt semper sue mortis memoriam teneamus.
Cant. i°. Fasciculus mirre dilectus meus mi-
chi inter vbera mea commorabitur. Quiescat
in nobis fides cum virgine vt eam fidem
in nobis operibus contigwamus. Iac. ii°. Fides
sine operibus mortua est. Quiescamus cum
sanctis mulieribus vt ab operibus servilibus id est
peccatis mortalibus nos caveamus. Ier. xvii°.
Custodite animas vestras et nolite por-
tare pondera id est peccata mortalia in die sab-
bati. Auctoritas ecclesie attenditur circa
multa misteria que hodie instituit obser-
vanda. que istum diem reddunt sanctum.
celebrem et solempnem. Que quidem misteria
maxime consistunt aut circa baptismi sa-
cramentum. aut circa cerei consecracionem. aut
circa misse officium. Baptismus enim licet
omni tempore dari possit. hodie tamen preci-
pue ab ecclesia solempniter celebratur. Circa
quod quinque videnda sunt. Primo quare in
aqua potius quam in alio elemento datur.
Secundo quare potius in hac die quam in alio
solempniter exhibetur. Tercio quare baptisandus
inungitur. Quarto quare ter in aquam mergitur.

Quinto. quare albis induitur. candela ei
datur. ad altare defertur. Circa primum
notandum quod in aquam datur. Notandum est quod homo
erat inflammatus igne concupiscencie. sterilis
a bono opere. et sordidus per immundiciam
culpe. Aqua autem habet virtutem refrige-
rativam. fecundativam et mundificativam.
Ideo baptismus in aqua datur. ad insinu-
andum quod per baptismum ab igne concupiscencie
refrigeratur. in bono opere fecundatur.
et ab omni peccati sorde abluitur. Circa
secundum. quare scilicet hac die potius quam alia
solempniter celebretur. Notandum quod hic sit
triplex de causa. Prima est quia baptismus
virtutem suam accepit primum a morte cristi
scilicet peccati mundacionem. partim a resurrectione cristi
scilicet gracie et vite renovacionem. Ad pas-
sionem enim cristi spectat peccatorum remissio.
ad resurrectionem vite innovacio. Vnde ro-
mano iiii°. Traditus est propter delicta no-
stra. et resurrexit propter iustificacionem
nostram. Convenienter igitur baptismus
datur in die illa. que est media inter
diem passionis et diem resurrectionis. quia sapit
naturam vtriusque scilicet communi secundum passionem
propter peccati mundacionem. et resurrectionis propter vite in-
novacionem. Istam racionem videtur tan-
gere apostolus ro. vi°. Consepulti
enim sumus cum illo per baptismum in mortem
id est a peccatis mortalibus circa peccatorum remissionem
vt quomodo cristus resurrexit a mortuis.
ita et nos in novitate vite ambulemus
circa vite innovacionem. Secunda racio
est. quia baptismus tenet figuram se-
pulture cristi. Sicut enim cristus tribus diebus
fuit occultatus in terra. sic baptisatus
occultatur in aqua. Conveniens igitur fuit.
vt in die sepulture baptismus celebretur.
Hac racionem tangit glossa super id ro. vi°.
Quicumque baptisati sumus id est in similitu-
dine mortis cristi. vt sicut cristus semel
mortuus est carne. et semper vivit. ita
et nos semel mortui malo per baptismum
semper vivamus deo. Tercia vero ra-
cio. quia sicut egiptii fuerunt in mari rubro
submersi et ibi sepulti. et filii israel liberati.
Sic in aquis baptismi omnia peccata se-
peliuntur et fideles liberantur. Conveniens
igitur fuit. vt baptismus traderetur in die
sepulture cristi. in qua omnia peccata sepeliuntur.

Hac ronem vi[z] innuere Apl[u]s Cor[inthios]
x[o]. d. Patres nostri omnes sub nu-
be fuit et omnes mare transierunt et
omnes in moyse baptisati sunt in
nube et mari. Glo[sa]. Baptisati quia
gerebant formam mi[sterii] sacramenti moy-
ses xpm nubes spm sanctum mare
baptismum sign[ificat]. Terciu[m] tan[gitur] quare sic
baptisati innunguntur. Respondeo est quia
olim ungebant[ur] pugiles prophete sa-
cerdotes et reges. Ad sensum quia xpiani de-
bent esse pugiles contra dyabolum fortiter
preliando. De quibus fortibus pugilibus
dicitur Heb. xi[o] fortes facti sunt in
bello. Debent esse prophete futura mala
precauendo. Prou. iiii[o]. Oculi tui recta
videant et palpebre tue precedant
gressus tuos. Debent esse sacerdotes
deo suo corpora offerendo. Roman. xii[o]. Ex-
hibeatis corpora vestra hostiam sanctam
deo placentem. Debent esse reges animum
suum sapienter regendo. Prou. xvii[o]. Me-
lior est paciens viro forti et qui dominatur
animo suo expugnatore urbium. Ter-
cium scilicet quare sit trina immersio.
Respondeo est quia hoc fit primo propter mortis
xpi prefigurationem. Hanc racionem assignat
Dyonisius in Ecclesiastica yerarchia. Cum
salus baptismus det fieri tribus immersionibus
et releuationibus ad sensum. Quia tribus di-
ebus et tribus noctibus xpus iacuit in se-
pulcro. Secundo propter fidei trinitatis
expressionem ut scilicet per hoc ostendatur quod baptismus
datur in fide trinitatis et quod ibi tota trinitas
operatur. Unde dicitur Mat. ult. In nomine
patris et filii et spiritus sancti. Hanc racionem
assignat Clis. d. Ideo fit trina immer-
sio in baptismo ut distinctio quod verbum
patris et filii et spiritus sancti omnia ibi im-
plet. Tercio propter triplicis peccati remissionem
ut scilicet ex hoc detur intelligi quod ibi
remittitur peccatum originale veniale et
mortale vel peccatum cogitacionis locucionis
et operis. Unde dicit Ambrosius. Cum baptismus
non requirit gemitum neque planctum
cotidiane sed omnia gratis condonat. Non
enim requirit gemitum neque planctum co-
tidianum sed maiorem. Tales enim fletus

accendere qui sunt geniti de baptismo suscipere
Uita quarti. Quare scilicet baptisatum albis
induitur, candela sibi datur, ad altare de-
fertur. Respondeo quia homo peccatum clausit
sibi ianuam paradisi, amisit filiacionem
dei et perdidit graciam spiritus sancti. Per baptis-
mum dei filiacionem homo recipit, celestis
ianua aperitur et gracia sancti spiritus infun-
ditur. Propter ista tria fienda in baptisma-
te xpi celum apertum fuit. Vox hic
est filius meus dilectus de celo descendit
et spiritus sanctus in specie columbe apparuit. Ideo
baptisatum ad altare defertur admonendum
quia templo celesti est restitutum. Ideo
albis induitur admonendum quod in dei fi-
liacione est assumptus per mundiciam cum
homo tamquam filius deo mereretur assistere.
Iuxta id Mat. v[o]. Beati mundo corde quoniam
ipsi deum videbunt. Ideo candela tenetur
ad innuendum quod gracia spiritus sancti sibi datur.
Secundo fuit eciam quedam misteria cathe-
cumenorum consecrandum cereum quem sanctificat
et benedicit. Benedictum autem incendit. De
ipso accenso cetera luminaria accenduntur
cuique foraminibus cerei quinque grana in-
cense imprimuntur et cereus tota illa die ra-
diat et illuminat. Cereus iste xpm signat
in quo fuit cera id est caro incorrupta
liciniis candidum id est anima purissima
et flamma veritatis luminosa. Iste cereus
fuit sanctificatus a patre suo Ioh. x[o].
Quem pater sanctificauit et misit in mundum.
A se ipso Ioh. xvii. Ego pro eis sanctifico
meipsum. A spiritu sancto unde postquam angelus
dixit beate virgini Spiritus sanctus superueniet
in te et virtus etc. Statim addidit Ideoque
et quod nascetur ex te sanctum etc. Iste cereus
fuit accensus triplici igne. Igne scilicet deita-
tis. De quo igne dicitur Heb. xii[o]. Deus noster
ignis consumens est. Isto igne fuit accen-
sus Phil. ii[o]. Non rapinam arbitratus est
esse se equalem deo etc. Fuit accensus
igne caritatis Ioh. xv[o]. Maiorem hac
dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis
suis. Fuit accensus lumine sapiencie et
veritatis Ioh. i[o]. Erat lux vera que illuminat
omnem hominem venientem in hunc mundum.
Col. ii[o]. In quo sunt omnes thesauri sapie-

z sacrae dei absconditi. De hac tpa
accesioe dicit Joh xiiii° Ego sum via
xpe caritatem De qua via dicit j Cor
xii° Adhuc excellenciorem viam vob
demonstro Veritas xpe sapie claritatem
Et via xpe deitatem Isti tpa
igne quo erat accensum totu mundum
inflammavit z accendit Mundus enim
accensus erat triplici malo igne s. sup
bie. avaricie z luxurie j Joh v° Totus
mundus in maligno i. in malo igne
positus est Istum triplicem malu igne
extinxit z mundum inflammavit Igne ca
ritatis reducendo ad fidem Joh xii° Am
bulate dum lucem habetis ut nos tenebre
vos comprehendat. Nunc princeps mundi ei
cietur foras Igne caritatis inflamando
ad amorem Luc xii° Ignem veni mit
tere in terram z quid volo nisi ut accendatur
lumine veritatis infundendo animas sapiencie
z cognicionem Joh ix° Quamdiu i mundo su
lux sum mundi In isto cereo fuit quinque
foramina i. quinque volnera in quibus
ponunt quinque grana incensi q significant
quinque odores qui de ipsis vulneribus
emanaverunt Primus ascendit in celum
z patrem nobis reconciliavit Ephe v° Tra
didit semetipsum pro nobis hostiam deo i
odorem suavitatis Secundus diffusus e
p totu mundum z omnes devotos replet
Can j° Trahe me post te z cet i od vn
t. Tercius descendit in lymbum z san
ctos patres inde eduxit Zache ix° Tu
quoque in sanguine testamenti tui emisisti
vinctos de lacu in quo non erat aqua
Quartus descendit in infernum z de
mones expoliavit Col ij° Expolians
principes z potestates traduxit confidenter
palam triumphans illos in semetipso
Quintus sursum in celum ascendit z ce
lestem ianuam reseravit Heb ix° P
proprium sanguinem introivit semel i sancta
Vel illa grana incensi sunt orationes sa
ctorum q redolent coram deo Juxta
id Ps Dirigatur oratio mea sicut incensum in
conspectu tuo et Ponuntur aut in modum crucis
quia orationes nostre virtutem habent a san
guine passionis Vel sm quosdam illa
grana incensi sunt aromata q mulieres

emerunt ut ihesum ungerent Unde dicitur
in benedictione cerei Ad sapere sancte
pater sacrificium vespertinum Quia illa
aromata in vespere sabbati sunt empta
Iste cereus sic accensus tota illa die et
nocte lucet z radiat z aliis diebus
similiter accenditur z inflammatur Ad si
gnificandum q ille est qui filios Israel
de egipto in columna illuminavit productis
Unde cantatur in benedictione Hec nox est
qua primum patres nostros filios Israel e
ductos de egipto rubrum mare sicco
vestigio transire fecisti Illa enim colum
pna secundum quosdam tantum una erat q
in nocte videbatur columna ignis in die
columna nubis q xpm signat qui tamquam
nubes refrigerat ab estu concupiscencie et
tamquam ignis illuminat contra tenebras
ignorancie Lucet etiam ad significandum
q ille est qui peccatorum tenebras
effugavit Unde etiam cantatur Hec nox
est que peccatorum tenebras columne
illuminatione purgavit Lucet etiam
ad significandum q sanctis patribus qui erant
in lymbo in tenebris ob divine visionis
carenciam lumen infudit Unde dicitur
Ysa ix° Habitantibus in regione um
bre mortis lux orta est eis Lucet
etiam ad significandum q ille est qui tenebras
ignorancie z peccatorum expulit et
lumine fidei z sanctitatis infudit Unde
cantatur Hec nox est que hodie p uni
versum mundum in xpm credentes
a viciis seculi segregatos z caligine
peccatorum reddit gracie sociatque sancti
tati Iste aut cereus usque ad diem
ascensionis in ecclesia remanet z tunc
inde elevatur ad significandum illud qd dicitur
Act j° videntibus illis elevatus est et
nubes suscepit eum ab oculis eorum
Istum aut cereum quidam reservant inte
grum z incorruptum usque ad illud
sequens sabbatum factum ad significandum
illud qd dicit Apostolus Ro vi° Xpus
resurgens ex mortuis iam non moritur
mors illi ultra non dominabitur Plerumque
aut de ipsa cera fiunt agni cum oleo be
nedicto infuso z populo dantur ad significandum
id qd dicitur Joh j° Ecce agnus dei ecce

qui tollit pcta mundi. Et i^d qd dicit^r
in ps^o vivit te deus dex tuus oleo
leticie p consortib^us tuis. Ratio vero
cerca psalo distribuit/ vt sup^er primas
porta. domus fidelium fumiget. ad
sign^um illud qd dicit^r Thob vj^o fumus
eius extricat omne genus demo-
niorum sive a viro sive a muliere. Stu-
bi aut de ipa teun fluit cruces et af-
figunt^r foribus civitatum. et in postib^us
et supliminarib^us domorum. ad signum
illud. Exo. xij^o Sumet de sanguine
agni et ponet sup^er vtrumque postem
et in supliminarib^us domorum. Et infra
Cumque viderit sanguinem in supliminari
et in vtroque poste. transcendet hostium
domus et non sinet percussorem ingredi
domos vestras et ledere. Item sunt
quedam misteria circa officium misse
In hac enim missa introitus non cantat^r
quia ille nondum redierat p quem
intramus ad vitam. Nec ad eum lux
defert^r/ quia discipuli et sancte mulieres
adhuc erant in tenebris infidelitatis.
Nec offertorium dicit^r/ quia xpus se p
nobis immolavit. et inter nos idem se
medium quem fecit. Nec agnus dei dicit^r
quia xpus p nobis se verus obtulit agnus.
Pax aut dicit^r/ sed non dat^r. quia pax
fuit inchoata p passionem. sed nondum
fuit data et consummata p resurrectionem.
Vel pt dici qm in hac missa. ecclia
quandam silet in principio sc introitum
Quedam in medio sc offertorium. Quedam
in fine. sicut Agnus dei. In xpo quidem
fuit quoddam principium sc eius divinitas.
Ultima finis sc caro humana. que in
xpo est extrema sua. Media medium
sc anima. qua mediante fuit divi-
nitas carni unita. Silet igitur ecclia
queda in principio/ quia siluit divi-
nitas xpi in patibulo/ eo quod scilicet
quod ipsum non liberavit sed tot tribula-
tionibus exposuit. Silet quandam in
medio. quia hodie siluit anima eius
in limbo. Silet quedam in fine.
quia siluit eius caro in sepulcro.

In die Resurrectionis xpi sermo primus

Hec est dies quam
fecit dominus ex-
ultemus et le-
temur in ea. Ps^o. Nunc scriptum
est/ Eccl. iij^o. Tempus flendi/ et tempus
ridendi. Ideo Ecclia que in passione
xpi ostenderat suum fletum/ hodie
de eius resurrectione ostendit suum
gaudium. Tunc enim deposuit cytharam
et organum exultationis. et assumpsit la-
mentum meroris. vt possit dicere id Job xxx^o
Versa est in luctum cythara mea. et
organum meum in vocem flentium/ hodie
vero assumit organum et cytharam laudis
et congratulationis. s. cum ppheta/ Exurge
gloria mea. exurge psalterium et cythara
Vt esse non solum non tantum dei patris.
sed etiam Ecclie xpm alloquitur. et vt iam
resurgat a mortuis exhortantis.
Psalterium aut sonat a superiori. cythara
vero ab inferiori. Est igitur xpus psal-
terium Ecclie cum laudat ab ipsa p ex-
cellentiis supernis. sicut p sua ascensione/
p missione ac patrum advocatione. p suam fu-
turam glorificatione et humgdi. Est aute
cythara qui laudat^r p beneficiis. que
fecit in infimis/ sicut p sua nativitate
passione. resurrectione et hodi vel xpe
fuit psalterium qd sonat a superiori
divina agens/ fuit cythara que sonat ab
inferiori humana. sive agens sive
paciens. Item etiam que dicat in die
passionis Cant. i^o Fasciculus myrre
dilectus meus m^i/ xpus enim qui fuit
fasciculus myrre in eius passione
factus est vinum cyppri qd est optimum
et letificativum in resurrectione. Primo
igitur premisso. ecclia que ondeat in signi
visu tristitia de passione. s. lapidem
quem reprobaverunt edificantes. etc. Ondit^r
leticia de sua resurrectione cum dicat/ Hic
factus est in caput anguli. A domino
factum est istud/ Postmodum prorupit in
laudem et exultationem. s. Hec est dies quam
fecit dominus etc. Vbi ondit^r/ que h dies
est luminosa. cum dr h dies. qua fecit dominus.
Dies enim dicit^r a dyan qd est clarum

Et q est gaudiosa tn dr Exultem9
2 letem in ea. Cuius aut domi9 fecit
omnes dies. istum tn precipue resul-
gere fecit vn Aug9 loques de hac
die. dt. Et si domin9 omes dies fecit.
hac tn singlarit Non quia ea p aliis
sed quia in ea plus q in aliis fecit.
Ut vero videamus q luiosa fuit ista
dies Notandum q in ea multi-x lux
effulsit. s. lux corpalis. spual. ronal
intellectualis. supsbalis. 2 celestis Lux
quidem corpalis. est ipe sol. qui hoc
ampliori luce resplenduit Ambros9
Ex rone xpi aer salubrior. sol candidior.
terra secundior Maximin9 In rone
xpi elemeta oma dormant Nam
2 solem ipm arbitror in hac die soli-
to clariorem Nece est enim vt sol in
eius rone gaudeat. in cuius passione
condolunt. 2 cuius morte lugubri quadam
caligine prostratus est. eiusd vitam
iocundior luce splendore suscipiat.
Nece est etia vt sol tamq bonus minister
sic tunc obscuratus est in obsequiis se-
pulture. ita choruscat in rone ob-
sequiis Iudicari enim quodda doloris i
sole est. tanto scelere officium luminis
obnegasse. 2 vltione quada iudeos
oclis tenebras infudisse. vt quorum
metes cecitas invaserat. corp oclos
occuparet Jer. luter eis mundi lumen
a quibus fuerat mundi lumen extinctum
Habemus enim ex hiis duobus doctoribus
q sol in xpi resurrectione solito am-
plius radiauit. vt sic tunc videretur
tristicia ex sua obscuritate. ita 2 ostent
letitiam ex sua claritate. in signum tri-
sticie. qd credit fuisse vniusalis. et
per omnes partes mundi. sic 2 in re-
surrectione domini maiorem accepit cla-
ritatem in signum letitie Non potuit
aut maiore claritate sumere extesine
quia sol de rone sua ad omnia se exten-
dit. 2 vbiqz se gratulat Et io maiore
claritate accepit intesiue. Scdo
hodie fulsit spualis lux s. lux fidei
gracie 2 sciencie. Olim quidem lux fi-
dei parua erat. quia tantum in iudeis
lucebat Ps Notus in iudea deus Co.

aut gentilitas. tenebris infidelitatis ex-
cecata erat. lux autem iam melius au-
getur. quaz cum lux luna sociat. lux
igitur fidei gentilium sociata e luna fid.
iudeorum. 2c ipa lux fidei multum
creuit. quando p xpm vterqz populus
in fide coniunctus fuit Ephe. ii Ipe est
enim pax nra. qui fecit vtraqz unum.
Similiter lux gracie olim parua erat.
quia tantum in vno angulo sc in po-
pulo iudeorum erat recondita. In tota
aut gentilitate magis erant tenebra
peccatorum. sed vbi habundauit delictum
sup habundauit 2 gra. Coniuncta est
igitur p xpm gracia gracie s. gracia
gentilium. gracie iudeorum. et sic lux
gracie. q prius erat modica p aduenti-
onem facta e imensa. Joh. i. De ple-
nitudine eius nos omnes accepimus
graciam p gra. Zach. iiii Educet la-
pidem primarium 2 exequabit graciam
gracie eius. Olim etia erat modica
lux sciencie sc veteris scie testamentum
Sed facta est magis sciencia int genti-
les sc scia noui testamenti Coniuncta
sunt igitur adinuicem vtraqz testame-
ta. 2c maxima lux sapie est exorta.
Joh. i. lex p moysen data est. gra
2 veritas p ihm xpm facta est. lux
igitur spualis hoc tempe valde aucta
quando coniuncta est fides fidei. gracia
gracie. sapia sapie. Tercio hodie
fulsit lux ronalis i. apli de quibus
dicitur Mt v. vos estis lux mundi Ista
lux in passione xpi fuit tripliciter tene-
bris obscurata sc tenebris timoris
Joh. xx. Cum fores essent clause vbi
erant discipuli congregati ppt metum
iudeorum 2c. Tenebris erroris Luc xxiiii.
O stulti. 2 tardi corde ad credendum
Tenebris incredulitatis vn tactatur Erant
enim discipuli de nece domini sui Sed
hodie timor transiuit in magna con-
stanciam. incredulitas in fidem vnde
Act iiii. virtute magna reddebat apli
Ecce quanta constancia. testimonium re-
surrectionis xpi domini nri. ecce fides
vera. Meror transiuit in letitiam Joh
xx. Gauisi sunt discipuli viso domino
Ista tn nouem Act v. vbi sic dicit.

tri[x] tenebra

Principes sacerdotu*m* et magistratus te-
pli dixerunt ap*osto*lis. p*re*cipiētes p*re*cipimus
vobis. ne doceatis in no*m*i*n*e *christi*
Respondens aut*em* petrus et ap*osto*li di-
xerunt. Obedire deo oportet magis q*uam*
hominibus. ecce quanta co*n*stancia. Deinde
subdit. Deus patru*m* nostro*rum* suscitauit
ih*esu*m. quem vos interemistis suspen-
dentes in ligno. hunc deus principe*m*
et saluatorem exaltauit dextra sua
ad dandu*m* penitenciam in isr*ae*l et remissi-
onem peccatorum. Ecce fides vera. p*ost*ea
subdit. Ibant ap*osto*li gaudentes a con-
spectu concilij. quoniam digni habiti
sunt pro nomine ih*es*u contumelia*m* pati
Ecce imme*n*sa leticia. // Ratio hoc
refulsit lux intellectualis et angelica.
De qua dicit*ur* Gen*esis* primo. Fiat lux
et facta est lux. Ista lux no*n* lucebat
humano generi. eo q*uod* homo ha-
bebat tenebrositatem. lux cu*m* tenebris
no*n* h*abe*t societatem. Cor*inthios* vi*o*. Que est
societas lucis ad tenebras. Sed p*er*
*christi* resurrectionem tenebra in*fidelitatis*
ab homine fuit expulsa. Et ideo sibi
radiauit ip*s*a lux angelica. In cuius
signu*m*. angelus resurrectionis indicium.
totus fulgidus apparuit. s*cilicet* in asp*e*c-
tu. habitu et affatu. Nam et aspectu
habuit fulgidum instar fulguris. et
habitum instar niuis. et affatum instar
solis. Ista tria tanguntur Mat*thei* xxviij*o*. Erat
aut*em* aspectus eius. sicut fulgur. q*uo*
ad primu*m*. Vestimenta eius candida sic-
ut nix. quo ad secundum. Scio. q*uod* ih*esu*m
qui crucifixus est. queritis. quo ad
tercium. Cum enim ih*esu*s sol iusticie di-
catur. quando angelus ih*esu*m nominat
solem in ore portauit. // Tercio
hodie fulsit sol supersubstancialis i*d est* *christus*.
Ista lux multu*m* fuerat obscurata in
passione. Ezech*ielis* xxxij*o*. Solem nube te-
gam. Tunc enim sol iste nube tectus
fuit. quando mors ip*su*m in patibulo ob-
umbrauit. Sed dicit*ur* Mat*thei* i*o*. Tempore
affuit. q*uo* sol refulsit. q*uia* prius erat sub
nubilo. Iste enim sol sub t*ri*plici nubilo
fuit. s*cilicet* sub nubilo mortalitatis quo ad cor*pus*
passibilitatis quo ad animam. et multiplicis
penalitatis quo ad vtrumq*ue*. Sed hodie
tempus affuit. quo sol de hoc triplici
nubilo exiuit. et mundo refulsit. Nam
induit immortalitatem quantum ad corp*us*.
Impassibilitatem quantum ad animam. glo-
riam et felicitatem quantum ad vtrumq*ue*.
De hijs tribus sic dicit Leo papa. Post
passionem *christi* ruptis vinculis mortis
infirmitas in virtutem. mortalitas in e*ter*-
nitatem. contumelia transiuit in gloriam
Quarto fulsit hodie lux celestis. s*cilicet* gl*ori*a
beatorum. Olim quidem in celo non
erat de creatura racionali. nisi lux an-
gelica. Sed nunc lux racionalis. lux an-
gelice sociatur. quia homines iam assu-
munt. et lux glorie multum creuit. Vel
et gl*ori*a beata erat tunc in contemplacione
deitatis et co*n*sideracione humanitatis. Ioh*annis* x*o*.
Egredietur. s*cilicet* ad co*n*siderandum humanitatem
et ingredietur s*cilicet* ad contemplandum deitatem
Et vtrobiq*ue* pascua inueniet s*cilicet* eternam
societatem. Similiter anime sanctorum
sine corporibus modo sunt in gloria. Per
hoc aut*em* resurrectionem corpora sanctorum re-
surgent. et lucida corpora sanctorum coniungentur
lucidis animabus ipsorum. et sic totus
erit lucidus. et in corpore et in mente. Mat*thei*
xiij*o*. Tunc fulgebunt iusti sicut sol
in regno patris eorum. lux igitur cele-
stis i*d est* gl*ori*a sanctorum multum crescit.
quando coniungitur lux racionalis luci angelice.
lux humane nature. luci diuine. lux cor-
poris luci anime. propter ista tria dicitur
Hester viij*o*. Iudeis i*d est* sanctis deum lau-
dantibus et confitentibus. noua lux oriri
visa est. gaudium. honor et tripudium. Habe-
mus sancti magnum gaudium. de angelica
societate. Immensum honorem de assumpta
a deo humanitate. Magnum tripudium
de corporis et anime felicitate. // Sed
hec dies est valde gaudiosa. Ideo dicitur
Exultemus et letemur in ea. Exultacio
et gaudium presupponit. et in hac die
debemus gaudere. letari et exultare.
Est aut*em* gaudium cum augmento. diffusio
cordis de aliquo bono concepto. Cum enim
in corde aliquod bonum concipitur inde gau-
dium generatur. leticia autem videtur addere super
gaudium. quod et ipsum nomen indicare videtur.

Dicitur enim leticia quasi laticia. Que quidem
est quando gaudium per totum corpus
diffunditur et ipsum cor pre nimio gaudio
dilatatur. Exultacio autem addit super
gaudium et leticiam quod ipsum nomen
indicare videtur. Dicitur enim exultacio
quasi extra saltacio quando saltiret tantum
gaudium est quod a corde totum capi non
potest sed extrinsecus per aliqua signa le-
ticie manifestatur sicut per faciei exhi-
laracionem per manuum plausionem
et huiusmodi. In resurreccione autem Christi
gavise sunt creature superiores me-
die et inferiores. Superiores igitur id est
angeli in Christi resurreccione de tribus
gaudium habuerunt. scilicet de sua reparacione
de nostra redempcione et de Christi glorificacione
Ideo dicitur Joel iii° In die illa stilla-
bunt montes dulcedinem et colles flu-
ent lac. Ecclesia autem addit mel. cum dicit
Et colles fluent lac et mel. lac autem
est dulce. mel est dulcius. dulcedo
autem ad dulcedinem lactis et mellis.
Nostra dulcedo comprehendit omnem re-
dulcem. Montes igitur et colles id est an-
geli maiores mediocres et minores
afficiuntur dulcedine magna de nostra
redempcione maiori de sua reparacione
Maxima de Christi glorificacione. Creature
medie id est homines de Christi resurreccione
habuerunt leticiam. Propterea letentur celi et exultet
terra id est homines habitantes in terra.
Et ideo cantat ecclesia In resurreccione tua Christe
celum et terra letentur. Celi id est angeli et
terra id est homines letentur. Hominum autem
quidam computantur ut preteriti. Quidam
ut presentes. Quidam ut futuri. Omnes
isti letantur. Unde dicit Maximinus
in sermone. Letemur in hac die que
et vivos circumfulget et mortuos vivifi-
cat et venturos illuminat. De hoc ait Johannes
i° Erat lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum. Ma-
gis enim debet homo gaudere in presenti
die in qua fuit iustificatus quam in
illa die in qua fuit creatus. Unde dicit
Maximinus loquens de Christi resurreccione Melior
est hec dies quam illa in qua deus primum
mundum creavit. Ille enim creatus est
hominibus ad laborem. Hic factus est ad quie-
tem. Ille morte meruit. Hic formi-
dinem mortis evasit. Ille bonis malisque
communis est. Hic proprius est iustorum. Illius
diei lux tenebras sepeliunt. Huius di-
ei lux sepulturas illuminavit. Ad
postremum illius diei lucem mortui
non vident. Huius autem diei lumen
eciam defunctis emicuit. Sicut ait
propheta Ysaie ix° Habitantibus in regione
umbre mortis lux orta est eis.
Creature autem inferiores scilicet patres
nostri in limbo existentes de resurreccione do-
mini exultaverunt. Magna consolacio
quis haberet si carcerem sanctitenebrarum
effugeret. Multi igitur sancti patres
exultaverunt et verbis et signis suam leti-
ciam ostenderunt. qui fuerunt educti de
carcere infernali in quo tanto tempore
fuerant detenti. Habebant enim multiplicem
desolacionem. Et propter locum quia erant
in loco infimo qui debebant esse in
celo. Et propter dampnum quia erant in
caligine qui debebant frui dei lu-
cida visione. Et propter consorcium quia
habebant demonum vicinitatem qui debe-
bant habere angelorum societatem. Sed
hodie valde exultaverunt quia Christus eos
de infimo loco extraxit et postmodum
secum in celum deduxit. sua visione
beatum eis reddidit. angelorum socios
eos fecit unde potest dici eis illud Ysa.
xxxv° Gaudium et leticiam obtinebunt
fugiet dolor et gemitus. Habuerunt
igitur gaudium quia assecuti sunt
divine visionis aspectum. Habuerunt
leticiam quia dimiserunt locum tam in-
fimum. Effugit ab eis dolor et gemitus
quia evaserunt tam horribile et te-
nebrosum consorcium. Sicut autem
in ea parte superiori inferni in qua
erant sancti fuit magna exultacio. Sic
in ea parte infima in qua erant rep-
robi fuit ululatus et lamentacio. De hoc
sic dicit Eusebius Emisenus. Dies
ista amplius ex se plus irradiavit quam
de celo refulsit. Ovet infernus quod reso-
lutus est. gaudeat quia visitatus est.
Exultet quia ignota luce post secula lon-
ga vidit et inter profunde noctis cali-

gine respiravit. Deinde subdit. O
pulata lux, que de cadens celi fasti-
gio promicasti. et p(er) noctem p(er)petua
sedentes in tenebris et umbra mortis
subita claritate vestisti. Postea s(ub)d(it).
Confestim igit(ur) xp(ist)o descendente eterna
nox inferorum resplenduit. siluit stri-
dor ille lugentium. dirrupta cecide-
runt vincla dampnatorum. attonite
mentes obstupuerunt tortorum. omnes sil
officina impia contremuit. cum xp(istu)m
repente in suis sedibus vidit. Mox
sanguinei ianitores descendere
talia int(er) se umbrosa silentia metu
incumbente submurmurant. Quis iste
est iste inquiunt terribilis et nimio
splendore choruscans. Nunquam noster
talem accepit thartarus. nunquam in
nostram cavernam talem evomuit mundus.
Invasor est iste non debitor. Effra-
ctor est iste non petitor. Non peccator sed
predator. iudicem videmus non suppli-
cem. venit iubere vel pugnare non
succumbere. eripere non manere. Qualit(er)
aut superiores. medii et inferiores
gaudeant letentur et exultent. Sic dicit
Ambrosius in sermone. Hac die p(er) a(dven)tum
xp(ist)i apud thartarum. p(er) neophitos
ecclesie renovatur terra. celum p(er) sp(iritu)m
reseratur. Apertus thartarus reddit
mortuos. et innovata terra germinat
resurgentes. celum receptum suscipit
ascendentes. Thartarus quos habet
reddit ad superiores. terra quos sepelit
mittat ad celum. celum quos susci-
pit ritat ad dominum. Resurrectio igitur
xp(ist)i. defunctis est vita. peccatoribus venia.
sanctis gloria.

Surrexit dominus vere et appa-
ruit Symoni. Luc. ult. Quis
ista apparitio. qua Symoni
dominus apparuit in nostro evangelio le-
gatur. Manifestum tamen est. quod hoc
sunt factum. Et licet non dicatur ubi ap-
paruerit. quod tamen sibi apparuit. certum est.
Quidam tamen dicunt. quod cum Petrus cum
Johanne ad monumentum iuisset. et
cum Johanne rediret. sic sibi apparuit in
ubis igitur premissis quatuor implicantur
scilicet quod xp(istu)s surrexit. quod potenter sur-
rexit. quod vere surrexit. et quod Symoni
apparens surrexit. Ex quibus verbis h(abe)tur
quod eius resurrectio fuit mire felicitatis. cum
dicatur surrexit. fuit mire potestatis. cum
dicatur dominus. fuit mire virtutis. cum dicitur
vere. Et fuit mire pietatis. cum dicatur
Et apparuit Symoni. Mire quidem
felicitatis fuit. quia xp(istu)s totus felix
et gloriosus surrexit. Sed non aut beatum
Augustinum. Non surgit nisi quod prius cecidit.
Et quia xp(istu)s uno tantum casu ceci-
derat scilicet per mortem corporis. Ideo una
resurrectione tantum indigebat. scilicet
ratione corporali. Nos autem quadrupli-
citer cecidimus. Et ideo resurrectione qua-
drupli indigemus. Cecidit quidem
homo p(er) mortem corporis. De quo tamen
dicitur Gen. ii°. Quacunque die comede-
ritis ex eo morte moriemini. Cecidit
p(er) mortem mentis et peccati mortalis. De quo
dicitur Sap. xvi°. Occidit aut homo
p(er) maliciam animam suam. Ceciderat
p(er) mortem vetuste conversacionis. Vetu-
stas enim vite aut mortem induat. aut
mortuus appropinquare faciat. Heb. viii°.
Quod antiquatur et senescit prope interitum
est. Cecidit p(er) mortem infidelitatis.
Si enim fides est vita anime. iuxta id
Roman. primo. Iustus aut ex fide vivit.
Manifestum est quod infidelitas est mors
anime. Quia igitur homo isto quadrupli-
citer cecidit. Ideo resurrectione quadrupli-
ci indigebat. scilicet resurrectione corporali. spi-
rituali. sacramentali et quotidiani. Et istam
quadruplicem resurrectionem. p(rim)o resur-
rectionem habemus Cor. xv°. Quoniam quidem
p(er) hominem mors. et per hominem resur-
rectio mortuorum. Secundo. quia ce-
ciderat homo p(er) mortem mentis indige-
bat resurrectione spirituali. de qua dicitur
Apoc. xx°. Beatus qui habet partem in resurrectione
prima. Resurrectio prima est. qua quis
resurgit a culpa. quod fit sicut in penitentia.
Secunda qua quis resurgit ab omni
miseria. quod fit sicut in futuro. De ista
duplici resurrectione tam corporali. quam
spirituali dicitur Osee vi°. Vivificabit nos
post duos dies. et die tercia suscitabit nos.
Ad resurrectionem quidem spiritualem duo
dies requiruntur. scilicet remissio culpe et col-

laco gracie. Ad resurrectionem vero
corporalem. que in iudicio fiet. tres dies
requiruntur. sublacio omnis culpe. collacio
perfecte glorie. et deposicio omnis miserie
Post igitur duos dies in resurrectione
prima vivificavit / quia ibi abicimus
culpam et recipimus graciam / Post ter-
ciam vero diem in finali resurrectione suscitabit.
quia ibi et culpam abicimus et graciam
consequimur. et omnem miseriam deponimus
Tercio homo cecidit per mortem [illegible]
gustacionis Et ideo indigebat resurrectione
sacramentali / hanc autem resurrectionem sacra-
mentalem a Christo habemus / ut videlicet
sicut ipse in resurrectione deposuit omnem
vetustatem et resurrexit totus innova-
tus. Sic et nos deponamus vetusta-
tem viciorum et induamur novitatem
virtutum / De hoc sacramento dicitur Ro. vi°
Quomodo Christus resurrexit a mortuis per
gloriam patris. ita et nos in novitate
vite ambulemus Eph. iiii° Deponite
vos secundum pristinam conversacionem veterem
hominem. qui corrumpitur secundum desideria
carnis. Renovamini spiritu mentis vestre
Induite novum hominem. qui secundum deum
creatus est in iusticia et sanctitate ve-
ritatis. Cor. xv° Sicut portavimus y-
maginem terreni. portemus ymaginem ce-
lestis. ymago dei in anima consistit
in memoria. in intelligencia et voluntate.
Ille igitur portat ymaginem dei celestis.
qui habet in memoria celestium recordacionem
in intelligencia celestium cognicionem
in voluntate celestium amorem. Ille
vero portat ymaginem terreni. qui nec
deum per fidem intelligunt nec per amorem
diligunt nec cognitum vel dilectum in me-
moria retinent / sed pocius terrena semper
habent in cogitacione in cognicione et in
amore. Quarto homo cecidit per mor-
tem infidelitatis quia secundum ipsam resur-
rectionem non credebat nec sperabant
Et ideo indigebat resurrectione exemplari / Thomas enim
non credebat resurrectionem factam nisi
ipsam vidisset in Christo Et ideo Christus
resurrexit. et in resurrectionis exemplum dedit.
Pet. j° Secundum magnam misericordiam suam
regeneravit nos in spem vivam. per
resurrectionem Ihesu Christi a mortuis / Greg.
in Dial. Qui nobis mortale vita
positis resurrectionem promitteret carnis
et hanc visibiliter non exhiberet. quis
eius promissionibus crederet. Factus
itaque homo apparuit in carne mori
dignatus est ex voluntate. resurrexit
ex potestate. et ostendit exemplo quod
nobis promisit in premio. Ipso habemus
spem resurrectionis nostre. considerata gloria
capitis nostri / Secundum vero beatum Augustinum
in xxii° de civitate dei / fuerunt tria incre-
dibilia. unum quod corpus Christi resurgeret.
et in celum ascenderet. Aliud quod rem
tam incredibilem aliquando mundus crederet.
Tercium quod res incredibiles per homines
imperitos et indoctos mundo persuadere
potuissent / sed ablata est ab homine
omnis incredulitas et perfidia. dum ista
tria incredibilia per Christum videt esse
completa / Prima quia Christus resurrexit
et in celum ascendit / et iam mundus hoc
credit / et hoc per anglos indoctos et
imperitos per miracula mundo persuasum
fuit / Secundo vero Christus fuit mire po-
testatis. quod notatur cum dicitur Dominus Ihesus
cum tanquam dominus sue resurrectionis surrexit
et seipsum suscitavit / Ista autem potestas in
duobus consistit. et in eo quod sic dictum est
seipsum suscitavit Et in hoc quod mortem
nostram destruxit. Magna quidem potestas
fuit quod mortuus seipsum suscitavit
Aliquando quidem vivus suscitavit mor-
tuum. sicut Petrus Thabitam / ut habetur
Act. ix° Aliquando mortuus suscitavit
mortuum. sicut corpus Helysei cadaver
defuncti ut habetur iiii° Reg. xiii° Sed
nusquam legimus nisi hodierna die quod
aliquis mortuus suscitavit semetip-
sum Heliseus qui alios suscitavit seip-
sum tamen suscitare non potuit / Per hoc eciam
significatur quod aliquis vivus suscitat mor-
tuum. quando scilicet sanctus homo. qui vi-
vit coram deo per graciam / suscitat
peccatorem mortuum per culpam vel salu-
bri exhortacione. vel exemplo vite perfecte
vel suis meritis et oracionibus ei primam graciam
impetrando Sic enim auctores vivi mor-
tuos accendunt sicut et sancti viri qui
sunt a deo inflammati. Iuxta id Ps. Car-

bones suttesi sunt ab eo. Patres vi-
vificat et inflamat nos per ignita
verba. Nos per ignita exa. nos per igita
mira. nos per ignita desideria. Rex
mortuus suscitat mortuos. Sic malus
platus. qui est mortuus per culpam. pec-
catorem aliquando suscitat per doctrinam. Ma-
lus enim platus habet duo. scilicet bona. scilicet
dignitatem verendam. et doctrinam
sanam. Et habet unum malum. scilicet vitam
prisam. Nos autem debemus dignitatem
hominis. doctrinam audire. et vitam fuge-
re. Ista tria tangit dominus Mt xxiij. Su-
per cathedram moysi sederunt scribe et pharisei.
Ecce dignitas verenda. Omnia ergo
que dixerint vobis servate et facite. ecce
doctrina sana. Secundum opera vero eorum no-
lite facere. ecce vita perversa. Mor-
tuus autem in peccato seipsum ad gratiam susci-
tare non potest. Est enim homo ut dicitur
in ps. Spiritus vadens scilicet per se ad peccatum
sed non rediens scilicet a peccato. Recludit
etiam eius portas. Quia morte mortuam
destruxit. Olim quidem mors et
incommoda homini faciebat. Nam vivien-
tes turbabat. morientes a celesti patria
detinebat. Mortuos incinerabat.
et ad tartara rapiebat. Sed ista omnia
per christi resurrectionem mors amisit.
Sancti enim vincentes iam non timent
mortem. sed ipsam mortem desiderant.
Sic desiderabat Apostolus phil. j°. De-
siderium habeo dissolvi et esse cum christo.
Quare autem desideranda est dicit Ambrosius
in libro de bono mortis. Si plena
oneris vita. utique finis eius alle-
viamentum est. Alleviamentum autem
bonum est. Mors autem finis. mors igitur
bona. Morientes etiam ipsa mors a
vite ianua non excludit. sed pocius in-
troducit. Augustinus. Tantam constituit deus
humane religioni fidei gratiam.
ut mors que vite constat contraria in-
strumentum fieret per quod transiretur ad
vitam. Mortuos autem sanctos mors ad
tartara rapere non potest. quia ipse infer-
nus omnibus sanctis expoliatus fuit. Osee
xiij°. Ero mors tua o mors.
ero morsus tuus inferne. Corpa

Mors et incommoda faciebat

etiam sanctorum post beatam resurrectionem
incinerari non potest. Ambrosius in libro
de bono mortis. Mors finis est peccatorum
ne quo esset vita diuturnior. eo fieret
culpa numerosior. Passus est igitur
dominus mortem subintrare. ut culpa cessa-
ret. sed ne iterum non finis esset nature morti
data est resurrectio mortuorum. ut per
mortem culpa deficeret. per resurrectionem autem
perpetuaretur natura. Propter ista Apostolus
plus insultat morti i. Cor. xv.
Absorpta est mors in victoria. id est in
christi resurrectione victoriosa. Ubi est
mors victoria tua. ubi est mors sti-
mulus tuus. Stimulus autem mortis peccatum
est. virtus vero peccati lex. Deficit ergo
victoria mortis. quia nullum factum
vincentem potest extinguere. Deficit potentia
mortis. quia nullum sanctum mortuum
potest ad tartara rapere. Deficit lepor mor-
tis. quia post beatam ironem nullum potest
incinerare. Tercio resurrectio christi
fuit omnimode veritatis. quia surrexit ve-
rum dicit. vere. Quam quidem veri-
tatem nobis ostendebat per comestionem
nos per palpacionem. Nos per variam osten-
sionem. Nam etiam resurrectio spiritualis
debet fieri veraciter. et non tantum veraciter
sed etiam velociter. integraliter et perpetualiter.
Debet quidem habere veritatem. quod est
contra penitentiam simulantes. Velocitatem
quod est contra penitentiam differentes. Inte-
gritatem quod est contra penitentiam dividentes.
Et perpetuitatem quod est contra penitentiam dese-
rentes. Veritatem quidem habere debet
ut sicut christus vere resurrexit. sic et
quilibet peccator vere resurgat. et vere
vivere se ostendat. Duo enim sunt signa
vite. scilicet sensus et motus. Nonnunquam
autem quod spiritus aliquando iungitur corpori
quantum ad motum. sed non quantum ad sen-
sum. sicut quando spiritus malignus corpus
aereum assumit. et sibi iungitur. Aliquando quan-
tum ad sensum. sed non quantum ad mo-
tum. Sic spiritus reproborum cum angelis
iungitur igni vehementi. non dantes illi
vitam. sed sentientes ab illo igne penam.
Nullum horum corporum dicitur esse vivum.
Aliquando vero iungitur quantum ad sen-
sum et motum. sicut anima corpori humano

Et istud corpus christi dicitur viuum. Sunt igitur qui habent tantum motum actiuus operis boni. sed non habent sensum recte fidei/ sicut sunt heretici. qui habent aliqua opera de genere bonorum/ sed quia fidem non habent veram/ quantumcumque videantur esse viui. tamen sunt mortui. De quibus dicitur Apoc iii°. Nomen habes quod viuas & mortuus es. Alii sunt. qui habent sensum fidei recte. sed non habent motum operationis bone. sicut sunt mali christiani. & ideo sunt mortui. Quia sicut dicit Jac ii°. fides sine operibus mortua est. Alii vero habent sensum & motum. id est fidem rectam. & operationes bonas. illi viuunt & aperto resuscitati sunt. De talibus dicit Apostolus in epistola sua karissimi/ Ut Sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo. Debet enim habere pietatem fidei. quantum ad deum. Justiciam bonorum operum quantum ad proximum. Sobrietatem & temperanciam. quantum ad seipsos/ Secundo nostra spiritualis resurrectio/ debet habere velocitatem. quod est contra primam differentes Ut sicut christus tercia die resurrexit/ Sic & nos aperto die tercia resurgamus/ Prima dies est delectatio Secunda consensus Tercia opus. Qui igitur non surgit a delectatione. surgat a consensu/ & qui non a consensu. mox surgat ab opere peccati Si enim addit quartum diem. qui est consuetudo. resurgere vix valebit Ad hoc autem innuendum. dominus de facili suscitauit puellam in domo. quia quando peccatum est in corde per delectationem. vel consensum/ de facili homo resurgit Suscitauit eciam de facili defunctum. qui extra domum efferebatur. Ita ille qui semel exit ad actum vnius peccati. de facili resurgere potest. Quatriduanum autem lazarum & fetidum cum quadam difficultate resuscitare voluit. frenuit enim orauit cum clamore. cum lacrimarum effusione. & cum sui conturbacione. ad innuendum. quod illi qui sunt per mala consuetudine in peccatis irretea/ti & fetidi. vix resurgunt. nisi magna dei gratia liberet/ Tercio nostra

resurrectio spiritualis. debet habere integritatem. quod est contra primam diuidentes. Sicut enim christus integre resurrexit/ quia nichil de suo corpore in sepulcro dimisit Sic et nostra spiritualis resurrectio. integra debet esse. ut nichil de corde nostro remaneat. quod non totum resurgat. Sunt tamen quidam. qui cor suum diuidunt & de eo tres partes faciunt In corde enim sunt potencia intellectiua affectiua & operatiua Intellectiuam dant deo. quia ipsum cognoscunt per fidem. Sed hoc modicum. sicut dicitur Jac ii°. Tu credis quia vnus deus est. bene facis. & demones credunt & contremiscunt Affectiuam dant mundo. quia diligunt mundum & omnia que in eo sunt Cum tamen dicatur i Joh ii°. Nolite diligere mundum neque ea que in eo sunt. Operatiuam dant dyabolo. Quia faciunt opera tenebrarum De quibus dicitur Joh. Vos facitis opera patris vestri Cum tamen dicatur i Joh iii°. In hoc apparuit filius dei. ut dissoluat opera dyaboli Deus autem totum cor nostrum. vult habere. ut scilicet ipsum cognoscamus per fidem. diligamus per amorem eius precepta faciamus per operacionem Ideo ipse dicit Prov xxiii°. Prebe fili mi cor tuum michi/ Quarto nostra spiritualis resurrectio debet habere perpetuitatem. quod est contra primam desistentes. siue recidiuantes. ut videlicet sicut christus resurrexit numquam de cetero moriturus. Sic et nos a peccato resurgamus. numquam de cetero ad vomitum peccati reuertentes. Contra tales recidiuantes. dicit Aug in libro quinquaginta omeliarum/ Penitentes penitentes penitentes. si vere estis penitentes. & non estis irridentes. mutate vitam reconciliamini & vos. Et vocat Augustinus tales irridentes Quia sicut dicit ysidorus/ Irrisor est non penitens. qui adhuc agit quod peniteat Nec videtur deum postulare subditus. sed subsannare superbus Sed tales irridentes dominus irridebit Contra tales sic dicit Jonis [illegible] Cum putamus fiets quia vocato potent [illegible] [illegible] loquatur ipsius insanie [illegible] sed [illegible] non sunt. Ubi cor-

mcta intercidunt. Ysaias serra secatur
Daniel leonibus ad devorandum exponitur
Petrus in cruce domini exemplo suspenditur
Paulus capite truncatur. Qui ideo sunt
passi: ardenter et iocunde locuti. Sed
timeo ne nostra fides sit tanto iocun-
dabilis quam ipsorum. Timeo ne iocando
non salvemur. Et sicut per risum intra-
vimus ecclesiam dei. sic rideat ipse de nobis
Quemadmodum scriptum est in ps. ii.
Qui habitat in celis irridebit eos.

Quarto resurrectio xpi fuit mire
pietatis. quod notatur in eo quod dicitur
Et apparuit Symoni. Magna pietas
xpi fuit. quod discipulum se negantem non
despexit. sed benigne et specialiter ei appa-
ruit. Licet enim esset per resurrectionis gloriam
exaltatus. tamen ad infirmos suos ha-
bebat respectum. ps. Quis sicut dominus deus
noster qui in altis habitat et humilia respicit in celo et in terra.
Item excelsus dominus et humilia respicit et al-
ta a longe cognoscit. Ex quibus verbis habetur
quod xpus licet sit altus et excelsus. re-
spicit tamen terrestres et celestes. hu-
miles et sublimes. Apostoli autem cele-
stes ... habebant celeste desiderium
Sed erant terrestres ... habebant car-
nalem intellectum. Sancte autem mulieres
erant humiles. Pharisei autem et principes
sacerdotum per superbiam erant sublimes.
Sed xpus apostolos et sanctas mulieres
oculo pietatis de prope aspexit. cum e-
is benigne apparuit. Iudeos autem iuste
animadversionis de longe cognovit. quia
eis se non manifestavit. sed in suis
maliciis dereliquit. Et nota quod
petrus fuit trinominis. Petrus enim
dicitur cephas et symon. Non est
dictum quod apparuit petro vel cephe. sed
Symoni. Petrus interpretatur agnoscens
et per hoc significantur predicatores. Interpretatur etiam
discalcians et per hoc significantur minores. Ce-
phas interpretatur caput. et per hoc significantur ec-
clesie prelatos et pastores. Symon
interpretatur obediens et per hoc significantur receptores
dei factores. xpus igitur non apparet
alicui propter suam eminentem scientiam
Nec propter austeram vitam. Nec
propter suam dignitatem summam. sed propter
preceptorum dei obedientiam.

Qui suscitavit ihesum. et nos cum
ihesu suscitabit. ii. Cor. iiii.
Quia caput non est sine
corpore nec corpus sine capite. Ideo
Apostolus agit hic de resuscitatione capitis
quod precessit. cum dicit. Qui suscitavit
ihesum. Et de resuscitatione corporis quod
futura est cum subdit. Et nos cum ihesu
suscitabit. Circa resurrectionem vero capitis
tria videnda sunt. scilicet causa. modus et
fructus. Causa autem triplex consideratur. scilicet effe-
ctiva. meritoria et finalis. Effectiva causa
fuit potentia sue divinitatis. Meritoria
humilitas passionis. Finalis autem apertio
regni celestis. Ipse namque potentia sue
divinitatis seipsum suscitavit. Ioh. x.
Potestatem habeo ponendi animam meam. et iterum
sumendi eam. Animam quidem suam
posuit id est deposuit non a divinitate. sed
a carne. quia anima a deitate non fuit
deposita. fuit tamen a corpore separata et ideo
tunc xpus vere fuit mortuus. ipsam autem
animam iterum sumpsit quando eam corpori
suo iterum univit. Non igitur indiguit
alicuius adiutorio. qui se potentia sua sus-
citare potuit. Rom. ... Quod potuit
adiutoria sui corporis querere suscitandi
qui alios suscitavit. Ideo dicebat Ioh.
ii. Solvite templum hoc. et in tribus
diebus excitabo illud. Solvite id est dissol-
vetis hoc templum id est corpus meum. non
ipsum macerando vel a deitate dividendo
sed ab anima separando. et ego excitabo
illud. Non dixit suscitabo. sed excitabo.
ad innuendum quod mors sua quasi quidam sopor
fuit. Sicut enim dormiens cito et propria vir-
tute et melioratus de sompno surgit. Sic
xpus de sompno mortis tercia die propria vir-
tute fortior et gloriosior resurrexit. Causa
meritoria fuit humilitas sue passionis.
hoc testatur Apostolus Phil. ii. b. d. Humiliavit
semetipsum factus obediens usque ad mor-
tem. mortem autem crucis. propter quod et deus exalta(vit)
Ubi dicit Augustinus. Claritas humi-
litatis est premium. Istud autem quod dicit propter
quod. non dicit totam rationem meriti. sed
aliquem modum merendi. xpus enim ab in-
stanti sue conceptionis habuit exaltationem sue
claritatis per habundantiam gratie et omni

replecione ciborum. ita q postmodo non p-
fecit in minori sed in maiori minorir z maio
merendi per assiduitatem bonorum
operum z tollerancia passionum // Ca-
pitalis. fuit apercio regni celestis Pri-
quidem celum clausum erat triplici clau-
sura. sz angelica custodia / ignis vehe-
mencia / z romphea bis acuta / De qua
triplici custodia dicitur / Gen iii^o Eiecit
dominus Adam z collocauit eum an pa-
radisum voluptatis. flammeum gladium atque
versatilem ad custodiendam viam ligni
vite / Angelica aut custodia signabat
inimicicia quam angeli ad homines ge-
rebant q ipse homo angelos sua reparacione
defraudauit. z sim reliqueat creatore
Ignis aut pena significabat obliga-
cionem ad penam eternam Romphea bis
acuta significabat dei sententiam qua diffi-
nitum erat ut homo paradisum non
intraret nisi prius de offensa satisfaceret
que dicebatur bis acuta. quia z mace-
rabat corpus p mancipacionem / z animam
p diuine visionis priuacionem / Xpus aut
propter suam passionem z resurrectionem
angelum homini reconciliauit / et primam clau-
suram remouit Col. i^o pacificans p san-
guinem crucis ea q in celis z q in terris
sunt i. angelos z homines / Pena etiam
sue obligacionem ad mortem eternam di-
misit / z secundam clausuram remouit Vn
dicitur in orone / Eternitatis nobis aditum
deuicta morte reserasti Item cantat
Tu deuicto mortis aculeo aperuisti
credentibus regna celorum Deus autem
suam mutauit. quia sibi plene p
homine satisfecit Vn dicitur in buccolicis
one terri Num p nobis eterno patri ade
debitum soluit Re Qui nos rapui-
tur exsoluebam Ros dicat xpus Ille
fecit furtum z ego feci debitum Cir-
ca xpi resurrectionem considerandus est
modus. qui fuit triplex Surrexit
enim velociter / quia die tercia Feliciter
quia deposita omni miseria / z potenter
quia capta preda / Velociter quidem
surrexit quia die tercia Noluit aut
resurgere an diem tercium Tum propter pro-
bacionem / quia sicut in ore duorum vel
trium stat omne verbum / sic in duobus
vel tribus diebus comprobatur omne factum

Et ideo ut mortem se probasse ondet.
tribus diebus iacuit in sepulcro / Tum
propter signacionem. ut sz ex hoc significaretur
q lux sue mortis nostram duplam mor-
tem deponet Et ideo vna die integra
z duabus noctibus iacuit in sepulcro / vt
p diem intelligatur lux sue mortis p
duas noctes duplex nostra mors. cor-
poris z anime / Tum propter restau-
randorum perfectionem / Certum tamen
tres dies voluit esse sue sepulture. q
in celo sunt restauraturus. q in terra
reparaturus / z q apud inferos redemp-
turus Vltra vero tercium diem differre
noluit / Tum propter apostolorum consolacionem
quia de sua passione contristati erant de-
solati Tum propter nostre spei subleua-
cionem / Gregorius Non plus q tridu-
ana morte voluit esse. ne si in il-
lo tercio differret / in nobis omnino despe-
raret Tum propter sui corporis sanctificacionem
Cum enim esset deitati vnitum Non erat
conueniens. vt tamdiu ipsum detineret
sepultura Ideo ecclesia ipsum alloquitur. d.
Surge domine in requiem tuam tu et
archa satisfactionis tue Secundo
surrexit feliciter / q deposita omni mi-
seria z corrupcione Vn Gregorius sup i^o.
Exo. xii^o Edent carnes nocte illa as-
sas igni dicit Carnes igni assande
sunt. quia nimirum dissoluit carnes
aqua quas coquit / quas vero ignis sine aqua
coquit roborat Carnes vero agni nostri
ignis coxit / quia eum ipsa vis passionis
illius ad resurrectionem valenciorem red-
didit atque ad incorrupcionem roborat
Anima enim ex morte conualuit. carnes
illius ab igne diriguerunt Vn etiam
p ps. dicit Exaruit tamquam testa virtus
mea. Quid namque est testa an ignem
nisi molle lutum. sz ei ex igne additur
vt solidetur Virtus aut humanitatis
eius velut testa exaruit / q ab igne
passionis ad virtutem incorrupcionis
creuit. hec Gregorius Tercio surrexit
potenter. quia s infernum exspoliauit
z sanctos patres inde eduxit Ge. iiii^o.
Ascendit sicut leo de cubili suo. z preda-
gentium se leuauit Ioh xii^o Qui exal-
tatus fuero a terra. omnia traham ad
meipsum / Gregorius Omnia enim traxit

quia de electis suis apud inferos nul-
lum reliquit Osee xiii° Ero mors
tua o mors. morsus tuus ero inferne.
Gregorius Id quod mordendo agimus
ut ponimus nostre ex eo quod mordendo
partem extrahimus. partem relinquimus.
Quia ergo in electis suis mortem
funditus occidit. mors mortis extitit
Quia vero ex inferno partem abstulit
et partem reliquit. non occidit fun-
ditus sed momordit infernum. Ps.
Contrivit portas ereas et vectes fer-
reos confregit Video quidem infernum
momordit quod qui olim detinebat cho-
rum prophetarum et patriarcharum. modo
detinere non possit infantem recenter
natum. baptismatis aqua ablutum.
Magna quidem leticia sanctis pa-
tribus fuit cum educti sunt de carce-
re tam tenebroso. quia sine luce divine
visionis carebat. De carcere tam
horrendo. quia vicinitate demonum
horrebant De carcere tam despecto quia
sub terra latebat. De carcere tam diu-
turno quia plus quinque milia annorum
ibi permanserant Tercio circa dominicam
resurrectionem considerat fructus. qui quidem
fuit nostre mortis destructio et nostra
vivificatio Circa quod sciendum quod cor-
pus tripliciter consideratur. Aut quantum ad illam
partem que est in medio vie i. in pur-
gatorio quia vero est in patria. Illa
vivit per glorie felicitatem Corpus autem
iacet mortuum per incineracionem Illa
autem pars que est in via. est mortua.
et hec est duplex Una que mortua
mundo Col. iii° Mortui enim estis
et vita vestra abscondita est cum Christo
in deo. Secunda est mortua ex peccato
De qua dicitur in ps. Mors peccatorum
pessima Illa vero que est in purgatorio
est mortua et quantum ad corpus per inci-
neracionem et quodammodo quantum ad a-
nimam per graves suppliciorum impressiones
Quia sicut dicit Eccl. xxx° Meli-
or est mors quam vita amara. In huius
significationem sacerdos de hostia tres par-
tes facit Illa pars que ponitur in ca-
lice et in vino signat partem corporis.

misticam que est in celo. quia ibi sancti
a conturbatione hominum absconduntur et torren-
te divine voluptatis inebriantur. Hee
due vitant duas partes corporis mi-
stici. Una que est mortua mundo.
Alia que est mortua ex pena et sup-
plicio. Tercia autem pars que est mor-
tua ex peccato. ibi non consignatur quia
a corpore est precisa. licet enim sit de
corpore quantum ad fidem. est tamen pre-
cisa a corpore quantum ad mala vita
et operationem. Christus igitur per suam pas-
sionem et resurrectionem primam partem
que est in celo. vivificat. corpora scilicet
de monumentis suscitando. et animabus
coniungendo Joh. v° Omnes qui in
monumentis sunt audient vocem filii
dei. et procedent qui bona fecerunt in
resurrectionem vite etc. Secundam partem
que est mortua mundo vivificat. cum scilicet
ipsos mortuos mundo. facit gloriose ap-
parere in celo Col. iii° Cum autem Christus
apparuerit vita vestra. tunc et vos appa-
rebitis cum ipso in gloria Terciam partem que
est in purgatorio vivificat. dum ipsos
post sufficientem purgationem ducit ad
vitam et salutem eternam i Cor. iii°
Ipse autem salvus erit sic tamen quasi
per ignem. Quartam vero partem que est
mortua ex peccato sepe vivificat dum
eos a somno peccati surgere facit et eis
gratie lumen infundit Eph. v° Sur-
ge qui dormis et exurge a mortuis.
et illuminabit te Christus. Postquam apostolus
in auctoritate proposita egit de resur-
rectione capitis consequenter agit de
resurrectione corporis. cum dicit Et
vos cum Ihesu suscitabit. Circa quod
notandum quod deus de nostra futura re-
surrectione certos et securos nos fecit.
per omnes modos quibus de aliqua re
certificari aliquis consuevit. Primo per
promissionem quia ipsam evidenter
futuram nobis promisit. cum dixit Joh. vi°
Hec est enim voluntas patris mei Et
sequitur Et ego resuscitabo eum in no-
vissimo die Item promisit cum dixit
Ysa. xxvi° Vivent mortui tui interfe-
cti tui resurgent Si autem homo inge-

nunus decantat ꝯ sua promissiones
venire. multo fortius ipse deus. Ps
Que procedunt de labijs meis non
faciam irrita. Eciam Ingenuus homo
si vel in mendacio levi invenitur sibi
erubescit. et quo deus quod promisit
non faciet. Vir sapiens verum sibi quod
dixit non relinquit vacuum. Et quid va-
dimur sibi contra poterit vacua re-
manere. Deus prius homines quod
doceat aliis. ipse non faciat. Et quod ipse
quod docuit. ipse non implebit. hic est
Secundo nos assecuravit per iuramenti
interposicionem. qui dixit Ioh v°. Amen
amen dico vobis. quia omnes qui in
monumentis sunt audient vocem filij dei
et qui audierint vivent. Et est modus
iuramenti dei. i. amen vobis per memet-
ipsum. qui sum veritas. Ex autem generat
iuramentum maiorem firmitatis indicium
est Heb vj° Amonia deus neminem
habuit per quem iuraret. iuravit per semet-
ipsum etc. Voluit enim deus esse certam
nostram resurreccionem futuram promitte-
re. Ideo et hoc ipsum iuravit. ut per has du-
as res immobiles scilicet promissionem et iu-
ramentum. per quas deus venire im-
possibile est spem firmissimam habeamus
Heb vj°. volens deus ostendere pollici-
tacionis heredibus immobilitatem consilij sui
interposuit iusiurandum. ut per duas res
immobiles quibus impossibile est mentiri
deum fortissimum solacium habeamus. Ter-
cio nos assecuravit per instrumentum. Christus
enim quatuor notarios fidelissimos scilicet
quatuor ewangelistas habuit. Et ut quilibet
de nostra futura resurreccione instrume-
tum faceret mandavit. Quilibet enim
ewangelium est unum verissimum instru-
mentum. Cum Ewangelium legimus legimus
instrumentum unum. In quolibet autem istorum
instrumentorum continetur quod deus nostra
corpora suscitabit. unde dicit Mt xxij°
De resurreccione autem mortuorum non legistis
quod dictum est a deo dicente vobis. Ego
sum deus Abraham deus Ysaac deus
Iacob. Non est deus mortuorum sed vivo-
rum. Idem Mr xij° Luc xx° dicit et
Ioh xj° Ego sum resurreccio et vita qui cre-
dit in me eciam si mortuus fuerit vivet
Quarto nos assecuravit per testes. Quid
enim valet instrumentum si non est testibus
roboratum. Quod autem deus corpora nostra
resuscitare debeat testes sunt patriarche
Iob xix° In novissimo die de terra
surrecturus sum et rursum circumdabor
pelle mea et in carne mea videbo deum
salvatorem meum. Testes sunt prophete
Ezech xxxvij° Vaticinare de ossibus
istis et dices eis. Ossa arida audi-
te verbum domini. Ecce ego intromittam
in vos spiritum meum et vivetis et dabo super
vos nervos et succrescere super vos
faciam carnes et superextendam in vos
cutem et dabo vobis spiritum et vivetis. Te-
stes sunt apostoli sicut patet in i° Cor
xv° per totum. Testes sunt martires. unde
ille martir sic dixit ij Machab vij°
E celo ista possideo. sed propter dei leges
nunc hec ipsa despicio. quoniam ab
ipso me ea recepturum spero. Testes
sunt confessores. unde de illo magno con-
fessore dicitur ij Machab xij°. Vir for-
tissimus iudas collacione facta etc. Et sequitur
Iuste et religiose de resurreccione co-
gitans. Testes sunt virgines. unde Iohannes
virgo sic dixit Apoc xx°. Aperti sunt
libri et iudicati sunt mortui ex hijs
que erant scripta in libris. et dedit mare
mortuos suos qui erant in eo. et iu-
dicatum est de illis secundum opera eorum
Si igitur in ore duorum vel trium te-
stium stat omne verbum. quanto magis absque
omni ambiguitate sunt comprobandi
tot testes acceptione dignissimi. Quinto
nos assecuravit per fideiussores. Sancti
enim qui sunt in patria suam resurrec-
cionem desiderant. Quos deus eos nobis
in fideiussores dedit. Quia qui eorum
corpora resurget. nostra resurget similiter
cum eisdem. Apoc vj° Vidi subtus
altare animas interfectorum etc. Et sequitur
Et date sunt illis singule stole albe
i. glorificacio anime. et dictum est eis
ut requiescerent adhuc tempus modicum
donec compleatur numerus conservorum suorum
et fratrum eorum qui interficiendi sunt sicut
et illi. Sexto nos assecuravit per

p obsides. Deus enim dedit nobis obsi-
des corpora apostolorum martirum confessorum
ac virginum. Quos quidem obsides deo
non reddemus. nisi corpora nostra cum cor-
poribus ipsorum deus resuscitet. Et ideo
ordinavit deus ut non sine nobis consu-
mentur. i. in corporibus cum anima glorifi-
centur. Heb. x. Omnes testimonio fidei
probati non acceperunt repromissionem deo ali-
quid pro nobis melius providente ut non
sine nobis consumerentur. Sexto per pi-
gnoris obligationem. Deus enim dimisit
nobis duo preciosissima pignora per que
certi sumus quod nostra corpora suscitabit. unum
est corpus et sanguis suus. Joh. vi°.
Qui manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem habet vitam eternam et ego
resuscitabo eum in novissimo die. Eu-
loquens de eodem sacramento dicit pignus
habes et arram tenes. quo ei in presentia va-
cari vinaris. Aliud pignus est spiritus
sanctus. quem dedit nobis deus in pignus
nostre resurrectionis. ii Cor. v. Dedit
pignus spiritus in cordibus nostris. Postquam
ergo pignoris obligationem premissam
ad gloriam resurrectionem Roman.
viii°. Si spiritus qui suscitavit Ihesum
habitat in vobis vivificabit et mor-
talia corpora vestra propter inhabitantem spiritum
sanctum in nobis. Octavo nos as-
securavit per arre tradicionem. Arra enim
est pars precii persolvendi. Cum igitur deus
multa corpora sanctorum qui dormierant
suscitavit tunc nostre resurrectionis ar-
ram dedit in quibus fuisse credite com-
pleta resurrectio glorie. Illi enim veri
testes non fuissent. nisi vere surrexissent.
Reges autem qui coronantur et valde libera-
les sunt et multos eisdem vestibus secum
induunt. Cum igitur in resurrectione
Christus fuit coronatus gloria et honore et illos
sanctos secum vestivit eorum corpora
resuscitando si eorum corpora non fuit im-
mortalia. Vos eadem eos secum veste indu-
it sed vilia eis indumenta tribuit. qui
postmodum omnes corruptos consumpsit.
Nam eadem pares ut Abraham Ysaac
et Jacob. multum desiderabat in terra pro-
missionis sepeliri. quia forte in spiritu
providebat quod cum Christo resurgere debe-
bat. Sanctus eciam Petrus cum de David

loqueretur. non est ausus dicere. Corpus eius
apud nos est. sed sepulcrum. quasi corpus
resurrexisset. et sepulcrum vacuum remansis-
set. Nono assecuravit nos per immis-
sionem possessionis in terram. Tunc enim
in ipsam possessionem terrenis missi sumus
quando in capite nostro ipsa iam gloriosa re-
surrectio est completa. Si enim caput
resurrexit constat quod et ipsa membra
que nos sumus resurgent. i Cor. vi°. De-
us qui dominum suscitavit et nos suscitabit per
virtutem suam. i Cor. xv°. Si resurrectio
mortuorum non est neque Christus resur-
rexit. Maximus in sermone de resur-
rectione. In salvatore omnes resurre-
ximus omnes revixerimus omnes ad
celestia transmigravimus. Est enim in Christo
homine universi caro sanguis et
portio. Ubi ergo portio mea regnat
regnare me credo. Ubi dominatur sanguis
meus me sentio dominari. Ubi glorifi-
catur caro mea me gloriosum esse cognosco.
Ihesum quesitis Nazarenum
crucifixum surrexit non est hic. Sic
Marci ultimo. Iste sancte mulieres Christum
merito meruerunt quia ipsum semper
secute sunt. et sedulo consueverunt. Se-
cute quidem eum fuerunt adhuc vivente
ministrantes ei de facultatibus suis. Luc.
viii°. Sequebatur autem eum Maria mag-
dalene et Johanna uxor Cuze procura-
toris Herodis et Suzanna et alie multe
que ministrabant ei de facultatibus suis. Se-
cute enim fuerunt ad patibulum properantem.
Luc. xxiii°. Sequebatur autem illum multa
turba populi que plangebant et lamentabantur
eum. Secute enim fuerunt in patibulo
pendentem. Joh. xix°. Stabant iuxta crucem
Ihesu mater eius et soror matris eius Ma-
ria Cleophe et Maria Magdalene. Secu-
te enim fuerunt iam mortuum usque ad
tumulum ut eum plangerent. et quia reve-
rentur tale corpus positum esset viderent.
Luc. xxiii°. Subsecute autem mulieres. que
cum ipso venerant de Galilea viderunt
monumentum et quemadmodum positum erat
corpus eius. Hodie autem secute eum
fuerunt iam tumulatum ut ipsum invenirent.
gerent. Unde dicitur Maria Magdalene
et Maria Jacobi et Salome emerunt a-
romata ut venientes ungerent Ihesum.

Prima igit᷑ xpm semp tā sollicite q̄
sierunt ⁊ sic inte fuit Ideo xpm sēper
inuenire meruit. Vn̄ eis angelus
resurrectionem xpi prius q̄ aplis nu-
cciauit. d. Ihm q̄ritis nazarenum cru-
cifixum. surrexit non est hic. In quib̄
v̄bis cōmendat᷑ ab angelo mulierū
studiositas. cū dicit᷑ Ihm q̄ritis na-
zarenū. Scd̄o cōpacientis infinita cari-
tas. cum dicit᷑ Crucifixum. Tercio xpi
resurgentis gloria maiestas. cū dicit᷑
Surrexit non est hic. Quarta studiosita-
tem aut mulierum q̄rencium Notandū est
q̄ xpm post suā resurrectionem quidā
q̄sierunt in mane. Quidā in vespe
quidā in sero. ⁊ quidā in nocte. In-
uenire in mane fuit facile. in vespe
difficile. in sero dubitabile. in nocte
impossibile. In mane q̄sierunt iste mu-
lieres. de quib̄ dicit᷑ Mr vlt̄. Valde
mane vna sabbatorū veniunt ad mo-
numentū orto iam sole. Et ideo illū
inuenire fuit eis facile. quia ipsum
protinus inuenerunt. In vespe q̄sie-
runt illi discipuli qui ierunt in Emaus.
de quib̄ habetur Luc xxiiij^o. Qui dixe-
runt xpo Mane nobiscum q̄m aduer-
sperascit ⁊c. ideo eum inuenire fuit
difficile. vn̄ eos rep̄hendens dixit. O
stulti ⁊ tardi corde ad credendum in
omnib̄ que locuti sunt ꝓphete. In sero
q̄sierunt eum illi discipuli de quib̄ dicit᷑
Ioh xx^o. Cum esset sero die illa vna
sabbatorum ⁊ fores erent clause vbi
erant discipuli congregati ꝓpter metū iude-
orum. venit ihūs ⁊ stetit in medio
discipulorum ⁊ dixit eis. pax vobis.
Et eis inuenire fuit dubitabile. vn̄
dicit᷑ Luc vlt̄. vbi loquit᷑ de ista appari-
cione facta in sero. Cū dum dubitarent
⁊ ipm̄ spm̄ ee crederent. xpus dixit
eis Vt quid cogitaciones ascendunt in
corda vestra ⁊c. In nocte q̄sierunt
eum milites positi ad sepulcrum. vt
corpus eius vocib̄ custodirent. et
eis inuenire fuit impossibile. quia
nunq̄ eum in eternū inuenient. Illi
igit᷑ xpm q̄runt in mane. qui q̄runt
ipm̄ in iuuentute. ⁊ istorum inuencio h̄t
facilitatem. Illi querunt in vespe. qui
q̄runt ipm̄ in senectute. ⁊ istorum inuen-
cio h̄t difficultatem. Illi q̄runt in sero
qui q̄runt in morte. ⁊ istorum inuencio
h̄t dubitabilitatem. Illi q̄runt in
nocte qui q̄runt post mortē ⁊ illorum
inuencio h̄t impossibilitatem. In ma-
ne igit᷑ id est in iuuentute xpus q̄rendus
est. qui tunc de facili reperit᷑. Prou.
xviij^o. Qui mane vigilauerit ad me
inueniet me. Tales enim sunt sicut
mollis cera. quia de facili ducunt᷑ ad
omne bonum. Ps. Factum est cor meum
tanq̄ cera liquescens. Sunt sicut no-
ua testa. quia conseruat bonum odorem
vsq̄ ad senectutem. quo imbuti fue-
runt in iuuentute. Vnde quod noua
testa capit. inueterata sapit. Prou.
xxij^o. Adolescens iuxta viā suā gradit᷑
⁊ cum senuerit non recedet ab ea.
Sunt sicut virgalis virga. quia de fa-
cili flectunt᷑ ad bonum. vn̄ dicit᷑ in lau-
de sponse Can iij^o. Que est ista que
ascendit per desertum sic virgula fu-
mi ex aromatib̄ mirre ⁊ thuris. In
vespe aut id est in senectute xpm inuenire
difficile est. quia tales sunt in malo
inueterati ⁊ assueti. Et ideo ad conuer-
sionē difficiles ⁊ tardi. Vn̄ postq̄
ꝓpheta dixit in persona iuuenū. Fa-
ctum est cor meum tanq̄ cera liquescens.
Subdit in persona senum. Aruit tanq̄
testa virtus mea ⁊c. Tales enim in
malis indurant᷑ ⁊ ab humore gracie
totalit᷑ exsiccant᷑. Ideo dicit᷑ Aruit tan-
q̄ testa virtus mea ⁊c. Et nunq̄ aut
raro se conuertunt᷑. Ideo subdit Adhesit
lingua faucib̄ meis. Et sepe in peccatis
suis moriunt᷑. Ideo subdit Et in pul-
uerē mortis deduxisti me. Vicia enim
q̄ in iuuentute induunt᷑. vix in sene-
ctute deponi possunt. vn̄ dicit᷑ Ioh̄is de
Alexandro in epla ad alexandrum. Sicut
narrat hystoria Alexandri pedago-
gi sui moribus ⁊ incessu viciis nunq̄
carere potuisse. quib̄ adhuc paruulus
fuerat infectus. Et subdit Ieronimus. Pro-
cliuis est enim malorum emulacio. ⁊ quorum
virtutes assequi non potes. cito vicia
imitaris. In sero vero id est in morte xpm
inuenire dubitabile est. Talium enim pe-
nitencia ⁊ conuersionem. qui tantum peni-
tet in extremis Augustinus dicit esse dubi-
lem

Unde ait in libro .l. omel. Fidelis no
bis viues si sanatus hinc exit. ego
no sum securus / pniam dare possu
securitate dare no possum. Nunquid di
co dampnabitur / sed no dico saluabitur /
Et quid dicas. Respo. Non psumo no
dubito / vis de dubio liberari. age pe
nitenciam dum sanus es. et sanus es / qa
penitenciam egisti eo tempore quo peccare
potuisti. Si aut vis agere pniam tunc
qn peccare no potes. peccata te dimiserunt
non tu illa. / Ergo tene certum et dimitte
incertum. Sed quare beatus Aug. pniam
que agitur in extremis ponit in dubio /
cum deus omni hora qua peccator ingemu
erit / omnium peccatorum suorum no recordatur.
/ Sed dicendum est quod quidam penitent
timore pene. Qui quidem si pena eter
na no terreret. nequaquam peniterent / sed
semper in peccatis persisterent. tales sunt
in statu perdicionis. Quidam sunt qui
penitent amore iusticie. qui si pe
na no timerent. adhuc tamen deo serui
rent. et pniam agerent. / et isti sunt in
statu perfectionis. Quidam penitent consi
deratione vtriusque cause. habentes re
spectum ad amorem iusticie et vitacionem
pene. Tales sunt in statu salutis.
Dubium est aut de illis / qui penitent
in extremis. vtrum peniteant timo
re pene vel amore iusticie. / vel
ex consideratione vtriusque. Probabilius
tamen videtur / quod qui nunquam in sanitate
penitere voluit. sed tantum quando timet
de morte. Nec alias peniteret nisi
mori se crederet. quod hoc faciat ex
eo. quod penam eternam timeat. Et ideo
Aug. talium pniam esse dicit dubita
bilem. / In nocte aut .i. post mortem
decedentibus in mortali / xpm inuenire
impossibile est. vnde sponsa in persona
talium dicit / Can. iii. In lectulo meo
per noctem quesiui quem diligit anima
mea. / quesiui illum et no inueni. Ideo
no inuenit / quia in nocte quesiuit. In
ueniunt tamen dampnati eo modo quo est ibi.
Deus enim est in mundo per graciam et ima
in celo per gloriam / in inferno per iusti
ciam. Non igitur poterit eum inuenire
vt iudicem / vel iustificatorem / quia

hoc modo est in mundo. Nec vt glorifica
torem. quia hoc modo est in celo. sed
inueniet eum ibi / vt iudicem et tortorem
quia hoc modo est in inferno. / Sedo nota
xpi paciens infinita caritas. cuius
dicitur Cinnamomum. De qua cantica dicit
Johis xv^o. Maiorem hac dilectionem
nemo habet / quam vt animam suam ponat
quis pro amicis suis. et ponat corpus su
um et vltimum signum amoris. Amor
enim cordis per quatuor signa manifesta
tur aut per verba / aut per beneficia. aut
per obsequia aut per aduersa. / Manife
statur quidem amor per verba amoris. vnde
sicut dicitur Luc. vi^o. Ex habundancia
cordis os loquitur. Cum enim cor habun
dat in amore. os habundat in sermone.
Nos est amancium vt amorem suum si
lencio tegere negant. et istud est magnum
indicium et signum amoris. Manifestatur
eciam per collata beneficia. et istud est maius
signum amoris / quam primum. Multi enim
habundant in verbis amoris / qui defi
ciunt in beneficiis amoris. Multi sunt qui
seruiunt liberaliter de verbis suis / sed no
libenter de bonis suis. / propter quod dicitur
i Joh. iii^a. Non diligamus verbo
neque lingua vos fratres tantum. sed opere
et veritate. Et ideo dicit Greg. probacio
dilectionis / exhibicio est operis. / Manife
statur eciam per obsequia personalia. et istud
est adhuc maius signum. quam duo pre
dencia. Multi enim seruiunt amico
suo de substancia sua. qui tamen nollent sibi ser
uire de persona sua. Qui enim seruit
de substancia sua seruit de eo. quod est extra
se. Qui aut seruit de persona sua ser
uit de eo quod est ipse. / Maius est
aut seruire de seipso / quam de suo. Istud
est obsequium personale. quo seruiuit Ja
cob de quo dicitur Gen. xxix^o. Serui
uit iacob pro rachel septem annis
Manifestatur eciam per aduersa. cum scilicet
quis pro amico suo. exponit se aduersi
tatibus. passionibus et morti. / et istud
est summum et vltimum signum amoris. vltra
quod no est maius aliud inuenire
Multi enim darent in obsequium personas
suas. qui no darent in morte animas
suas. Istud signum habebat apostolus qui
dicebat ii Cor. xii^o. Ego aut libentissime

impendar et superimpendar egomet ipse pro
animabus vestris etc. i Thess. Vo-
lebamus vos tradere non solum evan-
gelium dei, sed etiam animas nostras.
Ista quatuor signa amoris xpus nobis
ostendit. De duobus primis duobus dicitur
Joh. xv° Jam non dicam vos servos
quia servus nescit quid faciat dominus
eius. Vos autem dixi amicos. Ecce si-
gnum amoris per verba. Quia omnia que
audivi a patre nota feci vobis. Ecce
signum amoris per beneficia. Magnum
enim beneficium nobis dedit, quia voluntatem
patris nobis manifestavit. De a-
liis duobus ultimis dicitur Mt. xx° Fi-
lius hominis non venit ministrari sed ministra-
re. Ecce aliud signum amoris dare scilicet
in obsequium personam suam. Et subdit
Et dare animam suam redemptionem pro
multis. Ecce ultimum signum dare scilicet
in morte animam suam. Dicendo ergo per
Johannem capitulo xv° Maiorem hac dile-
ctionem nemo habet etc. posuit summum et ul-
timum signum amoris. Si enim dixisset Ma-
iorem hac dilectionem nemo habet quam ut
verba sua det quis pro amicis suis, non
videtur fuisse verum, quia maius est
dare beneficium quam verbum, nisi forte in
casu. Unde dicitur Eccli. xviii° Nonne
ardorem refrigerabit ros, sic et verbum
melius quam datum. Item si dixisset quam
ut beneficia sua det quis pro amicis non videtur
fuisse verum, quia maius est dare ob-
sequium personale quam beneficium temporale.
Item si dixisset quam ut personam suam
det quis in obsequium pro amicis suis
similiter non videtur esse verum, quia
maius est pro amicis dare personam
suam ad moriendum quam dare personam
suam ob serviendum. Dicendo autem
quam ut animam suam ponat quis pro amicis
suis, non est ultra procedere quia ul-
timum maius signum amoris quis possit
ostendere. Tertio ponitur xpi resurgentis
gloria maiestatis cum dicitur Surrexit
non est hic, ecce vivus est hic. Licet
enim post resurrectionem non sit hic per
passionem, remansit tamen hic per compassionem,
licet non sit hic per miseriam, remansit
tamen hic per misericordiam, licet non sit hic per
mortalitatem, remansit tamen hic per pietatem.

Legitur Gen. xl° Quod pincerna Pharao-
nis succedentibus prosperis oblitus
est interpretis sui. Noster autem pincerna
id est xpus succedente prosperitate glorie re-
surrectionis, licet fuit exaltatus, tamen
amicorum suorum qui erant in tribulacionibus
non est oblitus, sed eos per misericordiam
visitavit. Visitavit animam que lan-
guebat pro amoris magnitudine. Cant.
ii° Fulcite me floribus, stipate me
malis, quia amore langueo. Xpus enim
in resurrectione et fuit flos, in quantum
eius caro refloruit, et fuit malum
in quantum primi pomi mala reparavit. Vi-
sitavit Magdalenam que flebat pro ni-
mia doloris amaritudine. Visitavit
Petrum qui erat in multo merore, unde
Angelus eum proprio nomine designat.
Unde sicut dicit Greg. Petrum
designavit ex nomine, ne desperaret ex
negacione. Visitavit Jacobum qui erat
in quadam corporis defectione. Ipse enim
sicut ait Jeronimus in parasceve votum
vovit quod non comederet nisi xpum re-
surrexisse prius videret. Visitavit Thomam
qui erat in infidelitatis errore. Vi-
sitavit Joseph ab Arimathia qui erat
in tribulacione, quia Judei ex eo quod xpm
deposuit, ipsum carceri incluserunt,
sed Ihesus eum inde eduxit. Visitavit
omnes discipulos qui stabant ianuis
clausis ex timore. Ex quo patet quod licet
xpus deposuit omnem passionis defe-
ctum, non tamen deposuit pietatis affectum.
Prius enim ante incarnationem erat valde
misericors, postmodum tamen factus est
summe misericors. Nemo autem potest alii
misereri nisi eius miserias recognoscat.
Et quanto magis cognoscit, tanto facilius
misericordiam impendit. Ante incarnationem
xpus cognoscebat humanas mise-
rias et defectus per suam divinam et
eternam sapientiam. Et ideo erat valde mi-
sericors. Unde dicebat propheta Quomodo
miseretur pater filiorum, misertus est dominus
timentibus se. Recordatus est quoniam pulvis
sumus. Homo sicut fenum, dies eius tamquam
flos agri sic efflorebit. Homo enim est
fenum quantum ad corporis compositionem
et est pulvis quantum ad corporis resolutionem

Unde dicit Job. Memento queso quod sicut lutum feceris me et in pulverem reduces me. Est fenum quantum ad mentis mutacionem. quia instar feni modo habet affectiones virentes modo arentes. possiant sic fenum tectorum quod prius quam evellatur exaruit. Prius enim quam deus affectiones eorum colligit, arescunt. Est etiam flos agri. quantum ad utriusque variacionem scilicet corporis et mentis. Nam modo instar floris viresit in corpore per sanitatem. modo aresit per infirmitatem. modo putresit per mortem. Similiter et in mente. modo viresit per affectiones eternorum. modo aresit per affectiones mundanorum. modo putresit per affectiones immundarum. unde dicit Jacobus primo. Sicut flos feni transibit. Exortus est enim sol cum ardore et arefecit fenum. et flos eius decidit et decor vultus eius deperiit. Per incarnacionem autem sciunt singulas miserias et defectus. per quandam practicam et experienciam longam. Et ideo debuit esse magis misericors. Qui enim hoc cognoscebat, quasi per quandam theoricam, postmodum scire incepit per quandam practicam. quia triginta tribus annis et tribus ebdomadibus ... estimavit etiam nostras infirmitates corporales et spirituales singulas et cunctas nostras miserias. Et ideo multum bene scire ista poterit. et valde misericors esse debuit. Medicus enim qui triginta tribus annis aque infirmum in cura habuisset. eius condiciones valde bene scire deberet. Et sic medicus multum contristatur. qui triginta tribus annis circa aque infirmum se contraxisset. et nichil de contingentibus obmisisset. et nulla signa liberacionis videret. Sic et Christus contristatur se dicens cum videt quod sua practicacio et conversacio non habet effectum, propter quod Contristatus sum in exercitacione mea. id est dico, quod mea exercitacio effectum non habet. Et conturbatus sum a voce inimici id est de eo, quod plus valet una demonis suggestio, quam omnis mea inspiratio. Et a tribulacione peccatoris id est quod iustitia mea exigere, ut me peccatorem tribulare et punire. Tales faciunt nostras miserias et defectus per experienciam. quia scilicet in sua propria expertus est lassitudinem, famem, sitim, temptationes, irrisiones, obprobria, blasphemias, persecutiones, dolores, et mortem. Et ideo factus est maxime misericors. Medicus enim cognoscit virtutem morbi per suam theoricam. est multum misericors. Medicus vero cognoscit per practicam et conversacionem longam est magis misericors. Medicus autem cognoscit per experienciam scilicet infirmitates sepius expertus est maxime misericors. Sed si inveniretur aliquis medicus qui esset bonus theoricus et bonus practicus, et infirmitates sepius expertus, iste medicus summe maxime esset misericors. Noster autem medicus scilicet filius dei misericordissimus debet esse, cum ipse cognoscat omnes nostros defectus et per suam sapientiam et per conversacionem longam et per experienciam. Ideo dicit apostolus Heb. iiii. Non enim habemus pontificem qui non possit conpati infirmitatibus nostris. temptatum autem per omnia. Item Heb. ii. Debuit per omnia fratribus assimilari ut misericors fieret. Istum tercium modum quo Christus nostros defectus cognovit videtur tangere apostolus Heb. v. dicens. Et quidem cum esset filius dei. ecce primus modus. scilicet per divinam sapientiam. didicit ex hiis que passus est, obedienciam. Ecce alius modus sciendi scilicet per experienciam et consumatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis eterne. Ecce alius modus sciendi scilicet per conversacionem longam et diuturnam. Tamdiu quidem iste medicus inter nos se exercitavit. quod artem suam et tandem totus sum consumavit. Et ideo dicit Consumatus. Sed quantumcumque medicus circa infirmum arte sua vel persona expenderet vel consumeret salutem tamen sibi dare non posset nisi infirmus ei obtemperaret et obediret. Et ideo subdit factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis eterne.

Ihesum queritis Nazarenum crucifixum. surrexit non est hic. Marci ultimo. Olym prima mulier fuit media inter serpentem et virum. A serpente recipiens primam suggestionem et virum inducens ad suam persuasionem. hoc autem iste sancte mulieres fuerunt medie inter apostolos et angelum. Ab angelo consilium recep...

xpi resurrectioe Et aplis referret
nostram saluatioem/ Vn postqz angelo
annunciauit eis xi resurrectioem d. Ihm
queritis etc/ protinus misit eas ad aplos
d. Ite dicite discipulis eius et petro etc
In verbis igitur premissis/ plura de ipa
xi resurrectioe tanguntur// Primo qz fuit
causa nre saluationis/ cum dicit Ihm.
Scdo qz fuit nre deuotionis. cum dicit
Querit. Tercio qz fuit nimie iocunditatis
et exultationis. cum dicit Nazarenum.
Quarto qz fuit magne caritatis cum dicit
Crucifixum. Quinto qz fuit imense feli-
citatis. cum dicit Surrexit non est
hic// Circa primum notandum est. qz xpi
resurrectio fuit nra saluatio. et ideo
dicit Ihm. qd interpretatur salus. Sal-
uati enim sumus per xpi resurrectioem.
et in anima per iustificatioem/ et in corpe
per future immortalitatis incorruptioem
Ipsa enim xpi resurrectio est meritum
nostre iustificationis. Romanorum iiiio. Tra-
ditus est propter delicta nra et resurrexit
propter iustificationem nram. Non solum
autem xpi resurrectio fuit causa efficaciis
nre iustificationis/ sed etiam ipe fuit
causa exemplaris nre totius innouationis Sic
ait Apostolus Ro. vio. Quomodo surrexit xpus
a mortuis per gloriam patris. ita et nos
in nouitate vite ambulemus/ Xpi enim
resurrectio fuit festina. vera et perpe-
tua. Sic nra innouatio debet esse festina
sine dilatione/ vera sine simulatione. perpetu-
a sine recidiuatione. Dicitur enim xpus
festine resurrexit. quia tercia die
surrexit/ sic et nos saltem die tercia
spiritualiter resurgamus. Tres namqz
dies sunt. delectatio consensus. et opus/
Qui igitur non surrexit a prima dele-
ctatione vel consensu. saltem resurgat
ab opere/ et hoc est resurgere die tercia.
Quarta namqz dies est consuetudo peccan-
di/ et ab isto difficulter homo resurgit
Quia lazarus quatriduanus cum
difficultate resuscitatus fuit. Quintus
dies est necessitas. et ab ista vix vel
numqz homo resurgere potest/ quia a dyabolo
cathena infernali ligatus tenetur De
hac cathena sic dicit Augustinus in libro
confessionum Suspirabam ad te ligatus

non ferro alieno/ sed mea ferrea voluntate.
velle meum tenebat inimicus et inde mi-
chi cathena fecerat et constrinxerat. quippe
ex voluntate peruersa facta est libido.
et dum seruitur libidini facta est consuetudo.
et dum consuetudini non resistitur. facta est
necessitas/ quibus quasi ansulis sibimet
innexis vnde cathena appellatur// Debet
etiam nostra innouatio esse vera sine simu-
latione. Sicut et xpi resurrectio vera
fuit iuxta illud luce vlt. Surrexit dominus
vere Illi qui simulate a peccato resur-
gunt/ licet videantur se viui/ tamen sunt
mortui iuxta illud Apoc. iiio. Nomen habes
qz viuas et mortuus est Quidam enim sunt
viui quantum ad nomen. sed mortui quantum
ad rem. sicut ypocrite qui extrinsecus vi-
dentur viui per quandam religiosam appa-
renciam Iuxta et sunt mortui. quia spiritu
dei sunt priuati Quidam sunt viui quantum
ad rem/ sed mortui quantum ad nomen
Sicut sancti viri qui sunt viui coram
deo. sed mortui coram mundo. Nam mundus
eos tamquam mortuos abhominatur Iuxta
illud ps. Estimati sumus sicut oues occi-
sionis Quidam viuunt quantum ad nomen
et quantum ad rem/ sicut illi qui habent
coram clara fama/ et intus mundam
consciam Quidam mortui sunt quantum ad
nomen et quantum ad rem/ sicut illi qui nec
deum timent nec homines reuerentur Debet
etiam esse nra innouatio perpetua sine
recidiuatione/ sicut et resurrectio xpi
perpetua fuit/ Romanorum vio. Xpus resur-
gens a mortuis iam non moritur etc.
Sic et nos nostram iustificationem numqz
perdamus. Iob xxvijo Iustificationem
quam cepi tenere non deseram. Qui enim
iustificatioem perdit/ quodammodo iterum xpm
mori facit/ Heb vio. Rursum crucifi-
gentes sibimetipsis filium dei// Sumus
etiam saluati per xpi resurrectioem in
corpore per future immortalitatis incor-
ruptioem Nam in morte corpus nrm
marcescit. marcidum putrescit pu-
tridum arescit/ aridum in puluerem redit.
In resurrectioe vero reflorebit. Nam
marcidum induet agilitatem/ putridum
induet subtilitatem/ aridum induet clari-
tatem/ resolutum induet immortalitatem
Ista enim vult tangere Apostolus. i Cor. xvo.

Seminat in corruptione, surget in incorruptione, seminat in ignobilitate, surget in gloria, seminat in infirmitate, surget in virtute, seminat corpus animale, surget corpus spirituale. Iste quatuor dotes corporis sunt etiam signa spiritualis resurrectionis. Ille enim vere a peccato resurrexit qui habet claritatem conversacionis honeste. De qua dicitur Matthei v. Sic luceat lux vestra coram hominibus etc. Qui habet subtilitatem humilitatis profunde. Sicut enim superbia cor ingrossat, sic humilitas cor subtiliat, ut possit intrare per angustam portam. Ideo sapientie vii dicitur: Spiritus sanctus vocatur subtilis, quia quos replet subtiles et humiles facit. Qui habet agilitatem obediencie prompte. Proverbiorum xxii. Vidisti hominem velocem in opere suo, coram regibus stabit. Ecclesiastici xxxi. In omnibus operibus tuis esto velox. Qui habet impassibilitatem pacientie. Paciencia enim facit quodammodo impassibilem, quia licet paciatur, tamen non contristatur. Proverbiorum xii. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Secundo resurrectio Christi fuit multe devocionis, cum dicitur Quintus. Iste enim sancte mulieres multa devocione affecte Christum querebant. Ideo autem Christum invenire meruerunt, quia convenienti eum suo tempore, loco et modo quesierunt. Quesierunt enim eum valde mane. Unde dicitur: Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum. Qui igitur vult Christum invenire, querat Christum in mane, id est in iuventute. Proverbiorum viii. Qui mane vigilaverit ad me, inveniet me etc. Ille inveniet qui vigilabit, non qui dormitabit, et qui vigilabit mane, non vespere, et qui vigilabit ad me, non ad mundum, nec ad se. De hiis tribus dicitur Psalmus lxii. Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Quesierunt eciam eum suo loco, id est in sepulcro, ubi posuerunt fuerat corpus eius. Illi enim demum inveniunt

qui in loco suo eum querunt. Non enim invenitur in deliciis, nec in divitiis, nec in honoribus. Job xxviii. Non invenitur in terra suaviter viventium, quantum ad delicias. Abyssus dicit: non est in me, quantum ad avaros, quia avaricia non habet fundum, et mare loquitur: non est mecum, quantum ad superbos, quia sunt tumidi et inflati. Sibi igitur querat, quia admodum pastores convenisse manifestum est. Nam sunt hec Luce ii. Quesierunt Christum in humilitate. Ideo dicitur: invenietis infantem. In paupertate. Ideo dicitur: pannis involutum. In multa asperitate. Ideo dicitur: Et positum in presepio. Quesierunt etiam Christum debito modo, scilicet sapienter, dulciter et fortiter. Sapienter quesierunt eum, quia non solo, sed cum asperitate querere voluerunt. Dulciter, quia cum aromatibus quesierunt quem sumerent. Fortiter, quia non timuerunt, postposita femineitate, nec mortis horrorem, nec iudeorum seviciam, nec custodum presentiam. Nos igitur queramus Christum tam sapienter, ne a dyaboli fallaciis decipiamur. Tam dulciter, ne a carnis blandiciis alliciamur. Tam fortiter, ne a mundi adversitatibus frangamur. Tercio eius resurrectio fuit multe iocunditatis, cum dicitur Nazarenum, quod interpretatur floridus. Ipse enim est totus floridus, quia scilicet est flos. Canticorum ii. Ego flos campi. Est natus de flore, id est de maria. Ecclesiastici xxiv. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris etc. Est nutritus in flore, id est in Nazareth, quod flos interpretatur. Resurrexit floris tempore, unde cantat ecclesia: Dies venit dies tua, in qua reflorent omnia. Et requiescit in florido corde. Unde sponsa invitat eum ad quiescendum in lecto sue consciencie. Dicitur Canticorum i. Lectulus noster floridus. Christus igitur resurgens fuit Nazarenus, id est floridus, quia totus fuit festivus atque iocundus. Et ideo resurrectionis dies est tota leta et iocunda adeo, quod in ea omnes creature iocundantur et letantur. Creatura insensibilis, sol et luna; nam sol plus solito radiavit, et luna se perimma conculcatione commovit. Psalmus. Letentur celi et exultet terra. Creatura vegetabilis, unde dicitur

Ambros. In resurrectione christi similiter fructificat. Herba arescit in segetem, vinea pubescit in palmitem, cum reflorescit christi caro. Omnia floribus vestiuntur. Creatura sensibilis enim et ipsa volatilia hoc tempore suavitate cantus applaudunt et iocundantur quasi resurrectioni domini congaudentes. Ps. Omnes creature invitas ad gaudendum et laudandum sic dicit Bestie et pecora volucres pennate. Et racionem huius laudacionis subdit dicens Quia exaltatum est nomen eius solius. Nomen enim christi maxime in resurrectione exaltatum fuit et divulgatum. Creatura racionalis id est homo. Ps. Hec est dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. Creatura intellectualis id est angelus enim in vestibus albis apparuit. Quia ut dicit Gregorius Candor vestis splendorem mentis ac sue indicat solemnitatis. Nostro vero christi fuit in leticie caritatis, tunc dicit Crisostomus. Et nota quod angelus volens annunciare christi resurrectionem, premisit eius passionem. Innuendo quod si volumus pervenire ad gloriam eterne retribucionis, oportet nos per veram per tollerancia passionis. Hoc signatum est Exo. xii° ubi preceptum est filiis Israel ut cum comestione agni lactucas agrestes comederent. Qui enim vult pervenire ad esum celestis agni, habeat amaritudine peccati sui. Hoc signatum est Luc. xxiiii° ubi dicit quod discipuli domino obtulerunt partem piscis assi et favum mellis. Quia qui vult pervenire ad eternam dulcedinem, oportet se prius dare assare per prime afflictionem. Hoc eciam signatum est Ruth iiii° ubi dicitur quod qui volebat habere Ruth possessionem, ipsam Ruth acciperet in uxorem. Qui enim vult habere possessionem eternam, iungat sibi inseparabiliter paupertatem, in qua debet deficere sibi et mundo et adherere deo. Quia Ruth deficiens interpretatur. Hoc eciam signatum est Math. ii° ubi dicitur quod Magi invenerunt puerum cum maria matre eius. Nullus enim potest invenire christum nisi cum maria id est cum pena amaritudinis. Nunto ostendet quod eius resurreccio fuit summe felicitatis cum dicitur Surrexit non est hic. Quod enim ubique sit tamen ibi

non erat cum mortuus, quod dotem induceat inmortalitatis. Omnem enim corruptionem deposuit et inmortalitatem assumpsit. Quod quidem ostendit in verbo, facto, signo et misterio. Verbo quidem cum dixit Luc. ultimo Hec sunt verba que locutus sum vobis cum adhuc essem vobiscum. Ad quem locum sic dicit Beda in omelia. Non erat enim cum ipsis non carne quibus prius corporaliter appellat, sed tamen iam se cum ipsis esse denegat a quorum mortali corpore carnis inmortalitate distabat. Hoc eciam ostendit facto quando scilicet clausis ianuis ad discipulos introivit. Beda in omelia. Quod mirum si clausis ianuis post resurrectionem suam in celum iam victurus intravit, qui moriturus veniens non aperto utero virginis exivit. Sed mirum modo atque inestimabili redemptor noster et incorruptibile post resurrectionem et palpabile corpus exhibuit ut monstrando incorruptibile invitaret ad premium, prebendo palpabile, firmaret ad fidem. Et incorruptibilem se quo demonstravit ut perfecto esse ostenderet corpus suum post resurrectionem et eiusdem nature et alterius glorie. Ostendit eciam hoc ipsum signo quando scilicet discipulis piscantibus in littore apparuit ut habetur Joh. ultimo Ad quem locum sic dicit Beda in omelia. Quid enim mare nisi presens seculum significat quod se causarum tumultibus et undis vite corruptibilis illidit. Quid per soliditatem littoris nisi illa perpetuitas quietis eterne significatur. Quia ergo ipsum redemptoris misterium rebus discipulis loquitur dicens Ideo vobis in mari non appareo quia vobiscum in perturbacionibus et in fluctibus non sum. Ostendit eciam hoc ipsum misterio prout scilicet quod in galilea voluit apparere Galilea transmigracio siquidem interpretatur. Iam quippe a passione ad resurreccionem, a morte ad vitam, a pena ad gloriam, a corruptione ad incorruptionem transmigraverat.

Omnes quidem resurgemus sed non omnes inmutabimur I Cor. xv° licet omnes resurgant tamen non omnes inmutantur id est gloria inmortalitatis. Omnes quidem secundum apostolum resurgemus. Sunt autem quidam qui simpliciter ipsam resurrectionem non credunt et nostram corporalem resurrectionem diffitentur

Alii sunt qui ipsam resurrectionem non
credunt / quia non vident qualiter de-
nuo reparari possunt / caro et ossa in
pulverem iam redacta. Alii vero ipsam
non credunt / quia non vident qualiter
corpora gravia et terrena possunt sur-
sum ferri et in celo habitare / Primum qui-
dem scilicet quod vero corpus sit futura / licet
multis et quasi infinitis auctoribus
ostendi possit. Nos autem ad presens au-
ctoritates dimittamus / et quatuor rationes
ponamus / Prima ratio sumitur ex con-
sideratione divine providencie hanc rationem
assignat Damascenus in libro iiij^o. d. Si non
est resurrectio Neque deus est Neque pro-
videncia. casu autem omnia aguntur et
feruntur Ecce enim videmus plurimos iu-
stos quidem esurientes et iniuria pacien-
tes / et nulla in presenti vita porcione
assumpcionem / peccatores autem et iniustos in
diviciis et omni voluntate habundantes
Et quis unquam hoc iusti iudicii vel sa-
piencis providencie opus sanus
suspicabitur. erit igitur resurrectio. Justus enim
deus est et in hiis qui sustinent eum
mercedis retribucio fit / Secunda sumitur
ex consideracione divine iusticie / Istam rationem
assignat Damascenus ibidem d. Si sola
involuta voluptatibus est sola utique
iuste punietur Sed quia neque continen-
ciam separatam habuit neque virtute neque
propter maliciam anima pertransit sine cor-
pore. recte ambo simul retribucionibus et
fruentur. Tercia sumitur ex consideracione dig-
nitatis rationalis creature Si enim resurrectio
non esset. tunc rationalis creatura in nullo
ab irrationali distaret / hanc rationem
ibidem tangit Damascenus d. Si non est resurrectio
in quo ab irrationabilibus distamus.
Si enim non est resurrectio. beatificamus agrestia
sine cura habencia vitam / Quarta
sumitur ex continua mundi renovacione
hanc rationem tangit Ambrosius in libro de resur-
rectione d. / Prima resurrectionis fides usu
est mundi omni generationis successionum
vicissitudo ortus obitusque est signorum. diei et
noctis occasus. communi quotidie ta-
mquam redivivia successio / Quinta sumitur
ex consideracione resurrectionis domini / hanc rationem
tangit Gregorius in omelia paschali d.

Duae siquidem vitae erant. quarum unam
noveramus / alteram nesciebamus / Una
quippe mortalis est. alia immortalis.
Una corrupcionis. Alia incorrupcionis
Una mortis et alia resurrectionis / sed venit
mediator dei et hominum homo ihesus christus
Suscepit unam et ostendit alteram. unam
pertulit moriendo. ostendit alteram resur-
gendo. Si igitur mortalem nobis vitam
scientibus resurrectionem promitteret animis
et tamen hanc visibiliter non exhiberet / quis
eius promissionibus crederet. Factus
itaque homo apparuit in carne. mori
dignatus ex voluntate. resurrexit
ex potestate et quod ostendit exemplo. nobis
promisit premio / hanc eandem rationem tangit
Apostolus prima Cor. xv^o. deducens ad in-
conveniens et dicit. Si resurrectio mortuorum
non est Neque christus resurrexit. Si-
militer enim meritorum apud iudicem similis
est retribucio / unde sicut christus serviendo
deo. in corpore et anima meruit remu-
nerari in corpore et in anima / et nos
similiter in corpore et anima remune-
randi sumus. Non est verisimile quod deus
sit minus liberalis in remunerando quam
homo in serviendo. Si igitur in corpore
et in anima servivit homo. et in corpore
et in anima remunerabit deus. Sexta
sumitur ex fide universalis ecclesie / hanc rationem
assignat Augustinus libro xxij^o de civitate
dei. ubi dicit Tria olim fuerunt incre-
dibilia. unum incredibile fuit. quod corpora
unquam resurgerent et in celum ascenderent
Secundum. quia mundus hoc credit. Cui
si rem credibilem credidit. videat quam
sunt stolidi. qui non credunt. Si autem
res incredibilis credita est. causa hec
utique incredibile est. quod sic creditum
est / quod incredibile est. Tercium etiam est
completum. quia soli apostoli pauci in-
docti mundo rem tam incredibilem persua-
serunt / hec autem tria deus ante predixit
scilicet resurrectionem corporis sui. et rem tam
incredibilem mundum esse crediturum. et per
ignotos et indoctos hoc fuisse mundo per-
suadendum predixit Infideles autem nolunt
credere primum scilicet christum resurrexisse vel
nostram resurrectionem futuram esse. Secundum
autem velint nolint coguntur credere
quia scilicet mundus hoc credit Nos autem

quo mundus ardebit, alium non inuenit nisi qui scriptus est. sed quod paucissimi et imperitissimi miracula hec non persuaserunt. Si vero negat miracula facta fuisse, hoc nobis unum grande miraculum sufficit quod tam terrarum orbis sine ullis miraculis credidit. Duo igitur incredibilia infideles facta iam cernunt, ut quod erat incredibile credat mundus et quod per simplices et ydiotas credidit mundus. Cur ergo reliquum desperant ut etiam hoc eueniat quod incredibile credidit mundus. Ambrosius ait in libro de bono domini. ad probandam bonorum futurorum quibus voces tangit dicens. Credas secundum naturam. credas secundum usum fructuum ceterorum. credas etiam exempla gestorum. credas etiam oracula prophetarum. credas etiam christi celeste promissum. Denique enim credere resurrectionem etiam naturam. Et ista ratione magister ibidem explanat dicens. Claret non est dubitandum quod etiam natura magis quam contra naturam est. Secundum naturam enim resurgere nascentia, contra naturam est interire. Denique etiam credere etiam usum fructuum ceterorum. Istam rationem magister explanat dicens. Quid mirum est si homines quos recipit terra resuscitat, cum semina quecumque suscepit viuificat, erigat, vestiat, muniat, atque defendat. Denique etiam credere secundum exempla gestorum. quia christus resurrexit et multa corpora sanctorum qui dormierant cum ipso surrexerunt. Gregorius in omelia. Ablata sunt omnia argumenta perfidie. ne quis enim dicat desperare de se non debet homo. quod in carne sua exhibuit homo deus. Ecce cum deo homines resurrexisse cognoscimus. Si igitur membra nostri redemptoris sumus, presumamus in nobis quod gestum constat in capite. Denique etiam ipsam resurrectionem credere etiam oracula prophetarum. Dan. xii°. Multi de hiis qui dormiunt in puluere terre euigilabunt, alii in vitam eternam, alii in obprobrium, ut videant semper. Denique etiam ipsam bonorum credere etiam christi celeste promissum, quod enim ipsam nobis promisit Joh. vi. d. Nolite mirari hoc quia veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei, et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Alii sunt qui non credunt resurrectionem futuram, quia non vident qualiter caro et ossa in puluerem iam redacta reparari iterum possit. Hoc autem Gregorius multipliciter improbat. ostendens hoc nocte deo impossibile. Et homini incredibile. Et ita in libro xiiii° moralium hoc ostendit exemplo lucis. exemplo arboris. exemplo seminis. exemplo arboris simul et seminis. ex ratione diuine potentie atque virtutis. Primo namque ostendit hoc exemplo lucis dicens. Cum in ratione fides ex obedientia non tenetur, ratione hanc tenere ex ratione debuerunt, per quotidiana quippe momenta lux ipsa temporalis quasi moritur, dum superuenientibus noctis tenebris ea quam conspiciebatur subtrahitur, et quasi cotidie resurgit, dum lux ablata oculis suppressa iterum nocte reparatur. Secundo hoc ostendit exemplo arboris. dicens. Per momenta quoque temporum cernimus arbusta viriditate foliorum amittere, a fructu non placere cessare, et ecce quasi subito ex arescente ligno velut quadam resurrectione venire videmus folia erumpere, fructus grandescere, et tota arborem redeunte decore vestiri. Tertio hoc ostendit exemplo seminis dicens. Consideremus paruum cuiuslibet arboris semen, quod in terram iacitur ut arbor ex illo producatur. Dulce namque rerum omnium opifice cuncta mirabiliter ordinante et in mollitie seminis latuit asperitas corticis, et in teneritudine illius abscondita est fortitudo roboris, et in siccitate illius vbertas fructificationis. Quid ergo mirum si tenuissimum puluerem. vel a nostris oculis in elementis redactum, cum vult in hominem reformat. qui ex tenuissimis seminibus immensa arbor redintegrat. Quarto hoc ostendit ex ratione arboris simul et seminis dicens. Constituamus ante oculos cuiuslibet arboris miram magnitudinem. cogitemus unde crescendo cepit, que ad tantam molem excreuit peruenit. Inuenimus procul dubio originem prime seminis. consideremus nunc nisi in illo paruo grano seminis latet fortitudo

ligni. asperitas corticis / sapor odorque
magnitudo vbertas fructuum. viriditas
foliorum. Contractatum namque semen grani
non est validum, vnde ergo processit
ligni durities. Non est asperum, vnde ergo
asperitas corticis erumpit. Non est sapo-
sum, vnde ergo sapor in fructibus. olfa-
ctum nil redolet, vnde odor in fructibus
fragrat. Nichil in se viride ostendit, vnde
foliorum viriditas erupit. Cuncta ergo in
semine simul latent, que tamen non simul ex se-
mine prodeunt. Ex semine quippe produ-
citur radix, ex radice producitur virgul-
tum, ex virgulto oritur fructus, in fru-
ctu etiam producitur semen. Addamus ergo
quia et semen latet in semine. Quid ergo
mirum si ossa, neruos, carnem, capil-
losque reducat ex puluere, qui lignum
fructus folia in magna mole arboris
ex paruo quotidie semine restaurat.
Cum ergo dubitans animus de resurreccionis
potencia racionem querit, cause rerum ei
inserende sunt, que incessanter
fiunt, et tamen racione comprehendi nequaquam
possunt, vt dum non valet ex visione
rei penetrare quod conspicit, de promissi-
one diuine potencie credat quod audit.
Quintus ostendit hoc Gregorius racione
diuine potencie atque virtutis dei. Apud
se infideles quasi racionabiles dicunt.
quomodo ex puluere homo reducitur, quomodo a-
gitur vt cinis animetur. Quibus bre-
uiter iudicet, quia longe minus est
deo reparare quod fuit, quam creasse quod non
fuit. Aut quid mirum si hominem ex
puluere reficiat, qui simul omnia ex nichi-
lo creauit. Mirabilius namque est celum
et terram ex nullis existentibus condidisse, quam
ipsum hominem ex terra reparare. Alii
sunt qui ipsam racionem non credunt, quia
non vident qualiter corpora grauia
et terrestria possunt ferri sursum, et in celo
habitare, asserentes quod natura non patitur
vt id quod de terra est, nisi in terra ma-
neat, sicut fuit philosophi et sapientes
mundi. Quorum errores Augustinus libro
xiii° et xxii° de ciuitate dei multis racionibus
reprobat, ostendens per multas raciones
hoc non deo esse impossibile vel homini incre-
dibile. Prima racio est quia ponit libro xiii°
capitulo xviii° vsque ad racionem sextam. Cum si
ars humana potest ex metallis, que in
aquis posita continuo submerguntur, fabri-
care vasa natatilia, multo magis po-
tuit deus facere, vt corpore terrena possent
non deprimi, et ab animis perfecte bea-
tis facta incorruptibilia facile mo-
ueantur, et vbi voluerit ea ponat, et quod
voluerit agat situ motuque facillimo.
Secunda racio est quia si angeli possunt mo-
uere corpora terrena, si sauciis sensu
oneris et rapiant vndelibet constituant-
que vbilibet, poterunt et anime beate corpora
sua sine difficultate mouere vt voluerit.
Tercia racio est, quoniam cum portamus onera
corporum alienorum, quanto maior est quan-
titas, tanto fit maior grauitas, ita vt
plura pondera quam pauciora plus premant.
Membra tamen sua carnis leuius portat
anima cum in sanitate robusta sunt,
quam cum in languore macra sunt, quia
ibi plus valet temperacionis modus
quam quantitatis pondus. Melior est ac et
maior sanitas futura corporis quam prius.
Quarta racio est, quia cum tota terra li-
bratur in nichilo, cur non potest leuium
corpus esse in celo. Quinta racio est quia
si iuxta Platonem dii minores possunt ab
igne remouere ardorem, vt micat
lux, que ab oculis emicat, multo forcius
deus summus potest de carne hominis auferre
corrupcionem et grauitatem, detinendo natu-
ram et meliorum membrorum figuras. Sexta
racio est quia ponit libro xxii° ca-
pitulo iiii°. Cum si aere tantummodo circumdati sumus
vllo corpore, et in celo habitantes terrena
animalia nesciremus, nobisque futurum
esse diceret, vt terrenis corporibus animandi
quodam vinculo mirabili necteremur,
nonne hoc credere renuentes diceremus
naturam non pati, vt res incorporea
ligamento corporeo vinciretur. Cur ergo
non vehemencius admiramur incorporeos
animos celesti corpore pociores terrenis
alligari corporibus, quod corpora licet terrena
ponderibus, quoniam celestibus tamen corporibus
sublimari, nisi quia hoc videre con-
sueuimus et hoc sumus, illud vero nondum
sumus nec adhuc sumus. Si enim
animus celo maior prestat terre vitam
et perfectum celum non dedignabitur, et ponit

ptato terre sit vincta loci. Septima
ratio est, quam ponit libro xxii° ca(pitu)lo
xi° vsque ad finem, quia videmus
multa terrena corpora auium in aerem
sublevari. Qui igitur per plumarum et
pennarum levitatem donavit avibus
terrenis corporibus, hominibus non poterit dona-
re virtutem, vt in summo celo valeat
habitare. Octaua ratio est, quia anime
natura est super quattuor elementa.
Sicut igitur anime nunc modo deprimuntur
per terrena corpora vt sit deorsum, ita aliquando
anime levare poterunt terrena corpora
vt sit sursum. Nona ratio est, quia
inter magna miracula deorum suorum id
est quod Varro commemorat vestalem scilicet vir-
ginem cum periclitaretur falsa suspicione
de stupro cribrum implesse aqua de
Tyberi et ad suos iudices nulla eius
parte stillante portasse. Quis aque pondus
super cribrum tenuit? Quis tot cauernis pa-
tentibus nichil inde in terram cadere per-
misit? Responsuri sunt aliquis deus aut
demon. Si deus, nunquam maior est deo
qui fecit hunc mundum. Si demon, nunquam
potentior est angelo qui deo seruit, a
quo factus est mundus. Si ergo deus minor
vel angelus vel demon potuit pondus
humidi elementi sic suspendere, vt a-
quarum videatur mutata fuisse natura,
ita ne deus omnipotens qui omnia ipsa creavit
elementa terreno corpori grave pondus
auferre non poterit, vt in eodem ele-
mento habitet viuificatum corpus, in quo
voluerit viuificans spiritus. Decima ratio
est, quia ipsi philosophi aerem ponunt me-
dium inter ignem desuper et aquam subtus, et
tamen aer quoque est inter aquam et terram,
vt inter aquosas nubes et terram. Quoque
inter aquam et aquam, vt inter nubes et
mare, et aqua torrentis pluuii super
aerem in nubibus pendeat, que in terra sub
aere tenditur. Et aer quoque absque medio
super terram est inter celum et terram. Et
sic ordo elementorum est ita dispositus
vt duobus mediis, id est aere et aqua, duo
extrema, id est ignis et terra, iungantur, ignis
quod obtineat summum locum celi, terra autem
infimum locum mundi. Et ideo in celo non
potest esse terra. Sunt igitur iste ignis e

in terra. Si enim terra non potest esse in loco su-
premo, ergo ignis non poterit esse in loco
infimo. Ignis autem in terra est, sicut de lignis
et lapidibus, que sunt corpora sine dubitatione
terrena. Dicunt autem ignem clarum et non
corrumpentem neque corruptibilem esse
superius, turbidum autem et corruptibilem
et corrumpentem esse inferius, et tamen non
corrumpit montes in quibus iugiter estuat,
cauernasque terre. Sed esto sit illi
iste dissimilis, vt ignis habitatoribus con-
gruat. Cur ergo nolunt vt credamus naturam
corporum terrenorum aliquando incorruptibilem
factam celo conuenientem futuram, sicut
nunc ignis corruptibilis hijs conuenit terris?
Pondera igitur elementorum non prohibent
quin corpora nostra talia possint habitare in
celo.

# Duo ex discipulis ibant ipsa die

in castellum quod erat
in spacio stadiorum sexa-
ginta ab Jerusalem nomine Emaus. Luce vltimo.

Exemplo istorum discipulorum
inuitamur primo ad deuotam cum Christo lo-
cucionem, cum dicitur: Et ipsi loquebantur ad
inuicem de hijs omnibus que acciderant.
Secundo ad attentam verbi diuini au-
dicionem, cum dicitur: Et incipiens a Moy-
se et omnibus prophetis interpretabatur illis
de omnibus scripturis que de ipso erant.
Tercio ad sedulam diuine gracie conserua-
cionem, cum dicitur: Mane nobiscum, quoniam etc.
Quarto ad pietatem hospitalitatis exhi-
bicionem, cum dicitur: Et coegerunt eum.
Circa primum notandum est, quod libenter
debemus de deo loqui, primo quia hoc indi-
cat in nobis diuinam dileccionem. Libenter enim
loquimur de hijs que specialiter amamus. Signum
igitur est quod homo deum diligit, qui
de ipso loqui libenter consueuit. Unde
sicut dicitur Mt xii°: Ex habundancia
cordis os loquitur. Sicut enim ille qui
est plenus amore mundano profert verba
vanitatis, sic ille qui est plenus amore
diuino profert verba caritatis. Ibidem: Bonus
homo de bono thesauro profert bona,
et malus homo de malo thesauro profert

mala Unus etiam ille qui est plenus ig
dini amoris Jeremie xx°. Dixi non loqr
vltra in nomine illius / et factus est in
cor meum quasi ignis estuans claususque
in ossibus meis et defeci ferre non sustinens.
Secundo hoc indicat mentis innouacionem
Terreni enim homines et carnales loquuntur verba
vetera et mundana Spirituales vero loquuntur
verba noua et celestia Marci vlt. linguis
loquentur nouis .i. de nouo Prima recedant vetera
de ore vestro Ier Ysa. xlv° Ecce ego creo
celos nouos et terram nouam Omnes
enim debent innouari / et celestes et terreni
Celestes vt semper verba spiritualia proferant
Terreni vt verba terrena abiciant / Tercio
hoc indicat superna ciuilitate Nam loqui
de mundo indicat et in homine ciuilitate
mundi Ioh. iii° Qui de terra est de terra lo-
quitur / Loqui libenter de peccatis indicat
ciuilitate inferni Iac. iii° Lingwa
mea ignis est inflammata a gehenna.
loqui de deo. indicat ciuilitate celi. vnde
dictum fuit petro Vere tu ex illis es scilicet
ex discipulis Christi. qui erant ciues celi
Nam et loquela tua manifestum te facit /
Dic etiam potest dici peccatori et blasphemo.
/ vere de inferno es. Nam et loquela tua
manifestum te facit / loquela enim dam-
natorum est blasphemare deum Apoc
xvi° Blasphemauit deum celi pre
doloribus et vulneribus suis / Quarto hoc inuenit
in nobis diuinam presenciam / Vnde illis de
Christo loquentibus. statim se eis adiunxit
vnde dicitur Math. xviii° vbi sunt duo vel
tres congregati in nomine meo. ibi sum
in medio eorum Secundo inuitant ad at-
tentam verbi dei audicionem Cum dicitur
Et incipiens a moyse et omnibus prophetis etc.
Nam enim fuit apostolis in illo tempore
audire audire loqui de Christo Nam est
etiam nobis hoc tempore loqui audire
de ipso Apostolis quidem necessarium fuit quia
ab eis recesserat verus sol / qui eos
inflammabat et letificabat. Et ideo
occumbente isto sole per mortem. remanse-
runt frigidi Nam sicut dicitur Ioh.
xviii° Erat cum eis et petrus stans
et calefaciens se. quia frigus erat frigi-
ditas enim corporis significabat frigiditatem
mentis. Remanserunt tenebrosi vnde

dicitur Ioh. xx°. Una autem sabbati maria
magdalene venit mane / cum adhuc
essent tenebre ad monumentum Remanserunt
tristes et desolati / vnde dicitur Estes
erant apostoli de nece domini sui. Ipse vero
sol resurgens. frigidos inflammauit.
tenebrosos illuminauit / et mestos leti-
ficauit vnde dixerunt Nonne cor nostrum
ardens erat in nobis. ecce quomodo inflamma-
ti dum loqueretur nobis in via. et aperiret
nobis scripturas. ecce quomodo illuminati Deinde
subditur Et surgentes eadem hora in-
gressi sunt in ierusalem ecce quomodo leticia
repleti Tanta enim leticiam habuerunt
quod licet essent fessi et incenati / et hora
esset vespertina tamen in ierusalem protinus re-
dierunt / vt apostolis suum gaudium enarra-
rent Est etiam nobis necessarium isto tempore
paschali magis quodammodo quam quadra-
gesimali / audire loqui. et predicare de
Christo et hoc quadruplici racione / prima
sumitur ex parte Christi. Secunda ex parte
nostri Tercia ex parte temporis Quarta
ex parte auditoris Ex parte quidem
Christi. quia homo de parte sinistre et
amico libencius audit loqui quam extranea
vnde angeli magis annunciauerunt passionem
sed nunciauerunt et verbo et facto et signo / verbo
cum dixerunt mulieribus Surrexit non
est hic / facto cum dixerunt Ecce locus
vbi posuerunt eum Et signo quia veste
fulgenti apparuerunt Sic et nos de sub-
limitate veri amici nostri leticiam debemus
ostendere / Et verbo vt libenter de eo loqui
et predicemus. Et facto vt in nouitate
vite ambulemus / Et signo vt sti-
gmata eius in corpore nostro portemus.
Secunda sumitur ex parte nostri / homo enim
hoc tempore paschali magis incitatur
ad malum / et propter sanguinis accensionem
qui in hoc tempore magis fluit et calet Et
propter ciborum quantitatem et qualitatem
quia pluria et calidiora sumit Et propter
dyaboli inflacionem. quia videns hominem
calefactum ex sanguinis flore et ciborum
repletione insufflat. et carnaliter infla-
mat. Ysa. xxxiv° Ecce ego creaui fabrum
sufflantem in igne prunas Nam
et ergo in hoc tempore audire verba dei

Quia ipsa vi habet refrigerandi inflammatum. sive ex sanguinis ebullicione. sive ex labore replecione. sive ex decoris sufflacione. Ecci. xviii° Nonne ardorem refrigerabit ros. sic et verbum melius quam datum. Tercia racio sumitur ex parte temporis Tempus enim paschale est periculosius quam quadragesimale. quia ibi sunt plura retinencia a malo. sicut observancia ieiuniorum. plura inducencia ad bonum. sicut multitudo penitencium. plura confirmancia in bono. sicut multiplicitas oracionum. Et ideo maior confusio esset unum peccatum tunc facere. quam modo plura. modo autem non sunt ista retinencia. quia ieiunia dimittuntur. Non sunt ista inducencia. quia penitentes dimittuntur. Non sunt ista confirmancia. quia oraciones non sic ferventer effunduntur. Ibi eciam homines de passione sunt tristes. hic vero de Christi resurrectione hylares. ideo ad varietates aquas proniores. Gaudium enim paschale est vinum forte. quod capita debilium sustinere non possunt. Et ideo aqua hic passionis est temperanda. Ideo ecclesia post tantas de tempore processiones facit ante crucem etc. ut memoria passionis vinum gaudii paschalis temporet. ut crucifixum per se glorificet. ut ad gaudium per se Christum passum inflametur. et ad paciendum per se animet. ut mortuo per se vivere incipiat. Et ut considerato remedio peccati periculum eius timeat et fugiat. Ecci. xxi° Quasi a facie colubri fuge peccatum. Quarta racio sumitur ex parte auditoris In quadragesima enim sunt multi. qui audiunt verbum dei. et multi qui ad dominum convertuntur. Nunc autem pauci sunt auditores et pauciores penitentes. Et quia omne rarum est carum. Carius mihi est deo. quod unus modo in paschali tempore convertitur. quam si tunc multi. Refert Solinus. quod polegium carissimum est apud Indos. quia ibi rarissime invenitur. Carius enim erat regi Indorum. si unus vel una plantam polegii sibi offerret. quam si regem ...ciorum maximum fasce daret. Sic eciam carior erit modo deo unus vere penitens. quam tunc multi. Et ideo invitant ad diunc gracie suscepcionem et conservacionem. cum dicat Mane nobiscum. Circa quod videndum est. Quomodo primus in hospicio cordis est suscipiendus iste hospes. qualiter custodiendus. et propter quid. Est autem suscipiendus iste hospes quia est valde liberalis in plurendo. ait propheta. Omnis qui reliquerit patrem et matrem etc. Et sequitur Centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. Luce x° Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aque frigide. Amen dico vobis. non perdet mercedem suam. Est liberalior in remittendo. ait xviii°. Omne debitum dimisi tibi. quoniam rogasti me. Est liberalissimus in largiendo. quia regnum celeste largitur. Luce xii° Nolite timere pusillus grex. quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Est autem diligenter iste hospes receptus custodiendus. Circa quod notandum. quod ille qui vult custodire castrum. debet portas clausas tenere. suspectos abicere. ...care vigilare et fortiter dimicare. Porte sunt quinque sensus corporis. qui studiose hostibus sunt claudendi. ...icha quod ut thamar tegeret. porta civitatis clauditur ne hostis ingrediatur. Quia enim David et Eva porta visus non clauserunt. et thesaurum gracie perdiderunt Et dyabolum admiserunt. Similiter si porta lingue non clauditur. et thamar perdit. et hostis ingreditur. Proverb. xxv° Sicut urbs patens et absque murorum ambitu. Ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Suspecte persone sunt cogitaciones nocive. occasiones peccati. et suspecta familiaritas mulierum. tales sunt abiciende. Cogitaciones mala. Ecci. ... ... monetes perdunt suavitatem unguenti. Sic faciebat apostolus qui dicebat in Cor. xiii° Abiciamus opera tenebrarum. Est occasio peccati. Quia sic dicitur Prov. xiii° Qui cum sapientibus graditur sapiens erit. amicus stultorum efficietur similis. Et suspecta familiaritas mulierum. I Cor. vi° Fugite fornicacionem. Ubi dicit Ambrosius ...tis vincis post exspectam conflictus hanc fugite ne approximet. Non enim potest

melius vinci. Debet etiam pbiate vi-
gilare. Act xii° Janitori precepit ut
vigilet. vigilando aut non det oclos
clausos tenere, sed eos semp ad celos
levare. ps Ad te levavi oclos meos
qui habitas in celis. 2° paralip 20. Cu
ignoramus quid agere debeamus hoc
solum habemus residui ut oclos nros
dirigamus ad te. Nec in uno loco sta-
re. sed mo sup muros ascendere. ysa
lxii° Sup muros tuos ihrlm consti-
tui custodes. qui custodiunt civitatem.
Nec debet tacere, sed fortiter ad deum cla-
re. Ibid Tota die et tota nocte non ta-
cebunt. Debet etiam ille qui castru
custodit fortiter dimicare. Ut ideo for-
titer pugnet, debet respicere ad pugnam
regis, ad coronam vincentis, et ad confu-
sionem succumbentis. Ad pugna re-
gis nos respicere monet Apostolus ad
Heb xii° Aspicientes in auctorem
fidei et consummatorem ihm, qui proposito
sibi gaudio sustinuit crucem confusi-
one contempta. Aug. In mundo isto. qui
in stadio certamus positi sumus, ubi xc
mortuus est. Qui ergo hic livorem et
plagas non susceperit, in futuro iudicio
miles ingloriosus apparebit. Ad coronam
etiam vincentis debet aspicere, et ad confu-
sionem succumbentis. De primo ii Thi. ii
Nam et qui certat in agone non coronabi-
tur nisi legitime certaverit. De scdo Jeremie
xlviii° Confusus est moab quoniam victus
est. Moab interpretatur ex patre. et
signat illos de quibus dicitur Joh. viii°
Vos ex patre dyabolo estis. qui in in-
ferno magnam confusionem habebunt. ex
eo quod a dyabolo victi sunt. Nota
invitamur ad hospitalitatis exhibi-
tionem in eo quod dicitur Et coegerunt eum.
Hospitalitas libenter est exercenda. quia
valet ad temporalium multiplicationem. Gen
xxx° Dixit laban ad Jacob Experi-
mento didici. quod benedixerit me deus propter
te. i Thi. iiii° pietas ad omnia utilis
est promissionem habens vite. que nunc est
et future. Valet ad peccatorum remissionem
Unde dictum fuit de Zacheo. qui dominum sus-

cepat. Luc xix° Hodie salus huic
domui facta est. Valet ad gratie im-
petrationem. Heb xiii° Hospitalitatem
nolite oblivisci. Per hanc quidem
placuerunt quidam angelis hospicio receptis.
Valet ad dei cognitionem. sic patet. quia
isti duo discipuli deum cognoverunt in frac-
tione panis. Greg in Omel. Ecce
dominus non est cognitus dum loquitur.
dignatus est cognosci dum pascitur. Au-
diendo itaque precepta dei illuminati non
sunt. faciendo illuminati sunt. Quia scri-
ptum est Non auditores legis iusti-
ficati sunt, sed factores legis iustificabuntur.
Valet ad glorie collationem. Mt xxv°
Hospes fui et collegistis me. Et sequitur
Venite benedicti patris mei possidete
paratum vobis regnum a constitutione mundi.

Tu solus peregrinus in ihrlm
et non hec cognovisti. luc ult.
Cum rex aliquis crucem assumit
et peregrini habitum induit, sunt debent
crucem assumere et peregrini habitu indu-
ere et post regem suum ambulare. xpc
volens ire in ihrlm celestem. crucem
in parasceve assumpsit. Hodie peregrini
habitum induit, et in ascensione in cele-
stem ihrlm sicut peregrinus transfretavit. Nos
ergo debemus assumere crucem penitentie. luc
ix° Si quis vult post me venire ab-
neget semetipsum et tollat crucem suam
et sequatur me. habitum peregrini induere
per novitatem vite. phil iiii° Deponite
vos secundum pristinam conversationem veterem
hominem qui corrumpitur secundum desideria
erroris, et induite novum hominem
qui secundum deum creatus est in iusticia
et sanctitate veritatis. Et ipsum sequi per
suspiria desideria anime. Cant i° Tra-
he me post te et curremus in odorem un-
guentorum tuorum. ymo cum ipso in
celestem ihrlm per conversationem ire. Iuxta
illud phil. iii° Nostra conversatio in
celis est. Notandum autem quod xpus dicitur
peregrinus. quantum ad habitum quem
assumpsit. quantum ad vias quas fecit.
quantum ad hospicia que habuit. quantum ad
pericula que sustinuit. Assumpsit quidem
xpus habitum peregrini scilicet carnem pelem

sclavina capsellam baculum/ calcia-
menta et insignia in ipsa sclavina. Et
ipse christus fuit viaticus. Assumpsit quidem
crucem Ioh. xix. Baiulans sibi crucem
Hinc quidem crux Et fuit navis/ quia
nos ad portum celestis urbis deduxit
Sap. xiiii. Exiguo ligno credunt
vel credunt homines animas suas/ et transeuntes
mare per ratem liberati sunt. Et fuit
clavis/ quia celestem urbem nobis ape-
ruit Ysa. xxii. Dabo clavem David
super humerum eius. Et fuit corona/ quia
celestem urbem nobis acquisivit/ Ysa.
ix. Factus est principatus super hu-
merum eius/ Secundo assumpsit pileum
i. coronam spineam Solent peregrini
portare pileum sive capellum/ contra
estum. ventum et pluviam Sic ipsa
christi corona et passio sua. est nobis in
umbraculum ab estu. voluptatum quia
eas refrigerat Cant. ii. Sub umbra
illius quem desideraveram sedi. Defen-
dit nos a pluvia tribulacionum. quia eas
dulcorat et desiccat Bregorius Si pas-
sio christi ad memoriam reducatur. nichil est
quod non equo animo tolleratur Defendit
nos a vento temptacionum/ quia eas
expellat De hiis tribus dicit Ysaie iiii.
Tabernaculum erit in umbraculum diei
ab estu. ecce quia nos refrigerat ab
estu viciorum Et in absconsione a tur-
bine. quia secundum Ysidorum est volubilitas
ventorum Ecce quia defendit nos
a vento temptacionum Et pluvia. ecce
quia defendit nos a pluvia tribulacio-
num Tercio quia assumpsit sclavinam i.
corpus humanum. quam fecit et consuit
spiritus sanctus et virgo beata et ipse christus.
Hinc quidem sclavina fuit albi colo-
ris propter nimiam puritatem Apoc.
Ecce equus albus et qui sedebat super
eum vocabatur fidelis et verax Equus albus
fuit purissimum eius corpus/ super quod eius
anima tamquam eques sedebat. et ipsum ad
omne opus bonum ducebat/ Deinde
ista sclavina facta est nigra propter
livorem Ysa. liii. Cuius livore sanati
sumus Apoc. vi. Sol factus est niger
tamquam saccus cilicinus Tandem ista

sclavina facta est tota rubea. propter
sanguinis effusionem Ysa. lxiii. Cuius
livore sanati sumus et postquam hec dixit
propheta/ Deinde dicit lxiii. capitulo Quare
rubrum est indumentum tuum et vestimenta
tua sicut calcancium in torculari/ Quar-
to. assumpsit capsellam i. animam beatam.
Solent enim peregrini in capsella thesaurum
suum portare Sic christi autem anima fuit
tempore thesaurus divine nature gratie et sa-
piencie De quo tripartito thesauro dicit
Ioh. i. vidimus gloriam eius i. gloriam animam
eius. quantum ad thesaurum nature/ licet
enim omnia que sunt in deo eius gloriam
predicent/ tamen eius anima reddit ipsum.
et predicat gloriosum/ plenum gratie. quantum ad
thesaurum gratie/ et veritatis. quo ad
thesaurum sapiencie Quinto assumpsit baculum
i. crucem. qui baculus quatuor clavis
fuit firmatus. Peregrinus autem utitur ba-
culo ad sustentacionem/ ad fluminum trans-
vadacionem/ et ad malarum bestiarum per-
cussionem. Sic christus baculo sue crucis
totum mundum ita deficientem sustentat
Ps. virga tua et baculus tuus ipsa me
consolata sunt. Flumen huius mundi trans-
vadavit Gen. xxxii. In baculo meo
transivi iordanem istum Et dyabolum percussit
Ysa. xxx. A voce domini pavebit assur
virga percussus/ Crisostomus Sicut leones
signum crucis viderit tunc fugiunt ti-
mentes baculum quo plaga acceperunt
Sexto assumpsit calciamentum/ peregrini
calciamenta assumunt contra lutum spi-
nas et lapides Iudei in christum proiecerunt
lutum unde clamat ad patrem dicens in Ps. Eripe
me de luto ut non infigar/ proiecerunt
spinas Ioh. xix. Milites plectentes
coronam de spinis imposuerunt capiti
eius/ proiecerunt lapides Ioh. viii. Tu-
lerunt lapides ut iacerent in eum Contra
ista igitur christus assumpsit calciamentum
De quo dicit Deut. xxxiii. Tingat
in oleo pedem suum. Erat munita sua
constancia. qua persecuciones non timebat
et erat incorruptibilis pacie. qua omnia
supplicia tollerabat/ Et ideo dicitur ferrum
et es calciamentum eius/ Septimo assum-
psit insignia Insignia in sclavina
fuit tria dona ut sit ex hoc solidatur

q sua peregrinacionem compleuit ad ple-
num / vt homines prouocet ad sibi vnifa-
ciendum / vt sunt seruitores ad ambu-
landum. Dic xpus de sua peregrinacione
ad patrem rediens cicatrices vulne-
rum in carne sua reseruauit / hac
triplici de causa · scilicet in ostensionem pat-
ne obediencie ad complete. Joh xvij° Opus
consumaui quod dedisti michi · vt faciam
In prouocacionem patris nunc vt scilicet
nobis vnifaciat et nos misereatur. Ambrosius
vulnera suscepta pro nobis celo inferre
maluit abolere noluit · vt deo patri
nostre precia libertatis ostenderet. Et in signum
securitatis nobis acquisite / vt scilicet nec
hostes timeamus nec in via currentes
Omnia vias securas nobis demonstrauit et per
seruituras vulnerum et peruenit signum
et per resleriones spinarum. Octauo huius-
modi peregrini fuit vestitus. Solet enim
peregrinus huiusmodi vestiri capucio cappel-
la sclauina et baculus. Dic enim cappel-
lam i · xpi anima thauro diuine sapiencie
plena vestiuit deus · Ezechiel iij° Bene-
dicta gloria domini de loco suo · i · xpi
anima gloriosa exiens in corpore suo ·
pacifico et quieto. Eius sclauina i · car-
nem cappam vestiuit spiritus sanctus · quando
corpus ipsius in vtero virginis formauit.
Vnde dicitur luce j° vestitus fuit ex vetus-
tum. Eius baculum i · crucis lignum
vestiuit totus mundus / Sap xiiij° Be-
nedictum lignum per quod fit iusticia. Nono
dicitur xpus peregrinus / quantum ad vias
quas fecit / peregrini enim in via sua
multi consueuerunt eundo ascensus et descen-
sus i · montes et valles / et multum dili-
gere vias planas / xpus autem nichil
de plano habuit / sed tota via sue pere-
grinacionis aut fuit montosa aut vallibus
plena. Fecit enim primo vnum maximum
descensum scilicet de celo in mundum. Joh
xvj° Exiui a patre et veni in mundum
Gen xxxvij° missus de valle ebron
venit in sychem. Ebron interpretatur tris-
migracio. Syche interpretatur labor · quia
xpus veniendo in mundum transmigrauit
in laborem maximum. Omnia vero omnis
descensus habet ascensum / postquam xpus
factus homo · maximum descensum de ce-
lo scilicet in mundum fecit. Maximum ascensum
fecit de mundo scilicet in patibulum. Cant vij°
Ascendam palmam i · in crucem · et appre-
hendam fructus eius. Joh xij° Si exal-
tatus fuero a terra omnia traham ad
meipsum / postmodum fecit aliud ma-
ximum descensum · quando scilicet de patibulo
descendit in sepulcrum et in lymbum
Eccli xxiiij° Penetrabo omnes infe-
riores partes terre / et inspiciam omnes
dormientes. Vltimo fecit maximum as-
censum · quando scilicet de lymbo rediens et de
sepulcro resurgens ascendit in celum
Eph iiij° Qui descendit ipse est · et qui
ascendit super omnes celos · vt adim-
pleret omnia / Tercio fuit peregrinus
quantum ad hospicia que habuit. Solent enim
aliquando peregrini ter in die intrare ho-
spicium / scilicet in tercia ad prandendum. In me-
ridie maxime quando est estus magnus
ad bibendum et quiescendum. In sero
ad cenandum et dormiendum. Dic iste
peregrinus triplex hospicium in hoc mundo
est ingressus. Primum est vterus virginis
et istud hospicium intrauit in tercia i ·
tercio mense scilicet marcio · qui est tercius
a ianuario / Vel in tercia i · in tercio tem-
pore. Non enim intrauit in primo tempore
scilicet nature. Nec in secundo scilicet tempore legis scripte
sed aduenientem tercio scilicet tempore gracie. In
isto hospicio prandium fecit / quando scilicet
naturam nostram sibi vniuit assumendo
carnem tamquam cibum / et sanguinem tamquam
potum. Joh vj° Caro mea vere est cibus
et sanguis meus vere est potus. Secundum
hospicium fuit patibulum crucis / et istud
hospicium ingressus est in meridie · quia
illa hora positus est in cruce. In quo
quidem hospicio bibit et requieuit. Bibit
quando dixit Joh xix° Sicio · et dederunt
ei acetum. Requieuit quando scilicet dixit Et incli-
nato capite tradidit spiritum. Istud ho-
spicium sponsa desiderabat scire dicens Cant j°
Indica michi vbi pascas vbi cubas
in meridie. Tercium hospicium fuit eius
sepulcrum. In quod quidem in sero intra-
uit ad dormiendum et cenandum. In sero quidem
illud intrauit Mt xxvij° Cum iam
sero esset factum venit Yoseph ab

Arimathia · et audacter introivit ad py-
latum · et petijt corpus ihesu etc. Ibi dor-
mivit ps Ego dormivi et soporatus su
Item In pace in idipsum dormiam et requi-
escam Ibi cena fecit hest 1° Assuerus
fecit grande convivium cunctis principibus
et pueris suis fortissimis persarum et
medorum inclitis et prefectis provin-
ciarum Assuerus qui interpretatur bti-
tudo, sit xpm qui est gloria et btitudo
nostra hic in passione sua fecit gran-
de convivium cunctis principibus i patriar-
chis et prophetis et pueris suis i vir-
ginibus puritatem mentis et corpo-
ris servantibus fortissimis persarum i mar-
tiribus qui fortes in bello facti sunt.
Et qui latera v corpora sua propter eum
diffuerunt i dilatarunt Ipse enim
interpretatur latera sua diffuentes · Et
medorum inclitis i confessoribus et docto-
ribus · qui sunt incliti propter splendorem
sapiencie et fuerunt medi propter conflictus
doctrine Medi enim interpretantur mensu-
ratores quia secundum capacitatem au-
ditorum mensurandus est sermo doctoris.
Et prefectis provinciarum i apostolis qui
sunt prefecti et principes omnium populorum
ps principes populorum congregati sunt
cum deo Abraham Certe xpus
fuit peregrinus · quantum ad pericula que
sustinuit Solent peregrini sustinere
pericula quandoque a socijs qui eos prodi-
derunt quandoque ab hospitibus qui eos iugu-
lant et occidunt ut bona eorum surri-
piant quandoque a latronibus qui eos
expoliant xpus igitur a suo socio scilicet
iuda fuit traditus · mt xxvj° Qui
intingit mecum manum in parapside hic
me tradet Ab illis cum quibus hospi-
tari venerat et quos speciali amore di-
lexerat · fuit vulneratus et occisus Zach
xiij° His plagatus sum in domo
istorum · qui diligebant me · A mili-
tibus expoliatus Joh xviij° Milites
cum crucifixissent eum acceperunt ve-
stimenta sua et fecerunt quatuor partes
unicuique militi partem [? 3 in pe...]

## Stetit ihesus

in medio discipulorum · et dixit
eis Pax vobis etc. Luc ult. In tota
serie evangelij serie xpus septem
modis se manifestavit primo post resur-
rectionem cum dicitur Stetit ihesus in
medio dis. Unde dicitur Cognoscite me
quia ego sum ille · qui stare in medio
consuevi xpus namque stetit in medio
in suo ingressu · in suo progressu · in
suo egressu · et in suo regressu In
suo namque ingressu stetit in medio ·
Quia in media nocte natus Gre-
gorius Media nocte ingrediebatur egy-
ptum v mundum Sap. xviij° Cum que-
tum silencium teneret omnia et nox
suo cursu medium iter haberet omnipotens ser-
mo tuus domine de celo a regalibus se-
dibus venit In medio animalium re-
clinatus · Abacuc iij° In medio duorum
animalium cognosceris ysa · 1° Cognovit
bos possessorem suum · et asinus presepe
domini sui Et iacendo etiam est media-
tor effectus · j thim ij° Unus est media-
tor dei et hominum · homo xpus ihesus ·
In progressu stetit in medio · Plani
namque in tribus maxime debent medium
tenere Ut aquam acceptacionem propor-
nare habe scilicet in divinis eloquiis disper-
sandis in beneficijs conferendis · et in iudi-
cijs diffiniendis propter ista servanda
xpus in vita stetit in medio quantum
ad dispensacionem eloquiorum Luc ij° In-
venerunt illum in templo sedentem ·
in medio doctorum audientem illos · et
interrogantem Quantum ad collacionem et
ministracionem beneficiorum · luc xxij° Ego
autem in medio vestrum sum sicut qui
ministrat Et quantum ad diffiniciones iudi-
ciorum Prov. viij° In vijs iusticie am-
bulo in medio semitarum iudicij In
egressu stetit in medio · Quia in me-
dio terre passus · ps Deus autem rex
noster operatus est salutem in medio terre
In media hora diei crucifixus · luc
xxiij° Erat autem hora diei fere sexta
et tenebre facte sunt in universa terra
usque ad horam nonam In medio latronum
positus Joh xix° Crucifixerunt eum · et
cum eo duos latrones hinc et inde ·
medium autem ihesum In regressu stetit in
medio Remanserant quidem discipuli deso-

lati · error̃ (con)tinuati · et de p(ost) visione familiari. Jdeo p(ost) resurrectio(n)e(m) stetit i(n) medio ut desolatos letificaret. Joh. xx°. Venit Jh(esu)s et stetit in medio discipulorum et dixit Pax vobis. Gavisi sunt ergo discipuli viso domino. Ut Thomam in errore positum ad fidem reduceret. Jbid. Venit Jh(esu)s ianuis clausis et stetit in medio et dixit Pax vobis. Dein(de) dixit Thome etc. Unde Thomas in fide certificatus exclamat. Dominus meus et deus meus. Ut de sua visione familiaros faceret. Luc. ult. Stetit Jh(esu)s in medio eor(um) etc. Et subdit. Obtulerunt ei partem piscis assi et favum mellis. ad insinuandum quod illi qui assecuti sunt hic p(ro)priam pacem pervenient ad visionem divinam. ex qua cibabitur et melleca delectacione et lucidacione et apta congruido. Secundo se manifestavit per consueta salutacione(m) cum dixit Pax vob(is), q(uasi) d(iceret). Debetis me cognoscere quia ego sum ille qui pacem vobis consueni optare. Joh. xiiij°. Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. Sic etiam quilibet videtur spiritualiter esse resuscitatus quando habet pacem ad deum. peccator enim pacem cum deo habere non potest. Unde sicut dicitur Job ix°. Qui restitit ei et pacem habuit. Justus autem habendo pacem cum deo habet pacem cum ceteris omnibus. Aug(ustinus). Qui iugo Christi subiectus est, subita habet et cetera. et non laborat quia non resistit quod subiectum est. Est etiam resuscitatus qui habet pacem ad seipsum. Job v°. Bestie terre pacifice tibi erunt id est motus brutales qui dicuntur bestie quasi vastie quia mentem vastant et laceravit. Et quando habet pacem ad proximum. Ps. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Modum autem habendi pacem cum proximis determinat propheta d(icens). Prohibe linguam tuam a malo scilicet detractionis quia sepe modica scintilla magnum ignem accendit. Et labia tua ne loquantur dolum. Secundum Crisostomum dolum loquitur qui pacem portat in ore et odium servat in corde. Diverte a malo id est in iniuria tibi verbo vel facto dissimules. sicut ille qui vidit ictum contra se venientem divertit.

Fac bonum. Solemus enim ignem accendere quia vivitur caritate accendit, inflamat et nutrit. Inquire pacem. id est non solum suscipe si offertur. sed etiam roga quod ad pacem sint. Et persequere eam. scilicet etiam fugientem. Quia si pacem noluit ut insistes oportune et importune. Tertio manifestavit se per propriam testificacionem cum dixit Ego sum q(uasi) d(iceret) debetis michi credere quia mentiri non possum. Joh. viij°. Si ego testimonium perhibeo de meipso verum est testimonium meum. Sic etiam quis spiritualiter resuscitatus intelligitur qui habet testimonium consciencie bone fame et bone vite. De testimonio consciencie dicitur ij Cor. j°. Gloria nostra hec est testimonium consciencie nostre. De testimonio bone fame dicitur j Thim. iij°. Oportet illum testimonium habere bonum ab hiis qui foris sunt. De testimonio bone vite dicitur Joh. x. Opera que ego facio in nomine patris mei illa testimonium perhibent de me. Quarto manifestavit se per occultarum cognicionem cum dixit Quid turbati estis et cogitaciones ascendunt in corda vestra etc. Quasi dicat Debetis me cognoscere quia ego sum ille qui occulta vestra cognosco. Sic etiam ille resuscitatus spiritualiter intelligitur qui cogitaciones suas cognoscit et si male sunt non abscondit sed abicit et confiteri non desinit. Prov. xxviij°. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Qui autem confessus fuerit et ea reliquerit misericordiam consequetur. Dyabolus enim est fortis contra consencientes, sed debilis contra resistentes. Unde Greg(orius) Nimirum sicut antiquus hostis contra consencientes est fortis. ita contra resistentes est debilis. ut consencientibus sit quasi leo, que non tollerare potest. resistentibus quasi formica anerrunt. Periculum autem est in corde malas cogitaciones tenere quia sunt sicut mus in pera. ignis in sinu. et sicut serpens in gremio. Mus enim omnia corrodit in pera. Sic male cogitaciones omnia bona corrodunt in anima. Job xiij°. Quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Eccl. vj°. Ne te extollas in cogitacione

anime tue velut thaurum. Et sequitur. Et relinquar velut lignum aridum. Ignis in sinu vestimenta comburit. Sic mala cogitatio in anima concepta inflamat et accendit. Prov. vi°. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo. ut non comburantur vestimenta eius. Serpens in genuino venenum diffundit, sic mala cogitatio peccati venenum in cor immittit. Prov. xxiii°. Ingreditur blande sed vinum male concupitum et in novissimis mordebit ut coluber et quasi coluber venena diffundet. Quinto se manifestavit per palpationem. cum dixit Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Quidam enim credebant Christum esse spiritum. quod removet cum dicit palpate et videte. et Ambrosius dicit Videtis me cognoscite. quia verum est corpus quod sepe videtis consuevistis. nec est spiritus ut putatis. quia habet carnem et ossa. Sic etiam ille spiritualiter resuscitatus intelligitur. qui dimittit se palpari per correctionem. Omnes enim quidam. qui non permittunt se palpari. quia hispidi sunt sicut ericius. Quidam quia fluctuaria sunt. sicut lupus. Quidam quia arrogantia sunt. sicut leo. Sic etiam sunt quidam adeo hispidi, quod si corriguntur. statim pungunt per turbationem et impatientiam. De quibus dicitur ii° Reg. xxiii°. Siquis tangere spinas voluerit i. homines hispidos et spinosos armabitur ferro et ligno lanceato. Oportet enim quod armet se per ferream constantiam, et Christi passionem, qui est lignum in medio paradisi plantatum, sed in passione fuit lignum lanceatum. Quidam etiam sunt adeo fluctuantes, quod si reprehenduntur statim fugiunt, ad latebras excusationum. sicut fecerunt Adam et Eva. Quidam etiam sunt adeo arrogantes, quod si reprehenduntur indignee ferunt. De quibus dicit Gregorius. Delinquentem quidem nemo reprehendere presumit. et in eum culpa vehementer extenditur quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. Sexto manifestatur se per cicatricum ostensionem, cum dicit Ostendit eis manus et pedes. Rabanus dicit. Videtis me cognoscere quia ego sum ille. qui pro vobis in hiis pedibus et manibus fui vulneratus. Quidam enim inter eos esse credebant Christum habere corpus sed non corpus proprium quod in cruce fuit passum. Sic etiam quis spiritualiter resuscitatus esse ostenditur quando vulnera et peccata sua libenter sacerdoti ostendit. Luc. xvii°. Ite ostendite vos sacerdotibus. Sed vulnera aliqua sunt recentia. aliqua inveterata et aliqua putrida. Quando recentia sunt sanari possunt per ungentorum linitionem, quando sunt inveterata indigent adustione, quando sunt putrefacta indigent incisione. Cum enim peccata adhuc sunt recentia per consensum. vel vinculum actuum sepe sanantur unctione i. divina inspiratione vel levis pene iniunctione. Eccl. xi°. languor prolixior gravat medicum. Breuem languorem precidit medicus super leviter et breviter. Quando autem sunt inveterata per consuetudinem peccandi. Ps. id est Ps. Inveteravi inter omnes inimicos meos, tunc indiget adustione. i. spiritus sancti inflammatione. quia nisi spiritus sanctus adveniat. qui eorum peccata cremat. vix sanari possunt. Zach. xiii°. Ignem vram eos. sicut uritur argentum. Vel indiget adustione i. sue carnis quem macerati one, hanc adustionem petebat propheta dicens. Ure renes meos et cor meum. Quando vero sunt putrefacta ps. id est Ps. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee, tunc indiget incisione i. maxima et afflictiva tribulatione. De qua dicitur Job xvi°. Concidit me vulnere super vulnus. et irruit super me ut gigas. Tunc enim frequenter carnes putride auferuntur et ipsi ad deum convertuntur. Ps. Multiplicate sunt infirmitates eorum et postea acceleraverunt. Gregorius. Mala que nos hic premunt. ad deum ire compellunt. Septimo manifestavit se per comestionem. Aliqui enim inter eos credebant Christum non verum sed fantasticum corpus assumpsisse, quod removet cum dicit habetis hic aliquid quod manducetur. Atilli obtulerunt ei piscem assum et favum mellis. et comedit coram eis. Ambrosius dicit Videtis credere. quod verum corpus habeo. qui coram vobis sic manifeste manduco. Sic etiam spiritualiter intelligitur

quis suscitatus · quando comedit piscem
assum · et favum mellis · i · qui exercet con-
stanter opera actionis · et in super hoc non
deserit opera dulcis contemplationis
Vel xiiii Greg. in Omel. Piscem assum
et favum mellis · quos comedit · quasi as-
sicatur ante passionem xpi · acceptam / et u-
triusque ipsius credit naturam / unde ait
/ Quid signare credimus pisce asso
nisi mediatorem dei et hominum passum.
Ipse enim latere dignatus in aquis ge-
neris humani · capi voluit laqueo mor-
tis nostre · et quasi tribulatione assatus
est tempore passionis sue. Et qui in pi-
sce asso figurari voluit tribulationem pas-
sionis sue, in favo mellis utramque na-
turam exprimere voluit persone sue. Fa-
vus quippe mel est in cera / Mel vero in
cera est divinitas in humanitate. Vel
secundum eundem Greg. per piscem assum
intelligitur tristitia sue passionis / per fa-
vum mellis letitia sue resurrectionis / unde ait
Nobis piscis assus dignatus est fieri
in passione · favus mellis nobis extitit
in resurrectione. Nos vero de sua pas-
sione dedimus tristitiam · et de sua resurrectione
spiritualem habere letitiam. Iuxta illud ps. Ad
vesperum demorabitur fletus · et ad matu-
tinum letitia. Vel secundum eundem Gregorium
Per piscem assum intelligitur presens
tribulatio / per favum mellis intelligitur
nostri amoris interna dulcedo / unde
ait Ecce in cibis suis dominus noster
pisci asso coniungere favum voluit · quia
videlicet illos in suo corpore ad eternam quie-
tem suscipit · qui cum hic tribulationes
pro deo sentiunt / ab amore interne dul-
cedinis non recedunt / Vel secundum eun-
dem b. Gregorium per piscem assum intelligitur
illata persecutio · per favum mellis superna
refectio unde ait Cum asso pisce fa-
vus sumitur · quia qui hic afflicti-
onem pro veritate suscipiunt · illic dul-
cedine vera satiantur /

Pax vobis. Multum grata debet
esse nobis pax / quam totiens nobis a Christo
et ante passionem et post resurrectionem
commendatur / Circa quam quatuor sunt
videnda: primo quod preciosa sit / Secundo
quod utilis sit / Tertio quod et qualis sit ·
Quarto qualiter haberi possit / Circa
primum notandum / Preciositas et dignitas
pacis ex quatuor manifestatur · scilicet
ex mediatore suo · ex precio suo · ex
desiderio suo · et ex fructu suo. Medi-
ator huius pacis inter nos et deum fuit
Christus Eph. ii. Ipse enim est pax nostra
qui fecit utraque unum. Ibidem Ve-
niens evangelizavit pacem et vobis qui
longe fuistis et pacem his qui prope ·
quoniam per ipsum habemus accessum ambo ·
in uno spiritu ad patrem / Gal. iii. Me-
diator unius non est · deus autem unus
est. Manifestatur secundo ex precio suo. Ma-
gne enim pacis non fuit sine magna
emenda de offensa facta / Homo deum
offendit · Christus emendam fecit · Et quia
magna fuit offensa / magna debuit esse
emenda / Precium autem datum pro ipsa
offensa · fuit mors Christi et sanguis eius ·
/ Cris. Quid pro pace loquimur / pro qua dei filius
passus est · propter quam crucifixus et sepul-
tus · quam nobis pro omni censu hereditatis
reliquit · Et ut ista pax firma esset
non tantum precium dedit · sed etiam cum cor-
pore nostra humana sua unione coniunxit
Heb. ii. Nusquam enim angelos apprehendit
sed semen Abrahe. Manifestatur tertio
ex desiderio suo / Consueverunt magne
paces multum desiderari / Ista enim pax
a sanctis patribus multum desiderabatur
Unde dicebat unus ex eis · Ysa. lxiiii
Utinam celos dirumperes et descenderes.
Sic autem quelibet pax desideratur · ut etiam
naturaliter omnibus temporibus in eius deside-
rium / Aug. de civitate dei. Sicut nemo
est qui gaudere nolit · ita nemo quin
pacem habere nolit · quandoquidem et ipsi qui
bella volunt nichil aliud quam vincere
volunt / Ad gloriosam ergo pacem
bellando cupiunt pervenire / Nam quidem
aliud est victoria nisi subiectio re-
pugnantium · quod cum factum fuerit · pax
erit. Adeo igitur pax hominibus desideratur
ut etiam finis omnium esse videatur · etiam
sui generis / Unde Aug. ibidem Tantum bo-
num est pax · ut etiam suo genere querat
pacem / Constat pacem esse belli opta-

bilem finem. Omnis enim homo in belligerando pacem requirit. Idem. Non pax queritur ut bellum excitetur, sed bellum geritur ut pax acquiratur. Manifestatur secundo ex fructu suo. Solent magne paces magnam afferre utilitatem. Homo amiserat dei visionem. Nec ipsam recuperare poterat nisi per pacem. Heb. xii. Pacem sequimini et sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum. Et racio est quia deus non potest nisi a corde claro et puro videri. Pax vero cor facit clarum. Sicut patet in aqua turbida que si in pace dimittitur clara efficitur, et ymago ibi videtur, efficit etiam cor purum. Quod patet similiter in aqua, que quidem licet omnia mundet, ipsa tamen mundatur a pace. Si enim aliquis immunda fuerit, si in pace dimittitur mundificabitur. Secundo videndum est quomodo sit utilis. Ita quod sciendum quod ista pax valet ad plurima. Valet enim primo ad Christi imitacionem, qui pacem habere voluit in principio suo et in principio operum suorum. Creature quidem in pace complevit. Unde dicitur Gen. ii^o. Requievit dominus die septimo ab universo opere quod patrarat. In adventu suo. Voluit enim in mundum venire, totus donec mundus pacificatus esset. Ps. In pace factus est locus eius. In ortu suo, quia tunc de pace angeli cantaverunt dicentes, Luc. ii^o. Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus etc. In vita sua. Discipulos docuit ut dicerent pax huic domui. Mt. x. In recessu suo. Ioh. xiiii^o. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. In reditu suo, sicut hic. Valet secundo ad divinam inhabitacionem, quia nemo potest habere deum inhabitatorem nisi per pacem. ii Cor. xiii^o. Pacem habete et deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Tria coniungit Apostolus, quorum unum sine altero haberi non potest, scilicet pacem, deum et dilectionem. Et quicumque habet dilectionem habet deum et pacem. Et in negativa similiter ista conversatur. Ad significandum autem quod deus habitat in pace, noluit quod templum suum fieret nisi in pace. Unde dicit Salomon iii^o Reg. v^o. Nunc autem requiem dedit michi dominus deus

meus per circuitum et non est sathan neque occursus malus. Quocirca cogito edificare templum nomini dei mei. Ipsum etiam templum noluit deus edificari in alio loco nisi in Ierusalem. Nec voluit sepeliri nisi in Ierusalem, que interpretatur visio pacis. Valet tercio pax ad celestis hereditatis percepcionem. Deus enim in suo testamento pacem nobis legavit. Io. Pacem relinquo vobis. Ex quo sequitur quod qui contra testamentum contempserit, ad celestem hereditatem pervenire non poterit. Hugo. Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum et caritatis. Nec ad hereditatem potest pervenire qui testamentum patris noluerit observare. Ex hoc etiam perpenditur quam sit deo cara pax. Solent enim morientes caris suis aliqua cara relinquere, et magis caris magis cara, sive cariora dimittere. In hoc igitur Christus dilectis suis, hoc est apostolis, pacem relinquere voluit, ostendit quam grata et cara pacem haberet. Multum igitur debet dolere qui videt se exheredatum eo quod pater suus Christus in sua morte suis filiis dereliquit. Legitur iii^o Reg. xxi^o quod Naboth noluit hereditatem quam a patre acceperat alienare, nec in ortum olerum commutare, ymo cum permisit se occidi quam ad hoc consentire voluisset. Ortus olerum est mundus. Ille ergo commutat hereditatem patris sui in ortum olerum qui pacem dei commutat in pace mundi. Ioh. xiiii^o. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Fatue igitur agunt qui pacem cum proximo suo facere nolunt nisi requirantur, ymo etiam requisiti pacem recusant. Stultus esset qui hereditatem suam recuperandam rogari faceret se, aut si rogaretur recuperare contempneret. Ideo monemur Romanorum xiiii^o. Que pacis sunt sectemur, et que edificacionis sunt invicem custodiamus. Valet quarto pax ad unitorum conservacionem. Unit enim et coniungit fideles et ipsos unum corpus facit in Christo, ut invicem ipsorum sint adminiculum. Ideo Apostolus ipsam

pace vocat vinculum. Capitulum iiiº. Solli-
citi servare unitatem spiritus in vinculo
pacis. Glossa. Pax dicitur vinculum quia est
instrumentum unitatis spiritualis. Hec
autem unitas vinculum est si bona nostra
ad invicem diligamus, si de malis
invicem doleamus. Istam unitatem et concor-
diam ostendit Crisostomus super Johannem. Si
unanimes sunt duo vel decem, non
adhuc unus est qui unus, sed etiam mul-
tiplicatus unusquisque secundum eorum. Et invenis-
ces unum in decem, et decem in uno. Unus-
quisque eorum viginti manus habet, viginti
oculos et totidem pedes. Non enim suis
oculis solum videt, sed et aliis qui decem.
Non suis portat pedibus tantum sed a-
liorum. Unusquisque animas habet decem.
Non enim ipse pro se ipso solum, sed pro
illis sollicitus est. Si vero centum
facti sunt idem rursus, unusquisque
igitur secundum Crisostomum illorum decem qui u-
nanimes sunt habet decem animas,
quia coniungit sibi orationes, habet viginti o-
culos, quia coniungit sibi suas cogita-
tiones et provisiones, habet viginti manus,
quia coniungit sibi suas operationes,
habet viginti pedes, quia coniungit sibi
suas affectiones. Pes enim anime secundum
Augustinum est affectus anime. Quia sicut
corpus ambulat pedibus, sic anima am-
bulat affectionibus. Valet quarto
pax ad temptationum eliminationem. Nam
sicut dicit glossa, castrum mentis pace munitum
invenit. Ubi omnia temptationum suarum
arma confringit. Psalmus. Factus est in pace
locus eius, scilicet locus dei, civitas que est
munita. Deinde subditur impugnatio
inimici. Ibi confregit potentias scilicet dy-
aboli, et exprimit quales potentias
cum dicit: arcum, scutum, gladium et bel-
lum. Dyabolus namque habet quatuor genera te-
mptationum. Prima est subita et improvisa.
Et ista signatur per arcum, qui subito
et improvise ferit. Sed nichil preva-
let, quia eam ibi frangit, eo quod fa-
ctus est in pace locus eius. Deinde
assumit temptationem gravem et occultam.
Et ista signatur per scutum. Sicut enim mi-
les sub scuto se abscondit, sic antiquus a-
liquando gravem temptationem immittit quod

videtur habere speciem boni, sed ibi intentionem
suam abscondit, quia non intendit per hoc
ad bonum inducere, sed ad mortem trahere.
Istam etiam temptationem ibi frangit, quia
factus est in pace locus eius. Deinde assumit
temptationem gravem et manifestam, et ista
signatur per gladium. Qui enim gladio fe-
rit apertus et cominus percutit, sed istam
temptationem ibi frangit, quia factus est in
pace locus eius. Postremo assumit tempta-
tionem multiplicem et congestam, quod scilicet
omnes modos temptandi sumit et ad
castrum dei accedit. Et ista temptatio si-
gnatur per bellum. Bellum enim est diversarum
personarum immunitas hinc inde certantium.
Sed istum conatum similiter ibi frangit,
quia factus est in pace locus eius. Va-
let sexto pax ad mutuam subventionem.
De qua mutua subventione dicitur Ecclesiastes
iiiiº. Melius duos esse simul quam unum.
Habent enim emolumentum societatis sue. Si
unus ceciderit, ab alio fulcietur. Ve soli,
quia cum ceciderit, non habet sublevantem
se. Et si dormierint duo, fovebuntur
mutuo. Unus quomodo calefiet. Et si quispiam
prevaluerit contra unum, duo resistent ei.
Funiculus triplex difficile rumpitur. Ex
quibus verbis habetur quod illi qui insimul in
pace iunguntur, sublevantur a culpa perpetrata.
Et ideo dicitur: Si unus ceciderit ab
alio fulcietur, preservantur a culpa futura.
Et ideo dicitur: Si quispiam prevaluerit contra
unum, duo resistent ei. Confovent in
gratia, unde dicitur: Si dormierint duo
fovebuntur mutuo. Defenduntur a tempta-
tione dyabolica. Unus enim a dyabolo
cito rumpitur, sed qui sunt plures con-
iuncti in fide, spe et caritate, non sic de
facili ab hoste franguntur. Et ideo dicitur:
Funiculus triplex difficile rumpitur. Va-
let septimo ad omnium morum virtutum fle-
xionem et consummationem. Istam rationem assignat Augustinus
in libro de civitate dei. Audi apostolum dicen-
tem: Pax fidei et caritas cum fide. Si-
militer dixit: fides, spes et caritas. A fide
incepit et ad minimum terminavit. Initium est
in fide, terminus in pace. Quia enim ar-
duum ipsa est fides, sed fides est et de-
monum. Nam sicut dicit Jacobus apostolus: Et
demones credunt et contremiscunt. Di-

xerunt demones. Tu es filius dei. Dixit
Petrus. Tu es xpus filius dei vivi. Et
dixit dominus ei. Beatus es symon bar-
iona. O domine tibi dixerunt demones
quod ipsi non sunt beati. dixit petrus.
et reputatus est beatus. Quia demones
dixerunt in timore. Petrus vero amore.
Illos fides dei et cum caritate. Dixit
ergo Apostolus. Inquires a fine et venies
ad initium pax caritas cum fide. Vos
dicamus fides caritas et pax i. crede
ama et regna. Ergo tu ama quia ca-
ritas cum fide ipsa te perducat ad pacem
Veram pacem pacem veram pacem ple-
nam. pacem solidam et pacem securam
Ubi nulla potestas nullus hostis. ipsa pax
est finis omnium desideriorum bonorum. Ideo
videndum est. que et qualis sit ipsa pax
Ubi quod sciendum est quod est pax bona et
mala. Mala triplex scilicet inordinata ut
cum superior obedit inferiori i. ratio sensua-
litati Proverbiorum xxx° per tria movetur terra
et quartum quod non potest sustinere super ancilla
cum fuit heres domine sue. vel etiam pla-
tus obedit subdito. Proverbiorum xix° Non
decet servum dominari principibus. Simu-
lata pax. De qua dicit psalmista. Loquuntur
pacem cum proximo suo. mala autem
in cordibus eorum. ysaias ix°. In ore suo
pacem cum amico suo loquitur et occulte ponit
ei insidias. Inquinata pax. que est ple-
rumque malos. qui scilicet in malo sunt concordes
ut fuerunt pylatus et herodes. qui in mor-
te xpi pacificati sunt. Istam pacem
venit xpus destruere Mathei x°. Nolite
arbitrari. quia venerim pacem mittere
in terram. non veni pacem mittere. sed gla-
dium. De hac pace dicit Gregorius in moralibus
Sicut est noxium semper. si unitas desit
bonis. ita perniciosum est. si non desit
malis. Idem. Perversos quidem uni-
tas corroborat dum concordat et tanto
magis incorrigibiles. quanto magis
unanimes facit. Ideo dicitur in psalmo. Ze-
lavi super iniquos pacem peccatorum videns.
Pax autem bona multiplex est. unde Augustinus
de Civitate dei xix° distinguit decem
paces. Ad quas intelligendas sciendum
est pax temporalis. temporum. corporis et civilis
De pace temporali dicit ibidem. Tantum est

pacis bonum. ut etiam in rebus terrenis
atque mortalibus nichil gratius soleat
audiri. nichil delectabilius concupisci.
Nichil postremo possit melius inve-
niri. Hec autem pax temporalis. quintuplex.
Prima est pax corporis. quia sic describit.
Pax corporis est ordinata temperantia
partium. De qua dicit Job viii. Pacta-
tum reddet habitaculum iusticie tue.
Secunda est pax anime et corporis. quam
sic describit. Pax anime et corporis ordi-
nata vita et salus animantis. Proverbiorum iii°
Sanitas quippe in umbilico tuo. et
irrigatio ossium tuorum. Tercia est pax
rei familiaris. quia sic describit. Pax
domus ordinata imperandi obediendi-
que concordia habitancium. Ecclesiastici xxvi° Mu-
lier fortis oblectat virum suum. et
annos vite illius in pace implebit
Quarta est reipublice. quia sic describit.
pax civitatis ordinata imperandi
atque obediendi concordia civium. Ieremie
xxix°. Querite pacem civitatis. ad quam
transmigrare vos feci. et orate pro ea ad
dominum. quia in pace illius erit posses-
sio vestra. Quinta est pax homi-
ni et mundo. quia sic describit. Pax homi-
nis est ordinata concordia. Ro. xii° Cum
omnibus hominibus pacem habentes.
Secunda est pax perpetua. et ista est trip-
lex. Prima est. qua habet homo cum deo suo.
quia sic describit. pax hominis mor-
talis et dei. ordinata in fide sub eterna
lege obedientia. Joh. xvi°. In mundo pressu-
ram habebitis. in me autem pacem.
Secunda est qua habet homo cum corde suo.
quia sic describit. pax anime rationalis
ordinata cognitionis actionis que con-
sensio. Et cum ratio bonum cognoscit
et voluntas consentit. tunc est pax. Ysaias
xlviii°. Non est pax impiis dicit do-
minus. Tercia est. qua habet spiritus cum cor-
pore suo. quod scilicet caro subiecta est
spiritui. quia sic describit pax anime ra-
tionalis est ordinata requies appe-
titionum. Hoc figuratum est Regum x?°
Dictum est Agar ancille Sare. revertere
ad dominam tuam et humiliare sub
manu eius. Tercia est pax civitatis
que sic describit. Pax celestis civitatis

ordinatissima et concordissima spectaculis fruendi deo et invicem in deo. De quo dicitur Ysa. xxxii. Sedebit populus meus in pulcritudine pacis et in tabernaculis fiducie in requie opulenta. Ex hiis autem omnibus sequitur tercia pax, que est universaliter omnium rerum, qua sic describit: pax est omnium rerum tranquillitas ordinis. Ordo est parium disparium que sua cuique loca tribuens dispositio. Quarto videndum est qualiter ista pax haberi possit. Circa quod notandum quod quatuor sunt que valere possunt ad hoc quod ista pax habeatur. Primum est peccati immunitas. Prov. xvi. Cum placuerint domino vie hominis, inimicos quoque eius convertet ad pacem. Augustinus de civitate dei: Pacem nostram in comparatione pacis iustorum ille videtur nec pacem esse dicendam, qui nolunt ponere iura carnis et ordinata preferre. Peccator siquidem pacem habere non potest, quia est in continuo timore ex eo quod scit, quia contra deum omnipotentem, cuius iusticia semper tenet gladium evaginatum super caput eius. Job xv. Quis restitit ei et pacem habuit. Quia est in continuo labore, ex eo quod portat onus dyaboli super humeros suos. Ps. Iniquitates mee supergresse sunt caput meum et sic onus grave gravate sunt super me. Jeremie ix. Ut inique agerent laboraverunt. Quia sunt in continuo dolore, ex eo quod sunt in spinis viciorum que mentem lacerant et habent vermem consciencie qui mentem corrodit. Ysa. ult. Vermis eorum non morietur. Quia sunt in continuo horrore ex eo quod ipsorum consciencia immundiciis plena est, quam nullus animus nobilis detestatur et fugit. Deutr. xxxii. In loco horroris et vaste solitudinis. Cor enim peccatoris est locus horroris, quia est immundicia plenum, et est vasta solitudo, quia est omni gracia et virtute privatum. Secundum quod valet ad pacem habendam est mansuetudo sive humilitas. Mansueti enim et humiles pacifice ad invicem commorantur. Duo quidem corpora plana ad invicem applicari possunt. Corpus

vero spericum et concavum ad invicem convenire possunt, quia corpus concavum recipit spericum intra sua concavitate. Duo autem corpora sperica non possunt convenire nisi in puncto. Sic eciam duo homines plani et mansueti pacifice ad invicem vivunt et mutua caritate et leticia spirituali foventur. Ps. Audiant mansueti et letentur. Unus enim mansuetus et unus sebus pacificari possunt, quia mansuetus recipit tumorem illius elacionis intra concavitatem sue humiliacionis. Talis erat propheta qui dicebat: Cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus. Duo autem superbi convenire non possunt nisi in puncto. Pungere quidem se possunt, pacificari autem non possunt. Prov. xiii. Inter superbos semper iurgia sunt. Tercium quod valet ad habendam pacem est contemptus terrenorum. Amor enim terrenorum pacem impedit, quia facit animum inquietum scissum et vagum. Inquietum quidem et laboriosum facit, ex eo quod nititur apprehendere quod non potest tenere. Eccli. xxxiiii. Quasi qui apprehendit umbram et sequitur ventum, sic et qui attendit ad visa mendacia. Bernardus: Quid quietius quam nichil in hoc mundo appetere. Quid laboriosius quam terrenis desideriis estuare. Hinc est quod iste psalterium accepit in manu, Egyptus paruit ranarum multitudine. Facit eciam cor scissum, quia ipse sollicitudines terrene, cum sint spine, mentem lacerant et ostendunt. Luc. viii. dicitur de hiis qui in spinis seminaverunt a sollicitudinibus et diviciis voluptatum euntes suffocantur. Tales enim ad multa se extendunt que ad ipsos non spectant. Distensio autem et dilatacio rerum dubium habet scissuram. Prov. xxviii. Qui se iactat et dilatat iurgia concitat. Facit eciam cor vagum et plurima sollicitudine turbatum. Luc. x. Martha Martha sollicita es et turbaris erga plurima. Ideo dominus non Thome extra vagati, sed discipulis clausis pacem nunciavit. Qui ergo vult pacem suscipere sensus suos studeat claudere. Ps. ad Eccli. xxviii. Auri tuo facito hostia et seras auribus tuis. Foris enim non inveniuntur nisi lites et bella. Tercio

z inquietudo. Ubi pax non invenitur, sed
potius inuicta prelia. Quartum quod
valet ad habendum pacem est assiduitas
orationis in ordine cum gratia spiritus sa-
ncti hauritur. a quo solo vera pax datur.
Unde pax innatur inter fructus spiritus. Gal.
v° Fructus autem spiritus caritas gau-
dium pax etc. Quod autem ista pax in oratione
detur dicitur Job viii° Si diluculo con-
surrexeris z omnipotentem fueris deprecatus
si mundus z rectus incesseris. statim evigi-
labit ad te, z pacatum reddet habitaculum
iustitie tue.

## Ecce intelliget servus meus

et exaltabitur z elevabitur
z sublimis erit valde.

Isa. lii° In istis verbis inquantum de
sancto Ambrosio exponi possunt notatur
quadruplex status eius. Primo status subie-
ctionis cum dicitur Ecce intelliget servus
meus. Status prelationis cum dicitur
Et exaltabitur. Status confirmationis cum
dicitur Et elevabitur. Status glorificationis
cum dicitur Et sublimis erit valde. Sta-
tus igitur subiectionis notatur cum dicitur
Ecce intelliget servus meus. Servus
quidem servivit deo. cum iustitia quo ad
se ipsum. Ps. Ambulans in via imma-
culata hic mihi ministrabit. Cum iustitia
quo ad proximum. Iustitia enim est veste
ministrorum dei. Job xxix° Iustitiam in-
dutus sum et vestivit me sicut vesti-
mentum. Dicit autem rex vult habere
ministrum mundum ita z decenter ornatum.
Exodi xxviii° Facies vestes Aaron
in quibus sanctificatus serviet michi.
Romanorum xiii° Induamur arma lucis etc.
Secundo cum sapientia quo ad deum. Non
enim vult deus circa se habere ministrum fa-
tuum. sed prudentem z discretum. Prover.
xiiii° Acceptus est regi minister intel-
ligens. Tertio cum continua perseverantia.
Non enim deus vult habere ministrum ad ho-
ram ministrantem, sed continue servientem.
Apoc. vii° Serviunt ei die ac nocte in tem-
plo eius. De hiis quatuor dicitur Luce i°
Serviamus domino in sanctitate z iustitia
coram ipso omnibus diebus nostris. Isto quadru-
plici modo servivit beatus Ambrosius

deo in statu sue subiectionis. Primo
videlicet cum iustitia, quia pretiam
virginitatem servavit. Unde dicit Iohannes
Ambrosium dixisse non solum esse nos
sed servamus. Sap. viii° Cum esset
magis bonus, veni ad corpus incoinqui-
natum. Job xxvii° Donec deficiam
non recedam ab innocentia mea. 2°
cum iustitia unde dicitur de eo. Quod cum
bone causas peritorum splendide pero-
raret a Valentiniano imperatore
ad regendum Liguriam Emiliamque pro-
vincias est directus. Eccl. xxxviii° In
iudicum sella iustitiam z audi lo-
quaris disce. Eph. iiii° Induti loricam
iustitie. Tertio cum sapientia unde dicitur
de eo. Quod cum bone liberalibus studiis
esset traditus ad plenum est eruditus.
Prover. xxvii° Stude sapientie fili mi.
Quarto cum perseverantia, quia usque in
finem in bonis moribus perseverat.
Unde cum moreretur dixit Non sic vi-
xi inter vos, ut iterum pudeat me
vivere. Mt. x° Qui autem perseveravit
usque in finem, hic salvus erit. Secundo
notatur status sue prelationis cum dicitur
Et exaltabitur. Ipse enim exaltatus fuit
in pontificalem dignitatem. Circa
quam exaltationem tria considerantur. Primo
qualis fuit eius electio. Secundo qualis
fuit eius ad hoc aspiratio. Tertio qualis
fuit eius in officio prelatio. Electio
autem eius fuit primo a deo inspirata,
quia ibi vox miraculose insonuit Am-
brosium episcopum. Heb. v° Nemo assumit
sibi honorem. sed qui vocatur a deo tamquam
Aaron. Secundo fuit ab electoribus ma-
ximiter celebrata. Nam cum in discor-
dia multa essent populus in Ambrosium
unanimiter consenserunt. Eccl. xxv° In
tribus beneplacitum est cordi meo, que
sunt concordia fratrum etc. Tertio fuit a su-
periori cum gaudio confirmata. Missa
enim est relatio ad Valentinianum im-
peratorem, qui summo gaudio accepit
quod iudices a se directi ad sacerdotium pe-
terentur. Secundo considerandum est qualis
fuit eius ad hoc aspiratio. Ipse enim
non tantum corde, sed opere episcopatum
fugit. Aug. super i ad Thi. iii° Quis
episcopatum desiderat etc. locum superior

sub quo populus regi non potest, et sic ita
deducatur et administretur, ut docet
indecenter appareat. Prius fugit vo-
lentes eum facere regem, qui tam
voluntarie venit ad cruciatum. Ut autem
Ambrosius posset fugere, tamen se habere
simulavit, quae sunt placationis officio
inimica. Primum est severa crudelitas,
unde dicitur de eo: Quia ut eos terroribus
removeret, tribunal ascendit, et contra consue-
tudinem suam tormenta personis ad-
hiberi iussit. Eccli. iiii°. Noli esse sicut
leo in domo tua, evertens domesticos
tuos et opprimens subditos tibi. Secundum
est publica vanitas, unde dicitur quod philosophiam
profiteri voluit. I Cor. ii°. Loquimur non
in doctis humanae sapientiae verbis, sed
doctrina spiritus. Tertium est vitae infa-
mis perversitas, unde dicitur quod publi-
cas mulieres publice ad se ingredi
fecit, ut ex hoc a sua intentione populum
revocaret. I Thi. primo. Oportet episcopum
sine crimine esse sicut dei dispensatorem.
Tertio considerandum est qualis fuit cum
in officio episcopatus. Circa quod sciendum
quod habuit quatuor in se quae in bono
praelato requiruntur, quae sunt scientia, vita,
doctrina et constantia. Est enim necessaria
scientia. Osee iiii°. Quia tu scientiam
repulisti, repellam te ne sacerdotio
fungaris michi. Habuit enim scientiam
divinam, non qualibet, sed profundam.
Unde Ieronimus dicit de eo: Ambrosius
super profunditatem pennis raptus, et a-
eris volucer, quasi de caelo in profundum
ingreditur, fructum de alto carpere vi-
detur. Job xxviii°. Profunda quoque fluvi-
orum scrutatus est et abscondita
produxit in lucem. Istam autem sapien-
tiam non habuit ab homine docente, sed
a deo inspirante. Unde dicitur de eo
quod cum populo praedicaret, quidam haereticus
acerrimus disputator et durus et incon-
vertibilis ad fidem vidit angelum dei
ad aures Ambrosii loquentem verba
quae populo referebat, qui statim conversus est.
Secundo habuit doctrinam, sicut autem dicit Augustinus
in libro de doctrina christiana: Doctor quan-
tum potest debet agere ut ipse audiatur intel-
ligenter, obedienter et libenter. Beatus
igitur Ambrosius et audiebatur intelli-
genter, quia eius doctrina fuit firma
et solida. Ista enim quae vana fuit, per-
manenti intellectu haberi non potuit. Unde
dicit Ieronimus de eo: Eius omnes sunt
fidei et ecclesiae et omnium virtutum sunt
columnae. Ephes. iiii°. Non simus parvuli
fluctuantes ut circumferamur omni vento
doctrinae. Secundo audiebatur libenter
quia eius doctrina fuit placens et
pulchra. Unde dicit Augustinus in libro
de nuptiis et concupiscentia: Pelagius haere-
siarcha sic laudat Ambrosium ut dicat:
Beatus Ambrosius episcopus, in cuius
praecipue libris romana lucet fides,
qui scriptores inter latinos velut flos
quidam enituit. Prov. xxii°. Appone
cor ad doctrinam meam, quae pulchra erit
tibi cum servaveris eam. Tertio audiebatur
obedienter, quia eius doctrina fuit
efficax et virtuosa, ut posset dicere cum
Apostolo Ro. xv°. Non enim audeo aliquid
loqui eorum quae per me non efficit Christus
in obedientiam gentium verbo et factis. I
Cor. iiii°. Non enim in sermone est regnum
dei, sed in virtute. Tertio habuit vitam.
Est autem triplex genus vitae, sicut di-
stinguit Augustinus in libro de civitate dei, scilicet
otiosum, actuosum, et ex utroque compositum.
Vita otiosa est quae consistit in spirituali
otio contemplationis, et haec in tribus
consistit, scilicet in devota oratione, divinorum
revelatione et dei laudatione. Primum igitur,
scilicet devotam orationem, Ambrosius habuit. Unde
dicitur de eo in Ecclesiastica hystoria: Am-
brosius adversus reginae furores non
se manu defendebat aut telo, sed ie-
iuniis et continuatis vigiliis sub
altari positus per obsecrationes defensorem
sibi atque ecclesiae deum parabat. Eccli. xxx-
viii°. Aperiet os suum in oratione. Secundo
habuit divinorum revelationem. Nam sicut
refert Paulinus, spiritum sanctum ad se
venientem in specie ignis conspexit, qui
eius caput cooperiens per eius os
tamquam in domum habitator introivit. Ps.
Revela oculos meos etc. Tertio habuit
dei laudationem. Ipse enim hymnos et divi-
num officium per quod deus laudatur insti-
tuit. Nam sicut dicit Augustinus in libro
confessionum: Cum a Iustina imperatrice

Arriana perfidia depravata persecucionem Ambrosius patitur / et inter ecclesiam cum plebe catholica vigiliis vigeretur instituit ympnos et psalmos cum more orientalium decantari / ne populus meroris tedio contabesceret / quod per omnes ecclesias fuit per modum derivatum / Eccli. xlvii° De omni corde suo laudavit deum / et stare fecit cantores contra altare / et in sono eorum dulces fecit modos / Vita actuosa consistit in labore actionis Et hec vita maxime in tribus consistit / scilicet in carnis maceracione / elemosinarum largitione / et vigili occupacione / Primum igitur scilicet carnis maceracionem beatus Ambrosius habuit / Unde dicit Paulinus de eo / Tante fuit abstinencie / quod quotidie nisi in sabbato et die dominico / et festis precipuis ieiunabat i Cor. ix° Castigo corpus meum et in servitutem redigo. Secundum scilicet elemosinarum largitionem habuit unde dicit idem Paulinus de eo / Nam omnia que habere poterat nil sibi retinens pauperibus tribuebat / Unde cum imperatori basilicam peteret sic inquit et est in decretis / Si a me peteret quod meum esset i. meum fundum argentum meum et huiusmodi meum non refragarer / quamquam omnia que mea sunt pauperum sunt Job xxix° pater eram pauperum / Eccli. xxxi° Si negavi quod volebant pauperes / Tercium scilicet vigilem occupacionem habuit / quia aut orabat / aut predicabat aut libros scribebat nisi cum infirmitate corporis gravaretur Eccli. xxxiii° Videte quod non michi soli laboraverim sed omnibus exquirentibus veritatem / Vita ex utroque composita consistit in perfeccione virtutis / que consideratur in observacione consiliorum / scilicet paupertatis castitatis et humilitatis / Primum scilicet paupertatem habuit quia ut legitur de eo Cum factus fuisset Episcopus totum aurum et argentum quod habebat pauperibus tribuit / Matt. xix° Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus / Secundum scilicet castitatem habuit / quia ut dictum est virginitatem servavit Apoc. xiiii° hii sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati virgines enim sunt / Tercium scilicet perfectam humilitatem habuit Nam cum quidam demoniacus clamaret ab ambrosio se torqueri ait Ambrosius Obmutesce dyabole

quia non te torquet ambrosius sed invidia tua / quia illuc homines ascendere conspicis / unde tu corruisti. Nam ambrosius nescit inflari / Homo nescit illud quod numquam expertus est Eccli. iii° Quanto magnus es humilia te in omnibus / Tercio habuit constanciam. Cuius constancia maxime in tribus consistit Primo in sustinendo adversa Nam a Iustina imperatrice innumeras adversitates sustinuit et persecuciones / quas fortiter et pacienter portavit / Unde dicit in Ecclesiastica historia Nam Iustina conturbare ecclesiarum statum / in quo hic ecclesie murum et turrim validissimam pulsabat Ambrosium / Fuit enim de numero de quibus dicitur Heb. xi° fortes facti sunt in bello Secundo in defendendo ecclesiasticam unitatem / Unde cum imperator quandam basilicam usurpare vellet Ambrosius sibi restitit dicens ut habetur in decreto Noli te gravare imperator / ut putes te in ea que dei sunt imperiale aliquod ius habere Tributum cesari dicimus non negatur Ecclesia dei est / cesari utique non donetur / Ysa. primo Defendite viduam i. ecclesiam Christi corporali presencia viduatam / Eccli. iiii° pro iusticia agonisare pro anima tua etc. Tercio in reprehendendo principum vicia / unde cum Theodosius quosdam innocentes occidi mandasset / ut habetur in hystoria tripartita Ambrosius ipsum redarguit dure et ab introitu ecclesie eum suspendit et publicam penitenciam sibi imposuit at dictum imperatorem intra cancellos in officio manentem extra misit dicens purpura imperatores facit non sacerdotes Egredere igitur et cum ceteris mane / Cum ergo Imperator Constantinopolim ivisset et extra cancellos maneret / episcopus dixit ut intraret Et ille vix didici potui quod distancia sit imperatoris et sacerdotis / vix veritatis inveni magistrum Ambrosium solum novi vocari pontificem Eccli. xlviii° In diebus suis non pertimuit principem Tit. ii° Argue eum cum omni imperio. Tercio notatur status consummationis cum dicitur Elevabitur / Deus enim ipsum in morte ad se elevavit / et iuxta se posuit ut mortem non timeret sed securus esset Job xvii° Pone me iuxta te et cuiusvis

manus pugnet contra me / Sextum fuit at
in sua consumatione sepulture / propter quod morte
timere non debuit / Primum est diuina re-
uelacio Deus enim finem suum sibi reue-
lauit / vnde dixit fratribus / Ego usque ad re-
surrectionem dominicam secum ero Eccli. xl-
viij° Spiritu magno vidit vltima. ij
Petri j° Certus sum / quia velox est depo-
sitio tabernaculi mei Secundo de malis
dicitur Eccl. ix° Nescit homo finem suum
sed sicut pisces capiuntur hamo / et sicut
aues capiuntur laqueo sic capiuntur homines
tempore malo / Secundum fuit affectuosa
mortis postulacio Quia mortem suam
ab eo peciit et impetrauit Ps. Educ de
carcere animam meam / Ideo poterat dicere cum
apostolo Phil. j° Desiderium habens dissolui
et esse cum Christo multo magis melius / Ter-
tium est diuina protectio / Imminente nam-
que consumatione spiritus sanctus / vel angelus
dei in specie ignis apparuit vt eum purga-
ret in modum facti in os eius intrauit vt
eum protegeret / et in os eius intrauit
vt via sua a spiritu sancto placata esse ondet.
Quartum fuit vita sancta / vnde cum roga-
retur vt sibi remedii spacium impetraret
respondit Non ita inter vos vixi / vt
me viuere pudeat / Aug. Certe non
potest male mori qui bene vixit / Quintum
est de deo firma fiducia / vnde eisdem
dixit Nec mori timeo quia bonum dominum
habeam / Prov. iij° Habe fiduciam in do-
mino ex toto corde tuo / et ne innitaris
prudencie tue Sap. iij° Iustorum
anime in manu dei sunt / et non tanget
illos tormentum malicie Sextum
est sancta eukaristia / Honoratus enim Episcopus
Vercellensis ex precepto dei illuc per-
gens sacramentum corporis dominici sibi
dedit Joh. vj° Qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem habet
vitam eternam Septimum est recomen-
dacio diuina Ipse enim manibus in modum
crucis expansis deo se recomendauit
et vltimum spiritum inter verba orationis efflauit
imitatus dominum suum / qui in morte deo
patri se recomendauit dicens Luc. xxiij
Pater in manus tuas commendo spiritum
meum // Tertio notatur status sue
glorificacionis cum dicitur Et sublimis erat

valde Sancti enim a deo accepit tri-
plicem sublimitatem / post hanc vitam / scilicet
sublime locum ad inhabitandum in celo
De cuius sublimitate dicitur Job xxxv°
Suspice celum et contemplare ethera quod al-
cior sit te Sublime officium ad iudicandum
quia in solio sublimi sedebunt et naciones
iudicabunt / Math. xix° Sedebitis super
sedes duodecim etc Sap. iij° Iudicabunt
sancti naciones et dominabuntur populis Sub-
lime premium ad perfruendum scilicet ipsum deum.
De cuius sublimitate dicitur Job xj° Ex-
celsior celo est et quid facies / Istam
triplicem sublimitatem Ambrosius in sua glo-
rificacione accepit In cuius signum ea de
ipso in sua morte monstrata sunt. Acce-
pit enim sublime locum ad inhabitandum
quod notatur in hoc quod visus est in celum
ascendere / sicut in legenda habetur / et ipsum
sublime locum sibi acquisiuit / propter
innocenciam Ps. Quis ascendet in montem
domini aut quis stabit etc. Innocens manibus
et mundo corde etc. Accepit sublime officium
ad iudicandum quod notatur in hoc / quod visus est
in cathedra sedere Et istud accepit
propter paupertatem voluntariam Job xxxvi
Iudicium pauperibus tribuit. Accepit subli-
me premium ad perfruendum scilicet ipsum deum.
quod notatur in hoc / quod multi super
eius corpus stellam splendidam conspexerunt
illam scilicet stellam de qua dicitur Apoc.
vlt. Ego sum stella splendida et ma-
tutina Et istud accepit propter omnium viciorum
victoriam Apoc. ij° Qui vicerit dabo
ei stellam splendidam et matutinam

## Obviabit illi quasi mater honori-

ficata. Eccli. xv° Sapiencia
diuina requirentibus se obuia vadit
dum adhuc desiderantibus se ipsam infun-
dit / Hoc modo diuina sapiencia beato Marco
obuiauit / quia in omnibus viis suis ei
astitit et occurrit / Fecit enim sex vias tres
in vita et tres post vitam. In quibus
omnibus sibi diuina sapiencia obuiauit / Prima
est qua iuit Romam / et ibi sibi obuiauit
quia euangelium ibidem spiritu sancto instigante
scripsit / Secunda qua iuit Aquilegiam

z ibi sibi obuiauit / qa roma mrij sibi
reportauit gente illa ad sibi quitit /
Tcia qua iuit Alexandria z ibi sibi
obuiauit qr coronam mrij ibi reptauit
Qrta qua post morte spus eius i-
uit in celu / z ibi sibi obuiauit / quia
eius anima in celi gaudia introduxit
Quinta qua cum corpe / ad ytaliam
rediijt / z ibi sibi obuiauit / quia ipm
multi miraclorum gla illustrauit
Sexta qua quotidie suffragijs z be-
neficiijs in hunc mundum venit / z ibi di-
uina sapia sibi obuiat quia suffra-
gia sua petentibus multa pstat / Has
igit sex vias beati Marci diligent
exponamus / pma ergo via fuit qua
iuit Romam Secutus est petru vsqz
Romam / tanqz ouis pastore suu tanqz
discipulus magrm suu tanqz filius pre-
sum / Ibi / etia Euangeliu suu scripsit / put
ab ore petri audiuit / quod petrus le-
gens / z omi veritate plenissimum inue-
niens / legendu z recipiendu ab omib
approbauit Scripsit aut ipm in lingua
greca sicut ait Ieronimus Conueniens enim
fuit vt ille qui erat discipulus eius / qui
est caput apostolorum scriberet Euangelium Rome
que est caput omnium ciuitatum / z in lingua
greca que erat tunc caput omnium lin-
guarum / Scda via est qua fecit
qr quia eis primus lumine infudit di-
uinum / magnum reliquit thaurum / et spe-
cialem gessit patronu / Dum quide
lumine eis primus tribuit / quia fidem
xpi eis primus pdicauit / z ad lumine
fidei eos conuertit / Magnum thaurum
eis reliquit / qm euangeliu qd Rome
lingua greca scripserat / ibid in lingua
latina scripsit / qd quidem ibidem
vsqz hodie ostenditur / z deuotione condigna
reseruatur Spalem patronu eccesijs
qm beatu Hermagora quitit / et ip-
sis in Epm ordinauit / qui tandem
ibidem martiriu passus / spalis her
patronus / p quem deus multa bene-
ficia prestat / vt possit dici de eo / qd dr
Iob v° Voca ergo si est qui tibi rndeat
z ad aliquem sctorum conuertere Tercia
via est / qua iuit Alexandria / Ubi
qua tria videnda sunt / scilicet qualiter
se hbuit in eius ingressu / qualiter in

progressu / qualiter in egressu / In
ingressu aut sic se hbuit / quia mox
eius calciamentu ruptum fuit / Ho
qui istud reparare debuit / se in manu
grauiter vulnerauit / cuius manum marcus
pungens luto sanauit / z ad fidem con-
uertit / In primo igitur facto nobis signo
ministratur / per calciamentum enim qd fit
de pellibus animalium mortuorum / intelli-
gebatur corpus beati Marci / qd tunc
fuit ruptum / qm fuit in passione cru-
deliter laceratum / vnde et ipse hoc in
spiritu prouidens dixit / Vere expedi-
tum fecit dominus iter meum / Nec
me sathanas impedire potuit / quem ab
operibus mortuis dominus iam absoluit
De isto calciamento pt exponi qd
dicitur Deut xxxiij° Ferrum et es cal-
ciamentum eius / Ipse enim fuit calciatus
ferro in quantum in passione fortis ex-
titit / et ere inquantum ibi semper dominum
laudauit In scdo facto notatur in ho-
mine mira patientia Cum hic fuit vul-
neratus / calciamentum tamen non proiecit
nec marcum maledixit / nec deum blas-
phemauit / sed potius exclamans dixit
vnus deus Prou xvj° Melior est pati-
ens viro forti / z qui dominatur animo
suo expugnatore vrbium / In tercio facto
notatur in Marco virtuosa potentia
quia instar domini ipso facto luto ex
sputo tamquam potentis curauit Ioh xiiij°
Qui credit in me / opa que ego facio
ipse faciet etc In progressu aut in pa-
triarcham ibidem consecratus fuit /
Primus ibi missam celebrauit / et
monasticam ibi religione instituit
Nam sic ait Philo / maxima multitudo
Alexandrie adiuuauit in fide z de-
uotione z continentie obseruatione / Do-
cuit quidem eos fidem / pro / vt possit
dici Ysa xxxiij° Erit fides in tempori-
bus tuis Sed hodie pt dici Ieremie vij°
Perijt fides z ablata est de ore eorum
quia ibi iam non colitur fides xpi
sed error inualuit Machometi / sz
quia fides sine operibus mortua est
Ideo non tantum adiuuauit eos in fide
sed etiam in operum deuotione De qui-
busdam enim dicitur Thi j° Confitentur se
nosse deum / factis autem negant /

Quia vo fides et opa sn puritate
deo no sunt accepta Ideo ctio adu-
nauit eos in gtinencie obsuacoe
Heb xij° pacem sequimini cu omnib
in sanctimonia sn qua nco videbit
deum. Quia vero tunc ista deo sunt
grata qn fuerit pfectoni gnuncta
Ideo no tantu eos adunauit fide et
opm deuocoe et gtinencie obsuacoe sed
etiam in gsilioru pfectione. Vn aut
Petrus Dam. Tanta ei dns gratiam
apud Alexandriam prorogauit vt oes
qui tunc ad fidei rudimenta gfluxerat
mox p gtinentiam ac totius sancte co-
usacoinis instanciam tanq ad mona-
stice gusacoinis fastigium puolarent.
Sed ista aut eos adducebat p tria
sc p verba per exa et p miracula
De hijs tribus dicit Act vlt Illi
aut pfecti pdicauerunt vbiq cete ra-
domino cooperante et smonem gfirmante
sequentib signis cetera mira-
cula. In egressu aut de mundo
dura ibi pro xpo sustinuit passionem
Que quidem passio ex acerbitate fuit
amara quia bis p ciuitatem fuit li-
gato fune ad collum tractus toto
corpore laceratus et sanguine rubcatus
Licet aut eius passio tunc fuit acerba
et amara mo tamen est leta et gaudio
plena. Prou xiiij° Cor qd nouit
amaritudinem anime sue in gaudio
illius no miscebitur extraneus. Econtra-
rio vero vita pccorum mo est leta in
futuro vero erit tristis et amara prouerb.
xiiij° Risus dolore miscebitur et extrema
gaudij luctus occupat. Secundo fuit
multiplici gsolacoe pdita. Que gsolacoe
gsolabatur ex puritate gsciencie
qd sic paciebatur cu iusticia. j Pet.
iij° Si quid patimini ppter iusticiam
beati. Ex angelica gsolacoe. Anglus
namq ad eum cu esset in carcere venit
et ipius dulcedine gsolatus fuit. Zach j°
Anglus qui loqbatur in me vba bona
vba gsolatoria. Ex diuina gfortacoe
xpus eni similiter ad eum descendit
et eum gfortauit. Phil iiij° Omnia
possum in eo qui me gfortat. Tercio
fuit ex deuocoe grata. xpus in sua

passione tam deuotus extitit quod omnes
non inimicis sed potius orauit agens
gratias deo. Luc xxij° Accepto calice
gratias egit etc. Dixit et pscripto d luc
xxiij° Pater in manus tuas gmendo
spm meum. Orauit et p petore pplo
d luc xxiij° Pater dimitte illis non
enim sciunt quid faciunt. Eodem° btus
Marcus gracias deo egit. Nam dum p
ciuitatem trahebatur gras agebat deo.
j Thess v° In omnib gracias agite.
Dixit pscripto d In manus tuas do-
mine gmendo spm meu. Orauit et p per-
secutore pplo vt sibi indulgeret. Mt v°
Orate p calumpniantib et psequentibus
vos. In morte aut tres alias vias
fecit. Una qua eius spus in celum
ascendit. Debuit quidem in celu ascen-
dere. Cum enim adhuc in mundo positus
esset assumptus est celo associatus a-
nimis supnis et eterne paci gunctus. Ista
tria in legenda sua notatur. Qm enim
esset celo assumptus et supnis ciuib asso-
ciatus testatus est angelus qui ei
apparuit d. Ecce nomen tuum in celo ascri-
ptum est. Quod autem factus es supernorum
ciuium, et quod eterne paci gunctus, te-
status est dominus qui ei apparuit dicens.
Pax tibi Marce euangelista meus,
noli timere quia ego tecum sum vt eruam
te. Quia igitur ista fuerunt ex diuina et
angelica testacoe Ideo hodie ista recepit
in glorie exhibicoe. Hodie quidem
meruit celo ascribi. Dan xij° Sal-
uabitur pplus tuus omnis qui inuentus
fuit scriptus in libro. Luc x° Gau-
dete quia nomina vestra scripta sunt
in celis. Meruit supernis ciuib asso-
ciari. Sancti enim viri angelis in celo
associantur et eadem cu eis mensura re-
munerantur. Apoc xxj° Mensura hominis
que est angeli. Meruit eterne paci gungi.
Ysa xxxij° Sedebit pplus meus in
pulcritudine pacis. Secunda via fuit
qua eius corpus ad Ytaliam redijt. Vn
aut Petrus Damianus. Effectu caute
vt post mortem ad Ytaliam deum sit reuersus
vt terra in qua datum est sibi euangelium
serere, sacras mereretur eius reliquias
possidere. Cum ergo Alexandria tra-

Sophali huius sanguine purpurata. Felix et tu ytalia, corporis huius thesauro dites effecta. Eius autem corpus dum ad venecias deferretur, fuit odore mirifico circumfulsum, adeo ut tota Alexandria odore mirifico perfunderetur. Secundo fuit diuina reuelacione declaratum. Multis enim miraculis in via ostensis et reuelacionibus factis deus ipsum reuelauit. Tercio nunc est in pulcherrimo loco apud venecias collocatum. Ipsum enim corpus beati Marci fuit alabastrum spiritus sancti, lucerna populi et gemma dei. Quia igitur erat alabastrum spiritus sancti, debuit odorem suum diffundere. ij Cor. ij. Deo autem gracias qui semper triumphat in christo ihesu, et odorem noticie sue manifestat per nos in omni loco. Quia erat lucerna populi non debuit ipsum deus abscondere, sed in salute credencium manifestare. Mat. v. Neque accendunt lucernam et ponunt sub modio, sed super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt. Quia erat gemma dei, debuit in loco precioso et pulchro manere. Ipse enim fuit una de illis gemmis. De quibus dicitur Exo. xxxix. Posuit in racionali gemmarum ordines quatuor. Quatuor ordines gemmarum sunt quatuor euangeliste vel sunt quatuor ordines sanctorum. Quorum primus est ordo Apostolorum et euangelistarum. Secundus est ordo martirum. Tercius est ordo confessorum. Quartus ordo virginum. Tercia via est, qua quotidie suis suffragiis et beneficiis nunc venit. Eius enim suffragiis obtinemus temporalia ad sustentacionem, spiritualia ad iustificacionem, et celestia ad glorificacionem. Primo enim per ipsum obtineamus temporalia ad sustentacionem, patet per illud miraculum, quia cum tota Apulia magna sterilitas occupasset reuelatum est quod hoc eis accideret, quia beati Marci festum non colebat. Dum igitur beatum Marcum inuocarent, et festum eius se celebraturos promitterent, sterilitas abijt, et abundancia successit. Quod enim sancti viri multum temporalia suis oracionibus impetrent, habetur Jacobi v. Helyas homo erat similis nobis passibilis etc. Et infra. Et rursum orauit et celum dedit pluuiam, et terra dedit fructum suum. Secundo enim obtinemus per eum spiritualia ad iustificacionem, patet per illud miraculum. Quia cum quidam Sarracenus naufragium pateretur, Marcus eidem apparens eum eripuit et ad fidem et graciam baptismi perduxit. Quod vero sancti pro nostra iustificacione ad deum intercedat habetur ij Mach. j. Fratribus qui sunt per Egiptum iudeis. Et infra. Et nunc hic sumus orantes pro vobis. Et Mach. xv. Hic est qui multum orat pro populo et vniuersa sancta ciuitate Jeremias propheta dei. Tercio autem per ipsum obtineamus celestia ad glorificacionem, habetur per illud exemplum. Quia cum quidam religiosus qui beatum Marcum in deuocione multa haberet, et eius sepulcrum sepius visitaret moreretur, beatus Marcus eidem apparuit, et eius animam in celi gaudium introduxit. Quod enim sancti celestem gloriam nobis impetrent patet per illud ij Petri j. Dabo autem operam frequenter vos habere post obitum meum. Quia igitur sancti hic tanta beneficia obtinent, ideo propheta orat et dicit Leuaui oculos meos in montes unde veniat auxilium michi.

Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Prouerb. xxviij.

Per leonem intelligere possumus quemlibet prelatum, quemlibet virum iustum, quemlibet peccatorem et ipsum dyabolum. Leo enim significat prelatum propter suam generositatem. Primus autem leonis generositas in quatuor attenditur. Primo in hoc quod homines non ledit, sed bestias inuadit. Vnde sicut dicit Ysidorus et Plinius leo hominem non nisi in magna fame comedit, et maxime mulieres et pueros non ledit, bestias tamen inuadit. Secundo in hoc quod prostratis parcit. Tercio in hoc quod se ne timeat abscondit. Vnde sicut dicit Plinius Cum venatores ipsum insequantur non latitat nec se abscondit, sed sedet in campis ubi videri possit. Cum vero condensa siluarum intrauerit, accelerat cursum, reputans turpitudinem absconsionem. Non enim se abscondit eo quod timeat, sed ne timeat. Quarto licet sit adeo fortis et magnanimus, quamuis in infirmitatem [illegible]. Tercio

eciam calliditatis est / Cum febres quartanas patitur / et hoc maxime / ut feritas edometur. Platus igitur per leonem significatur, qui debet bonos confovere, sed malos coercere / penitentes suscipere ad omnes se benigne habere / et suam infirmitatem recognoscere. Ista tangit Apostolus i Thess. v° // Ubi platos alloquens dicit Rogamus vos fratres corripite inquietos, consolamini pusillanimes / ecce malorum correctio et bonorum confortacio. Suscipite infirmos, ecce penitencium susceptio. Pacientes estote ad omnes, ecce benigna inter eos conversacio. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat / ecce proprie infirmitatis recognicio / qua scilicet quilibet est ad malum pronus. Debet esse ferox et mansuetus. Ferox bestiis et bestialibus hominibus ut corripiat / Prov. xx° Sicut rugitus leonis, ita terror regis. Et in sancta rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo. /

De timidis autem platis, qui non audent malos corripere dicitur Ioh. x° Mercenarius et qui non est pastor videt lupum venientem et dimittit oves et fugit. Mansuetus hominibus id est conveniencionibus et bonis ut foveat / Ps. Superveniet mansuetudo, id est mansueta correctio et corripiemur. Talis erat ille platus de quo dicitur Mt xxi° Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Ideo Apostolus / qui optime sciebat distinguere inter severitatem et mansuetudinem, dicebat i Cor. iiii° Quid vultis in virga veniam ad vos / an in caritate et spiritu mansuetudinis / Secundo parcitatis, id est penitentibus / debet esse pius ut imitetur eum dominum de quo dicitur Lc xv° Hic peccatores recipit et manducat cum illis. Ne de eo possit dici Eccl. xxviii° Homo homini servat iram et a Deo querit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam, et de peccatis suis deprecabitur // Tercio suam severitatem intimam debet abscondere ne nimis timeatur. Aug. Quis utrumque sit utrum etc. Ad ultimum vero debet suam infirmitatem recognoscere / ne in superbiam erigatur. Gal. vi°

Vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis / Considerans teipsum ne et tu tempteris. Ideo Apostolus stimulum carnis accepit ii Cor. xii° ut ex consideratione sue infirmitatis non elevaretur ad magnitudinem revelacionis. Ideo dominus Ezechielem prophetam ad considerandum celestia elevare volens / prius ipsum filium hominis vocat dicens Ezech. ii° Fili hominis sta super pedes tuos etc. / Quasi dicat Cum te ad celestia contemplanda elevari senseris, ad tue infirmitatis consideracionem redeas / ne per superbiam evanescas / Debes leo esse quilibet vir iustus, cui tria sunt necessaria / scilicet timor per quem a malo recedat / amor per quem bonum sollicite faciat / et discrecio per quam tam in mali vitacione quam in boni operacione conservari valeat. Et optime adhuc significatur per leonem / leo quidem quatuor timere dicitur / Ravanus super Ysidorum timet ignem accensum et strepitum rotarum. Ambrosius vero plinium: timet album et maxime gallum / timet etiam cum videt iuxta se ubertum catellum / Nos dum cum in hac vita sumus / quatuor nos timere oportet, scilicet mundum, dyabolum, corpus proprium et divinum iudicium / Per ignem accensum intelligitur mundus i Ioh. v° Totus mundus in maligno positus est, id est malo igne refert Beda. Cum dum sanctus Furseus fuisset ab angelo in aera elevatus, quatuor magnos ignes ibidem conspexit. Cui dixit angelus hii sunt quatuor ignes, qui totum mundum succendunt. Unus est ignis mendacii, quia homines in baptismo abrenunciare pompis dyaboli polliciti sunt, quod nequaquam observant. Secundus cupiditatis, cum mundi divicias amori celestium preponunt. Tercius offensionis, cum animos proximorum in frivolis rebus offendere non formidant / Quartus impietatis, cum infirmos spoliare et eis fraudem facere pro nichilo ducunt. Cum igitur illi quatuor ignes in unum redacti fuissent, et sancto Furseo appropinquarent, ad angelum exclamavit. Cui angelus Noli timere, quia quod non incendisti non ardebit in te. Ita sicut corpus ardet per voluntatem illicitam / ita ardebit

p(ro) debita penam / h(aec) Beda. / Et iis autem qui p(otes)t dicere i(llu)d Eccl(esiastici) li° libe-rasti me a pressura flamme, q(ue) circumdedit me / et in medio ignis non sum estuatus. Per album gallum intelligitur dyabolus qui tunc in corde nostro cantat / quando ma-las suggestiones inmittit et tunc est gallus varius. Gallus in profundis tenebris emittit voces validas. sed raras. / Appro-pinquante vero die emittit voces debiles. sed frequentes. In die autem clam cessat a cantu / quia dyabolus in cordibus tenebrosis va-lidas temptaciones inmittit / dum eos ad gravia peccata inducit / non oportet / quod mul-tum frequenter eos temptet. Quia sicut dicit Gregorius. Illos pulsare negligit quos quieto iure se possidere sentit. Ve-niente autem peccatore ad lucem gracie et primo inmittit temptaciones leves. frequentes quidem tamen non graves / ut sic de levibus ad gra-ves possit transire frequenter tamen eas inge-minat. ut vel saltem tedio vincat. Eccl(esiastici) ij° Fili accedens ad servitutem dei sta in iusticia et timore / et prepara animam tuam ad temptacionem. In sanctis autem viris / qui sicut lucem divine sapiencie et qui cognoscunt fraudes temptacionis dyabolice non audet dyabolus validas temptaciones inmittere. et si inmittit mox illi resistunt. et demon fugit. Jac(obi) iiii° Re-sistite dyabolo et fugiet a vobis. / Tunc vero est gallus niger. quando malum aperte suggerit / et tunc non est ita timendus. Cum vero aliquid suggerit, quod videtur habere speciem boni / tunc est gallus albus, et tunc est valde timendus. Ipse enim dyabolus sepe transfigurat se in angelum lucis. ut habetur ij Cor(inthios) xj° Cum vero varias cogitaciones inmittit tunc est gallus varius et tunc est valde timendus. ne nos ad gra-via peccata inducat. // Per catulum signatur corpus proprium. sive ipsa sensuali-tas / que semper est famelica. propter famem patiuntur ut canes. / Et quia semper est litigiosa. latrans scilicet contra racionem Prov(erbiorum) xix° Tecta iugiter perstillancia et litigiosa mulier comparantur. / et quia semper ad malum est tendida / Prov(erbiorum) xxvj° Sicut canis revertitur ad vomitum suum. sic imprudens qui iterat stultitiam suam.

Sancti enim viri istum catulum i(d est) corpus proprium valde flagellat. et af-fligunt et macerant. j Cor(inthios) ix° Castigo corpus meum et in servitutem redigo. Et ideo ceteri homines quicumque vi-deant eos leones. i(d est) firmi et fortes. debent timere carnem. j Pet(ri) iiij° Tempus est ut incipiat iudicium a domo dei. Si autem primus a nobis / quis finis eorum qui non credunt dei euangelio. Et si iustus quidem vix salvabitur. impius et peccator ubi parebunt. // Per scorpium lotarum intelligitur terribile iudicium. Ubi erat multiplex scorpius. scilicet terribilis exanimatio dei / tubalis clangor archan-geli. gemitus maxima elementorum / plan-ctus omnium dampnatorum / iubilacio angelorum ululacio demonum / gravamen actio omnium bonorum. Vel potest dici quod ibi erunt quatuor / quasi quatuor rote. Primus erit in citacione cum dicitur Surgite mortui venite ad iudicium Alius erit in examinacione. cum dicetur Esurivi et non dedistis michi manducare Tercius erit in sentencie promulgacione. cum dicet Discedite a me. / Quartus erit in execucione / quod non cum dicitur Et ibunt hii in supplicium eternum etc. Mali enim cum maximo fletu erunt in inferno Iusti vero cum maximo gaudio in celo. Si autem volumus evadere tam terribile iudicium exterius / debemus in presenti habere iudicium interius. Quia sicut dicitur j Cor(inthios) xj° Si nosmetipsos iudicaremus non utique iudicaremur. De isto autem iudicio interius in corde fiendo sic dicit Aug(ustinus) in libro de penitencia Ascendat ad-versum se homo a facie mentis sue / constitu-at se ante faciem suam / atque tali constitu-to in corde iudicio / assit accusatrix cogitacio / testis consciencia. carnifex timor. inde quidam sanguis animi con-fidentis per lacrimas profluat. // Cum hominem iusto est amor, per quem bonum sol-licite faciat. Amor enim dei magna bona in homine operatur / quia scilicet hominem ad bonum sollicitat. primum inflamat / ardorem tarlem(?) abicit. 2 cor ad deum dirigit. Et ista figuratur in leone. / primo igitur cor ad bonum sollicitat / 2 maxime cum meone mort

gingit / 2 hoc sigtur in leone / q vt
audace se reddat / cauda se pcutit p
caudam que est extrema pars aialis
intellr mors / q cuius ocsideracio ploitat
ad bonum. Brego valde eum sollicitat
tat se in bono ope / qui semp cogi-
tat de extremo fine / De sollicitudie
q facit amor dei dicit g. Moz v. Ca-
ritas xpi urget nos etc. Brego nu-
q est amor dei ociosus Operatur eni
magna si est / si aut opari neglig
amor no est / Secundo aor proximu
inflamat Et hoc sigt in leone · cuius
ossa adinuicem collisa ignē vt dt du-
sotiles emittunt Eccl iiij / Si dor-
mierit duo fouebunt mutuo / vnus
quo calesciet / Prov xxvij / Ferrum
fero acuit / 2 homo exacuit faciem
amici sui / Ideo monet Aplus vt co-
siderimus inuicem in puocacione cari-
2 bonorum opum / Tercio amor dei
amorem carnalem abycit Et hoc sigt
in leone · cuius ossa medulla no hnt.
aut modicum habet Sic etiam sancti viri
carent medulla carnalis amoris / hanc
eni medullam amor dei abcas aufert.
Et hoc signatum est Ezech xvij. Aquila
grandis magna alarum Et infra
Venit ad libanum 2 tulit 1 attulit me-
dullam cedri / Ista medulla peccatores ple-
ni sunt / De quib dicit Job xxi b,
Viscera eius plena sunt adipe 2 me-
dullis ossa illius irrigant / Quarto aor
dei cor ad deum dirigit Et hoc sigt i
leone · qui semper primo mouet pede
dextrum vt dicit Aristoteles / Pedem
dextrum intellr intencionem rectam / pedem
sinistrum intencionem prauam · Sancti g°
viri amore dei pleni · primo pede dex-
trum semp mouent / qr in quib q
agunt intendunt semp vt deum
dirigant / Istos pedes rectos docet hc
Aplus Heb xij. Gressus rectos fa-
cite pedib vestris vt no quis clau-
dicans erret / Quarta namque vero
iusto est discrecio / p qua tam i ma-
li intacte q in boni opacione coser-
nari valeat / Ista aut discrecio sigt
in leone / Cuius discrecio in quatuor ap-
paret / Primo videlicet / quia vesti-
gia sua tegit cauda sicut dt ysidorus

Quando leo fugatur / vestigia sua cau-
da tegit / Ne a venatorib inueniri
possit / Secundo quia tantum aspicit / Ra
sceptus a venatorib tantum gaudet
vt minus timeat vt dt ysidorus / Tercio
qr oculis apertis dormit / Quarto quia
qn fugit cibum ad fauces retrahit et
cū vnguib eum excepit / vt sit leuior
ad fugiendum / In hiis g° vbique quatuor
vtus discrecionis exprimitur / Ita ipsa
discrecio hominem sollicitum reddit / pro
in delecione vestigiorum p occultacionem opis
sui / 2 hoc phumilitate Mt v°. Atten-
dite ne iusticiam vestram coram hominib
faciatis. vt videamini ab eis. / Luc xvij°
Cum feceritis omnia / q precepta sunt vob.
dicite. Serui inutiles sumus / qd debui-
mus facere fecimus / Secundo in inspeccione
terre possidaconem sui / Talem se esse
tremi ostendebat / qui dicebat Gen
xviij° Loquar ad dnm meum cū sim
puluis 2 cinis Jerem iiij° / Aspexi
terram 2 ecce vacua erat 2 nichil / Tercio
in vigilancia oculorum psollicitu g
status sui / Mt xxvj° Vigilate 2 ora-
te ne intretis in temptacionem Mr
xiij° Videte vos metipos Can v° Ego
dormio 2 cor meum vigilat Quarto
in reieccione diminucionis oculos sui
Heb xij° Deponentes omne pondus
2 circumstans nos peccatum · p paciencia curramus
ad propositum nobis certamen / Istud pondus
deposuerant · qui dicebant / Mt xix° Ecce
nos reliquimus omnia 2 secuti sumus te /
Tercio leo sigt quelibet peccatorem · 2 hoc
quantum ad ora 2 quantum ad opa Quantum
ad verba / quia leo hr in ore terribile
rugitum / anhelitum fetidum / 2 morsum
venenosum Sic peccatores hnt terribile
rugitum p ora comminacionis / cū tn dicat
Eccl xxj° Corripe proximum · antequam
comminteris da locum timori altissimi /
Eph vj° Remittentes minas scientes qa
illorum et vr dominus est in celo / Hnt
anhelitum fetidum p ora turpitudinis 2 scurri-
litatis · ps. Sepulcrum patens est gutt
eorum Eph v° Non nominetur in vob
turpitudo · aut stultiloquium · aut scurri-
litas / q ad rem no ptinet / Hnt mor-
sum venenosum / p ora detraccionis Eccl

xo. Si mordet serpens in silencio / nil
comi[nus] habet / qui occulte detrahit. Salvo.
Si adinuicem mordetis et comeditis / vi-
dete ne ab inuicem consumamini / Quo
gitum ad opera / leo eum facit filios te-
ros imperfectos et mortuos. Dicit petrus
facit opera ceca / scilicet lumine discrecionis
sicut quorum propria dicitur ysa. lix. pal-
pauimus sicut ceci parietem / et quasi
absque oculis attrectauimus / Ideo dicitur
prouerbiorum iiij. palpebre tue precedant gressus
tuos. Secundo facit opera imperfecta sine
plenitudine finalis consumacionis / vnde
dicitur de quodam Apocalypsis iij. Non inue-
nio opera tua plena coram deo meo /
Istam talem imperfectionem deus diligenter
considerat / et in libro suo notat ut secundum
eam in iudicio puniat. Psalmus Imperfectum
meum viderunt oculi tui et in libro tuo
omnes scribentur etc. Tercio facit opera mor-
tua scilicet virtute dilectionis. Caritas enim
est vita operum / scilicet quia opera non
possunt esse viua / sed mortua / Vnde dictum
est cuidam Apocalypsis iij. Nomen habes
quod viuas et mortuus es. Christus ista mor-
te opus resuscitat. Col. ij. Cum mor-
tui essetis conuiuificauit vos donans vobis
omnia delicta. Quarto leo significat dyabolum
j petri v. Aduersarius vester dyabolus
tamquam leo rugiens circuit querens quem
deuoret / leo namque inualit bestijs aduer-
sus ut ledat / aduersarius circuit ut inue-
niat / superuenientes rugit ut terreat / terri-
tas constringit et deuorat / hoc modo
dyabolus tamquam leo sanctis viris ad-
uersatur ut in bono impediat. Et
ideo dicit Aduersarius vester dyabolus /
Zach. iij. Sathan stabat a dextris
eius. Secundo circuit ut inueniat. Et
ideo dicit circuit querens quem deuoret.
Nititur enim inuenire aliquod foramen
per quod ad animam ingrediatur / sicut
inuenit in dauid foramen scilicet oculos per
quos ingressus ad adulterium eum
perduxit. Ideo propheta conqueritur dicens Je-
remie ix. Ascendit mors per fenestras nos-
tras ingressus est domos nostras.
Tercio rugit / ut terreat. Ideo dicit Ca-
quasi leo rugiens. Cuius rugitus est ipsius
suggestio. que valde timenda est.

Amos iij. Leo rugiet / quis non time-
bit. Nisi autem huic rugitui resistatur
cito omnis gratie plenitudo amittitur.
Ezechielis xix. Desolata est terra a voce
rugitus illius. Quarto extinguit et
deuorat. Et ideo dicit querens quem
deuoret. Ezechielis xix. Factus est leo et
didicit predam capere et homines deuo-
rare. leo quidem pellem lacerat.
carnem deuorat / ossa frangit et sa-
nguinem sugit. Quia dyabolus ad nichilum
redigit hominem quem capit. quantum
ad bonam famam / bona opera / virtutes
et sancta desideria. Jeremie lj. Comedit
me et deuorauit me nabuchodonosor rex ba-
bilonis. Ibidem l. Primus comedit
eum rex assur iste nouissimus exossauit
nabuchodonosor rex babilonis. Ecclesiastici vj.
Non te extollas in cogitacione anime
tue velut taurus ne forte elidatur
virtus tua per stulticiam / quo ad consumpcionem
virtutum / et folia tua comedat / quo ad
consumpcionem viuentis fame / et fructus
tuos perdat / quo ad consumpcionem bonorum
et relinquaris velut lignum aridum
in heremo / quo ad consumpcionem sanctorum desi-
deriorum /

De comedente exiuit cibus.
et de forti egressa est dulcedo.

Iudicum xiiij. Sampson leo-
nem interfecit / examen apum et fa-
uum mellis in ore ipsius inuenit. Vn-
de sodalibus suis problema proponens di-
xit. De comedente exiuit cibus etc.
Hoc quidem problema de beato mar-
co / qui per leonem signatus est / ex-
poni potest. Cuilibet autem predicatori
necessaria sunt quatuor / scilicet sapiencia / doctrina
vita et fama. Hec quatuor beatus
Marcus doctor et predicator egregius
in verbis premissis commendatur / primo re-
ab infusa sibi sapiencia / cum dicitur De
comedente. Secundo a quantitate sibi do-
ctrina. cum dicitur Exiuit cibus. Tercio
a constanti vita. cum dicitur De forti /
Quarto a suaui et odorifera fama. cum
dicitur Egressa est dulcedo. Primo igitur
commendatur ab infusa sibi sapiencia. cum dicitur
De comedente / Deus namque cibauit il-
lum cibo / de quo dicitur Ecclesiastici xv.

Cibavit illu(m) pane vite (et) intellectus
(et) aqua sapie(ntie) salutaris potavit eum.
Ipse aut(em) sic cibatus per divine sapi-
encie infusionem comedit p(er) assidua
meditacionem Jeremie xv° Inventi sunt
sermones tui (et) comedi eos. In co-
mestione aut(em) tria sunt. s(cilicet) masticacio
ad membra demacio (et) incorporacio sive
assilacio. Beatus igit(ur) Marcus comedit
sapia(m) divinam. quia ipsam masticavit
p(er) assidua meditacionem ps(almus) Os iusti
meditabit(ur) sapia(m). Ideo animal
mundu(m) fuit. quia assidue ruminavit
ipsam masticata(m) sibi incorporavit. et
assimilavit p(er) imitacionem (et) operacionem
Jac(obi) j° Qui au(tem) p(er)spexerit in lege p(er)fecte
libertatis (et) non auditor obliviosus
factus. sed factor operis. hic beatus
in facto suo erit. Masticata (et) assi-
milata ad membra fidelium demavit
p(er) sui ewangelii conscripcionem prov(erbiorum) v°
Deriventur fontes tui foras. (et) in pla-
teis aquas tuas divide. Secundo at(tende)
M(arcus) leo in sua comestione tam nobilia
h(abe)t s(cilicet) communicabilitate(m). sobrietate(m) (et) sa-
gacitatem. habet communicabilitatem.
Quia predam solus non comedit. sed
parte(m) aliis bestiis comedenda(m) re-
linquit. habet sobrietate(m). quia sicut
dicit plinius. cu(m) saciat(ur). duobus vel
tribus diebus cibo caret. h(abe)t sagacita-
tem. Quia sicut idem dicit. Cu(m) in sa-
cietate fugere debet. cibos ad fauces tra-
hit. (et) cum unguibus extrahit. ut levior
sit ad fugam. Illi igit(ur). qui cibatus
est divina sapia. debet h(abe)re communicabili-
tatem. quia sapiam sibi datam
aliis communicare debet. Sap(iencie) vij° Quam
sine ficcione didici (et) sine invidia commu-
nico. Ecc(lesiasti)ci xx° Sapia absondita (et)
thesaurus invisus que utilitas in u-
trisque. Ideo servus qui talentu(m) ac-
ceptum in terra abscondit. reprobatus
fuit. Debet habere sobrietatem. quia
non debet conari ad ea. que sunt supra se
ut ea p(er) raciones naturales velit ingredi (et)
investigare. Ecc(lesiastic)i iij° Alciora te ne
quesieris (et) forciora te ne scrutatus fueris.
sed que precepit deus. illa cogita semper
et in pluribus operibus eius ne fueris
curiosus. Prov(erbiorum) xxv° Scrutator ma-
iestatis opprimetur in gl(ori)a. Ro(manos) xij° Non
plus sapere q(uam) oportet sapere. sed sapere ad so-
brietatem. Debet h(abe)re sagacitate(m). ut
saliat evacuet se a pondere peccatorum
Quia sicut dicit(ur) Sap(iencie) j° In malivo-
lam animam non introibit sapia. Nec
habitabit in corpore subdito peccatis. Eva-
cuet eciam se a pluralitate peccatorum carnalium
secularium. Ecc(lesiastic)i xxxviij° Sapiam scribe
in tempore vacuitatis (et) qui minoratur
actu sapiam percipiet. Secundo comeditur
a Marco doctrina. cum dicit(ur) Comedit
cibus. Triplex aut(em) cibus a beato Marco
conditus. Unus quo cibavit totum mundum
(et) iste fuit cibus sue ewangelice doctrine.
De quo dicit(ur) Mat(thei) xxiiij° Quis putas
fidelis servus (et) prudens quem constituit
dominus sup(er) familia(m) suam. ut det illis
cibum in tempore. Ipse enim fuit (et) pru-
dens inquantu(m) verba petri ap(osto)li magistri
sui prudent(er) intellexit. Et fuit fidus
qui ut nomen dicit(ur) a servando. inquantu(m)
intellecta in memoria servavit. Et fuit
fidelis. inquantum intellecta (et) conservata
fideli stilo conscripsit. De isto cibo p(otes)t
intelligi. quod dicit(ur) Ecc(lesiastic)i xxix° Transi
hospes (et) orna mensam. (et) que in manu
habes ciba ceteros. Beatus enim Marcus fuit
hospes. quia hic manentem civitatem
non habebat. sed futuram inquirebat. Or-
navit mensam i(d est) sacram scripturam. et ex
ibus divinis. que in manu i(d est) in p(ro)mptu
habuit ceteros cibavit. qui ewangelium scripsit
Alius cibus est quo pavit deum. et
iste est cibus puritatis. de quo dicit(ur)
Can(ticorum) ij° Dilectus meus michi (et) ego illi
qui pascitur inter lilia. Non dixit dum
pascitur liliis. sed inter lilia. Illa qui est
inter lilia. h(abe)t lilia sursum (et) deorsum.
a dextris (et) sinistris. Dilectus ergo
sponsus in corde meo vult h(abe)re desuper
liliu(m) pure intencionis. a sinistris li-
lium simplicis operacionis. Nam modo pascitur
lilio superiori. quando delectat(ur) in mea
munda affectione. Modo lilio inferiori. qui
delectatur in mea sancta cogitacione.
Modo lilio quod est a dextris. qui delectat(ur)
in mea pura intencione. Modo lilio quod

est a sui statu/ qui delectat in nostra
incerta operatione/ Talis cibus est cor-
poralibus/ quo pariunt ceras/ de quo dicitur
Joh. iiii° Meus cibus est ut faciam
voluntatem eius qui misit me/ Una
enim non pascitur corporalibus cibis/ sed o-
perationibus bonis/ Est autem triplex differen-
tia inter cibum corporalem/ et hunc spiritualem.
Cibus enim corporalis reficit ventrem/
cibus boni operis satiat mentem. Ci-
bus corporalis perit cum corpore. i Cor.
vi° Esca ventri et venter escis. Deus
autem hunc et hanc destruet. Cibus vero
mentis manet cum mente. Apoc. xiiii°
Opera enim illorum sequuntur illos. Cibus cor-
poralis causat vitam corporis/ Cibus mentis
causat vitam eternitatis. Istam triplicem
differentiam tangit dominus Joh. vi° Operamini
cibum qui perit/ sed qui permanet/
Ecce quia manet cum mente/ in vitam
eternam/ Ecce quia est causa vite eterne.
Quem filius hominis dabit vobis/ Ecce quia
non est cibus qui reficit ventrem/ sed
qui satiat mentem/ cum et infra. De quo
cibo intelligat exponit/ Ego panis vi-
vus est/ qui de celo descendit/ et dat
vitam mundo/ Talis gaudebat a consta-
ti vita cum dicit Desperti/ Ecce quod
sciendum/ Quia leo est fortis in pectore.
firmus in capite/ magnanimus in
corde/ et severus in ungue/ Talis fuit
beatus Marcus in vita/ Fuit enim fortis
in pectore pravas cogitationes abiciendo.
Ipse ii Cor. iiii° Abdicamus occulta
dedecoris/ Tales viri angeli repu-
tantur/ De quibus dicit Apoc. Exierunt
septem angeli precincti circa pectora zo-
nis aureis/ Zona enim restringit in-
quinamenta/ zona hec decorum inquietum
est aurea/ et habet munimen inquietum
est circa pectora/ Tales enim cogitationes
suas restringunt ne effluant de speciebus
variis/ et cor suum decorant cogitationibus
bonis. et ipsum muniunt cogitationibus pu-
ris. Sed de multis potest dici illud
Gen. iii° Super pectus tuum gradieris
et terram comedes omnibus diebus vite tue.
Super pectus gradiuntur sui qui infi-
mis cogitationibus urgentur/ Etiam hoc est
qui terrena semper concupiscunt/ Secundo

fuit firmus in capite/ infatigabiliter
celestia contemplando/ Habuit enim caput
suum gratiis plenum. Prov. iiii° Dabit
capiti tuo augmenta gratiarum/ Et
dicit gratie in plurali/ quia habuit in ca-
pite suo gratiam elevationem/ Luc. xxi°
Levate capita vestra quia appropinquat
redemptio vestra. Secundum impinguate
ps. Impinguasti in oleo caput meum.
Tertium refrigerium/ et fecunditatem. Cant.
v° Caput meum plenum est rore.
Tertio fuit magnanimus in corde fortia
aggrediendo. Ps. Accedat homo ad
cor altum et exaltabitur deus. Accedit
quidam ad cor infimum/ qui tantum servat
mandata dei. Quidam ad cor medium
qui servat dei consilia. Quidam ad cor
altum qui propter deum sustinet mor-
tem et supplicia. Talis fuit beatus
Marcus qui non tantum precepta consi-
lia dei servavit/ sed etiam mortem et
supplicia pro deo sustinuit. Prov. ult.
Manum suam misit ad fortia. Quarto fuit
severus in ungue/ constanter vitia re-
prehendendo. Isti autem ungues debent
esse sibi per firmam constantiam. Ezech. iiii°
ungulas tuas pone firmas. Et fasse
per discretam primam. Tales enim habent
talia munda. Levit. xi° Quicquid ru-
minat sed non dividit ungulam immun-
dum erit. Sed nota quod leo utitur ungu-
lis pro munimine. Et ideo eas diligenter
custodit unde et cum per loca asperiora
transit/ eas intra carnositatem pedum
congerit et retrahit. Spiritualis ungula
prelati est potestas corrigendi/ quam
diligenter debet custodire/ et non nisi contra
bestiales homines et animales exercere.
Unde cum Petrus ungulam suam non
bene exercuisset/ a domino reprehendendo
audivit Joh. xviii° Mitte gladium
tuum in vaginam. Omnes enim prelatorum
debent esse discreti et mansueti/ ut scilicet compa-
tiantur et pondent culpas/ ut tunc sint le-
nes vel feroces/ Unde refert Policratus
de Vespesiano/ Quod cum quidam miles
graviter in eum iniuriam irrogasset.
Ille videns/ huiusmodi hominibus deberi risum
non correctionem sed penam timoris. De-
bet etiam esse magis pie quam severe.

Unde ait idem policratus / egregie traianus / optimus augustus dicebat infamiam esse oculos malle effodere / quam tueri / dicebat et ungues si acutes fuerint resecandos esse non euellendos. et cura est ut citharedus cordas intensius remittat / quam extendat. Debent eciam esse mediocales non morbes / ut ait idem policratus. Quam precipue pene morum esse optime / et more tenere mediocrem / et nunc in examinacione plenius / nunc egere refectioni in vacuis et dolore sedare nunc cantico nunc fomentis / Aliis comedat a suaui et odorifera fama ut dicatur Egressa est dulcedo / De beato enim marco egressa est dulcedo quadruplex / in quibus odorifere fame consistit. scilicet dulcedo deuocionis in contemplando / ps pasti in dulcedine tua pauperi deus / I petri ij° Si tamen gustatis. quoniam dulcis est dominus / Dulcedo locucionis in predicando / per quam et bonos consolabatur et malos conuincebat Eccli. v° / verbum dulce multiplicat amicos / et mitigat inimicos. Cant iiij° Eloquium tuum dulce / Dulcedo gustacionis in gustando. Quia tanta dulcedo gustacionis erat / quod omnibus complacebat. ij Cor. j° / In simplicitate et sinceritate dei / non in sapiencia carnali / sed in gracia dei conuersati sumus in hoc mundo / Sapiencie viij° Non enim habet amaritudinem conuersacio illius. Dulcedo compassionis in miserendo. Job xxx° Compaciebatur anima mea pauperi. De hac duplici dulcedine dicitur Joel iij° In die illa stillabunt montes dulcedinem et colles fluent lac et mel / Montes enim et colles i. sancti viri in vita et contemplacione alti stillabunt dulcedinem dulcis compassionis / et fluunt lac sincere et munde gustacionis

Obuiabit illi quasi mater honorificata / Cibauit illum pane vite et intellectus. et aqua sapiencie salutaris potauit illum / Eccli. xv°. In hijs verbis ostenditur / Quod beatus Marcus fuit multe reuerencie Cum dicitur Obuiabit illi quasi mater honorificata. Magnus quidem honor sibi fuit / quando diuina sapiencia sibi tam honorabiliter obuiauit / 2° ostenditur quod fuit multe sapiencie / cum dicitur Et aqua sapiencie potauit illum / 3° quod modo sit in eterna sacietate / cum dicitur Cibauit illum pane vite et intellectus etc.

Fuit igitur primo magne reuerencie Quod quidem patet ex multis Quia ipsum honorauit Christus tamquam ministrum suum. Narrat in legenda sua dicitur / dum in carcere esset positus / Christus ad eum venit et eum confortans dixit / Pax tibi marce euangelista meus noli timere / quia ego tecum sum et eruam te. Joh. xij° Siquis michi ministrauerit / honorificabit eum pater meus. Ipsum honorauit angelus tamquam germanum suum. Nam angelus similiter ad eum in carcerem venit / et ipsum confortans dixit Marce nomen tuum in celis scriptum est / et conciuibus supernis es celestium ciuitatum / Luc. x° Gaudete quod nomina vestra scripta sunt in celis. Ipsum honorauit petrus tamquam filium suum. Quia secundum patriarcham Alexandrinum eum fecit. qui cum ut ait Johannes pollice sibi amputauit ne ad sacerdotium promoueri posset / sed tamen diuina dispensacio et auctoritas petri preualuit et ipsum presidem coegit Ipsum honorauit paulus. tamquam coadiutorem suum. Vnde dicit Thi. vlt. Marcum assume et adduc tecum / est enim michi vtilis in ministerio Ex quo manifeste colligitur quanta fuit sapiencia preditus. qui paulo usque ad tercium celum rapto / sic erat necessarius Si tis ergo apud deum nos per inmarcessibilem qui paulum tantis fuit potatus inmarcescibilibus doctrinis. Ipsum honorauit totus Romanorum cetus / tamquam magistrum suum. Vnde sic dicit Rabanus. Marcus petri discipulus rogatu Romanorum in ytalia scripsit euangelium. vt quod ibi petrus predicauerat confirmaret in perpetuum litterarum memoria quod petrus diligenter inspiciens confirmauit Ex hoc patet / quante illud euangelium fuerit virtutis / quia non se ingessit / sed rogatus scriptum illud scripsit Sic apud ytalicos debet esse deuocionis / quia eorum Euangelista specialiter esse meruit Ipsum honorauit tota ecclesia tamquam euangelistam

sim / Quia illius Euangelium in se tene
z admirabili affectione per omnium mun-
di cardinem misit / Ipm spalr Romane
dei tota ytalia tanq suu pronu / quia
ibi spaliter pdicauit / ibi suu euangelium
scripsit / ibi corpus suu tesaurizari voluit.
Petrus Damianus / Beata es o Alexandria
triumphali huius sanguine purpurata fe-
lixque tu ytalia / corporis huius thesauro di-
ues effecta / viuit corpus de anima / vi-
uit anima de dei sapientia / que ibi stipsat
Secdo fuit magne sapie. ob quam sa-
piam ipe factus est testis xpi / calamus
scilicet / interpres z notarius petri z a-
breuiator Mathei / z coadiutor pauli.
Est quidem fctus testis xpi. In xpo enim
quatuor fuit De quibus oportebat habere
testimonium / scilicet vera humanitas. vera di-
uinitas / vera passio. vera resurrectio.
Et ideo quatuor testes habere voluit Vnde
testis de sua vera humanitate fuit Ma-
theus / qui in principio sui euangelii
eius genealogia texuit / z ideo in figura
hominis figuratur Testis sue diuinitatis
fuit Johannes / qui in celum altissime vo-
lans / verbum idem esse cum patre cognouit
Unde dixit In principio erat verbum etc. Et
ideo in specie aquile figuratur / Testis de
eius passione fuit lucas / qui eam aper-
tius explanauit Et ideo in figura
vituli / qui deo in sacrificium offerebatur
designatur / Testis de sua resurrectione fuit
Marcus / qui ipam elegantius conscripsit Et
ideo in figura leonis figuratur / leuncul
enim natus / tribus diebus quasi mortuus
iacens. ad clamorem leonis tercia die
suscitatur / Volens igitur xpus nos certos
reddere de nostra salute / quatuor quasi instru-
menta / scilicet quatuor euangelia conposuit Et
quia instrumentum non valet sine testibus
ideo quatuor testes scilicet quatuor euangelistas
habere voluit Et quia testimonium fert
aliquando de visu / aliquis de auditu. Se-
cundum beatum Augustinum. xpus voluit habere du-
os testes de visu scilicet Matheum et
Johannem / Et duos de auditu scilicet
lucam z marcum. Fuit autem marcus testis
xpi. non tantum euangelium scribendo / sed etiam
ipum in martirio confitendo. Martir enim
idem est quod testis. vnio etiam virginis re-
sistendo / vnde dicit btus Ambrosius.

super Beati marchi. Quidem testis
es xpi / temptatus es spiritu fornicacionis.
sed veritus dei iudicium temperanciam men-
tis z castitatem corporis seruasti / testis
es quando temptatus es spiritu auaricie / vt pos-
sessione vxoris inuaderes. indefense
vidue inita temeritatis / z in contempla-
tore celestium preceptorum. opem magis
fendam / quam inferendam iniuriam indi-
casti testis ergo es. / Secundo fuit ca-
lamus spiritus sancti Spiritus enim sanctus
mouebat tanquam calamum cor suum ad
meditandum ij Cor iij Epistola nostra vos
estis scripta in cordibus nostris non atra-
mento / sed spiritu dei viui / Non quod sufficien-
tes sumus aliquid cogitare a nobis / quasi
ex nobis. sed sufficiencia nostra ex deo
est / Mouebat eius linguam ad pfe-
rendum z docendum ps. lingua mea ca-
lamus scribe etc. ij Cor iijo ydoneos nos
fecit ministros. noui testamenti / non littera
sed spiritu. Mouebat eius manus ad o-
perandum ysa. xxvjo. Omnia opera nostra
operatus es in nobis domine Tercio fuit
filius / discipulus / notarius z interpres
petri Fuit quidem eius filius / quia ipum
ipse manibus baptisauit / vnde ipe dicit
de eo. j pet vlt. Salutat vos mar-
cus filius meus / Fuit quidem martirum
tres baptismus / scilicet petrum / qui ipm ba-
ptisauit baptismo fluminis. Spiritum sanctum.
qui baptisauit ipum / baptismo flaminis.
Et tyrannos qui ipum baptisauit
baptismo sanguinis Et ideo potest sibi com-
petere quod dicitur prov. xxvo. Auffer
rubiginem de argento z egredietur vas
purissimum Vnde per primum baptismum / ablata
est origo culpe originalis / Et ideo
factus est purus / per secundum ablata est
in eo rubigo culpe actualis / Et
ideo factus est purior / per tercium abla-
ta est ab eo rubigo / omnis miserie
z penalitatis. Et ideo factus est purissimus
Fuit etiam discipulus petri / petrus
quidem eum instruxit z ad fidem
conuertit j Cor. iiijo Nam in xpo ihesu
per euangelium ego vos genui / Fuit etiam
interpres petri / quia ea que petrus pdi-
cabat in diuersis linguis / ipo interpre-
tante est in lingua greca apud Roma
z lingua latina apud Aquilegiam

Neemie ix° Congregati sunt principes
filiorum vniuersi populi sacerdotes et leuite
in diebus illis conuenerunt ad Esdram scribam
id est marcum euangelistam, vt interpretaretur
eis verba legis. j. cor. xiiii° Vnicuique
genus linguarum alii interpretatio sermonum. Vnus
interpres scilicet marcus j. cor. xii° Alij per
spiritum datur gratia sanitatum, alij genera
linguarum sicut petro, alij interpretatio
sermonum sicut marco. Fuit etiam notarius
beati Petri, quia quod petrus predicabat verbo
ipse redegit in scripto. Iste autem notarius
fuit velox ad scribendum. j. Esdre vii°
Ipse esdras scriba velox in lege moy-
si quam dedit dominus deus israel. Fuit
eruditus ad intelligendum Ibidem Esdre
sacerdoti scribe erudito in sermonibus et
preceptis domini. Fuit ingeniosus ad ex-
ponendum ij Esdre ii° Esdra scriba in-
geniosus in lege. Fuit doctus ad con-
firmandum, quia euangelium suum confirmauit
testimoniis veteris testamenti, vnde statim
in principio sui euangelii introduxit ysaiam
prophetam. Mt xiii° Omnis scriba doctus
in regno celorum similis est homini patri-
familias, qui profert de thesauro suo
noua et vetera. Marcus enim et noua
protulit, quia legem nouam edidit, et
per eam veteris testamenti testimoniis
confirmauit, vel noua et vetera id est consi-
lia et precepta. Tercio fuit abbreuiator
Mathei. Fecerat quidem matheus volu-
men diffusum, obscurum et aliquibus di-
minutum, quia sepe euangeliste aliqua
dimittebant, que ab aliis dicenda esse
prouidebant. Voluit igitur christus marcum
abbreuiatorem et expositorem et suppletorem.
Quia enim volumine magnum fecerat
voluit ipsum habere abbreuiatorem et
suppletorem. Vnde Aug. assignans
rationem quare matheus habuit abbreuia-
torem sic dicit Matheus qui regiam
christi personam narrandam susceperat
habuit marcum sibi pedissequum tamquam comitem
et abbreuiatorem adiunctum, qui sua ve-
stigia quodammodo sequeretur. Regum enim est
non esse sine comitum obsequio. Sacerdos
autem qui in sancta sanctorum solus intrabat.
Propterea matheus, Aug. circa sacerdotium christi
erat intentus non habuit socium subse-

quentem, qui sua narratione quodammodo
declararet. Quia etiam aliqua ob-
scure posuerat, voluit ipsum habere tamquam
expositorem, vt est illud quod dixit matheus
Vespere autem sabbati que lucescit in prima sab-
bati, et quia valde obscurum fuit, marcus
planius verbo posuit dicens Cum transisset
sabbatum maria magdalene etc. Et valde
mane vna sabbatorum venit ad
monumentum orto iam sole. Quia etiam
aliqua obmiserat, voluit ipsum obtinere
tamquam suppletorem. Vnde cum matheus dixisset
quod angelus dixit mulieribus, vt dicerent
discipulis quia surrexit, non fecit men-
cionem de petro, sed marcus suppleuit
dicens: Dicite discipulis eius et petro re-
pulsam suppleuit, vt suum prothoforum
specialiter exprimat, vt ad ipsum venire
non formidet. Quarto fuit coadiutor
pauli, vnde paulus tamquam suum coadiutorem
ipsum volens habere scripsit Thimoteo dicens
ij Thy iiii° Marcum assume et adduc
tecum. Est enim michi vtilis in ministerio. Vt
enim mundus quidem erat tenebrosus, aridus
contra deum, inimicus, et ad deum inflec-
xibilis, durus. Ideo deus misit paulum
primo vt mundum tenebrosum illuminaret. Et
ideo erat luminare dei. Marcus etiam erat
quoddam luminare minus, id est sunt quos lu-
centes, sicut luminaria in mundo verbum vi-
te continentes. Sed quia tunc lux maxime
illuminat, cum lux luci adiungitur, sicut
patet in candelis, que cum ad inuicem iungun-
tur maxime illuminant. Ideo paulus
marcum secum habere volebat, vt sic ipsi
duo luminaria mundum amplius illuminarent.
Ista sunt illa luminaria, de quibus dicitur
Gen. i° Fecit deus duo luminaria magna.
luminare maius scilicet paulum vt preesset
diei, et lunare minus vt preesset nocti.
Marcus quidem per doctrinam sui euangelii
tenebras infidelitatis expellebat. Et
ideo preerat nocti. Paulus vero sapiencie
perfectorum lumen infundebat, et ideo
preerat diei. j. Cor. ij° Sapientiam loqui-
mur inter perfectos. Secundo paulus missus fuit
vt mundum aridum irrigaret. Ideo ob
hoc erat fons dei. Ob etiam marcus erat
fons. Iuxta illud prouerbiorum xiii° Lex sapientis
fons vite. Magnus fluuius ex ore
marci exibat, maximus ex ore pauli

emanabat. Et ideo Paulus Marcum
habere volebat ut sic ipsi duo fontes mundum
uberius irrigarent. Tam magnum autem
flumen ex ore eorum exibat quod
mundum totum non tantum in superficie sed
etiam a fundamentis irrigabat. Psalmus: Ap-
paruerunt fontes aquarum et revelata sunt
fundamenta orbis terrarum. Tertio missus
fuerat Paulus ut mundum contra deum minan-
tem expugnaret. Et ideo ipse erat
pugil dei. Marcus etiam erat pugil et
miles Christi iuxta illud ii Thi. ii° Labora
sicut bonus miles Christi Ihesu. Et ideo Pau-
lus pugil Marcum pugilem secum
habere volebat, ut sic ipsi duo pugi-
les mundum fortius expugnarent. Eccl.
iiii° Melius est duos simul esse quam unum,
habent enim emolumentum societatis sue. Et si
quispiam prevalebit contra unum, duo resistent
ei. Quod quia ibi sequitur: funiculus
triplex difficile rumpitur. Ideo Paulus cum
Marco voluit etiam secum habere et Lucam. Unde
ipse ait ii Thi. iiii° Lucas est mecum so-
lus. Quarto Paulus missus fuerat, ut
mundum durum et inflexibilem unctione
gratie emolliret. Et ideo plenus erat
unctione et oleo spiritus sancti. Ista etiam
unctione plenus erat Marcus iuxta illud
i Ioh. ii° Unctio eius docet nos de omnibus.
Paulus igitur Marcum habere voluit, ut
sic ipsi duo filii olei habundanciam
unctionis spiritualis effunderent, et mundum
durum et rigidum ad penitenciam emollirent.
Zach. iiii° Isti sunt duo filii olei, qui
assistunt dominatori universe terre. Quinto
beatus Marcus nunc est in cella sua pace te-
ubi cibat illo pane vite de quo dicitur
Ioh. vi° Ego sum panis vivus etc. De
illa dat sua sanctitate aquas vivas
nos porrigit, dum per sua merita nos
adiuvat, et in vita et in morte et
post mortem. In vita quosdam adiuvat, in vi-
ta scilicet nautas in periculo [illegible], et
militem de ponte cadentem et alios plu-
res. Quosdam in morte sicut illum qui
de campanili sancti Marci cecidit. Et
quosdam post mortem sicut religiosum mor-
tuum quem cognitum in celum deportavit.

Facies leonis a dextris ipsorum
quatuor. Ezech. primo. Propheta Eze-
chiel in spiritu dei quatuor animalia
vidit, per que quatuor evangeliste figurantur,
inter quos beatus Marcus in figura
leonis triplici de causa signatus est,
scilicet ratione conscriptionis evangelii, ratione
fortitudinis et constancie, ratione dignitatis
et excellencie. Nam primo evangelium quod
scripsit merito figuram tenet leonis,
eo quod in ipso principio sui evan-
gelii mox introduxit Iohannem in de-
serto rugientem, Christum impavide
in deserto contra dyabolum dimicantem,
et in fine deum patrem filium suscitantem.
Introducit igitur Iohannem
in deserto rugientem cum dixit: Vox
clamantis in deserto, parate viam domini etc.
Ipse quidem Iohannes quadruplicem
rugitum dedit. Nam clamavit verbo
cum dixit: Parate viam domini, rectas
facite semitas eius. Clamavit facto
i. baptismo, unde subdit: Fuit Iohannes in
deserto, predicans penitencie baptismum. Clamavit
exemplo, unde subdit: Erat Iohannes
vestitus pilis cameli, et zona pel-
licea circa lumbos eius, et mel silve-
stre et locustas edebat. Clamavit san-
guine suo. De quo Marcus dicitur Mar.
vi° Decollavit Iohannem in carcere
et attulit caput eius in disco. Clamat
igitur vox ut inducat ad cordis puri-
tatem. Que quidem puritas habetur quando
depressio nimii timoris in spem vite
erigitur. Ysa. xl° Omnis vallis exal-
tabitur. Cum scilicet timor supplicii in yma hu-
militatis deprimitur. Et subdit: Et
omnis mons et collis humiliabitur, quando
obliquitas intencionis per rectificatur.
Unde subiungit: Et erunt prava in direc-
ta, cum omnia vicia extirpantur. Unde
subinfertur: Et aspera in vias planas.
Ierem. xv° Tollite de via lapides.
Clamat exemplo ut inducat ad vite no-
vitatem. Roman. vi° In novitate
vite ambulemus. Ibidem: Reformamini
in novitate sensus etc. Clamat merito
ut inducat ad defendendam iusticiam
et veritatem. Eccl. iiii° Pro iusticia ago-
nizare pro anima tua, et usque ad mor-
tem certa pro iusticia. Secundo introducit
Christum impavide in deserto contra dyabolum

dimicante. Dyabolus primum
hominem tribus lanceis superauit et vicit
scilicet lancea gule, superbie et auaricie.
Sed xpistus lanceas istas retorsit et
eisdem dyabolum vulnerauit. Vulnerauit
quidem ipsum lancea sobrietatis cum
dixit Non in solo pane viuit homo
sed in omni verbo. j Pet. v°. Sobrij esto-
te et vigilate quia aduersarius vester
dyabolus tamquam leo rugiens circuit que-
rens quem deuoret. Vulnerauit ipsum
lancea humilitatis, cum dixit Non
temptabis dominum deum tuum. Non enim
se ostendere voluit, sed de pinaculo
humiliter descendit. Ps. Tu humiliasti
sicut vulneratum superbum. Vulnerauit ipsum
lancea paupertatis. Omnia enim re-
gna mundi despiciens dixit Vade sa-
thana. dominum deum tuum adorabis. Job
xxxvj°. Si fuerint in cathenis et
vinciantur funibus paupertatis, indi-
cabit eis opera eorum et scelera eorum.
quia violenti fuerunt. Istas tres lan-
ceas xpistus in corde dyaboli fixit et
ipsum vulnerauit et vicit. De quibus dicitur
ij° Regum xviij°. Tulit ergo Joab tres lan-
ceas in manu sua et infixit eas in
corde absalon. Marcus in fine sui E-
wangelii introduxit patrem filium susci-
tantem. Sicut enim leo ad sui clamorem
post tercium diem leunculos mortuos sus-
citat. Sic pater filium suum post tercium diem
a mortuis suscitauit. Et quia Mar-
cus de hac suscitacione certius aperius
agit. Ideo eius ewangelium in die re-
surrectionis in ecclesia recitatur. Leo enim
ad clamorem filium suscitat. et deus
pater filium suscitans clamorem emisit
scilicet Exurge gloria mea. id est tu qui per
passionem tuam me glorificasti. Joh. xvij.
Pater clarifica filium ut filius tuus
clarificet te. Exurge psalterium id est tu
qui superiores angelos glorificasti. quia
psalterium reddit sonum a superiori. Exur-
ge cythara id est tu qui inferiores scilicet pa-
tres in limbo et homines qui sunt in
mundo gaudio et exultacione replesti
quia cythara reddit sonum ab inferiori.
Ps. letentur celi et exultet terra etc. Ita
exponit glo. Secundo dicitur leo ratione

fortitudinis et constancie. Leo quidem est
fortis in aggrediendo, quia fortiter
supplicijs et tormentis se exponit. sic
beatus Marcus se fortiter diuersis supplicijs
ac tormentis propter nomen xpisti exposuit. Judith
v°. Qui sponte obtulistis animas ve-
stras ad periculum, benedicite domino.
Fortior etiam fuit in bellando, quia for-
titer dimicauit. Ps. Qui docet manus
meas ad prelium. Judic. xx°. Ita sinis-
tra ut dextera preliantes. Sinistra pre-
liantur qui sunt parati in aduersis.
Dextera preliantur qui sunt preparati
in prosperis. Fuit fortissimus in vin-
cendo. Heb. xj°. Sancti vicerunt regna
per fidem. j Joh. ij°. Scribo vobis iuuenes
quoniam fortes estis et vicistis ma-
lignum. Nec mirum si beatus Marcus sic
se exposuit sic pugnauit, sic vicit. Ha-
buit enim fortitudinem veritatis. Et ideo
sic audacter se supplicijs exposuit.
Esdre iij°. Super omnia autem vincit veri-
tas. Ps. Scuto circumdabit te veritas
eius. non timebis a timore nocturno.
Habuit fortitudinem caritatis. et ideo tam
fortiter dimicauit. Cant. viij°. Aque multe
non poterunt extinguere caritatem. Nec
flumina obruent illam. j Cor. xiij°. Cari-
tas omnia suffert omnia credit. omnia
sperat omnia sustinet. Habuit fortitudinem
infuse virtutis. Et ideo omnia vincit.
Fuit enim vnus de numero illorum. de quibus
dicitur Act. j°. Accipietis virtutem spiritus
sancti in vos superuenientis etc. Propter
hanc virtutem quam acceperat, omnia
vincebat. Roman. viij°. Si deus pro
nobis quis contra nos. Ps. In deo faciemus
virtutem. et ipse ad nichilum deducet
omnes inimicos nostros. Tercio dicitur
leo racione dignitatis et excellencie.
Leo enim grece rex latine dicitur. Digni-
tas autem excellencie beati Marci
ex pluribus apparet. scilicet quia fuit de tribu
leuitica. patriarcha. ewangelista. prophita
et martir. Leuitica autem tribus ceteris dignior
fuit ergo quod fuit tribui regali passi-
mitate quadam. diuino obsequio manci-
pata. ipsi deo pro hereditate data. In
hoc enim quod beatus Marcus fuit de tribu le-
uitica, ostenditur quante fuit nobilitatis

quia scilicet fuit tribu regali genitus. Tunc
aut nobilitas vera est. quando peccati servus
non est. ii Mach. viii° Elegens nobi-
liter potius mori, quam subditus fieri
peccatoribus Levit. iiii°. Erunt levite mi-
chi. meo servicio deputati. Quinta fuit
sanctitatis. quia scilicet fuit divino obsequio
mancipatus. Sexta fuit dignitatis.
quia scilicet deo pro hereditate fuit dotatus.
Levit. xviii° In terra nichil possidebitis.
nec partem habebitis. ego pars et here-
ditas tua. Secundo fuit patriarcha
Alexandrinus. cuius patriarchalis dignitas
commendabilis est a tribus. Primo ex re
promotionis. quia scilicet a beato petro. sancto
revelante spiritu. fuit promotus. quod non
considerat qualitatem persone. sed vitam vite
i° Reg. xvi°. Ne respicias vultum eius
neque altitudinem stature eius. quoniam
abieci eum. Nec iuxta intuitum hominis
ego iudico. Secundo commendabilis est ex re
promotionis. quia hanc dignitatem non amavit
sed ex corde fugit et invitus obe-
divit. unde pollicem sibi amputavit.
ut sacerdos reprobus haberetur. Quem tamen
beatus petrus scriptum dispensavit. et in
presidem erexit. Petri primo. Advocatum
a potentiore discede. Quod hic enim magis
te advocabit. Tertio commendabilis est
ex parte officii perpetrati. quia salubri-
pulus missam Alexandrie celebravit
et populus sibi commissum scientia et doctrina
pavit Ieremie v° Dabo vobis pasto-
res iuxta cor meum et pascent vos scientia
et doctrina. Tertio fuit evangelista. quia
librum composuit quod quidem evangelium
habuit quatuor conditores scilicet marcum. qui
ipsum propria manu scripsit et compilavit. Spiritum
sanctum. qui ipsum inspiravit ii Petri
i° Non enim voluntate humana
allata est aliquando prophetia. sed spiritu sancto in-
spirati locuti sunt sancti dei homines.
Petrum. scilicet qui sibi ea omnia instruxit
que scripsit. prout ex ore petri audivit.
Et matheum. qui eius suum evangelium
abreviando dedit. Quarto fuit propheta
et hoc quando ex ruptione calcaneum intel-
lexit in spiritu ruptionem corporis christi
libenter enim voluit lacerari corpus
suum mortale. ut posset induere immortale
Unde poterat dicere cum propheta Coadunasti
saccum meum et tu decessisti me leticia

Et vel leticia. Anima sic dicit bernardus
in libro de ieiunio Equorum dissimilis
possessio corporis contra rescriptum est. Et audi
hoc in scripturis quod supra ego Nam
post famem cibus est dulcior. post egritudinem
salus iocundior. post tenebras lux pre-
clara gracior. post vigilias sopor su-
avior. Non fuit quoque mirum si macerari
ruptione sui corporis affectabat. Una
quia esuriebat. Ideo desiderabat saciari
Luc. i° Esurientes implebit bonis et
divites dimisit inanes Mat. v° Beati
qui esuriunt et sitiunt iusticiam. quoniam ipsi
saturabuntur. Anima in loco tenebroso
erat. ideo desiderabat illuminari Iob xvii°
Rursus post tenebras spero lucem.
Anima diu vigilaverat. Ideo deside-
rabat soporari. Secundo fuit. qui voluit
dormire. numquam vigilare. Unde reprehe-
ditur petrus. Mar. xiiii°. Symon dor-
mis non potuisti una hora vigilare
mecum. Anima corpus infirmum habebat
Ideo desiderabat perpetuam salutem vestiri
Ier. iii° Sanabo aversiones tuas. Psalmus.
Qui sanat contritos corde. Quinto fuit
martir. Sed mortem autem spectat. hic
constantia. fiducia. et paciencia. Unde
dicit Cyprianus. Cum de nomine
Christi vel de honore clamen est exhibe-
devimus in sermone constancia. que confitemur
In confessione fiducia. qua congredimur
In morte paciencia que coronatur. Habuit
ergo magnam constanciam. quando tyran-
nos ethnice reprehendebat Eccli. xl-
viii°. In diebus suis non pertimuit
principem. et potencia nemo vicit il-
lum. Habuit fiduciam in defendendo
fidem. quando de ipsa cum eis erat. Actuum.
xxviii° Dicitur iudei multas ha-
bentes questiones inter se. Et subditur.
De paulo cum erat doctus. que sunt de do-
mino ihesu de omni fiducia sine prohibi-
cione. Habuit pacienciam in morte quam
sustinebat. Luc. xxi° In paciencia vestra
possidebitis animas vestras. Hebr.
vi° Imitatores estote eorum. qui fide
et paciencia hereditabunt promissiones.

Vertu assume e addut
tecu Est enim in utalis in
ministerium. ii Thi. ultimo In
co. quod paulus vas electionis ad tan

celum raptus Marcus ewangelista sibi vitulum in ministerium predicacionis asseruit / manifeste ostendit / quia profundus fuit in diuina sapientia. Quia gratiosus in doctrina. Quia sanctus in vita. Neque enim tam necessarium et vtile sibi in ministerium predicacionis esse diceret nisi illum multis graciis et prerogatiuis preditum sciret. Cuius quidem gracias et prerogatiuas beatus Ieronimus in quadam glosa super Marcum breuiter enumerat dicens Marcus Euangelista dei et discipulus Petri. Et nisi Christi seruiuit post Matheum. fremuit vt leo / volat vt aquila. disputat vt homo. ymmolat vt sacerdos / irrigat / vt flumen. floreset vt ager. feruet / vt vinum. Ex quibus verbis octo prerogatiue beati Marci manifeste colliguntur / Prima prerogatiua est. quia seminat post Matheum. ipse quidem post eum seminauit. quia post eum euangelium scripsit. Semen eius salutiferum eius fuit verbum / quo totum seminauit mundum Quod quidem adeo creuit Quod sicut Christus ait Matthei xiii° ca ho. afferebat vnum tricesimum. / vnum sexagesimum et vnum centesimum. Huius quidem triplicem fructum attribuit tricesimum id est coniugatis. qui fidem trinitatis cum decalogo consumauit Sexagesimum in viduis. qui sex opera misericordie cum decalogo compleuerunt Centesimum. in virginibus. qui de leua transierunt ad dexteram dum de fragilitate humane condicionis transierunt in dignitatem angelice celsitudinis Matthei xxii° In resurrectione neque nubent neque nubentur. sed erunt sicut angeli dei in celo. Istud semen sicut dicitur Marci iiii°
Fructificat primum herba. deinde spica. deinde plenum fructum in spica. id est secundum glosam timorem. penitenciam et caritatem / Herba igitur sit timore / herba enim est principium spice / quia timor est principium noue vite. Quia sicut dicitur Prov. ix° Inicium sapientie timor domini. Delectat etiam ex sua viriditate Quia sicut dicitur Eccli. i° Timor domini delectabit cor. Fiducia prestat de futura mercede. Quia sicut dicitur Prov. xiiii° In timore domini fiducia fortitudinis

Spica autem que est appendicula / et plena granis sit penitenciam diuina misericordia satis plenus fructus sit caritatem. Quia vt dicitur Ro. xiii° plenitudo legis est dilectio / Secunda prerogatiua est. quia fremuit vt leo, firmiter leonis terrore incutit / animalia figere gressus facit / et leunculos mortuos ad vitam restituit. Sic per doctrinam beati Marci. qui per leonem figuratur presumptuosi terrentur per comminacionem penarum / leues stabiliuntur per firmitatem constancie / mortui suscitantur per vitam gracie. Ad istius igitur leonis Euangelium rugitum presumptuosi terrentur per comminacionem pene / cum dicitur Marci xiii°. Ve pregnantibus et nutrientibus in illis diebus / Pregnantes sunt / qui bonum propositum conceperunt sed opere non perficiunt Nutrientes sunt. qui sibi in peccatis blandiuntur et de dei bonitate sibi veniam pollicentur. Unde male nutricionis modum Gregorius declinat in pastorali dicens / Plerumque igitur hostis callidus mentem quam peccato supplantat / cum de ruina afflicta conspicit securitatis pestifere blandiciis seducit Modo enim aliorum facta grauiora / modo nil esse quod perpetratum est / modo misericordem deum loquitur. Modo adhuc tempus subsequens ad penitenciam pollicetur / vt dum per hec mens decepta ducitur / ab intencione penitentie suspendatur / Secundum ad ipsius leonis rugitum leues stabiliuntur per firmitatem constancie / dum gressum figunt in fide et bona operacione Huiusmodi enim leues et instabiles ewangelii sui rugitu reprehenduntur Cum dicitur Marci iiii° Non habent radices in se. sed temporales sunt. Unde dicitur Eccli. v° Esto firmus in via domini. et in veritate sensus tui. et sciencia. De leuibus et instabilibus dicitur Eccli. xxvii° Homo sanctus in sapientia manet vt sol nam stultus sicut luna mutatur. Instar enim lune non sunt pleni habentes fidem et bona operaciones / Modo sunt semipleni habentes fidem sine operibus Modo vacui. carentes vtroque. Qui ergo in fide et bona operacione figunt suos gressus. deus super illos firmat oculos suos. illuminando ad cognitionem suis fi[illegible]

super te oclos tuos firmat & manus
suas adiuuado ad bona opacoem.
ps. firmetur manus sup virum dexte
tue. Tres ad ipm leonis rugitum mor
tui suscitant ad vita gracie. Vba eni
Euangelica sunt spualia & vita pstā
cia. Ioh. vj°. Vba que ego locut sum vob.
vita & spus sunt. Eph. v°. Surge qui
dormis & exurge a mortuis & illuiabit
te xpus. Tercia prerogatiua est. quia
volat vt aquila. Volauit quidem
in celum p contemplacoem. ps. Quis
dabit michi pennas vt columbe et
volabo & requiescam. Et dicit Seche
sterum. Quia sicut dicit Ioh. xvj°. In
mundo pssuram hebitis, in me autem
pacem. Volauit in inferum p pen
considracoem. De isto dupci volatu dr
Apoc. xij°. Date sunt mulieri due
aquile Ale magne. vt volaret in
desertum in locum suu. Due ale st
Ala amoris p qua volauit in celu
gloriam contemplando & ala timoris
p qua volauit in infernum. eciam
penā considrando, & fugiendo. De hac
dupci ala dicit ps. Ascendunt vsqz
ad celos. & descendunt vsqz ad abys
sos. Volauit p mund p euangelicam
predicacoem. ysa. lx°. Qui sunt isti q
vt nubes volant & quasi columbe ad
fenestras suas. Fuerunt eni euange
liste & fuit volantes inquantu p mund
velociter discurrebant. Et fuit colube
inquantu p peccatis proximorum gemebat.
Et fuit ad fenestras suas, inquantu
sensus corporis custodiebant. Volauit ecia
vt aqla inquantum xpm volasse oste
dit p ascensioem. Et ideo ipius e
uangelium in ascensioe spalit citatur
xpus eni in ascensioe spalit volasse
dicit ps. Ascendit super cherubi
& volauit super pennas ventorum. Istu
volatum Salom se ignorare testat
dicens. Tria sunt michi difficilia.
& quartum penitus ignoro, via aquile i
celo. &c. Quarta prerogatiua est. quia
discit vt homo. Sapiam eni euangelica
didicit a spūali magistro. vt a xpo per
inspiracoem. Eccli. xv°. Impleuit eu
dominus spu sapiencie & intellectus.

Ioh. xv°. Omnia q audiui a patre
meo nota feci vobis. Et petro p eun
dem Ieronimus in prologo. Marcus
euangelista dei electus & petri in ba
ptismate filius. atqz in diuino sermo
ne discipulus &c. Et matheo per sui E
uangelii abreuiacoem. fuit eni abre
uiator Mathei sicut dicit Augus vn
ait Ieronimus in glos. Marcu pene in
tactum maiores nostri preterierunt. quia
pene eadem q Matheus narrat.
licet quibusdam distincta sint testio
nijs. Non est ergo mirum si marcus
tanta sapia plenus fuit. quia eam
didicit ab illo. qui est fons sapie.
Eccli. j°. Fons sapie verbum dei i
excelsis. Et ab illo qui est clauiger sa
piencie. Mt. xvj°. Tibi dabo claues
regni celorum. Et ab illo qui e scriptor
& narrator sapie. ps. Lingwa mea
calamus scribe velociter scribentis. Vn
merito pt dici de eo, qd dicit. Eccli. l°
Doctrina sapie & discipline scripsit i
codice isto ihesus filius syrach, qui
renouauit sapiam de corde suo. Quin
ta prerogatiua est, qa ymolat vt
sacerdos. vt sacerdos quidē ymolauit.
Primo dnm xpm ymolatum esse
ostendit p passioem. Eph. v°. Tradi
dit semetipm p nobis oblacoem & ho
stia deo in odore suauitatis. Heb. ix°.
Sanguis xpi q p spm sanctum se
metipm obtulit immaculatum deo. et e
mundabit consciam nram &c. Sedo di
scipuli afflixit p mortificacoem. Roman
xij°. Exhibeatis corpa vestra ho
stia viuentem sanctam placentem deo.
Col. iij°. Mortificate membra vestra.
q sunt sup terram. Tercio qa viuglas
diuisit p discrecoem. Roman xij°. Ra
cionabile obsequium vestrum. Ieremie xv°.
Si separaueris preciosum a vili. quasi os
meum eris. Quarto quia ruminat
p meditacoem. Animal eni no erat
mund. Regis ymolacoi aptu. nisi
vnglam scinderet & ruminaret. Leuit. xj°.
Omne qd habet vnglam diuisam & ru
minat in pecoribus comedetis. &c. Ra
cionem. Btus Marcus vnglam diuisit
p discrecioem. Sed fuit animal mu

2 diuine ymolacioni aptum. De in-
uinacione aut sive meditacione dicit deut.
vj° Meditaberis sedens in domo tua
2 ambulans in itinere dormiens atque
consurgens. Et tangit hic triplicem statum
corporis. Unum qui est in sedendo. Al-
lium qui est in ambulando. Tercium qui
est in iacendo. In iacendo autem totum
corpus quiescit. In ambulando totum
laborat. in sedendo autem partim quiescit
2 partim laborat. Per primum igitur statum
ubi est totalis quies intelligitur vita
contemplativa. Per secundum ubi est totalis
labor vita activa. Per tercium ubi est
quies 2 labor vita ex hiis composita.
Est ergo sensus verbi predicti ut
homo mandata dei in omni statu
meditari debet 2 contemplativus 2 activus
2 compositus. Sexta prerogativa est
quia irrigat ut flumen. Fluvius enim flu-
men dei est ex quo quatuor rivi
derivantur. De quibus dicit Ieronimus
in glo. super Matheum. Quatuor sunt
qualitates de quibus sacra scriptura con-
texitur. precepta. mandata. testimonia 2
exempla. Precepta ut ibi. In viam gentium
ne abieritis. hoc est divertite a malo.
Mandata. ut hoc mandatum do vobis.
ut diligatis invicem. hoc est facite
bonum 2 caritate implete. Testimonia
sunt quia in ore duorum vel trium constat
testium. ut hic Iohannes testimonium perhibet
de me. sed habeo testimonium maius Io-
hanne. pater qui in me manet
ipse testimonium perhibet de me. Exempla
ut hoc. Discite a me quia mitis
sum 2 humilis corde. Et alibi. Exemplum
dedi vobis. hec Ieronimus. Hiis quatuor
rivis ewangelium Marci tamquam flumen
dei ecclesiam irrigavit. scilicet preceptis quia
a malis nos abstinere monuit. capitulo
viij°. videte 2 cavete a fermento
herodis. Mandatis quia ad dei et
proximi dilectionem nos induxit
capitulo xij°. Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo etc. Testimoniis
quia patris testimonium super filium intro-
duxit capitulo j°. vox facta est de celo
Tu es filius meus dilectus. in te com-
placui. Et capitulo ix°. Hic est filius
meus audite eum. Exemplis quia
exemplo sui 2 exemplo pueri christus ad humili-
tatem nos induxit. Capitulo ix°. Siquis
primus esse vult erit omnium novissimus 2 omnium
minister. Et accipiens puerum statuit
eum in medio eorum etc. Septima pre-
rogativa est quia florescit ut ager.
Sicut enim in agro sunt diverse
herbe medicinales. sic contra diversos mor-
bos valentes. Sic in libro Marci
sunt quedam doctrine valentes contra morbum
avaricie in eo scilicet quod ostendit divicias
esse deceptorias quia sic hominem in
veritate decipiunt. capitulo iiij°. Erumne se-
culi 2 deceptio diviciarum suffocant
verbum. Item quia ostendit eas
periculosas. ex eo quod a regno celorum
excludunt. Unde ipse dicit Facilius
est camelum transire per foramen acus
quam divitem in regnum celorum intrare.
Alie doctrine sunt valentes contra morbum
luxurie. Sicut enim illum morbum
valet oratio 2 ieiunium. Unde dicitur capitulo
ix°. de homine spiritum mutum qui spu-
mabat 2 stridebat. hoc genus demo-
niorum non potest exire nisi in oratione et
ieiunio. Sed enim oratio necessaria sit dicitur
Cap. viij°. ut sancti qui non possunt
esse abstinentes nisi deus det. adii dominum
2 deprecatus sum etc. Sed ieiunium
2 afflictio corporis necessaria sit dicitur Eccl.
xj°. Maledicta vinum hore oblivionem
facit luxurie magne. Alie doctrine
sunt valentes contra morbum superbie. sic
est consideratio proprie humilitatis. ad quam
monemur capitulo xiij°. videte vosmet-
ipsos etc. Micheas vj°. humiliacio tua
in medio tui. Medium utrumque presuppo-
nit extremum. per hoc enim datur intelligi quod
humiliacio causatur ex consideracione principii
tui 2 medii tui 2 finis tui. Octa-
va prerogativa est. quia fervet ut
vinum. Vinum facit hominem calidum
hester i. Cum esset rex hilarior et
nimia potacione incaluisset mero etc.
facit hominem iocundum. Iudic. ix°.
Nunquid possum deserere vinum meum
quod letificat deum 2 homines. Ps. vi-
num letificat cor hominis. facit hominem

animositatem in Esdre iij°. Vinum adeo mentem convertit in securitatem et iocunditatem, et non meminit omnem tristicia. Inter ceteros Evangelistas beatus Marcus aptissime tractat de Christi passione, resurrectione et ascensione. Secundo igitur ut vinum, quia per tractatum passionis nos inflammat et calefacit ad amorem eius, sicut Mach vj°. Elephantis ostenderunt sanguinem uve et mori ad acuendos eos in prelium. Per tractatum resurrectionis nos letificat ad devotionem. Psalmus. Ad vesperum scilicet passionis demorabitur fletus, et ad matutinum scilicet resurrectionis leticia. Per tractatum ascensionis nos animat ad celestis regni introductionem ut quilibet dicat Can j°. Trahe me post te. Leo papa. Christi ascensio est nostra provectio, et quo precessit gloria capitis, eo spes tendit et corporis. Augustinus. Via factus est tibi salvator. Surge et ambula habes quo. Noli pigrescere.

Ego sum vitis vera et pater meus agricola est. Joh. xv°. In hoc evangelio dominus posuit triplicem similitudinem scilicet vitis, cultoris et palmitis. Patrem comparans cultori, se ipsum viti, et discipulos et fideles palmiti. Pater dicitur agricola sive cultor, quia curam adhibet circa palmites, quosdam a vite separat, quosdam combustioni deputat, quosdam purgat. Sunt autem tria genera palmitum, ut ex evangelio colligitur. Quia sunt quidam viti adherentes, sed non fructificantes. Quidam viti non adherentes nec fructificantes. Quidam viti adherentes et fructificantes. Quartum autem dicunt ponere non potuit, scilicet sunt quidam palmites viti non adherentes et tamen fructificantes, quia hoc impossibile est. Quidam autem sunt, qui manent in Christo vite per fidem, sed non fructificant per operationem. Istos penitus separabit a societate bonorum et consortio beatorum per finalem sententiam. De istis dicitur. Omnem palmitem in me, scilicet manentem per fidem, non ferentem fructum scilicet per operationem, tollet eum scilicet pater meus, id est ab eo consortio suo separabit. Mt xxv°. Separabit eos ab invicem sicut pastor separat oves ab edis. Augustinus xiij°. Separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis. Talis namque locus competit eis. Non enim competit eis esse in mundo, quia est locus laboris. Job v°. Homo nascitur ad laborem. Nec esse in celo, quia datur laborantibus. Mt xx°. Voca operarios et redde illis etc. Nec esse in purgatorio, quia ibi non purgantur nisi qui in hoc mundo laboraverunt. Psalmus. In labore hominum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur. Nec esse in terrestri paradiso, quia sic dicitur Gen. secundo. Tulit deus hominem et posuit in paradiso voluptatis ut operaretur. Relinquitur ergo quod erunt in inferno, quia ille locus non est ad operandum, sed ad recipiendum. Eccl. ix°. Quodcumque potest manus tua instanter operare. Quia nec opus nec ratio nec scientia nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas. Secundo sunt quidam palmites, qui nec in vite manent per fidem, nec fructificant per operationem. Istos combustioni deputat infernali. De quibus subdit. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colliget eum et in ignem mittet et ardet. Ezech. xv°. Fili hominis quid fiet ligno vitis ex omnibus lignis nemorum que sunt inter ligna silvarum. Numquid tolletur de ea lignum, ut fiat de ea opus, aut fabricabitur de ea paxillus, ut dependeat in ea quodcumque vas. Ecce igni datum est in escam. Augustinus super Johannem. Unum de duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis. Si in vite non est in igne erit. Ut ergo in igne non sit in vite sit. Nullus ramus aliarum arborum ita est vilis sicut palmes, si viti adheret, sic homo valde est vilis, si Christo adheret. Si vero ei non adheret, peior est omnibus creaturis, quia ad nichilum valet nisi ut exalat combustionem. Tertio sunt quidam palmites, qui Christo adherent

per fidem et operacionem. De quibus subdit. Qui manet in me et ego in eo. hic fert fructum multum. quia sine me nichil potestis facere. Istos purgat ut ampliorem fructum reddant. Tales enim fructum multum faciunt. Tum quia a patre qui est agricola purgantur. Unde dicit. Omnem palmitem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat. Malach. iij°. purgabit filios levi. Et sic fuit purgacio filiorum levi ultra solitum filios babilonis. Tum quia a filio qui est vivus humorem gracie infundit. Jerem. xvij°. Erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum transplantatur super aquas. quod ad humorem mittat radices suas. Tum quia a spiritu sancto. qui est radius igneus. ipse fructum vinee coquit. Tunc enim vinea bonum fructum producit. quando radius solis sine impedimento fructum eius adurit. Cant. j°. Botrus cypri dilectus meus in vineis engadi. Olim locus engadi notabiliter oculis solis. quia ad literam ut dicitur Sol recto radio illum respicit. Et ideo fructus illarum vinearum valde coquit. Et ideo vinum electissimum producit. De isto vino electo. quod a tali vite profecit dicitur Cant. vij°. Guttur tuum sicut vinum etc. Alii vero sunt aliqui christo per fidem non adherentes et tamen fructificantes. hoc est impossibile. Quia sic dicitur Heb. xj°. Sine fide impossibile est placere deo. Ideo dicitur. Sine me nichil potestis facere. Quo christus comparat se viti. cum dicit. Ego sum vitis vera. et dicit se veram. ad differenciam synagoge que degenerat. quia labruscas et vinum amarum protulit. dum salvatorem spinis coronavit. Ysa. v°. Expectavi ut faceret uvas. et fecit labruscas. Jere. ij°. Ego autem plantavi te vineam meam electam omne semen verum. quomodo autem conversa es in pravam vineam alienam. Multi huic similes sunt. qui pro uvis spinas et labruscas afferunt. quia mentes proximorum lacerant et prava opera et acerba faciunt. Sap. iiij°. fructus eorum inutiles et acerbi et ad nichilum apti. Circa autem istam vitem duo videre possumus. scilicet plantacionem et liquoris emanacionem. Fuit enim ista vitis plantata in monte virginalis. Ezech. xvij°. plantabo super montem excelsum et eminentem. Vitis plantata in alto loco arido et soli exposito. preciosum fructum affert. Sic hec vitis non dicitur plantata in valle. sed in monte. id est beata virgine. que fuit alta per eminenciam vite. Arida id est sine amore carnalis concupiscencie. et soli exposita per abundanciam gracie. De hac vite potest exponi quod dicitur Gen. xl°. Videbam coram me vitem. in qua tres propagines erant. Quia in una persona christi tres substancie fuerunt. Una propago fuit caro. que fuit multe despicabilitatis in aspectu. Ysa. liij°. Vidimus eum sicut vigilatum coram eo et non est species ei neque decor etc. Secunda fuit anima. que fuit multe ubertatis in fructu. quia plena fuit dei gracia et virtute. Joh. j°. Plenum gracie et veritatis. Et iterum De plenitudine eius omnes accepimus. Tercia fuit deitas. que multe flexibilitatis in effectu. quia valde flexibilis est ad misericordiam. unde dicitur. Deus cui proprium est misereri semper et parcere. Judic. ij°. In diebus illis. flectebatur deus misericordia et audiebat gemitus afflictorum. De ista causa vite triplex liquor emanat. scilicet sanguis. aqua et lacrima. Sanguis ad redempcionem. aqua ad regeneracionem. Et lacrime ad iustificacionem. Homo quidem erat primus immundus et dei inimicus. Erat igitur servus. Ideo de hac vite emanavit liquor sanguinis ad redempcionem. j. petri j°. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis. sed precioso sanguine agni incontaminati. Gen. xlix°. Lavit in vino stolam suam et in sanguine uve pallium suum. Quia erat immundus. emanat liquor aque salutaris ad regeneracionem et mundacionem. Ergo illa enim aqua de latere que emanavit. baptismus virtutem regenerativam et mundativam accepit. Eph. v°. Mu-

daus lauatis aque i. verbo vite. Heb. x°. Abluti corpe aqua munda. &c.
Quia homo erat immundus, emanat liquor lacrimarum ad iustificacionem. Si enim magdalena lacrimis suis iustificacionem sibi obtinuit, multo fortius Christus pro nobis, et lacrimis suis exaudiri meruit et nobis iustificacionem impetrauit. Hebe. v°. Qui in diebus carnis sue preces supplicacionesque ad eum qui possit eum saluum facere a morte cum clamore valido et lacrimis offerens exauditus est pro sua reuerencia. Tercio discipulos et fideles comparat palmiti dicens. Ego vitis vos palmites. Secundum autem eum ista vinea est ecclesia sancta. Que enim ecclesia quot sanctos a principio mundi usque ad finem protulit, quasi tot palmites misit. Ista autem vinea i. ecclesia in qua sunt isti palmites, indiget circumdacione, putacione, fossione, fructificacione et vindemiacione. Indiget enim primo custodiacione sepis sue materie. Unde id est. xxj°. Homo erat pater familias. qui plantauit vineam et sepe circumdedit eam. Ipsa enim vinea i. sancta ecclesia a quatuor molestatur, scilicet a malicia demonum, a violencia tyrannorum, a fraudulencia hereticorum, et a simulacione ypocritarum siue falsorum fratrum. Iste autem quatuor pestes de quibus dicit Iohelis primo. Residuum eruce comedit bruchus, et residuum bruci comedit locusta, et residuum locuste comedit erugo, quia sepe illud quod euadit a malicia demonum, consumit violencia tyrannorum. Et illud quod euadit a violencia tyrannorum, consumit fraudulencia hereticorum. Et illud quod euadit a fraudulencia hereticorum, consumit simulacio ypocritarum. Contra igitur istos quatuor dissipatores vinee deus dedit ei quadruplicem sepem, scilicet angelorum custodiam. De quorum custodia dicitur in ysa. lxij°. Super muros tuos iherusalem constitui custodes tota die et nocte perpetuo non tacebunt. Demones enim habent magnam astuciam et fraudulenciam in decipiendo. Unde dicitur Gen. iij°. Serpens erat callidior cunctis animantibus terre. Habent magnam maliciam in nocendo, quia semper nititur animam occidere. Iohannis viij°. Ille homicida erat ab inicio. Habent magnam potenciam in opprimendo. Iob. xlj°. Non est potestas super terram que comparetur ei. Ideo angeli sunt consideratores, custodientes et vociferantes. Quia enim demones habent magnam astuciam, angeli sunt considerantes et eorum astuciam preuidentes. Ideo dicitur. Super muros tuos. Angeli enim stant in virtute dignitatis ecclesiastice unde melius prouidere possunt insidias fraudis dyabolice. Quia demones habent maliciam, angeli sunt custodientes. Ideo dicitur. Constitui custodes. Custodiunt enim ecclesiam a malicia demonum ne tantum noceant quantum velint. Quia demones magnam habent potenciam, angeli sunt ad deum vociferantes. Ideo dicitur. Tota die et nocte perpetuo non tacebunt. Clamant enim ad deum, ut suum mittat succursum contra potenciam demonum tam in die prosperitatis quam in nocte aduersitatis. Secundo contra violenciam tyrannorum, posuit constanciam prelatorum. Talis erat prelatus cui dicitur Ier. xv°. Dabo te populo huic murum ereum fortem et bellabunt aduersum te et non preualebunt. Magna constancia prelati est in resistendo, quando scilicet contra hostes pro populo se medium interponit et hostibus resistit. Ideo dicitur. Dabo te populo huic murum. Maior est in obiurgando. Ideo postquam dixit murum. addidit ereum fortem. Maxima est in sustinendo, quando scilicet constanter sustinet dampna rerum, contumelias verborum. Ideo subdit. Et bellabunt aduersum te et non preualebunt. Tercio contra fraudulenciam hereticorum posuit sapienciam doctorum. Unde dicitur in ps. Pharetra fortis arundines i. heretici, qui sunt forte propter seuiciam nocendi, et sunt arundines, quia cotidie pertendunt honestate

z intus hent varitate / congregatio
thauroz .i. indomitoz hominu in
vaccis pplo .i. in medio simpliciu
ppl'oz et innubilez / vt excludat
.i. eiiciat faciat eos .i. factos doctores
qui pbati sunt argeto .i. sacis eloqo /
/ Ad hoc eni gsequit' qz doctores sac
eloquij eminet z manifestat' / Par-
gentum sacra eloquia signficat' Iux
illud ps. Eloquia domi eloqa casta
argentu igne examinatu pbatu tre
p purgatu septuplum. Pauci eni
doctores nuq vtunt' aqua adultina
falsitate. sed semp purissima verita-
te. Et ideo dicit' Eloquia domi. elo-
quia casta Nec vnq aquibus adup-
tatibus vl blacionib frangut' / sed
examiati fidelib es inueniut' Ideo
subdit' Argentu igne examinatum
Nec vnq aliquib ternis pspitatib
alliciut'. sed sibi sanctores pbaut'
Ideo subdit' pbatu tre. Et septiformi
spus sancti gratia. repleut' z pur-
gantur Ideo subdit' purgatu septu-
plum / Ro vbo gtra simulacdem ypo-
critar nu posuit des phadd z pstatu
vitam sattorum virorum / qui per
sua vitam veram / simulatā deter-
gat / dum a fructib eoz cognosci e-
os faciut Iux illud Mt vij° Atten-
dite a falsis pphtis / qui veniunt ad
vos in vestimetis ouiu Intrinsecus
aut sunt lupi rapaces. Tales at
quantumq tegat' pelle ouina .i. re-
ligione aqua simulata / cognoscant'
tn ee lupi p tria / sic dicit Crisos sr
Mt viij° p actum tabium / z voce.
p actum quidem / quia lupus dentib
mordet z vngul lacerat / ouis aut
nec het dentes quib mordeat Nec
vnglas quib scindat. Sic etiam
falsi pphti z mordet detrahendo / z qn
put lacerat psequendo. Gal v°.
Si adinuice mordetis z comedit
videte ne ab inuice csumamini In-
nocentes aut neminem ledunt nulli de-
trahunt. Cognoscant' etia p cibum
quia lupus comedit carnes / ouis
aut herbas virentes / .i. celestes ame-

nitates Noscunt' etia p voce. qa
lupus / vsus celum vlulat. Ouis at
vsq terram z vsus scripam balat. Ille
eni pphta sepe deum blasphemat. sui'
malis opib puocat ps Iniquitate
in excelso locuti sunt Tales etiam
in viros celestes sepe os erigunt. et
ipos reprehende volunt ps Posuit
in celum os suu. z tn lingua eoru
transiuit in terra. Innocentes aut z boi
se terenos z infimos ee cognoscunt. et
ad suos defectus respiciunt / sic-
ut illud Mich vi° Humiliaco tua in
medio tui / Sedo hec vinca indiget
putacoe Nisi eni vinca putet' / sine-
sis efficit' Dicit aut Ambrosius
Qz vinca rasa fructificat. semipu-
tata frondescat. Neglecta luxuriat.
Vinca eni rasa .i. bn putata fructi-
ficat quia ei auferunt' supfluitates
viciorum z curarum seculariu / talis facit
bonu fructu. Osee x° Vitis frondo-
sa / ist fructus adequatus ei / Ille eni
qui bene putat' z efficit' frondosus
p sancta vba / z fructus verbis adeqt'
p bona opera Vinca vo semiputa-
ta .i. incohoatie putata frodescit / qa
ille qui non bn putat' het f frondes
z folia bonoz vbozu / sed no habet
fructus bonoru opm / Talis a deo
maledicit' / sicut patet Mt xxj° / vbi
xpus ficulnee q tantu hebat folia
maledixit Neglecta vo .i. nullo°
putata / luxuriat in palmites degene-
res z siluestres. ysa v° Expectaui
vt faceret vuas .i. fructu bonoz opm.
z fecit labruscas .i. mala opera et
pcta. Tercio ista vinca indiget fossioe
bn domus quina' auida male vi-
nee. dicit ysaie v° Ostendā vobis
quid ego faciam vinee mee. Non
putabit'. z non fodiet'. z ascendent
sup ea vepres z spine / Fossores at
huius vinee quatuor sunt. sz pudor.
dolor. timor z amor Sepe eni co-
tingit qz homo hz cor nimis dur
uu q ad puias scandi no pot tunc
accedit primus fossor / s pudor. qui
hz cor mollificauit / sicut accidit in

cia nimis dura quod advenientem pluviam mollificari et de facili scindi. Cum igitur peccator cogitat horribilitatem status sui incipit erubescere in semetipso. Illud Romanorum vj°. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis. Et ex tali rubore peccator conteritur et confunditur et ad penitentiam emollitur. Job xxiij°. Mollivit cor meum dominus et conturbavit me. Corde sic emollito accedit secundus fossor scilicet dolor, qui cor durum emollitum pre pudore habet scindere. Joelis ij°. Scindite corda vestra et non vestimenta vestra. Vestimenta peccatorum est conversacio exterior. Peccator quidem contingit cum peccator scindit manus i. mala opera, et scindit linguam i. mala verba, sed tamen non scindit corda i. malas cogitationes et odia. Sed quicumque scindit corda, scindit verba et opera. Corde sic emollito pre pudore et fosso per dolorem, accedit tercius fossor scilicet timor, qui omnes lapides i. vicia et peccata que invenit mittit in corde effosso. Hec expellere Proverbiorum j°. Timor domini expellit peccatum. Deinde accedit quartus fossor i. amor. Sepe enim quod fossores ad radicem vitis inveniunt quosdam palmites infructuosos, qui fructum non faciunt sed vitem impediunt. Et eos a vite abscindunt et proiciunt. Isti palmites infructuosi sunt omnes amores mundi scilicet divitiarum, deliciarum, et honorum. De quibus dicitur Sapientie iiij°. Adulterine plantationes non dabunt radices altas. Nec stabile fundamentum collocabunt. Adulterine plantationes sunt mundi amores, quos amor Christi adveniens resecat et abscidit. Augustinus. Qui bibit de flumine paradisi qui maior est occeano, restat ut in eo sitis mundi penitus extincta sit. Quarto indiget fructificatione. Ista enim vinea spiritualis primo profert gemmina i. cogitationes bonas. Deinde flores i. bonas voluntates. Deinde poma sive uvas i. bona opera. Istud figuratur

Genesis xl° ubi dicitur. Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines crescere paulatim in gemmina vel i. gemmas et post uvas flores maturescere. Tuli ergo uvas et expressi in calicem et tradidi poculum pharaoni. Ista vitis est quelibet fidelis anima, in qua debent esse tres propagines i. tres theologice virtutes scilicet fides, spes, et caritas. Qualiter autem ex istis tribus nascantur [illegible: vite] gemmina, et ex gemminis flores et ex floribus poma sive uve, ostendit Crisostomus super Matheum dicens. Rami inquit sive palmites sunt sensus anime de quibus omnia bona procedunt. Gemmina sunt cogitationes bone, primis sensibus coherentes. Flores sunt bone voluntates. Sicut enim flores procedunt ex gemminibus, ita bone voluntates nascuntur ex cogitationibus bonis. Et sicut flores non possunt procedere, nisi precesserit gemmina. Sic bona voluntas non potest nasci, nisi precesserit cogitatio bona. Bona enim cogitationes incipiunt desiderare que bona sunt. Ita voluntates bone. Sic sunt apud deum suaves, quemadmodum odoriferi flores. Poma autem sive uve sunt bona opera et iusta. Sicut enim uve nascuntur ex floribus, sic bona opera nascuntur ex bonis voluntatibus. Unum procedes ex uvis est iocunditas et dilectio cordis. Glosa super [illegible] Psalmo. In custodiendis illis retribucio multa. Non tamen post eis in futuro reddet premium. sed hic in corde custodia magnum est gaudium. Timendum est autem ne demones a vinea nostra ista expellantur. Et ideo sunt capiendi et expellendi. Canticorum ij°. Capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas. Et dicuntur demones vulpes propter fraudulenciam, et parvule propter insipienciam. Qualiter ista a demonibus exterminentur ostendit Crisostomus in sequentibus dicens. Homo qui non cogitat que bona sunt. de ramis suis demones gemmina excusserunt. Qui autem cogitat et proponit facere quod bonum est. puta elemosinam facere. Iter

inmare / et continens esse · et ita compia
virtus / aut quantumque alia occasione
mutauerit voluntatem / de illis sexibus
flores demones exprusserunt / Qui autem
bona cogitauit et proposuit et perfecit
et postea ad peccatum rediit / de ipsius fe-
ctibus poma siue vuas demones
expresserunt / Qui aut bona cogitat
et proposuit et perfecit / et postea ad peccatum
natus. Ideo visus est ad celum ascen-
dere luculosus, quia scilicet cum luminaribus
in celum ascendere visus fuit. Dan.
xii^o Qui docti fuerint fulgebunt quasi
splendor firmamenti etc. Item ipse gloriatur
cum virginibus, ideo quia fuit virgi-
nali mundicia preditus. Ideo ascendit
odoriferum instar aromatum et unguenti
ut supradictum est. Quia ipsa virginitas
ideo odorem exhibuit, et in nobis
concupiscencie vulnus sanat. Gen. xxvii^o
Ecce odor filii mei sicut odor agri
pleni. Item ipse gloriatur cum confessoribus, ideo
quia fidem christi constantissime est confessus
et hoc in vite sue primordio, sic quia

patrus suo· anti no potuit / sed fidem
confessus fuit In vite sue medio / vt
dicit in lca sue canonizacionis Dic
animo suo fidem impresserat / q que
cunqz tpris via z opa virtutis / fidei re
dolebant In vite sue vltio / vt cum
pateretur fidem constantissime fatebat
luc· xij° / Quicunqz confessus fuit me
cora hominibus z filius hominis confitebi
eum cora angelis· Q tpe glatur
cum pphetis quia pphetie spu fuit ple
nus· Vnde dicit in legenda / Q se
pe predixit se no nisi pmanus inf
delium moriturum· z quod adhuc in
letanijs nominaret / z q festum suu
in kalendis febr· Apoc xi° Dabo
duobus testibus meis z pphetabunt
Duo testes fuit· btus Dominicus· et
btus Petrus· qui spu dei pleni me
ta futura pdixerunt Q tpe glatur
sub vgine quia ab ea spalit est
dilectus / Vnde dicit in legenda Q
q scimonialis vidit eum in sepultu
ra btam vginem in excelso thro°
in gla residere z beatu petru iuxt
ipam collocatu ee· Nec mirum si vgo
vginem diligit Quia sicut dicit Ecci
xiij° Omne animal diligit simile
sibi / sic z omnis homo proximu sibi
caro ad similem sibi coniungit / z om
homo simile sibi sociabit / Proptr
eum laudare debemus ex pietate sub
veniendi nre indigencie / ppt qua
ipe ab omnibz laudandus· vt dicit Te
laudabunt sanctitates tue // Subuenit
em nostre indigencie multa ? / ho
siquidem multas indigencias z mi
serias patit / Aliqui em patiunt in
carne ex morbo inficiente / Aliqui i
mente a pcto anima occidente / Aliqui
in vtroqz a dyab° imprimente z sugge
rente Aliqui a morte a carne aiaz
separante / Petrus at vir dei nostre
indigencie subvenit / pmo· qa mor
bos sanat / sicut patuit i mltis / qs
sanitate restituit Mr vlt· Super
egros manus imponet z bn habebunt·
Scdo / qa petrus deo reconciliat / sic

patuit in quadam muliere / q dum
pcis suis exigentibus / loqlam a
misisset / z ille dum adhuc viueret
oracione sua z loquela sibi restituit
z indulgentia impetrauit Cap viij°
pmerus homo / sic in tgla depcauit
pfor· pferrens scimenti scuti ozazs
Tercio demones expulit / sicut patet i
legenda i mltis obsessis / eius me
ritis z oronibz liberatis / Mr vltio In
nomine meo demonia eiicient Qr
to mortuus vita restituit / sic pa
tuit in quadam puella in flumine ne
cata / z in quodam pueo nato mor
tuo / quos ad vita restituit sic in
legenda hetur / Ista quatuor bnficia
ronuntur Mr x° Infirmos curate·
hoc quantu ad morbum carne infi
cientem / Mortuos suscitate hoc qntu
ad morte carnem ab anima di
uidentem / leprosos mundate hoc quo
ad culpam mortem animam occide
tem / Demones eiicite· hoc quantu
ad demonem carnem opprimente z aiaz
suggestionibz molestantem

Certa bonu certamen fidei
· apprehende vitam eternam
i Thi vj° Refert Seneca
in libro de duodecim Cesaribz Q
Augustus Cesar prelium suscipiendi
omnino negabat / nisi cu maior e
molumenti spes q damni timetur
Nam minima commoda magis sectantes
dissimiles similes ee dicebat aureo
hamo piscantibus / cuius abrupti
damnu nulla captura pensari potest·
Illud igit certamen / quod p xpo cer
tat omnis est suscipiendum / quia ma
gnu inde prouenit emolumentum
scz vita eterna Et ideo dicit Certa
bonu certamen fidei app· vi· et· Na
igit hec conuenit pnti beato viro
Petro· egregio pugili fidei / qui p
fide certauit· certando pro ipsa fide mor
tuus fuit / z mortes triumphauit·
In quibz vbis duo notant / pmo eius
laboriosa pugna / cu dicit Certa
bonu certamen fidei Scdo eius gloriosa
victoria· cum subdit Apprehende vitam

ettia. Circa primum secundum quod
ipse certauit pro fide in vita / et in mor-
te. et post mortem / In vita quia
tota vita sua fuit in certamine contra
hostes fidei et catholice veritatis / Ut
hoc autem melius videre possimus Scien-
dum est quod dyabolus quadrupliciter cer-
tamine visus est fidem catholicam
oppugnare / Primo scilicet potentia
tyrannorum Math. x. Ante reges et
presides stabitis propter me in testimonium
illis. Luc. xxi. Inicient vobis manus
suas trahentes et presides propter nomen
meum / Secundo per falsam sapientiam
phylosophorum et hereticorum i Cor. i. Iudei
signa petunt / et greci sapientiam querunt
Nos autem predicamus Christum crucifixum
Iudeis quidem scandalum. gentibus
autem stultitiam // Tercio per simulata
vita florum fratrum i Cor. xi.
periculum in falsis fratribus. Ysa. xxx
viij. Ecce in pace amaritudo mea a-
marissima. Quarto per apparentia flo-
miraculorum / et hoc erit maxime tempore
anthicristi ij Thess. ij. Cuius est ad-
uentus secundum operationem sathane in omni
virtute et signis et prodigiis menda-
cibus. Deus igitur contra tyrannos ty-
rannorum misit martires. qui eos supera-
uit patientiam. Luc. xxi. In patientia
vestra possidebitis animas vestras.
Contra errorem phylosophorum et hereticorum
misit confessores et doctores / qui eos
superauit per sapientiam Phil. ij. In me-
dio nationis praue et peruerse. inter
quos lucetis sicut luminaria in mundo
verbum vite continentes. Contra errorem
falsorum fratrum / misit diuersos or-
dines religiosorum / vt eos confunderet
per solidam et sanctam vitam. Vnde as-
sistit regina i. militans ecclesia a dex-
tris tuis in vestitu deaurato circumda-
ta varietate. i. religionum multiplici-
tate / Contra apparentia florum mira-
culorum / mittet deus duos fideles
testes. Enoch scilicet et Heliam. qui vera
miracula operabuntur. Apoc. xi. Dabo
duobus testibus meis et prophetabunt et-
cetera. hij habent potestatem claudendi celum etc.
Istud quadruplex certamen fidei videtur
conflatum fuisse in beatum Petrum martirem
vt possit dicere cum propheta / Omnes
fluctus tuos induxisti super me Tunc
enim in partibus Lambardie / vbi ipse
inquisitionis officium exercebat erant heretici
magni secularis potentia / pleni dyabolica
sapientia / magni ostentatores et simula-
tores in vita / et sectatores dyabolica fig-
menta / qui aliquando visi sunt aqua
falsa miracula operari. ij Thi. iij. Iannes
et mambres restiterunt moysi / ita et hij
resistunt veritati. Sed contra hec quatuor ag-
mina hostium / habuit quatuor genera ar-
morum / Factus est enim apostolice sedis
legatus / Fuit doctor et predicator egregius /
Fuit veritate et doctrina decoratus / et fuit
miraculorum multiplicitate choruscans. In-
quantum igitur apostolice sedis fuit legatus
constringebat hereticorum secularem poten-
tiam Ps. Confringam illos nec poterunt
stare cadent subtus pedes meos.
Inquantum ipse fuit predicator et doctor
egregius. annichilabat eorum falsam
sapientiam Luc. xxi. Ego enim dabo vobis
os et sapientiam: cui non poterunt resistere
et contradicere omnes aduersarij vestri / In-
quantum ipse fuit omni virtute et sapientia
decoratus / manifestabat eorum simulatam
et deceptoriam vitam / Ephe. v. Nolite
communicare operibus infructuosis tenebrarum
magis autem redarguite / Que enim
in occulto fiunt. ab eis turpe est dicere. omnia
autem que arguuntur a lumine manifestantur
Inquantum ipse fuit miraculorum multipli-
citate choruscans / confundebat eorum
falsa commenta / Unde dicitur in epistola sue ca-
nonizationis Erubescant fallaces heretici
cuiusque quidem falsam veritatis / quod
sua mendacia commenta vilescunt et conva-
lescunt catholica et apostolica documenta.
Secundo certauit pro fide in morte. quia
ipsam ab omnibus erroribus confirmauit /
Triplex quidem est opus pro fide planta-
da et dilatanda. Tres sunt martires pro
fide plantata et dilatata. defendenda /
Tercius est petrus pro fide ab erroribus
confirmanda / Ipse enim non solum fidem con-
seruauit in corde credendo / sed in ore
eam feruentissime predicando. et in opere

pro ea feliciter moriendo. Et sic patet quod
verissime martir extitit ecclesie. quia pro
fide specialiter mortuus fuit. Est enim
quadruplex causa que aliquem martirem facit.
Prima est quando patitur pro defensione fi-
dei catholice. sicut fuerunt apostoli et martires
antiqui. Hebr. xi°. lapidati sunt, secti
sunt, in occisione gladii mortui sunt.
Deinde subdit tamen dicens. Et hii omnes
testimonio fidei probati inventi sunt.
Secunda quando quis patitur pro defensione
veritatis vite et iusticie. sicut Johannes
baptista qui occisus fuit eo quod
herodem de incestu arguebat. Eccli.
xlviii°. Quam male tractaverunt illum qui
a ventre matris consecratus est propheta.
Tercia est quando quis patitur pro defensione
libertatis ecclesiastice. sicut beatus Thomas
Cantuariensis. Ps. Zelus domus tue co-
medit me. Quarta est quando patitur quis
pro obediencia sacrosancte matris ecclesie. sicut
beatus laurencius. Cum enim Sixtus
papa thesauros ecclesie sibi dedisset pau-
peribus distribuendos. et ipse humiliter
obediens pauperibus divisisset. ipsum
tandem decius occidi fecisset. et quia
thesauros distribuit. et quia fidem negare
noluit. Et beatus laurencius duplici de
causa passus fuit. scilicet pro fide catho-
lica et pro superioris obediencia. Prov. xxi°.
Vir obediens loquetur victorias. Ista
quadruplex causa assignari potest in
martirio beati petri. primo enim passus
pro defensione fidei catholice. unde dicitur
de eo in oratione sua. Beati petri martiris
fidem congrua devotione sectemur. qui
pro eiusdem fidei dilatatione martirii pal-
mam meruit obtinere. Secundo passus
est pro defensione veritatis vite et iusticie.
Dicitur enim heretica impugnat ecclesiam
per falsam doctrinam. ita et ardentes
impugnat eam per prava vita. Contra
quos petrus pugnabat contra falsam do-
ctrinam et contra pravam vitam credentium.
Et ab utrisque est passus sua peccata.
Unde dicitur in legenda. heretici cum
suis fautoribus de ipsius morte trac-
tare ceperunt. arbitrantes se posse pa-
cifice vivere. si eorum persecutor tam vali-
dus de medio tolleretur. Eccli. iiii°. Usque
ad mortem certa pro iusticia. Tercio pas-
sus est pro defensione libertatis ecclesia-
stice. Heretici enim libertatem ecclesie nitun-
tur auferre. et ipsam in servitutem redi-
gere. pro qua libertate beatus petrus
pugnavit. unde nec ad horam eis cessit.
Gal. ii°. propter subintroductos fal-
sos fratres. qui subintroierunt ex-
plorare libertatem nostram. quam habemus
in christo ihesu. ut nos in servitutem
redigerent. quibus neque ad horam cessimus
subiectioni. ut veritas evangelii ma-
neat apud nos. Quarto passus est
pro obediencia sacrosancte matris ecclesie. unde
dicitur in epistola sue canonisacionis
pro defensione namque atque exaltatione
catholice et apostolice fidei et observa-
tione et obediencia Romane ecclesie. vir ille
venerabilis atrocissimam mortem tulit.
Eccli. iii°. Qui obedit patri refri-
gerabit matrem. Ipse enim obediendo
patri id est summo pontifici. matrem id est
ecclesiam refrigerabit. hereticos convin-
cendo. et compellendo. et convertendo.
Tercio certavit pro fide post mortem.
quia miris et miraculis suis multos
ad fidem convertit et ad fidei devotionem
adduxit. plures enim miris et mira-
culis convertit mortuus. quam convertit vivus.
Et ideo assimilatur Sampsoni fortis-
simo. De quo dicitur Iudic. xvi°.
Multo plures interfecit mori-
ens quam antea occiderat. Et in epistola
sue canonisacionis assimilatur grano
mortificato. botro in torculari com-
presso. et aromati contrito. Sampso-
ni quidem fortissimo assimilatur
quia plures mortuus quam vivus
hereticos ab erroribus suis occidit. et
ecclesie incorporavit. Act. x°. Surge
petre occide et manduca. Secundo assimilatur
grano mortificato. quia uberem spi-
cam produxit. De uberi productione
dicitur Mt. xiii°. Aliud cecidit in terram
bonam et afferebat unum tricesimum unum
sexagesimum et unum centesimum. Tunc
enim afferebat tricesimum. quando aliquos
inducebat ad continenciam coniugalem.
Tunc afferebat fructum sexagesimum.

inducebat aliquos ad continentiam
vidualem. Tunc afferebat fructum
centesimum. quia inducebat ad pudi-
ciciam virginalem. Tertio assimilatur
botro in torculari compresso. quia
vinum amoris suavissimum propinavit
per que quidem potum fideles inebri-
ati debent animari et accendi ad fi-
dei devotionem et defensionem. Unde
scriptum est Mach. vi°. Elephantis
ostenderunt sanguinem uve et mori
ad acuendos eos in prelium. Quarto
assimilatur aromati contrito. quia odo-
rem sui nominis effudit per quem quasi
odorem domum letificavit. Gen. xx-
vii°. Ecce odor filii mei sicut odor
agri pleni. fideles omnes nimia
devotione replevit. ut dicitur in Cant.
primo. Trahe me post te curremus in
odore unguentorum tuorum. Hereticorum quosdam
maiori obstinatione extinxit. quosdam
ad vitam reduxit. ii Cor. ii°. Christi
bonus odor sumus Deo in hiis qui sal-
vi fiunt. et in hiis qui pereunt. aliis
quidem odor mortis in mortem. aliis
odor vite in vitam. Sexto notatur
eius gloriosa victoria cum dicitur appre-
hende vitam eternam. Ubi notandum quod
vita eterna quandoque datur. aliquando emitur
aliquando apprehenditur sive rapitur. Datur
beneplacito divine voluntatis. Luc.
xii°. Nolite timere pusillus grex. quia
complacuit patri vestro dare vobis
regnum. Emitur precio bone operationis.
Prov. ult. Consideravit agrum et emit
eum. Ysa. lv°. Qui non habetis argen-
tum properate emite et comedite.
Apprehenditur sive rapitur virtute san-
guinis. Mt. xi°. Regnum celorum vim
patitur et violenti rapiunt illud. Hoc
triplici modo beatus Petrus vitam eternam
habuit. videlicet beneplacito divine
voluntatis. Mt. xi°. Abscondisti hec
a sapientibus et prudentibus et revelasti
ea parvulis. Ita pater. quia ita pla-
citum fuit ante te. Precio bone opera-
tionis. quia omnia que habuit dereliquit
et triginta annis in religione desu-
davit bonis operibus. agrum celestis pa-
trie comparavit. Mt. xiii°. Vadit et vendit
omnia que habuit et emit agrum illum.
Rapuit virtute sanguinis. Unde mors
ipsius dicitur preciosa. id est precio sanguinis
plena. Ps. Preciosa in conspectu domini
mors sanctorum eius. Vitam autem
eternam qua habuit beatus Petrus non
consistit in corona auri. sed ea in corona
spirituali. Ipse enim habuit coronam triplicem.
Apoc. ii°. Esto fidelis usque ad mor-
tem et dabo tibi coronam vite. Habuit
coronam doctorum. Phil. iiii°. Gau-
dium meum et corona mea. sic state in
domino carissimi. Habuit coronam virginum.
Cant. iiii°. Veni de Libano sponsa
mea veni coronaberis. Et sic corona-
tus est corona rosarum. liliorum et vio-
larum. propter hanc triplicem coronam sue
gloriam spiritualem assimilatur in epistola
sue canonizationis rose rubenti stel-
le micanti et lilio candenti. Quantum ad primum
gloriam martiris assimilatur rose rubenti. Unde
dicitur ibidem. De predicatorum ordine
floridos prodiit rosa rubens. que re-
galibus oblata conspectibus intulit
suavitatem odoris. Hec rosa grata
fuit in odore. Rosa enim quanto plus
confricatur et conteritur. tanto maiorem
reddit odorem. sic et Petrum acrius
suppliciis maiorem odorem emisit.
Cant. i°. Dum esset rex in accubi-
tu suo. Nardus mea dedit odorem
suum. Nardus est beatus Petrus. parvus
humilitate. calidus caritate. odorifer
virginitate. Fuit grata in colore purpure.
communis semel tingitur. purpura regalis
pluries tingitur ut clarior habeatur.
Sunt quidam tincti tantum sanguine
Christi. per eius sanguinis continuam medi-
tationem. Ps. Ut intingatur pes tuus
in sanguine. Quidam autem sunt tincti
tantum sanguine proprio. qui scilicet propter
sua scelera moriuntur. Gen. ix°. Qui-
cumque effuderit sanguinem humanum
fundetur sanguis eius. Beatus igitur
Petrus tinctus est et sanguine Christi per
effusionem. Ysa. lxiii°. Quis est iste
qui venit de Edom. tinctis vestibus
de Bosra. Et sanguine et assidua me-
ditacione. Apoc. vii°. Laverunt stolas

suas et dealbaverunt eas in sanguine agni
conversa est gratia in colore. Hec autem con-
fessio expressum est collirium quo illumina-
ti sunt oculi hereticorum. Apoc. iij°.
Collirio inunge oculos tuos ut videas.
Secundo propter gloriam doctoris assimilatur
stelle micanti. Unde dicitur in eadem epistola.
Gaudeat insignis predicatorum or-
do, quia ex eo prodiit stella micans. cuius
fulgente radiis hic peregrinantium dif-
funduntur. Hec stella micans est lucifer.
Job xxxviij°. Numquid producis luci-
ferum in tempore suo. Est autem
lucifer inter diem et noctem medius.
Est calidus et humidus et aspectu
rotundus. Sic beatus petrus fuit inter
diem et noctem medius, quia nocte
infidelitatis expulit et lucem veritatis
adduxit. Ysaie xlij°. Dedi te in
lucem gentium. Fuit calidus et humidus,
quia habuit calorem caritatis inflam-
mative. Ps. Inflammatum est cor me-
um et humorem gratie fecundatem.
Jeremie xvij°. Ad humorem mittit
radices suas. Fuit et in aspectu rotun-
dus. quia habuit rotunditatem et
serenitatem conscientie. ij Cor. j°. Gloria nostra
hoc est testimonium conscientie nostre. Prover.
xv°. Secura mens quasi iuge con-
vivium. Tercio propter gloriam virginis
assimilatur lilio candenti. Unde dicitur
in eadem Epistola. Candido sanctorum
collegio novum mundicie lilium est exor-
tum. Istud est illud lilium. De quo
dicitur Cant. ij°. Ego flos campi et
lilium convallium. Non dixit lilium montis
sed vallis. quia cum virginitate non
habuit superbiam. Nec dixit vallis sed
convallium, quia cum humilitate habuit
annexa operacionem sanctam. Nec dixit
convallis in singulari, sed convallium in
plurali, quia cum humilitate vera et
operacione bona habuit omnium graciarum
habundancia plena.

Nemo militans deo implicat
se negociis secularibus ut pla-
ceat ei cui se probavit. ij
Thi. ij°. Sic dicit beatus Augustinus in
libro de mirabilibus sacre scripture. Per-

fectio totius iusticie in tribus consistit
scilicet in virginitate, martirio et sacerdocio.
Et capitur ibi sacerdotium non tamen pro
ordine sacerdotali quod est predicare.
Officium enim predicandi est annexum
officio sacerdotali. In hiis igitur tribus
consistit perfectio sancti petri scilicet in vir-
ginitate, quia fuit virgo incorrup-
tus, in martirio, quia fuit martir invic-
tus, et predicacionis officio, quia fuit
predicator gloriosus. Ob hiis tribus com-
batur beatus Petrus ut in epistola que de
eo cantatur. In qua quidem assimilatur
militi triumphanti, pugili decertanti
et agricole seminanti. Nam integer
fuit virgo incorruptus assimilatur mi-
liti triumphanti cum dicitur. Ecce mi-
litans deo. Invictus fuit martir invictus
assimilatur pugili decertanti. cum dicitur
Nam et qui certat. certat in agone etc.
Iniquitus fuit predicator gloriosus. as-
similatur agricole seminanti. cum dicitur
laborantem agricolam. oportet primum
de fructibus percipere. Assimilatur et
militi. Integer fuit virgo incorruptus
cum dicitur. Nemo militans deo etc.
Ipse enim contra carnales concupiscentias mili-
tavit. et militando triumphavit. De
qua milicia dicitur Gal. v°. Caro
concupiscit adversus spiritum. et spiritus adversus
carnem. De hac enim milicia dicitur
Job vij°. Milicia est vita hominis
super terram. Non dixit super celum.
quia ibi non est milicia. sed felix
victoria. Olim quidem fuit ibi mi-
licia. De qua dicitur Apoc. xij°. Fa-
ctum est prelium in celo Michael
et angeli eius preliabantur cum dracone.
Modo autem ibi est pax continua. Ysa.
xxxiij°. Sedebit populus meus in pul-
critudine pacis etc. Nec dixit sub
terra. quia non est ibi milicia sed
incarceracio perpetua. Olim fuit ibi
milicia, quando Christus ad inferna descen-
dit et fortem alligavit et vasa in quibus
confidebat distribuit. Modo autem est ibi
pax milicia, sed incarceracio perpetu-
a et dura. Milicia enim est ubi est

precussio et repercussio. Quia igitur dampnati a demonibus flagellantur et percuciuntur et repercutere non valent, ideo milicia non exercent. Nec dixit milicia est vita hominis in terra, quia terre adheret per amorem et affectionem. Psalmus: Oculos suos statuerunt declinare in terram. In ipsis igitur non est pugna, sed servitus miseria. Quarta sicut dicitur Job xviii°: Omnis qui facit peccatum servus est peccati. Non est ibi milicia. Et ita sicut dicit Gregorius: Illos dyabolus pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Sancti autem viri sunt super terram, quia sunt elevati a terrenis. Ezechielis octavo: Elevavit me spiritus inter celum et terram. Non enim sunt in celo, quia ibi sunt beati, nec sunt in terra, quia sunt ibi peccatores miseri, sed sunt in medio, quia et celum aspirant per aviditatem, iuxta illud Philippenses iii°: Nostra autem conversacio in celis est. Et in terra per necessitatem, iuxta illud Thimotheum vi°: Habentes victum et amictum hiis contenti simus. Ideo sancti vocantur aquile. Matthei xxiiii°: Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquile. Aquila quidem et sursum ascendit ut celum videat, et ad terram descendit ut sibi victum acquirat. In talibus igitur qui sunt super terram, est pugna atque milicia. Sic militabat ille qui dicebat ii Corinthios x: Arma milicie nostre non sunt carnalia, sed spiritualia etc. Primo igitur beatus Petrus super terram terrena contempnendo, vel super terram et super carnem suam ipsam macerando. Ideo quasi tres conpugnaciones militavit, et militando stetit et vicit.

Secundo inquantum fuit victor invictus assimilatur pugili de causa, cui dicitur: Nam qui certat, certat in agone etc. Ipse quidem tamquam pugil fortissimus vinci non potuit, propter duplicem causam: prima quia fuit super petram firmiter stabilitus. Ipse enim fuit de numero illorum de quibus dicitur Matthei vii°: Fundata enim erat super firmam petram. Ubi tamquam dicta quod fundavit firmam domum, scilicet que est super petram, non super arenam, sed quia sunt multe petre que non sunt firme, sed paparum exponit. Ideo requirit ut inter ipsas petras vistram iaciat stabile fundamentum. Istam tamen invenit, de cuius dicit: Quia fundata erat super firmam petram. Sunt namque quidam qui solummodo habent fidem, isti edificati sunt super petram. Quidam qui habent fidem et operacionem, isti edificati sunt super firmam petram. Bona enim opera fidem stabiliunt et confirmant, ut ab ipsa petra non cadat. Quidam qui habent fidem, operacionem et caritatem, isti edificant super petram firmam, et ibi fundamentum iaciunt, iuxta illud Ephesios iii°: In caritate radicati et fundati etc. Secundo vinci non potuit, quia fuit deo per ardorem inseparabiliter unitus vel coniunctus. Ideo poterat dicere cum apostolo Romanos viii°: Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulacio an angustia etc. Et ideo Job xvii°: Pone me domine iuxta te et cuiusvis manus pugnet contra me. Non dixit pone me post te, quia ibi ponit dampnatos, quos perpetue oblivioni tradit. Nec dixit pone me subtus te, quia ibi ponit reprobos, quos dyabolice servituti subiciat. Nec dixit pone me ante te, quia ibi ponit beatos, quibus vultum sue maiestatis ostendit. Sed dixit pone me iuxta te, quia ibi ponit iustos quos protegit et victores facit. Taliter iuxta se beatum Petrum posuit, quem protexit et victorem fecit. Et ideo subditur: Et cuiusvis manus pugnet contra me. Nota dicit: Si pugnaverint contra me manus demonum, vincam eos per resistenciam. Si manus tyrannorum, vincam eos per pacienciam. Si manus hereticorum, vincam eos per sapienciam. Modo autem posuit eum cum se, quia faciem sue maiestatis sibi ostendit. Psalmus: Ostende faciem et salvi erimus.

Tercio inquantum fuit predicator graciosus assimilatur agricole seminanti, cui dicitur laborantem agricolam etc. Agricola primum herbas viciosas evellit, et postmodum bonum semen iacit

Dic predicator primo debet euellere et ex-
parare vitia / et postmodum plantare vir-
tutes. Ier. primo Constitui te super gentes
et regna ut euellas et destruas et disper-
das, et dissipes / et edifices et plantes.
Sed non esset sapiens agricola / qui de
alieno agro spinas et urticas eradi-
care vellet / et agrum suum plenum spi-
nis et urticis haberet. Prouerbiorum xxiiij.
Per agrum pigri hominis pertransiui / et
per vineam viri stulti / et ecce totum re-
pleuerant vrtice: operuerunt superfi-
ciem eius spine etc. / Sed beatus Petrus
omnes herbas viciosas ex se primo
eradicauit / et postmodum verbum dei po-
pulo seminauit / vt per hoc ostenderet
se habere duo / que in predicatore re-
quirunt scilicet sanctitatem et vitam bonam / Ipse
quidem vitam sanctam habuit / quia a se
omnia vitia extirpauit. Sicut etiam
dicit Hugo de victore in Gramaticis
viciose passiones tribus de causis vbi
adveniunt scilicet ex mala educatione / ex
mala corporis habitudine, et ex vitio
ignorantie. Vnde ait sic Vbi bene e-
ducati a puericia in enormitatem
viciosarum passionum incidunt. Sed ve-
niunt autem quedam ex corporis mala
habitudine, iracundi enim fiunt, qui co-
lerici sunt. Ex vitio enim ignorantie
male diiudicationes in excogitatione aut
imaginatione, vt estimet mala bona es-
se et mala bona mala. Qualiter autem
hee passiones eradicantur et curantur
in sequentibus ostendit dicens. Vincunt
autem malos mores bona consuetudine.
Mala habitudo bona exercitatione. Iusticia
siue ignorantia studio discipline. Iste
autem viciose passiones in ipso non fuit.
Advenit namque ex mala educatione
Prouerbiorum xxij. Adolescens iuxta viam suam
ambulans, et cum senuerit non recedet ab
ea. Ieronimus in epistola ad Eleotha. Grecia
narrat hystoria Alexandrum
magni pedagogi sui moribus et incessu et
viciis potuisse carere, quibus adhuc
paruulus fuerat infectus. Proclina enim
malorum emulatio est / et quorum virtutes as-
sequi non poteris / cito vitia imi-
taris. Ista autem causa non fuit in

isto, quia in sua adolescencia sancte
educatus fuit / utpote, quia tunc or-
dinem intrauit / in quo tunc sancte ac
religiose educatus fuit. Vnde dicitur in
legenda sue canonisationis. Cum ab hiis mundi
fallaciis in adolescentie annis prudenter
declinasset / vite seruitute eligens tran-
quillam ad diuina se totaliter transtulit.
Secundo eueniunt ex mala corporis
habitudine. Sanatur autem iste male
habitudines corporis bona exercitatione.
Qui enim ex aliqua mala habitudine
sentit se inclinari ad luxuriam / debet
se exercitare contra ieiunia. Qui ad a-
uaritiam debet se exercitare contra elemosinas.
Qui ad superbiam debet se exercitare contra
orationes. Quia ieiunio sanantur pestes
corporis / oratione pestes mentis vt
est superbia / vana gloria et huiusmodi. Sed
ex ista causa viciosas passiones
habuit / quia exercitauit se contra ieiunia
corpus suum macerando. Vnde dicitur in
legenda sue canonisationis. Et quia primus de-
licate nutritus fuerat in domo / car-
nem suam macerando assidue, cibi
et potus parcitate restrinxit. Exercitauit
se contra liberalitatem / quia omnia
que habuit propter deum dimisit. Exercitauit
se contra orationes / quia diem impen-
debat proximo / predicando scilicet et con-
fessiones audiendo, noctem deo le-
gendo et orando. De ista exercita-
tione dicitur ibidem. In iustificationibus
domini exercebatur assidue, vt eo circa
licita tolleretur occupatus / locum in eo
illicita non haberent. Tertio eue-
niunt ex ignorantia / sicut incurrunt
illi de quibus dicitur Ysa. v. quinto.
Ve qui dicitis malum bonum et bonum
malum etc. Ex ista autem causa non
potuit in eum prouenire / quia di-
uina sapientia habuit, et tam nouum quam
vetus testamentum elegantissime sciuit
vt posset dicere de eo quod dicit Matthei xiij.
Simile est regnum celorum homini
patrifamilias, qui profert de thesauro
suo noua et vetera / Habuit etiam scientiam
quam requirit in predicatore scilicet scientiam

Et ideo recte sermonem verbi dei ipsos potuit predicare. Dicit autem dominus dyonisius in libro de diuinis nominibus loquens de yerotheo magistro suo. Diuina sapientia tribus modis acquiritur, scilicet per spiritualem inspirationem. Joh. v. Scrutamini scripturas quia ipse sunt que testimonium perhibent de me. Isto modo acquisiuit beatus petrus vnde dicitur in legenda. Incitat eum ardens desiderium diuine sapientie, et tantum amator factus est legis diuine, vt cum eunucho ethiopie etiam in misteriis cottidianis positus satagens cum posset. Eas legere non cessaret. Vnde dicit in epistola canonica. Doctrina scientia humanae deputata quieti decertabat in studiis lectionum, et omni tempore vigiliis occupabat. Acquiritur etiam per alienam eruditionem. Eccl. vi. Si ne despicias narrationem presbiterorum sapientum, et in prouerbiis illorum conuersare. Ab ipsis enim disces sapientiam et doctrinam intellectus. Isto etiam modo acquisiuit beatus petrus, qui dicta maiorum et doctorum libenter retinuit et studiose audiuit vt posset dici de eo Eccl. xxxii. Audi tacens et pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Audiendo enim magis quam legendo accedit homini gratia intellectus secundum scripturam. Jo. Scriptura diuina edificat lecta, sed multiplex prodest, si de litteris vertatur in vocem. Ideo dicit Jo. in Ecclesiastica yerarchia. Doctrina vocalis immaterialior est quam litteralis, et celesti yerarchie vicinior, que est intellectualis. Acquiritur etiam per diuinam reuelationem. I Joh. ii. Non necesse habetis vt aliquis vos doceat, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus. Gal. i. Notum vobis facio euangelium quod euangelisatum est a me, quia non est secundum hominem. Neque enim ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem ihesu christi. Isto modo specialiter beatus petrus acquisiuit, quia deus in ordine multa misteria scripturarum sibi reuelauit. Sap. vii. Optaui et datus est michi sensus, inuocaui et

venit in me spiritus sapientie. De hoc triplici modo acquirendi sapientiam dicitur Prou. ii. Si inclinaueris cor tuum prudentie, hoc quantum ad modum qui est per alienam eruditionem. Et si quesieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem domini et scientiam domini inuenies, hoc quantum ad modum qui est per spiritualem inspirationem. Quia dominus dat sapientiam, et ex ore eius scientia et prudentia, hoc quantum ad modum qui est per diuinam reuelationem.

Siquis vult

post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Luc. ix. Non dixit dominus discipulis suis. Siquis vult venire post me, vel ante me vel mecum, sed siquis vult venire post me. Sunt enim quidam qui delectantur in terrena substantia. Quidam qui superbiunt de secularis scientia. Quidam in mundana potentia. Quidam qui confidunt et delectantur in humilitate vera. Illi qui delectantur in terrena substantia. Non vadunt post christum, sed post ea que sunt christi. Cum tamen dicatur Eccl. xxxi. Beatus diues qui inuentus est sine macula, et post aurum non abiit, nec sperauit in pecunie thesauris. Illi qui superbiunt de secularis scientia, non vadunt post christum, sed ante christum. Quibus dicitur Ysa. v. Ve qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobis metipsis prudentes. Illi confidunt in mundana potentia, non vadunt post christum, sed cum christo, volentes quodammodo sibi in potentia adequari. Talis fuit lucifer, qui deo voluit in potentia assimilari. Ysa. xiiii. In celum conscendam super astra celi exaltabo solium meum etc. De talibus dicitur Eccl. xx. Qui potestatem sibi assumet, iniuste odietur. Illi qui delectantur in humilitate vera, vadunt post christum eius scilicet vestigia sequentes. Ista quatuor tanguntur Jere. ix. Non glorietur sapiens in sapientia sua, ecce quod nullus debet ire ante christum superbiendo de secularis sapientia. Et non glorietur fortis in fortitudine sua

Ecce q nullus det ire cum xpo confide-
do in mundana potentia / et no gliet
diues in diuitijs suis / Ecce q nullus
dz ire post ea que sunt xpi / sz q de-
lectetur in terrena sba. Sed in hoc glo-
rietur qui glatur scire et nosse me q
ego sum dominus. Ecce qa deus ire
post xpm delectando et gsidendo in
humilitate vera / Vera em humilitas
est illa q facit nos scire et nosse deu
ut xjo Confiteor tibi pater celi et
terre / quia abscondisti hec a sapientibus
et prudentibus / et reuelasti ea puul.
Beatus igitur Petrus martir / no iuit
post ea q sunt xpi / quia omnem sbam
terrena gtempsit. Nec iuit an xpm
quia sensu prium deliquit et obedie
se subiecit / Nec iuit cum xpo / quia
i mundana potentia no gfidet / sed iuit
post xpm / quia i omnibus vera humili-
tatem secutus fuit. Dicit ergo Si
quis vult post me venire etc. Qui em
vere post deum venire desiderat oportet ut
tria faciat q sequuntur / sz ut semetipsum
abneget se despiciendo. Crucem tol-
lat arma penie assumendo / et xpm se-
quatur propter xpm moriendo. Primo
igitur necesse ut seipsum abneget se
despiciendo. Ille quidem semetipsum
abnegat et despiciat / qui a seipso abij-
at proprium sensum / proprium affectum
propriam cupiditatem propriam volunta-
tem / proprius quidem sensus abnega-
dus est. Eph iiij° Non amblantes
sicut gentes amblant in vanitate
sensus sui etc. Dicit em dicit Sap
xiij° Vani sunt aut omnes homines
in quibus non subest sapientia dei /
Secundo abnegandus est proprius affe-
ctus qui est valde periculosus / quo
quis inordinate diligit seipsum et car-
ne suam. Thi iij° In nouissimis
diebus instabunt tempora piculosa
et erunt homines seipsos amantes.
Tertia abneganda est propria cupiditas,
qua quis inordinate diligit mundu
prima Joh ij° Nolite diligere mundu
nec ea q in mundo sunt. Siquis em
diligit mundum no est caritas pris
in eo / Dicit em dicit Eccli x° Ni-
chil est iniquius q amare pecunia
Quarto abneganda est propria volutas
qua quis nulli vult subesse. Eccli xviij°
Post concupiscentias tuas no eas / et a vo-
luntate tua auertere. Istud igitur
petrus abnegauit proprium sensum / qa
ipm in fidei obsequium captiuauit.
ij Cor x° In captiuitatem redigen-
tes omne intellectum in obsequium xpi /
Abnegauit proprium affectum quia
mundicia et virginitate seruauit / serua
illud qd dicit Gal v° Qui aute
sunt xpi carne sua crucifixerunt
cum vicijs et concupiscentijs. Abnegauit
propriam cupiditate quia omnia gte-
psit. Mt xix° Si vis pfectus esse
vade et vende omnia q habes et da
pauperibus. Abnegauit propriam vo-
luntatem in quantum prelatis obedie
se subiecit ij Cor ix° Cum liber essem
ex omnibus / omnium me seruum feci / ut plu-
res lucrifacerem / hec em seruitus e magna
libertas quia liberat hominem a ple-
titudine sui per obedientiam / a pluritudine
mundi per paupertatem / a pluritudine
fidei per castitatem. Secundo necesse e
ut crucem tollat / arma et vexillu
penie assumendo. Crux em penie ve-
xillum et arma sunt xpi per que
discernuntur milites xpi a militibus
dyaboli. Ideo xpus reprobos / qui hc
vexillum et arma non habent / sic
ut milites suos no cognoscere pfitebit
d. Mt xxv° Amen amen dico vobis
nescio vos. Super quem dicit Cris.
loqui in psona xpi pulcra sententia
Pater cognoscit filios per ymaginem
et similitudinem suam. Rex cognoscit
milites suos / per vexilla et arma sua /
Pastor cognoscit duces suas / per signa
sua. Magister cognoscit discipulos suos
per doctrina suam / Ego aut no cognosco
vos tanq pater filios meos / qa
ymaginem mea non habetis. Nec
tanq rex milites meos / quia mea
vexilla no portatis / nec tanq pastor
oues meas quia mea signa abiecistis

Nec tamquam magister discipulos meos, quia
meam doctrinam non servastis. Et ideo
dicens dico vobis, quia nescio vos.
Non igitur deus reprobos cognoscit tamquam
pater filios suos, quia ymaginem
sua non habent iuxta illud Ps. Verumtamen
in ymagine pertransit homo. Sed
triplici de causa dicitur ymaginem non
habere, et deus eos non cognoscere.
Primo quia habent eam tali nigredine
denigratam. Trenorum iiii. Denigrata
est super carbones facies eorum et ideo
non sunt cogniti in plateis, scilicet civitatis
superne. Secundo quia habent eam
diversis faciebus peccatorum monstruose de-
formatam. Ps. Vel quid facies peccatorum
[illegible], luxuriosus induit faciem
porcinam, avarus et rapax faciem lu-
pinam etc. Tercio quia habent yma-
ginem dyaboli superinductam, unde dicit
dominus in iudicio Mt xxii. Cuius est
ymago et superscriptio hec. Et respon-
debitur cesaris i. demonis, qui inter-
pretatur possidens princeps, quia ipse est
rex super omnes filios superbie. Reddi-
te ergo que sunt cesaris cesari et que sunt
dei deo. Secundo non cognoscet
eos tamquam rex milites suos, quia
vexilla sua non portaverunt. Vexillum
Christi triplici colore est pictum, scilicet colore
nigro humilitatis. Apoc vi. Sol fa-
ctus est niger tamquam saccus cilicinus.
Colore albo puritatis. Apoc i. Caput
eius et capilli erant candidi tamquam
lana alba et tamquam nix. Eiusdem iii.
Ambulant mecum in albis quia digni
sunt. Colore rubeo caritatis. Cant
v. Dilectus meus rubens candidus
et rubicundus. Illi igitur milites por-
tant vexillum Christi qui sunt nigri
per humilitatem profundam, albi puri-
tate veram, rubicundi per caritate
succensam. Mali autem non sunt mili-
tes Christi, quia hoc vexillum non habent.
Tercio non cognoscet eos tamquam pastor
oves suas, quia signa sua abiece-
runt. Oves dei i. electi dei signati
sunt duplici signo, interiori scilicet et ex-
teriori. Interius autem signum Christi est

scilicet dei gratia. Ps. Signatum est super
nos lumen vultus tui domine, per passio-
nem. Ezech ix. Omnem autem super quem vi-
deritis thau ne occidatis. Hec sacramenti
infuso. Eph i. In quo et credentes
signati estis spiritu promissionis sancto,
qui est pignus hereditatis nostre.
Eiusdem iiii. Nolite contristare spiritum
sanctum dei in quo signati estis in
diem redemptionis. Mali igitur non
sunt oves dei, quia non habent cognitionem
divinam per fidem formatam, nec habent
passionem memorie impressam, nec sacramenti
gratiam. Signum etiam exterius Christi est
scilicet bona operari. Unde reprobi confitentur
se hoc signum non habuisse. Sap v. Et
virtutis quidem nullum signum valuimus
ostendere, malorum operum vitando. ii
Thi ii. Firmum fundamentum dei stat
habens signaculum hoc, cognovit dominus
qui sunt eius et discedat ab iniquitate
omnis qui nominat nomen domini. In boni
operatione et mali vitatione perpendens
signatos. Cant viii. Pone me ut si-
gnaculum super cor tuum, ut signaculum
super brachium tuum, quia fortis est ut
mors dilectio. Et reprobi autem non sunt
oves dei, quia hoc exterius signum penitus
non habent. Non enim in bonis operibus
se exercent nec opera mala vitant,
nec in boni operatione et mali vitatione
vitam suam consumant. De omnibus igitur
dei dicit Apoc vii. Nolite nocere
terre et mari neque arboribus quousque
signemus servos dei nostri in frontibus
eorum. De malis autem omnibus dicit
Ps. Signa nostra non vidimus etc. Quar-
to non cognoscet reprobos tamquam
magister discipulos suos, quia doctrina sua
non servaverunt. Iste enim magister docet tres
lectiones, videlicet ut quilibet sit bonus et
benignus quo ad proximum, morigeratus et ordinatus quo ad se ipsum, fide
illuminatus quo ad deum. Istas tres le-
ctiones propheta petebat a deo dicens: Boni-
tatem et disciplinam et scientiam doce me
quia mandatis tuis credidi. Christus
igitur reprobos non cognoscet tamquam magister

discipulos suos. quia istas tres lectiones
non servavit. Ipsi enim fuerunt primo odi-
osi in seipsis inordinati, et quintum
ad deum erroribus excecati. Ista tria de-
plorabunt dampnati in inferno. Sapientie
Sap. v°. Hij sunt quos aliquando habuimus
in derisum et in similitudine improperi-
um. Ecce quod non fuerunt proximo benigni
sed crudeles et mali. Lassati sumus
in via iniquitatis et perdicionis. et
ambulavimus vias difficiles. Ecce quia
fuerunt in suis moribus et operacionibus
inordinati. Tercium, quia veritatis
et iusticie lumen non luxit nobis, et sol
intelligencie non est ortum nobis. Ec-
ce quia fuerunt ignorancie tenebris
excecati. Tercio notandum est ut Christum
sequamur propter ipsum moriendo. Sunt
enim quidam qui moriuntur in Christo et
in fide et confessione Christi. Apocalypsis primo
Beati mortui qui in domino moriuntur
Et ista mors est bona. Secunda qui
moriuntur cum Christo in cruce scilicet asperitatis
penitencie. Gal. v°. Qui autem sunt Christi
carnem suam crucifixerunt cum viciis
et concupiscentiis. et hec est melior.
Tercia qui moriuntur propter Christum id est propter
fidei defensionem. Eccli. iiij°. Pro iusticia
agonizare pro anima tua. et usque
ad mortem certa pro iusticia. Et ista
est optima. Ista triplici morte mor-
tuus est beatus petrus martir. Est enim
mortuus in Christo id est in fide et confessione
unde cum interficeretur. symbolum fidei con-
fessus est. scilicet Credo in deum patrem
omnipotentem creatorem celi et terre. Mortuus
est cum Christo id est in cruce dure et asperitatis
penitencie et religionis in qua triginta
fere annis seipsum afflixit et ma-
ceravit. Mortuus est propter Christum quia
propter fidei defensionem sanguinem
suum fudit. Phil. i°. vobis datum est
pro Christo non solum ut in eum credatis
sed eciam ut pro illo paciamini etc.

*[margin: ... Jacobo minore]*

**Et**
**dixit dominus fa-**
**ciens te ab utero**

auxiliator tuus. Noli timere serve meus
iacob, et rectissime quem elegi. Ysa.
xliiij°. Pro hoc verba exponi de beato
Jacobo Apostolo. In quibus verbis ostenditur
quod commendabilis fuit in suo primordio
in suo medio et in suo ultimo. id est in sua
nativitate in utero. in sua vita id est in mundo
et in sua passione in tormento. Primo in
sua nativitate in utero fuit sanctificatus
quod notatur cum dicitur faciens et formans
te ex utero auxiliator tuus. In sua
vita in mundo fuit rectus et adeo ele-
ctus. cum dicitur rectissime quem elegi.
In sua passione id est tormento fuit con-
stans et firmus. quod notatur cum dicitur
Noli timere serve meus iacob. Dicitur
primum scilicet eius primordium et nativitatem
sua in utero. Notandum est quod sicut dicit
Egesippus apostolorum vicinus, et in eccle-
siastica hystoria habetur. Et Jeronimus in
libro de viris illustribus attestatur
ipse ex matris utero sanctus fuit. ut possit
sibi convenire illud Jer. i°. Prius quam forma-
rem in utero novi te. Ista autem
sua sanctificacionis triplicem effe-
ctum in ipso operata est. Primus est quia
ipsum a peccato originali purgavit.
Humana enim natura adeo facta fuerat
lucida instar argenti, et pura instar
vini. Sed argentum scoriam contraxit.
Vinum aqua mixtum extitit, quia natura huma-
na originali peccato infecta et viciata
fuit. Ysa. primo. Argentum tuum versum
est in scoriam. Vinum tuum mixtum est
aqua. Istam autem scoriam deus a beato
Jacobo abstulit, quia ipsum a peccato
originali mundavit. Unde sequitur.
Et excoquam ad purum scoriam tuam.
Secundus effectus, quia ipsum a peccato
mortali servavit. licet enim communiter dicatur
quod omnes apostoli et discipuli et sancte
mulieres excepta virgine glosa in
passione Christi mortaliter peccavit. For-
te iste ab ista generalitate excipiendus
est. Videtur enim hoc verisimile duplici
racione. Una, quia creditur sanctificatus
fuisse in utero. Sanctificati autem
in utero conservantur in bono. Alia est
quia sic Yozephus et Jeronimus in libro

de viris illustribus attestatur. In pasce ne mortuo domino Jacobus votum vovit se non gustaturum donec videret christum a mortuis surrexisse. Unde christus in ipsa die resurrectionis sibi apparens dixit: Ponite mensam. Benedicensque panem dedit Jacobo dicens: Surge frater mi comede, quia filius hominis a mortuis resurrexit. Ad quid enim Jacobus se voto astringeret se non gustaturum, donec christum resurrexisse videret, si de ipsa christi resurrectione fidem non haberet. Tercius effectus est, quia in eius carne fomitem debilitavit et refrigeravit. Canticorum viij°. Nonne ardorem refrigerabit, id est gracia spiritus sancti, que refrigerat ab incentivo fomite peccati. Propter istum triplicem effectum gracie, dicitur frater domini, dicitur Jacobus iustus, et dicitur fuisse virgo perpetuus. Nam inquantum fuit a peccato originali mundatus, potest frater domini appellari. Dicit enim, ipse sanctificans christum in utero sanctificavit et omni gracia et virtute implevit, sic et beatum Jacobum ab omni culpa originali purgavit ut non tantum dicatur frater domini ex progenie, quia sua mater sua fuit soror matris christi. Et pater matris sue cleophas fuit frater patris christi putativi scilicet yozeph. Et non tantum dicatur frater domini ex similitudine, quia scilicet similimus fuit facie christo, sed eciam dicatur frater ex sanctificatione. Inquantum a morbi peccato conservatus fuit, dicitur iustus. Dan. x°. Servavit iustum et conservavit sine querela deo. Job xvij°. Tenebit iustus viam suam et mundis manibus addet fortitudinem. Inquantum fomes in eius carne fuit debilitatus, fuit perpetuus virgo. Nam sicut dicit Jeronimus in libro contra Jovinianum, ipse perpetue virginitatis extitit. Insignum huius puritatis et munditie virginalis semper syndone utebatur. Propter hunc triplicem effectum potest de eo dici illud Prover. xxv°. Aufer rubiginem de argento et egredietur vas purissimum. Ablata est a beato Jacobo rubigo peccati originalis per sanctificationem. Rubigo peccati mortalis per conservacionem, et rubigo fomitis per eiusdem fomitis debilitacionem, et egressus est purissimus atque mundus. Secundo commendabilis est quantum ad eius medium, scilicet vita in mundo, cum dicatur rectissimus, quem elegi. Ipse enim fuit rectissimus quantum ad vite sanctitatem, et a deo electus quantum ad apostolicam sublimitatem. Ut vero nobis manifestum pateat, qualiter in medio id est in vita sua in mundo fuit rectissimus, et omni laude dignus. Sciendum quod eius vita fuit multe austeritatis et abstinentie quo ad se ipsum, multe devocionis et gracie quo ad deum, multe dignitatis et reverentie quo ad proximum. Fuit ergo multe austeritatis quo ad se ipsum. Quia sicut dicit Egisippus et Jeronimus in libro de viris illustribus, vinum et siceram non bibit et carnes nunquam manducavit. Judicum xiij°. Ab infancia sua et ex matris utero quicquam ex vinea nascitur non comedat, vinum et siceram non bibat nullo vescatur inmundo. Eccl. xxxvij°. Qui abstinens est addiciet vitam. Secundo fuit multe devocionis et gracie quo ad deum. Quanta autem devocionis fuit in orando, et totiens genua flectebat in supplicando, quod callos in genibus sicut in calcaneis videretur habere. Unde eciam dicit Jeronimus in viro de viris illustribus, in frontis genibus pro populo deprecabat in tantum, ut callorum duriciam traxisse eius genua videantur. Dan. vj°. Temporibus tribus in die flectebat genua sua et orabat. Iste autem non tribus temporibus, non tantum die, sed die ac nocte genua flectebat et orabat. Tercio fuit multe dignitatis et reverencie quo ad proximum, quia ipsum in multa reverencia habebant apostoli, iudei omnes et singuli. Apostoli quidem, quia sicut dicit Jeronimus in libro de viris illustribus, apostoli ipsum episcopum post passionem christi ierosolimis elegerunt. Et sicut dicit Anacletus papa et habetur in decreto, a Petro Jacobo et Johanne

ordinatus et consecratus est. Merito autem pontifex esse meruit, qui inter presbiteros et sic tunc fuit. i. Thi. iiio. Oportet episcopum esse sine crimine sicut dei dispensatorem. Ab hominibus etiam ipsum apostoli honoraverunt, quia ut primam missam post ascensionem domini iherusalem diceret concesserunt. Secundo in reverentia ipsum habuerunt iudei. Quia sicut dicit Egesippus et refert Ieronimus, Solus inter apostolos propter suam nimiam sanctitatem permittebatur intrare in sancta sanctorum. Non quidem causa immolationis, sed orationibus. i. Thi. vo. Qui bene presunt presbiteri, dupplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina. Quia cum iste bene prefuit, ideo dupplici honore dignus fuit, et honore quem sibi fecerunt apostoli ipsum eligendo in episcopum, et honore quem sibi fecerunt iudei, ipsum solum permittendo intrare in templum. Tercio ipsum habuerunt in reverentia omnes et singuli. Ita sicut Ieronimus dicit in libro de viris illustribus. Tante reverentie et sanctitatis in populo extitit, ut fimbriam vestimenti eius certatim tangere cuperent. Ideo potest sibi convenire quod dicitur de domino Mt. xiiii. Rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent, et quicumque tetigerunt salvi facti sunt. Quarto commendabilis est quantum ad eius ultimum sive passionem in tormento. Cum dicitur Noli timere serve meus Iacob. Quoniam dicit, et plus sequitur, quod non tantum non timuit, sed etiam in passione sua constans et firmus fuit. Et Iacob id est supplantator extitit, quia de suis persecutoribus triumphavit. Notandum autem quod eius passio habuit acerbitatem in pena, sinceritatem in causa, severitatem in vindicta, et pietatem in venia impetranda. Habuit quidem acerbitatem in pena, quia sic fuit precipitatus, lapidatus et excerebratus. Precipitatus quidem de pinna templi duabus vicibus fuit, primo scilicet in septimo anno sui episcopatus, et tunc fractis tibiis plurimum claudicavit. Secundo in xxxo anno sui episcopatus. Nam cum Christum constantissime fateretur, de pinna templi a iudeis precipitatus est. Et ideo ipse ea pia voce compassionis dicere potest ad deum Iob xo. Repente precipitas me, id est precipitare me permittis. Secundo fuit lapidatus, quia postquam ipsum precipitaverunt eum lapidibus obruerunt. Et lapidaverunt Iacobum iustum. Mt. xxiii. Lapidas eos qui ad te missi sunt. Tercio ipsum excerebraverunt. Nam sicut dicit Ieronimus in libro de viris illustribus, Unus ex iudeis pertica fullonis accipiens cerebrum eius excussit. Secundo eius passio habuit sinceritatem in causa, quia iusticia fidei defendenda passus est. Cum enim iudei ad eum convenissent, rogabant ut Christum revocaret, ipse autem in altum ascendens, publice deum esse confessus, et ideo ipsum precipitaverunt. Mt. vo. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. i. Petri iiio. Sed quid patimini propter iusticiam beati. Tercio eius passio habuit severitatem in vindicta. Dicit enim Iosephus. Quia Iacobus tante sanctitatis fuit, quod propter suam iniustam mortem factum est excidium iherusalem et dispersio iudeorum. Non tamen autem ob iniustam mortem Iacobi sunt iudei dispersi, sed maxime propter mortem Christi. Luce xixo. Non relinquent in te lapidem super lapidem, qui non destruatur, eo quod non cognovisti tempus visitationis tue. Hanc penam propter iniustam mortem sanctorum sibi venturam dominus predixit dicens Mt. xxiiio. Veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram etc. Quarto eius passio habuit pietatem in venia impetranda. Nam sicut dicit Ieronimus Cum fuisset precipitatus super genua procumbens elevatis manibus ad celum dicebat, Rogo domine dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt. In hoc imitatus est magistrum suum, qui ait Luce xxiiio. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. De sancto Philippo apostolo

## Domine ostende nobis patrem et

sufficit nobis. Ioh. xiiii°

Verba hec dicit Philippus in philippo
gmendat sancta et pia peticio. In filio
inuit nos 2 deum binguia mediacio.
In patre omnium bonorum sufficiencia et ple-
na perfectio. Ecce primum Notandum quod
inter aplos quidam pecierunt scilicet
potestatem. Mr x°. Da nobis ut vnus
ad dexteram tuam alius ad sinistram
tuam sedeamus in gloria tua. Secundo
pecierunt futurorum scienciam Mt xxiiii°.
Dic nobis quando hec erunt et quod
signum adventus tui et consummacionis se-
culi. Tercio pecierunt inimicorum vin-
dictam. Luc ix° vis dicamus ut ig-
nis descendat de celo et consumat il-
los. Philippus autem non pecijt scilicet
potenciam quia brevis est. Eccli x°.
Omnis potentatus vita brevis. Nec
mundanam scienciam quia curiosa est Ro.
xii°. Non plus sapere quam oportet sapere
sed sapere ad sobrietatem. j Cor viii°.
Sciencia inflat caritas vero edificat.
Nec inimicorum vindictam quia prohibi-
ta est. Mt v° Diligite inimicos ve-
stros benefacite hijs qui oderunt vos
et orate pro persequentibus vos et calumpni-
antibus vos. Sed pecijt visionem pa-
ternam quia eterna beatitudo est. Eri-
ebat enim quia in patria visione e
summa iocunditas. Ps. Adimplebis
me leticia cum vultu tuo. Est ple-
na saciatas. Ps. Saciabor cum appa-
ruerit gloria tua. Est eterna felicitas
Joh xvii°. Hec est vita eterna ut
cognoscant te solum verum deum et
quem misisti ihesum xpm. Secundo in
filio gmendat xpus inter nos et
patrem binguia mediacio. Videt
enim philippus xpm esse mediatorem
inter nos et patrem cum ab eo postu-
lat ostendi patrem ut domine ostende nobis
patrem etc. Ecce quod sicud dicitur de
patre ita nobis absconsa erat sicut sapi-
encia eius Job xxviii°. Sapiencia ubi
invenitur et quis est locus intelligencie etc.

Secundo quia eius qui non videba-
tur esse cum hominibus per graciam sed per du-
riciam Job xxx°. Sto et non respicis
me mutatus es michi in crudelem
et in duricia manus tue adversaris m-
ichi. Eius facies erat abscondita sicut Deu-
teronomii xxxi°. Abscondam faciem
meam ab eis. Xpus autem se media-
torem fecit primus ut patrie sapiam
nobis revelaret. Mt xi°. Nemo no-
vit filium nisi pater neque patrem quis
novit nisi filius et cui voluit filius
revelare. Joh j°. Deum nemo vidit
unquam unigenitus filius qui est in si-
nu patris ipse enarravit. Secundo ut
paterne glorie nos reconciliaret Ro.
v°. Cum enim inimici essemus deo
reconciliati sumus ei per mortem filij
eius. Ergo ut patriam nobis visionem
ostenderet. Sed dixit philippus. Domine
ostende nobis patrem etc. Non illam
scilicet visionem que est per creature
speculacionem quia obscura est de qua
Ro. j°. Invisibilia enim ipsius a crea-
tura mundi per ea que facta sunt intel-
lecta conspiciuntur. Nec illam que videtur
per contemplacionem quia permixta est
contemplacio enim non videtur habere
plenam delectacionem propter corporis corru-
pcionem Sapie ix°. Corpus quod
corrumpitur aggravat animam. Ysa. po
vinum tuum mixtum est aqua. Sed
petit privatam visionem que erit in
patria per apertam manifestacionem
que nichil habebit obscuritatis quia
clarissima est. j Cor xiii°. Cum
venerit quod perfectum est evacuabitur
quod ex parte est. Nichil admixtionis
quia tota suavissima est. Aug in
libro de libero arbitrio. Tanta est
pulcritudo iusticie tanta felicitas
iocunditatis eterne hoc est incommuta-
bilis veritatis atque sapiencie ut si
non liceret in ea amplius manere quam
unius diei hora propter hanc solum in-
numerabiles anni huius vite pleni de-
licijs et affluencia temporalium bonorum
recte merito contempnerentur. Tercio
in patre gmendat sufficiencia et ple-

bonorum cum perfectis cum dicat. Et s
sufficit nobis. Recte sufficit / quia
paterna sufficientia in se habet / de
qua sic dicit Aug. in libro de ciui-
tate dei / Illud est aliud quod per prophetam
dominus dicit. Ero illorum deus / sicut ego
ero. cum satiantur. Ego ero quecumque
honeste desiderantur. Et vita / et salus / et
victus / et copia / et gloria / et honor / et pax
et omnia bona. Sic enim illud recte
intelligitur quod Apostolus ait / Ut sit deus
omnia in omnibus. His quibus verbis
constat / quoniam ex paterna visione
ceteri fructus beatitudinis nascuntur.
Primus igitur fructus est vita. Sancti vero
habebunt vitam triplici de causa. Primo
quia manducabunt et bibent vitam. Ioh.
vio. Ego sum panis vite. Et infra
Hic est panis de celo descendens / ut si
quis ex ipso manducauerit non moriatur
Apoc. ij°. Vincenti dabo edere de li-
gno vite / quod est in paradiso dei mei.
Et non tantum manducabunt vitam.
sed etiam bibent vitam. Apoc. vij°
Non esurient neque sitient amplius
quoniam agnus qui in medio throni est
reget illos / et deducet eos ad fontes
aquarum vite. Secundo / quia in-
uenient cum vita / et cum ipso deo.
qui est vita. Deut. xxx° Illi ad-
hereas ipse est enim vita tua. j Cor. vj°
Qui adheret deo / unus spiritus est.
Prov. viij° Qui me inuenerit. inue-
niet vitam. Tertio / quia tota mor-
talitas absorbebitur a vita. ij Cor. v°.
Nam et qui sumus in hoc tabernaculo
ingemiscimus grauati eo quod nolumus
expoliari / sed superuestiri ut absor-
beatur quod mortale est a vita. Secundus
fructus est salus / parum enim prodesset
habere vitam / si semper in infirmita-
te viuerit / quia vita cum morbo non
est vita / sed pena et miseria. Ideo post
vitam habebunt perpetuam sanitatem.
Quam quidem sanitatem habebunt
primo / quia habebunt aerem sanissimum
Ysa. lx°. Occupabit salus muros
tuos. Posuerunt inter menia esse a-
er turbulentus / et obscurus / sed intra
muros illius ciuitatis erit serenissimus

et clarus / Secundo quia habebunt
fluctum temperatissimum. adeo / quod sani-
tas penetrabit interiora et redunda-
bit in exteriora. Prov. iij°. Sanitas
quippe in umbilico tuo. et irrigatio
ossium tuorum / In hoc quod dicitur
ossium. datur intelligi / quod ipsa sanitas
penetrabit interiora. Tertio / quia ha-
bebunt remedium efficacissimum / Ipsa
quidem verba dei erunt remedium effi-
cax omnis morbi. Apoc. xxij° Et
folia ligni ad sanitatem gentium
Sap. xvj° Neque herba / neque mala-
gma sanauit eos. sed sermo tuus
domine qui sanat omnia. Quarto
habebunt medicum peritissimum. Eccli.
xxxviij° Altissimus de terra creauit
medicinam. et vir prudens non ab-
horrebit eam / Et infra Unguenta-
rius faciet pigmenta suauitatis
et unctiones conficiet sanitatis / Quinto
quia habebunt animum iocundissimum
Prov. xiiij° / vita carnium sanitas
cordis / putredo ossium inuidia / Eccli.
xxx°. Animus gaudens etatem floridam
facit. spiritus tristis exsiccat ossa /
Tercius fructus est victus. sine quo
scilicet parum eius esset habere sanita-
tem. si non haberent quid comederent. Ideo
post vitam et sanitatem sequitur
victus. Luc. xxij° / Edatis et biba-
tis super mensam meam in regno
meo. Sed quia multe sunt comesti-
ones. que pre nimia sui tenuitate
non saciant. Ideo illa comestio habebit
plenam sacietatem. Ps. Satiabor cum
apparuerit gloria tua Cant. v° Co-
medite amici et bibite et inebria-
mini carissimi. Cum vero multi
sunt. qui tantum uno cibo non saciantur
Ideo illa comestio habebit ciborum
varietatem / quorum unum ferculum
erit ex contemplacione diuinitatis / aliud
ex consideracione humanitatis. Ysa. vij° Bu-
tirum et mel comedet. Per butirum
quod generatur ex carne intelligitur ferculum
quod erit ex humanitate / Per mel quod
est dulcissimum intelligitur illud ferculum
quod erit ex diuinitate. Sed quia

multa gnicestio 2 diuersa / plz hret
fastidiu Ideo illa comestio hebit ple-
na dulcedine 2 suauitatem / q esurie
pariet / 2 fastidiu longe expellet Eccl.
xxiiij° Qui edunt me adhuc esuri-
ent etc. Sed quia sepe delicata gnie-
stio solet cito finiri Ideo illa hebit pe-
tuitatem Non em aplius poterunt
esurire Apoc vij° Non esurient
neqz siciet amplius Ideo vocat pa-
nis viuus. eterno / q nunqz finit Ioh
vj° Ego sum panis viuus qui de
celo descendi / Tercio fructus e copia
2 diuicie / paruum em eet dau si re-
fectionem hret nisi etia diuicijs ha-
bundaret Iste aut diuicie erit glose
quia hominem glosum 2 beatum faciet
Prou viij° Mecum sunt diuicie et
gla etc. ps Gla 2 diuicie in domo eius
Erunt secure quia numqz auferri po-
terunt / Erunt em in fortissimis tur-
ribus ps fiat pax in virtute tua
2 habundancia in turrib9 tuis / Erunt
habundantes 2 plene / quia aiam re-
plebunt / ps. pasceris in diuicijs eius
Prou. pmo habundancia pfruetur
malorum timore sublato / Diuicie aut
ptis temporis / non faciunt hominem
glosum sed miserum Apoc iij° di-
cis quia diues sum locupletatus
2 nullius egeo / et nescis quia tu es
miser 2 miserabilis 2 pauper 2 cecus
2 nudus. Non faciunt securum sed timo-
ribus plenum Iob xv° Sonitus ter-
roris semp in aurib9 eius 2 cum
pax sit semp insidias suspicatur Non
faciunt plenum sed famelicum / Eccle v°
Auarus non implebitur pecunia etc Quar-
tus fructus est gla i. pulcritudo
glosa / paruum em eet si quis hret
diuicias 2 aqua turpitudine fedaret
Illa aut pulcritudo cabit a quatuor
Primo a deitate illuminante Gla em
deitatis super sanctos illuminabit et
glosam pulcritudine cabit 3° Reg
viij° Impleuerat gla domini domum
domini i. gla deitatis implebit san-
ctos qui sunt domus domini Sic em
sol suo splendore omnia pulcrificat

sic deitas sua luce vniuersa decorat
Secdo cabit ab humanitate radiante
Ezech xliij° Ecce gla domini apparuit i.
nube i. de xpi humanitate / Tercio cabit
a corpore fulgente Mt xiij° Fulgebunt
iusti sicut sol in regno patris eorum
Eccli xlij° Gla domini plenum e opus
eius / Quarto cabit ab anima influen-
te / Anima em tantis delicijs habun-
dabit / q in corpus suum influet et
refundet / Ysa lx° Conpulsata es
anima mea : conpulsata es absque eo
qd maiestatem latet Cant vij° Quam pul-
cra es. 2 qdecora carissima in delicijs /
Quinto fructus est honor / parum em eet
siquis hret pulcritudinem / n hret
honorem siue nobilitatem Iste aut
honor consistit in duobus / primo quantum
ad honorem statum / Habebunt quidem
statum honorabilem Et in corpore ps
Astitit regina a dextris tuis in vesti-
tu deaurato. Et in corpore glificato.
2 in capite ps Gloria 1 honore coronasti
eum domine. Et in mente ps Omnis
gla eius filie regis ab intus Scdo quan-
tum ad collatum dominium ps Omnia
subiecisti sub pedib9 eius etc Tercio
quantum ad honorabilem familiaritatem
in deum ps Nimis honorati sunt ami-
ci tui deus. Ioh xv° Iam non dicam
vos seruos sed amicos / quia seruus
nescit quid faciat dominus eius Vos
aut dixi amicos / quia omnia que audi-
ui a patre meo nota feci vobis /
Quarto quantum ad genus diuinum Sa-
cti dei omnes erunt de progenie dei
non quo ad naturam / sed quo ad graciam
Act xvij° Ipsius em genus 2 nos
sumus. 1 Ioh iij° Nunc filij dei sumus
sed nondum apparuit quid erimus
Sextus fructus est pax / paruum
em eet / siquis omnia predicta habet
2 in guerra semp consisteret / Hebit
aut pacem vniuersalem ps Qui
posuit fines tuos pacem / Leuit xxvj°
Dabo pacem in finib9 vestris Primus
finis est deus / alius est corpus / Tercius
est quilibet proximus / Tunc igitur quilibet
hebit pacem. non solum in se / sed in
omnib9 finib9 suis / quia pacem hebit

cum deo, cum ipso corpore et cum primos.
Semper autem cum corpore ipso. Secundo
habuit pacem cordialem. Multi e-
nim sunt qui cum omnibus pacem habent, sed in
corde non habent. Pacem autem sanctorum
non solum universalem erat quam cum omnibus
habuit, sed eciam cordialem, quia eo
corde habuit. Ysa. lvii°. Veniat pax
requiescat in cubili suo, id est in corde
suo. Tercio habuit pacem eternalem
quia numquam finietur. Ysa. xlviii. Facta
fuisset sicut flumen pax tua, et iusticia
tua sicut gurgites. Multi sunt quorum
pax est sicut torrens, quia cito siccatur.
Sanctorum autem pax est sicut flumen
quia numquam siccabitur numquam finietur.
De hiis dicitur Ysa. xxxii°. Sedebit
populus meus in pulcritudine pacis.
Hoc refertur ad pacem cordialem.
Nulla enim pax erit pulcra nisi fue-
rit in corde radicata. In tabernacu-
lis fiducie. Hoc refertur ad pacem
eternalem. Et in requie opulenta. Hoc
refertur ad pacem universalem. Plag-
nus est omne bonum. Quia enim
multa alia bona sunt preter illa se-
ptem que supra enumerantur. Ideo in fi-
ne omne bonum ponit. Omne autem bonum
tria dicit scilicet omnium bonorum congregacionem
et possessionem. Sap. vii°. Venerunt
michi omnia bona pariter cum illa.
Boecius. Beatitudo est status omnium
bonorum congregacione perfectus. Secundo dicit
possessorum fruicionem. Parum enim esset
si quis multa bona possideret nisi eis
uti liceret. Eccl. v°. Quid prodest pos-
sessori, nisi quod cernit oculis divicias su-
as. Sancti autem omnia bona possiden-
tes et eis affluenter fruentur. Iere-
mie. Revertetur Iacob et requiescet et
cunctis affluet bonis. Tercio dicit
fruitorum continuacionem, quia illa frui-
cio bonorum numquam finietur et impo-
labitur. Ps. Videas bona Ierusalem omnibus
diebus vite tue. Eccl. xxxi°. Stabi-
lita sunt bona illius in domino.

Philippe qui
videt me videt et patrem me-
um. Ioh. xiiij°. Ista verba
fecit dominus ad peticionem philippi di-
centis quidem. Et ipsis cateruatim et co-
tidie tantissimum dominum per celi non audeantibus
philippus supra fiduciam de Christo querat
et dixit: Domine ostende nobis patrem
et sufficit nobis. Cui Christus inquid: Quod
tanto tempore vobiscum sum et non cognovistis me? Philippe qui videt me etc.
Et quia de isto philippo multa et
magna privilegia reperimus, ut ipsa com-
prehendere valeamus, Sciendum est quod
ipse fuit multe sanctitatis, multe reve-
rencie et dignitatis, multe cum Christo
familiaritatis, multe apud deum po-
tencie, constancie et fortitudinis. Fuit
igitur primo multe sanctitatis. Sanctitatis
quidem tria sunt signa, scilicet inspiracioni
divine velociter obedire, tempestive pe-
nitenciam inchoare, et dona recepta a-
liis communicare. Ista tria signa in beato
philippo perfecte fuerunt. Ipse enim inspi-
racioni divine velociter obedivit.
Nam cum Christus eum vocaret dicens: Sequere
me, Ioh. i°, eum protinus est secutus.
Hoc autem ex levitate cordis non processit,
sed ex efficacia gracie sicionis. Ioh. iii°.
Spiritus ubi vult spirat. Et ex virtute
doctrine exhortacionis. Ps. Populus quem
non cognovi obedivit michi, in audi-
tu auris. Ysa. l°. Dominus aperuit
michi aurem. Ego autem non contradixi,
retrorsum non abii. Tunc deus aurem
aperit quando divinam inspiracionem immittit.
Ps. Audiam quid loquatur in me
dominus deus etc. Homo autem non contradicit
quando immisse inspiracioni non acquiescit.
Sed de quibusdam dicitur Iob xxiiii°.
Ipsi fuerunt rebelles lumini. Tunc retror-
sum non abiit, quando inspiracionem rece-
ptam penitus non abiciat. Luc. ix°. Nemo
mittens manum ad aratrum et respi-
ciens retro, non est aptus regno dei.
Non igitur est differendum ire ad deum.
Prov. iii°. Ne dicas amico tuo: Vade
vade, scilicet in inventute, et revertere, scilicet
in senectute, et cras dabo tibi, scilicet in mor-
te, cum statim possis dare. Secundo
penitenciam tempestive inchoavit. Ipse enim
fuit unus de primis apostolis qui ad
deum sunt conversi. Nam primo vocat
Andream. Secundo petrum. Tercio philippum.
Iste est typus funiculus dei, qui mille
operacionibus frangi potuit. Cui hec

similitudo ponit Ioh. i. Erat autem
Philippus a Bethsaida civitate Andree
et Petri. Bethsaida vero domus venatorum
interpretatur. De hac enim domo processe-
runt isti tres robusti aucupes vena-
tores. De quibus dicitur Ier. xvi° Mit-
tam vobis venatores etc. Petrus qui
interpretatur agnoscens, Andreas virilis,
Philippus os lampadis. Fuit enim ve-
nator dei, et decet eum agnoscere in di-
vina scientia, et virilis in magnanimitate,
et os lampadis in doctrina. Cito igitur
et tempestive ad dominum conversus fuit.
Servavit illud Eccli. v° Ne tardes con-
verti ad dominum, et ne differas de die in
diem etc. Trenorum iii° Bonum est viro
cum portaverit iugum ab adolescentia
sua. Sunt enim quidam qui tunc vo-
lunt penitentiam agere cum peccare non
possunt. Tales non portant iugum sed por-
tatur iugum ipsos videlicet. Et in-
ter domini illos iugum mundi quod portant
avari. Ne diaboli quod portant superbi.
Ne carnis quod portant luxuriosi. Et
ab adolescentia sua, non in senectute
sua. Tres bona recepta alijs communicat.
Unde sicut dicitur Ioh. i° Nathanie-
lem inveniens ei gratiam inventam
communicavit. Unde sicut dicitur Ioh. i°
et ad Christum ipsum adduxit. Apoc. xx-
ii° Qui audit, dicat veni. Eccli. xx°
Sapientia absconsa et thesaurus invisus quae
utilitas in utrisque. Prov. xi° Qui
abscondit frumenta maledicetur in populis.
Debet enim prelatus subditis communicare
propriam suam perceptionem. Act. x° Gratis
accepistis gratis date. Debet communicare
thesaurum bonorum operum per exempli
exhibitionem. Matt. v° Sic luceat lux
vestra coram hominibus, et frumentum
terrenum temporalium per subventionem.
I Ioh. iii° Qui habuerit substantiam huius
mundi, et viderit fratrem suum necesse habere
et clauserit viscera sua ab eo, quomodo
caritas dei manet in eo. Secundo
fuit multe reverentie et dignitatis. Cuius
dignitas in quatuor manifestatur. Ipse
enim fuit hostiarius Christi, mediator dei
et populi, advocatus certus apostolorum, et pan-
titor [?] totius collegij. Fuit igitur primo

hostiarius Christi. Unde sic dicitur Ioh. xii° Gen-
tiles quidam volentes loqui cum Ihesu
non iverunt ad Andream vel Iacobum
vel aliquem alium apostolum, sed solum
ad Philippum dicentes: Domine volu-
mus Ihesum videre. Ex quo videtur quod propter
suam discretionem vel providentiam erat
in curia Christi portarius constitutus. I°
Paralip. xxvi° filios Ydithun fecit esse por-
tarios. Ydithun interpretatur saliens vel
transiliens, sicut Petrus qui omnem intel-
lectum angelicum et humanum transcen-
dens dixit: Tu es Christus filius dei vi-
vi. Sic etiam beatum Philippum
qui a Christo petijt illud quod omnem
intellectum angelicum et humanum tran-
scendit cum dixit: Domine ostende nobis
patrem et sufficit nobis. Istos portarios
fecit dominus, scilicet Philippum in curia ter-
rena, cum scilicet Christo loqui volentes ad Phi-
lippum recursum habebant. Alium scilicet Pe-
trum in sua curia celesti, cum dixit: Ti-
bi dabo claves regni celorum etc. Secundo
fuit mediator dei et populi. Unde sic dicitur
Ioh. xii° postquam gentiles ad Ihesum ac-
cesserunt, ipse et Andreas inter gentiles
et Christum mediatores fuerunt, ut eos con-
ciliarent et gratiam invenirent. IIII°
Reg. vii° fuerunt portarij scilicet Philippus
et Iohannes et annunciaverunt in pala-
tio regis intrinsecus. Sicut autem tunc media-
tor fuit in mundo, ita credendum est quod
nunc sit pro nobis mediator in celo. Deut.
v° Ego sequester et medius fui inter dominum
et vos. Sed de multis prelatis, qui me-
diatores inter deum et populum esse debent,
conqueritur dominus [illegible] Ezech. xiii° Non ascen-
distis ex adverso neque opposuistis
murum pro domo Israel, ut staretis in
prelio in die domini. Tertio fuit advo-
catus certus apostolorum. Apostoli videbant Christum
et de hoc erant contenti. Audierant a Christo
quod reciperent spiritum sanctum, et de hoc
similiter erant contenti, sed non audiebant
quod viderent patrem suum cum eis dicit
Ioh. xiiii° Si cognovissetis me et pa-
trem meum utique cognovissetis. Et amodo
cognoscetis eum et vidistis eum. De
hoc autem apostoli non erant contenti, quare se

eum vidisse nesciebat. Non tamen aliquid
super hoc xpo dicere ausus fuit. Iste phi-
lippus olim tamquam assumens tamquam ad-
vocatum eorum, audacter petiit et dixit:
Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis.
Si ergo fuit advocatus pro iudeis fili-
is et principibus celi, credendum est quod sit
nobis advocatus peccatoribus mundi. Et id-
circo tamquam advocatus noster est frequenter
rogandus. Joh. v°. Roga ergo si est qui
tibi respondeat et ad aliquem sanctorum con-
verte. Item fuit procurator totius
collegii. Unde sic dicitur Joh. vi°. Cum
maxima multitudo ad xpm venisset
de refectione eorum cum nullo apostolorum
tractavit, sed solum super hoc cum Philippo
colloquium habuit dicens: Unde eme-
mus panes ut manducent hii? Ex quo
videtur quod xpus eum in sua congregatione
et collegio procuratorem et dispensatorem
constituerit. Luc. xii°. Quis putas est fi-
delis dispensator et prudens etc. Ipse
enim fuit fidelis dispensator, quia ea sibi
non retinuit, sed ipsis distribuit. Fuit
prudens, quia bona domini sui augere
et multiplicare scivit. Tercio fuit cum
xpo multe familiaritatis. Cuius fami-
liaritatis triplex est signum. Unum est quod
audacter a xpo grandia postulat cum
dixit: Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis.
Signum magne familiaritatis fuit, quod Jo-
hannes a xpo peciit sibi revelari pro-
ditorem suum, quod tamen Petrus petere non
est ausus. Joh. xiii°. Domine quis est
qui tradet te. Signum maioris fami-
liaritatis fuit, quod Petrus, Jacobus et Joha-
nnes petierunt sibi revelari adventum
suum. Marc. xiii°. Dic nobis quando hec fient
et quod signum adventus tui. Signum
maxime familiaritatis fuit, quod Phi-
lippus peciit a xpo sibi revelari pa-
trem suum cum dixit: Domine ostende nobis
patrem etc. Tercium signum est quod xpus secre-
ta sibi revelavit dicens: Philippe
qui videt me videt et patrem meum.
Et Joh. xv°. Vos autem dixi amicos, quia
omnia quecumque audivi a patre meo
nota feci vobis. Sap. vii°. In animas sanctas
se transfert, amicos dei et prophetas constituit. Ha-

prencia eius divina in anima sancti
Philippi se transtulit, quia eum sanctifica-
vit et amicum constituit, quia sua secreta
sibi revelavit, prophetam constituit, quia
filiabus suis spiritum prophetie infudit. Ipse
enim duas filias habuit virgines sancti-
tate et prophetissas devotas. Act. xxi°.
Prophetabunt filii vestri et filie vestre.
Tercium signum est quod ipsum in eade-
m cathedra sedere fecit. Cathedra xpi
fuit crux sua, de qua patienciam et cari-
tatem nos docuit. Aug. super Joh.
Lignum in quo cum fixa membra pa-
tientis, eciam fuit cathedra magistri
docentis. In hac igitur cathedra Phi-
lippum sedere fecit, quia instar magistri
sui crucifixus fuit. ii° Re. xxiii°. David
sedens in cathedra sapientissimus prin-
ceps inter tres. Tres principes in ca-
thedra sedentes fuerunt: Petrus, Andreas
et Philippus, qui crucis patibulum
pertulerunt. David id est xpus manu
fortis, qui similiter in cathedra crucis
sedit, sapientior inter illos tres extitit,
quia sapientia eius dyabolum superavit.
Quarto ergo fuit magne familiaritatis id est
magni honoris indicium, quod xpus
Philippum simili habitu secum induit,
quia super equum crucis tropheum ca-
pitis sui imposuit. Quinto fuit apud
deum multe potentie. Cuius potentia
in tribus apparuit, quia scilicet draconem
expulit, infirmos sanavit et mortuos
suscitavit. Draconem quidem expulit
et in desertum locum misit, precipiens ut
nulli homini umquam noceret. Sic ergo tunc
draconem expulit corporaliter, ita nunc
de cordibus nostris expellit spiritualiter.
Mt. x°. Dedit eis potestatem curandi
infirmos et eiciendi demonia. Luc.
x°. Ecce dedi vobis potestatem calcandi ser-
pentes, quantum ad peccatum avaricie,
quod terre serpit, et scorpiones quantum ad pec-
catum luxurie, quod in principio carnis de-
lectatione blanditur et alliciat, sed in fine
stimulo consciencie pungit, et supponet vir-
tute immunita, contrarium ad peccatum superbie,
cuius ipse dyabolus rex et princeps existit.
Job xli°. Ipse est rex super omnes fili-
os superbie. Sexto infirmos sanat.

Nam sicut dicitur in legenda, cum ex
flatu draconis multi infirmati fuis-
sent, philippus omnibus sanitatem impe-
travit. Sicut autem tunc eos sanavit
corporaliter, ita nunc sanat nos spiritua-
liter scilicet morbum peccati expellendo.
Mt. x. Infirmos curate, languores
peccati reliquias curando. Luc. ix. De-
dit illis virtutem et potestatem super
omnia demonia et ut languores cu-
rarent, in sanitate recepta bene dirige-
re habendo. Mr. ult. Super egros
manus imponent et bene habebunt. Tercio
mortuos suscitavit. Nam sic dicitur in
legenda, tres viros ex flatu dra-
conis mortuos suscitavit corporaliter.
Ita et nunc suscitat spiritualiter. Mt.
x. Mortuos suscitate. Hoc est officium
prelatorum, prelatus quidem mortuos
scilicet peccato suscitare debet per potestatem ex-
communicationis. Prov. xxiiii°. Erue eos qui
ducuntur ad mortem et qui trahuntur
ad interitum liberare ne cesses. Vel per ex-
hortationis. Ephe. v°. Surge qui dor-
mis et exurge a mortuis et illuminabit
te christus. Affectu compassionis. Eccl.
xxxviii°. In mortuum produc lacrimas
et quasi dira passus incipe plorare.
Quinto fuit apud deum multe consta-
cie et fortitudinis. Cuius constancia et
fortitudo in duobus apparuit. Primo quia
constanter egit fortiter. Prov. ult. Manum
suam misit ad fortia. Non tantum
misit manum suam ad fortia bona opera
predicando, sed etiam manum suam opera
fortia faciendo. De cuius operacione
forti sic dicit ysidorus. Philippus gal-
lis predicat christum, barbarasque gentes
vicinasque tenebris et tumenti oceano
coniunctas ad scientie lumen fideique portum
deducit. Secundo quia magnanimiter
despexit pressura, instar apostoli dicentis
Phil. iii°. Que mihi fuerunt lucra hec
arbitratus sum propter christum tormenta, propter
que omnia detrimentum feci et arbitror
ut stercora, ut christum lucrifaciam. In
despiciendo enim pressura requiritur ma-
gnanimitas animi, quia pressuras mundi
est instar vini fortissimi, quod inebrian-
torum animas alienat. Prov. primo.

Prosperitas stultorum perdet eos. Et ideo
quia perseveranter toleravit adversa, perpe-
tuum secundum ysidorum fuit crucifixus et lapi-
datus, et tamen constanter sustinuit quod
a deo separari non potuit. Rom. viii°. Quis
nos separabit a caritate christi, tribulatio an
angustia an persecutio etc.

Stabunt iusti
in magna constancia adversus eos qui
se angustiaverunt etc. Sapie. v°.

Quia magnus vos ex fi suo congressu
deo finis bonorum et malorum indicatur
et hos utrique sunt describendi. Ideo in princi-
pio ponitur finis bonorum, qui est in
iudicio magna et firma fiducia, cum dicitur
Stabunt iusti in magna constancia etc.
Secundo finis malorum, quod est gemitus et
tribulacio dira, cum dicitur Videntes tur-
babuntur timore horribili. Circa primum ta-
de sanctis determinatur, scilicet quod stabunt.
Quia stabunt iusti, qualiter stabunt,
quia stabunt in magna constancia etc.
Secundo finis malorum, quod est gemitus et
tribulacio dira, cum subditur Videntes
turbabuntur timore horribili. Et contra
quos stabunt, quia stabunt adversus
eos qui se angustiaverunt. Stabunt
autem explicatur cum quod stare tamen importat.
Stare enim dicit assistenciam, permane-
nciam et presidenciam. Sequitur igitur stare
dicit assistenciam. Stabunt, id est assistent
deo. De qua assistencia dicitur Dan. vii°.
Milia milium ministrabant ei et decies
milies centena milia assistebant ei.
iii Reg. x°. Beati viri tui et servi tui,
hii qui sunt coram te semper et audiunt
sapientiam tuam. Assistunt igitur corpore glo-
rificati, animo illustrati et deo grati. Necesse
enim est ut deo assistentes pulcro ha-
bitu decorentur. Et ideo assistunt corpore
glorificati. Ps. Amicti lumine sicut vesti-
mento. Sicut enim dicitur Hester iiii°.
Non erat licitum hominem indutum sacco
in corpore mortali et misero aulam regis in-
trare. Hoc figuratum est Gen. xli° ubi
dicitur. Eductum de carcere Ioseph to-
tonderunt et veste mutata obtulerunt
regi. Secundo necesse est ut sapientia et intel-
ligencia decorentur, quia sicut dicitur
Prov. xiiii°. Acceptus est regi minister

intelliges. Et ideo assistunt ad illustracionis vere est ut deo equaliter uniantur, non enim conveniens esset, ut postquam deo assistent, aliorum obsequiis manciparentur. Prov. xxii°. Vidisti hominem velocem in opere suo, coram regibus stabit. Nec erit ante ignobiles, et tunc assistit deo equaliter continui. Econtrario autem sancti in presenti vita deo perfecte assistere non possunt, sed ab eo elongati sunt mortalitate corporis. ii Cor. v°. Dum sumus in hoc corpore peregrinamur a domino. Exo. xxxiii°. Non videbit me homo et vivet secundum vitam mobilem. Obscuritate cognicionis. i Cor. xiii°. Videmus nunc per speculum in enigmate. Longitudine comprehensionis. Hebr. xi. Iuxta fidem defuncti sunt omnes non acceptis repromissionibus, sed longe eas aspicientes et salutantes et confitentes, quia peregrini et hospites sunt super terram. Secundo iniquitas stare dicit permanenciam. Stabunt enim confirmati in eternitate dei. Ps. In memoria eterna erit iustus. Rom. xvi°. Romine eius hereditabit illum. Stabunt stabiliti in amore unius summi boni. Ps. Unam pecii a domino hanc requiram. Item urbem que edificatur ut civitas, cuius participacio eius in idipsum. Stabunt consolidati immobilitate et impassibilitate sui. Apoc. xxi°. Mors non erit ultra. Nunc autem instabiles sunt respectu temporis mentis et corporis. Non respectu temporis instabiles sunt per varias mutaciones. Ps. Mutabis eos et mutabuntur. Rom. viii°. Vanitati enim subiecta est creatura non volens. Respectu mentis instabiles per varias affectiones. Job xvii°. Cogitaciones mee varie sunt torquentes me, et mens in diversa rapitur. Respectu corporis instabiles sunt per miserias abiectiones. Job xiiii°. Homo natus de muliere brevi vivens tempore repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur et conteritur etc. Tercio iniquitatum stare dicit presidenciam. Stabunt super dampnatos. Sicut enim nunc boni iacent ante malos. Luc. xvi°. Iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus. Prov. xiiii°. Iacebant mali ante bonos et impii ante portas iustorum. Nos quidem dampnatos ad terram conspicient manu sue potencie. Ps. Ut prosterneret eos in deserto. Hebr. iii°. Quorum corpora sunt prostrata in deserto, scilicet inferni, ubi autem prostrati numquam resurgent, quia ad conculcacionem eorum pedes tenebit deus, sancti, demones et mors. Deus quidem eos conculcabit furore et ira infundendo. Ysa. lxiii°. Calcavi eos in furore meo et conculcavi eos in ira mea. Sancti eos conculcabunt compassionem et auxilium denegando. Malach. iii°. Calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. Demones conculcabunt supplicia irrogando. Ps. Conculcaverunt me inimici mei tota die. Mors conculcabit morte, eos perpetue depascendo. Job xviii°. Calcet super eum quasi rex interitus. Ps. Mors depascet eos. Surge igitur qualiter poterunt dampnati qui pedibus talium conculcati erunt. Quarto dominiatur qualiter stabunt in iudicio. In magna constancia. Stabunt enim in iudicio in constancia et fiducia multa stabunt multis de causis. Primo quia sciunt se habere causam legitimam. Job xxiii°. Si fuero iudicatus, scio quod iustus inveniar. Secundo quia sciunt se habere in causa sua probacionem probatam et certam per testes, scilicet angelos. Job xvi°. Ecce enim in celo est testis meus et conscius meus in excelsis. Quod per sanctimonium et conscienciam, de quo testimonio dicitur Rom. ii°. In die cum iudicabit deus occulta hominum secundum evangelium meum. Tercio quia sciunt se habere amicorum multa, de quibus amicis dicitur Luc. xvi°. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Quarto quia habebunt iudicem clemenciam et familiaritate utpote amica et fratrem eorum. Unde apparebit in iudicio in forma hominis, utpote amicus et frater eorum. Unde dicit Joh. v°. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Unde eos fratres reddens dicit Hebr. xii°.

Noli pauere ego sum Ioseph frater vester quem vendidistis in egipto. Tercio determinatur contra quos stabunt cum dicitur Adversus eos qui se angustiauerunt. Stabunt enim contra reprobos tamquam testes ad accusandum. Licet enim deus sit iudex et testis sicut dicitur Ier. xxix. Ad maiorem tamen reproborum confusionem sanctos in testes producet. Ysa. xliiii. Vos estis testes mei. Et iuste ipsi sunt testes eorum qui non viderunt neque intelligunt ut assimulat. Secundo stabunt tamquam principes ad damnandum. Ps. Dominabuntur eorum iusti in matutino. Isti principes populorum congregati sunt cum deo abraham. Tercio stabunt tamquam iudices ad iudicandum. Mt. xix. Sedebitis super sedes duodecim iudicantes xii tribus israel. Propter quod pena est constancia sanctorum. Consequenter subiungitur pro statu et gemitu reproborum cum dicitur Videntes turbabuntur timore horribili. Secundum est eorum sera penitencia et confessio cum dicitur Dicent intra se penitenciam agentes etc. Tercium est eorum sera cognicio cum dicitur Nos insensati vitam eorum estimabamus insaniam.

Non inmerito igitur impii multiplicantur turbabuntur quia secundum contra ipsos stabunt. Primo superiora quia erit iudex ad sentenciandum. Apoc. i. De ore eius gladius acutus ex utraque parte exibat. Quia enim iudex dicitur gladius bis acutus quia incidit corpus et animam. Angeli ad testificandum. Licet enim deus sit iudex et testis. sicut dicitur Ier. xxix. Ego sum iudex et testis dicit dominus. Ad maiorem tamen confusionem utitur pro testibus sanctis angelos adhibebit. Ier. xxxii. Scripsi in libro et signaui et adhibui testes. Job x. Instauras testes tuos contra me. Quilibet sanctus ad conquerendum. Apoc. vi. Usquequo domine sanctus et verus non iudicas et vindicas sanguinem nostrum de hiis qui habitant in terra. Secundo inferiora scilicet vniuersalis creatura ad vlciscendum. Sap. v. Armabit creaturam ad vlcionem inimicorum. Tercio interiora scilicet consciencia ad redarguendum. Ps. Arguam te et statuam contra faciem tuam. Certo contra eos scilicet infinita demonia ad accusandum. Job xvi. Ruge mee testimonium dicunt contra me. Hic refertur ad conscienciam redarguentem. Et suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi. Hic refert ad dyabolum accusantem. Secundo ponitur eorum sera penitencia et confessio cum dicitur Dicent intra se penitenciam agentes etc. Illa autem confessio sive penitencia omnino inutilis erit. Non fiet in debito loco nec debito tempore nec debito modo. Loco quidem debito non fit quia in inferno fiet qui non est locus ad agendum penitenciam sed ad recipiendum penam. Sap. v. Talia dixerunt in inferno illi qui peccauerunt. In inferno enim peccatores penitenciam habebunt sed non agent. Penitebunt enim de culpa non propter offensam dei sed propter penam suam. Et ideo illa talis penitencia non erit sibi ad vitam sed ad supplicium.

Secundo non fiet tempore debito quia post mortem quod non est tempus penitendi sed recipiendi. Apoc. x. Leuauit angelus manum suam ad celum et iurauit per viventem in secula seculorum quia tempus amplius non erit scilicet ad penitendum nisi in presenti vita. Sed ille virgines fatue De quibus dicitur Mt. xxv. Que postquam per mortem dormierunt ad ianuam venerunt dicentes Domine domine aperi nobis. Reprobate sunt. Tercio non fiet modo debito quia in sua penitencia habere non poterunt contricionem nec confessionem nec satisfactionem. Primum quia erunt in malo indurati. Job xli. Cor eius indurabitur quasi lapis. Tamen quia erunt de venia desperati. Jeremie xviii. Desperauimus post cogitaciones nostras ibimus et vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. Mich. i. Desperata est plaga eius. Secundo non poterunt habere confessionem. Ps. In inferno quis confitebitur tibi. Eccli. xvii. A mortuo quasi nichil perit confessio. Tercio non poterunt habere satisfactionem. Tres enim sunt partes satisfactionis scilicet ieiunium, elemosina et oracio. Dampnati igitur liquet preciosum ieiunium obficiet iuxta

illud ysa. lxv° Ecce servi mei comedent et vos esurietis Illud tamen reinim non erit sibi ad vitam sed ad supplicium Ie. xiiij° Cum ieiunaverint non exaudiam preces eorum quia gladio peste et fame ego consumam eos Ideo non poterunt satisfacere per elemosinam Ipsi enim nec elemosinam dabunt nec elemosinam accipient Non enim pietatis elemosinas dabunt quia non indigebunt eo quod ad mensam dei semper sedebunt luc xxij° Edatis et bibatis super mensam meam in regno meo Nec elemosinas a sanctis recipient quia digni non erunt Non enim recipient elemosinam magnam scilicet participacionem meritorum per quam tamen sancti vivant in regno Nam petierunt fatue virgines a prudentibus dicentes Mt xxv° Date nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguntur Nec elemosinam mediocrem per quam saltem protegantur a supplicio De qua dicitur prov. xx° Propter frigus piger arare noluit Mendicabit ergo in estate et non dabitur ei Nec elemosinam minimam per quam saltem eorum pena minuatur in inferno sicut patet luc xvi° in divite illo qui guttam aque modicam accipere non potuit Item non poterunt satisfacere per oracionem quia eorum oraciones a deo non exaudientur prov. primo Tunc invocabunt et non exaudiam Mane consurgent et non invenient me eo quod exosam habuerint disciplinam primo ipsorum oracio fiet in peccatum ps. Oracio eius fiat in peccatum y° Si omnes sancti pro eis orarent eorum preces deus non exaudiret Ie. vij° Tu ergo noli orare pro populo hoc et ne assumas pro eo laudem et oracionem et non obsistas mihi quia non exaudiam te Item poterunt scire cognitos cum dicitur Nos insensati etc. Insensatos tarde se recognoscunt qui insensate vixerunt Dolor enim pena aperit quos culpa claudit Peccatores autem insensatis assimilantur quantum ad sensum affectum actum et signum Primum ad sensum Stultum enim sensum habent qui ignorant quid facere debent

sed plus quam stultum qui ignorat et ignorare se nescit Talis enim sua stulticia putat esse sapientiam talis est peccator qui ignorat dei iusticiam Ro. x° Ignorantes dei iusticiam et suam querentes statuere iusticie dei non sunt subiecti Ideo ipsi tamen ibi in inferno recipient Sap v° Viam autem domini ignoravimus Ideo a deo ignorabuntur Et in terra oblivionis ponentur I cor. xiiij° Siquis ignorat ignorabitur ps. Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua et iusticia tua in terra oblivionis Ignorat etiam se ignorare Et ideo sapientiam dei non querit quia eam habere se credit Nec sua dimittit propter alienam sapientiam prov. xxvj° Sapiencior sibi videtur piger septem viris loquentibus sententias Ibidem xxvj° Vidisti hominem sapientem sibi videri magis illo spem habebit stultus Secundo insensatis assimilantur quantum ad affectum Sicut enim stultus magis diligit unum pomum quam totum suum predium Sic peccator videtur diligere unam modicam delectacionem magis quam celestem hereditatem Tales similes sunt esau qui sicut habetur Gen xxv° pro modica lenticula sua vendidit primogenita Tercio insensatis assimilatur quantum ad actum Esset quidem actus insensati siquis manu propria se occideret siquis spinas ad comburendum se congregaret siquis ad suspendium sponte procederet Sic talis est peccator qui se propria manu occidit Sap xvj° Homo autem occidit quidem per maliciam animam suam Congregat etiam spinas peccatorum unde in inferno comburetur ysa. xxxiij° Spine congregate igni comburentur Vadit etiam sponte ad suspendium infernale ad quod quotidie unam dietam facit In hoc autem persona dicitur Iob vij° Elegit suspendium anima mea et mortem ossa mea Quarto insensatis assimilatur quantum ad signum Sunt enim quidam qui habent signa letargici qui a sompno peccati excitari non possunt Cum tamen dicatur eis

quotidie ssauciatus Ephe. v°. Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te Christus. Quinta qui sunt signa frenetica / qui videntur cachinnare et ridere / et tamen propinqui et alii plorant. Sic peccatores in malo exultant / proverbiorum ij°. letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Aug. 9°. Quid est stulti gaudium / Dicunt doctores. Sed eius leticia est impunita nequicia. Et tamen angeli eos deplorant. Ysa. xxxiii°. Angeli pacis amare flebunt. Quinta qui sunt signa arrepticij / qui deum blasphemant. Apoc. xvj°. Blasphemauerunt homines deum. Sexto peccatores lacerant. Job xix°. Quare laceratis animam meam dentibus meis. Nos mordent detrahendo. Gal. v°. Quod si inuicem mordetis / et comeditis / videte ne ab inuicem consumamini.

Ostendit ei lignum quod cum misisset in aquas / in dulcedinem verse sunt. Per autem istud misterium tangi ad sectam crucis inuentionem. Tunc enim dominus lignum ostendit quod crucis constitutionem in celo monstrauit / licet hoc dictum sit in Exod. xv°. capitulo. Verbum sicut in historia liquet satis notatur. Cum enim populus iste aquas pre nimia sua amaritudine bibere non posset / dominus ostendit Moysi lignum quod cum in aquas amaras misisset in dulcedinem verse sunt. Vel etiam istud misterium tunc fuit renouatum quando Jude in terre visceribus crucem absconsam ostendit / et tunc aque tribulacionum verse sunt in dulcedinem consolacionum. In hiis igitur verbis duo notantur. Primum est sancte crucis miraculosa ostensio. cum dicit Ostendit ei lignum / Secundum est ostense crucis virtuosa operacio / cum dicit Quod cum misisset in aquas in dulcedinem verse sunt. Circa primum notandum quod lignum sancte crucis per multa signa et indicia est ostensum. Quedam signorum et indiciorum quedam fuit

ante inuencionem. Quedam in ipsa inuencione. Quedam post ipsam inuencionem. Ante inuencionem quidem ipsa crux ab angelis fuit ostensa / in celo fuit visa / claritate mirabili circumfusa / litteris aureis insignita et victorie effectiua. Sed hiis significatur et intelligitur quantum pro virtus crucis prima est qua angelos reparauit. Quod figuratur per hoc / quod angelus eam ostendit. Valde quidem lignum sancte crucis honorat angelus / per quam se reparatum esse non dubitat. Col. j°. pacificans per sanguinem crucis eius siue que in terris sunt siue que in celis. Et in hoc fallit regula illa que dicit Per portis duobus extremis ponitur medium. Hoc enim quia Christus pacificauit celum angelorum cum terra hominum / et tamen non pacificat aerem demonum. quia sunt in sua malicia obstinati. Secunda virtus est quia celos reserauit. Quod figuratur per hoc quod in celo apparuit. Clausum quidem erat celum et omnes descendebant ad infernum / sed post passionem dixit Stephanus Act. vij°. Video celos apertos. Ideo vocatur clauis. Ysa. xxij. Dabo clauem domus Dauid super humerum eius. Clauem enim sanctum glos. autem appellat / quia Christus portans humeris baiolauit In humeris notatur pondus laboris / Christus igitur clauem in humeris habuit / quia cum labore actionis et pondere passionis celos aperuit. Ysa. j°. laboraui sustinens. Aliqui autem ianitores clauem manu portant. Quia postquam principalis ianitor scilicet Christus ianuam ipsam clausam semel aperuit / ad modicum laborem per nos spatiis celis aperit. Sunt autem quidam qui clauem crucis primo vecte portant in humeris / quia primo asperitate despiciunt hec portant in manum / quia nec etiam parua opera prime faciunt / sed portant in sinu / quia ab omni bona operacione torpescunt / Prouerb. xix°. Abscondit piger manum. Tertia virtus est. quia mundum illuminauit / quod signatur per hoc / quod cum nimio splendore apparuit. Mundus enim totus erat caliginosus / sed per signum

cantis est illuminatus. Ysa. xiiij°. Super
montem caliginosum levate signum.
Apoc. x°. Vidi angelum fortem descen-
dentem de celo amictum nube et yris
in capite eius et facies eius erat ut
sol. Iste angelus nube amictus yride
insignitus, instar solis lucidus signat
Christum qui fuit amictus nube i. humana
carne. Ysa. xix°. Ascendet deus super
nubem levem et ingredietur egyptum,
qui fuit insignitus yride i. tunica que
signum reconciliacionis. Gen. ix°. Po-
nam arcum meum. que tamquam iris
habuit colorem rubeum ex sanguinis
effusione, colorem aqueum ex aqua lateris
emanatione, colorem viridem ex livorum
impressione. Instar solis fuit lucidus
quia misteriis crucis tenebras infidelitatis
abstulit, et lumen veritatis eduxit.
Tercia virtus est, quia infernum ex-
spoliavit. Quod figuratur per hoc quod
victorie insignita fuit. Zach. ix°.
Tu quoque in sanguine testamenti
tui eduxisti vinctos de lacu, in
quo non erat aqua. Ysa. xiiij°. Infer-
nus subtus conturbatus est in occursu
adventus tui. Infernus subtus erat lo-
cus dampnatorum, est locus dampnatorum
et iste non conturbatus. Infernus superior erat
limbus patrum, et iste est contristatus.
Infernus quasi medius inter hec est lo-
cus purgatorii. Et iste est confortatus.
Ysa. ix°. Populus qui ambulabat in te-
nebris vidit lucem magnam, habitantibus
in regione umbre mortis, lux orta
est eis. Quo ad illos qui erant in pur-
gatorio. Secunda virtus est, quia
de carne, mundo et dyabolo victoriam
fecit. Quod figuratur per hoc quod constantium
virtute crucis omnes hostes convincit.
Ioh. xii°. Nunc iudicium est mundi. Hoc
quantum ad victoriam de mundo. Nunc
princeps mundi huius eicietur foras. Hoc
quantum ad victoriam dyaboli. Et ego
si exaltatus fuero a terra, omnia traham
ad me ipsum. Hoc quantum ad victoriam
de carne. Virtute enim crucis omnia que
sunt in homine ad se trahit. Anima

et anima ad se diligendum, et carnem
ad sibi serviendum. Sic tractus erat sicut
se totum ille qui dicebat. Cor meum
et caro mea exultaverunt in deum vivum.
Infelix ille qui nulla crucis vir-
tutibus sancte crucis se sentit. Primo
quia privatur angelica societate. Qui autem
angelorum societate privatur, societati de-
monum mancipatur. Iob xviij°. Habitent
in thabernaculo illius socii eius qui non
est i. demonis. Secundo quia privat se
celesti amenitate claudendo sibi
celum. De quo habetur Gen. xxx°. Celo
anima cum venit ollerum emit clausa
est ianua. Et tamen dicitur Apoc. xxi°.
Porte eius non claudentur. Et de
legitur et de porta inferni, quia erat
aperta. Ysa. v°. Dilatavit infernus
animam suam et aperuit os suum absque
ullo termino, deubi quod erat clausa.
Ysa. xxiiij°. Congregabuntur in con-
gregatione unius fascis in lacum et clau-
dentur ibi in carcere. Post utrumque
verum est. Nam post diem iudicii ia-
nua paradisi et inferni erit aperta quo
ad beatos ut videant penam impiorum,
ut gloria sua magis eis placeat, et
maiores deo gratias reddat. Quo
ad dampnatos vero utraque ianua clau-
sa erit, licet eum modo mali videant
gloriam sanctorum, ut invidia torqueant
quod sancti tantam gloriam possidebunt
et possidet, et dolore crucientur quod talem
gloriam amiserunt. Post diem tamen iudi-
cii illa visione privabuntur, ut propter
hoc pena eis minuetur, sed augebi-
tur. Tum quia memoriam habebunt fa-
ctorum quos aliquando viderunt. Tum
quia sciet se reputari indignos ut
veram gloriam videant. Tercio quia
privat se lumine gracie. Iob xxiiij°.
Ipsi rebelles fuerunt lumini. In rebel-
lione est resistencia ex parte utriusque.
Resistit quidem deus peccatori ne pro-
cedat ad malefaciendum. Osee ij°.
Ecce ego sepiam viam tuam spinis. Re-
sistit eciam peccator deo, ne graciam
sibi infundat ad sibi serviendum. Iob
xxi°. Qui dixerunt deo recede a nobis

stiam viarum tuarum nolumus. Certo
quia sibi aperit ingressum infernalis
vehementer. Tales sunt de quibus dicitur
Ysa. xxviij°. Pepigimus fedus cum mor-
te et cum inferno fecimus pactum.
Quinto quia sub mundi dyaboli et car-
nis se redigit servitute. Joh. viij°.
Omnis qui facit peccatum servus est peccati.
P° Secundo sunt quedam signa et indicia in-
veniendi, per que scilicet ipsa crux est inven-
ta et manifestata. Manifestata quidem
est per devotam oracionem. Quia ipse Ju-
das devote oravit, per terre commocionem
quia post oracionem terra mota fuit, per
odoris exalacionem, quia post commocionem
terre suavissimus odor sentitur, per pro-
funda fossionem, quia post hec olim
viginti passus terram fodit et crucem
invenit. Per hoc significatur quod vera crux
et gracia crucifixi per ista quatuor ob-
tinentur. Primo per instanciam oracionis
unde Greg. primo dicit: Cum Moyses
ad dominum clamavit, deus sibi lignum ostendit.
Prover. viij°. Qui mane vigilaverint
ad me invenient me. Non dixit de-
sero vel qui nocte, sed qui mane. Ideo
vigilat qui in iuventute vel in morte
deum invenire laborat. Nocte vi-
gilare volunt qui post mortem deum
invenire concupiscunt. Mane vero vigi-
lant qui in iuventute et sanitate ope-
ribus bonis insudant. Mane igitur vi-
gilantes de facili, sero vel tarde noc-
te aut numquam inveniunt. Secundo per
contemptum terrenorum ut scilicet affectus
terrenorum qui cadit sursum in racione
moveat et descendat et fiat in sensua-
litate. Hebr. xiij°. Exeamus ad eum
extra castra improperium eius portantes.
Non enim pepigimus exire extra mundum
per habitacionem, sed per conversacionem et affe-
ctionem, sicut dictum fuit Abrahe Gen.
xij°. Egredere de terra tua et de cognacione
tua etc. Sic exierat qui dicebat
Phil. iij°. Omnia arbitror ut stercora
ut xpm lucrifaciam. Tercio per fra-
granciam virtutum et fetore desideriorum
quod notatur Mar. ult. per illas mulieres
que cum aromatibus ad monumentum
xpi pergentes xpm invenire me-
ruerunt. Ubi dicit Gregorius in omelia:
Ille mulieres superius tunc aspiciunt
que cum virtutum odoribus ad deum per sancta
desideria perficiunt. Ipse enim sponsus
attrahit ab odore virtutis et puritatis.
Cant. j°. Lectulus noster floridus. Ab odore
humilitatis. Ibidem: Cum esset rex in ac-
cubitu suo, nardus mea dedit odorem
suum. Ab odore sancte operacionis. Cant.
ij°. Vinee florentes dederunt odorem
suum. Quarto per abieccionem omnium superfluorum
quod significatur in fossione. Qui enim vir-
tute crucis invenire desiderat, necesse
est ut superfluas et nocivas cogitaciones
a seipso repellat. Et ipsa enim crucis
nobis provenit potencia, qua sumus re-
dempti, thesaurus quo sumus ditati, et
aqua qua sumus abluti. Denique
igitur cor nostrum fode ut invenias pre-
ciosa nostre redemcionis thesaurum nostre
ditacionis. De hiis duobus dicitur Prover.
ij°. Si quesieris eam quasi pecuniam et sicut
thesauros effoderis illam etc. Ut invenias
aquam nostre ablucionis. iiij° Reg.
iij°. Facite alveum torrentis hunc
fossas et fossas et alveus iste reple-
bitur aqua. Tercio sunt quedam signa
et indicia post invencionem. Manifesta-
tum est enim ipsam esse veram crucem
per quatuor, scilicet per infirmi sanacionem.
Quia cum tres cruces fuissent invente
et que esset crux christi pro certo nescia-
retur, apposuit duabus crucibus super
quandam mulierem semimortuam, ut dicitur
in hystoria ecclesiastica. Remedium nullum
sensit. Apposita vero tercia protinus sa-
nata surrexit. Per mortui suscitacionem.
Cum enim quidam mortuus deferretur
ad maiorem certitudinem super corpus de-
functi duas primas cruces posuit
sed cum nichil proficerent, terciam apposuit
et ille protinus resurrexit. Per tituli inscri-
pcionem. Licet enim dubitatum erat quod
esset vera crux christi, et per infirmi sana-
cionem et per mortui suscitacionem, ad omnem
tamen ambiguitatem removendam titulum
quem Pylatus sibi fecit reperientes quod
ibi invenerunt et legerunt ut dicit Ambro.
Per dyaboli lamentabilem questionem. Cum

cum fortissimum sit testimonium ab adversa-
rio prolatum. Dyabolus ipsum cum vero
se lamentando confessus est dicens O
Juda quid hoc fecisti Jude meo contra
operatus es. Nam iste fecit proditionem
et tu Ihesu invenisti crucem. Ista autem
non vacat a misterio sed multiplex sit
predicta sacramento. Dicit enim textus quod
hec quatuor inventa ab aliis crucibus est
cognita. Et per illa quatuor que ad
sancte crucis misterium pertinebat congno-
scuntur. Homo quidem erat mortuus
in bonis operationibus vel debilis et infirmus
debilis vel delicatus et dyabolo captivus con-
vinctus. Sed per crucis misterium homo est
a morte peccati resuscitatus. Col. ii°
Et vos cum mortui essetis in delictis
convivificavit donans vobis omnia delicta.
Eph. v° apostolus quod dixit Surge qui dor-
mis et exurge a mortuis et illuminabit
te Christus. Ideo assimilat se Christus pel-
licano qui sepius cum rostro vul-
nerans pullos mortuos sanguinis
aspersione vivificat. Secundo est ab infir-
mitate sanatus ut iam non sit debilis sed
fortis ad bonum. Homo quidem opera
fortia non agit sive quia in se debi-
litate premitur sive quia aliunde impeditur.
Sed crux post hominem et est baculus quo sus-
tentetur et virga qua compellatur.
Unde ps. Virga tua et baculus tuus ipsa
me consolata sunt. Tertio est in dei
ministerio et milicie ascriptus. Istud est cum
thau de quo dicitur legitur Ezech. ix° Signa
thau super frontes virorum gementium
Omnem autem super quem videritis signum
thau ne occidatis. Apoc. iii° Scri-
bam super eum nomen dei mei et nomen
meum novum. Quarto est a potestate dyaboli
dimissus. Num. xxiiii° Consurget virga
de Israel et percutiet duces Moab. Hoc
significatum est Zach. iii°. ubi dominus
dixit Increpet in te dominus sathan
Et dixit ad Ihesum Ecce abstuli a te
iniquitatem tuam et indui te muta-
toriis. In horum quatuor signatione in pas-
sione Christi quedam fuit a mortuis resu-
scitatum Mt. xxvii° Multa corpora
sanctorum qui dormierant resurrexerunt.
Quedam fuit ab infirmitate sanati

sicut Longinus qui de sanguine Christi
oculos caligantes perliniens clare vi-
dit. Quidam celesti milicie ascripti
sicut latro cui dixit dominus Luc. xxiii°
Amen dico tibi hodie mecum eris in
paradiso. Demones autem penitus dissi-
pati. Hebr. ii° per mortem eum qui ha-
bebat mortis imperium id est dyabolum.
Secundo notatur crucis virtus virtuosa
operatio cum dicitur Cum misisset in aquas
in dulcedine verse sunt. Ita quod
secundum quod aque sunt multe cum
tribulationum. ps. Salvum me fac deus
quoniam intraverunt aque usque ad animam meam.
Significant multitudinem populorum Apoc. xvii° A-
quas quas vidisti ubi meretrix sedet
populi sunt et gentes. Significant estus ferven-
tium desideriorum. Prov. xxv° Aqua fri-
gida anime sicienti etc. Ita sit dicitur
Prov. xiii° Spes que differtur affligit
animam. Primum igitur scilicet aque tribulationum e-
rant ex parte constantini qui post adven-
tum hostium erat sollicitus valde et
oculos ad celum crebro levabat ut
Paralipp. xx° Cum ignoramus quid
agere debemus hoc solum habemus
residui ut oculos nostros dirigamus ad te.
Secundum scilicet aque populorum erant ex parte
Maxencii tyranni qui congregata
maxima multitudine populorum Constantinum
de imperio volebat eicere. Hester xiiii°
Miserere populo tuo quia volunt nos
inimici nostri perdere. Tercium scilicet aque
ferventium desideriorum erant ex parte
Helene que ferventer desiderabat crucem
domini invenire unde ipsa dixit Com-
ple desiderium meum ut ondas michi
ubi absconditum est preciosum lignum
dominicum. Sed per lignum sancte crucis
dulcorate sunt iste aque tribulationum in
Constantino. Dulcorate quidem sunt per
hostium superationem. ps. Fac mecum signum
in bono ut videant qui me oderunt
et confundantur quoniam tu domine adiuvisti
me et consolatus es me. Dulcorate sunt
populorum acceptationem populus enim Maxencii
qui prius erat rebellis et infidelis signo
crucis contra Constantinum procedente
versus est ad pacem et ad fidelem. Hoc
significatum est Num. xx° In virga que

de petra aqua produxit. Ita xpc
virtute sancte crucis de divina gratia
aqua produxit gratiarum. Tercio ad
servencium desideriorum in helena dulco-
ratur sit per sancte crucis inventionem.
Prov. xiii° lignum vite desiderium
veniens. Ibidem Desiderium si com-
pleatur delectat animam etc.

Erit tamquam lignum quod plantatum
est secus decursus aquarum
quod fructum suum dabit in tempore
suo. ps. Istud lignum secus aquas pla-
tatum. sicut lignum sancte crucis quod fuit
plantatum secus aquas. Vel aquas
materiales quia fuit in probatica pi-
scina inventum. Vel aquas sacramenta-
les quia fuit aquis salvatoris ir-
rigatum. De quibus aquis dicitur
Ysa. xii° Haurietis aquas in gaudio
de fontibus salvatoris. Vel aquas
spirituales quia lacrimis compassionis
et devocionis est sepius irrigandum.
Eccli. xxii° Super mortuum fle quoniam
ploiit defecit enim lux eius. Istud et
lignum secus aquas plantatum.
in verbis premissis a duobus commendatur.
Primo a laudabili plantacione cum dicitur
Erit tamquam lignum quod plantatum est etc.
Secundo ab utili fructificacione cum dicitur
quod fructum suum dabit etc. Circa primum
notandum. Nam istud lignum crucis quantum
ad aliqua sui partem multipliciter
fuit plantatum. Primo vero in terrestri
paradiso. prout in aliquibus hystoriis
invenitur. Cum scilicet angelus domini Seth
filio Ade ad ianuam paradisi depor-
tavit et sibi ramum ligni in quo Adam
peccaverat dedit. Secundo fuit planta-
ta in libano. Tercio fuit positum pro pon-
te in flumine. Nam sicut legitur Cum
in arborem magnam crevisset et tem-
pore Salomonis pro tempore officiis incisum
fuisset. nunquam alicubi apte poterat
collocari. Ideo super quendam locum pro pon-
te positum est. Quarto fuit abscon-
ditum in profunda humo. Nam cum
regina Saba in spiritu cognovisset quod in
illo ligno suspendendus erat salvator.
Salomoni nunciavit quod per illud lignum
regnum Iudeorum destrueretur. Et ideo Salomon
in profundissima humo ipsum abscon-
di fecit. Quinto inventum est in aqua
probatice piscine. ubi tempore dominice
passionis supernatavit. ita quod aqua
illa tam ex motu angeli quam ex virtu-
te ligni virtutem sanandi accepit.
Sexto sumptum et plantatum fuit in
monte calvarie. Septimo fuit absconditum
sed hodie revelatum de visceribus terre.
Hec autem tam multiplex plantacio sive
locacio ligni crucis fortuitu facta non
est. sed multiplici sacramento plena esse
videtur. Primo igitur plantatum fuit li-
gnum hoc iuxta aliquarum hystoriarum
relacionem in paradiso terrestri. Quod satis
conveniens est videre. Primum igitur lignum
paradisi fuit homini causa mortis divine
offensionis et sue eieccionis. Conve-
niens fuit ut per illud lignum de mor-
te transiret ad vitam. hoc est illud
lignum de quo dicitur Apoc. ii° vincenti
dabo edere de ligno vite quod est in pa-
radiso dei mei. Secundo ut de offensa
reciperetur ad graciam. hec est illa vir-
ga Assueri de qua dicitur Hester iiii°
Nisi forte rex auream virgam ad
eum tetenderit pro signo clemencie. Ibi-
dem v°. Extendit rex contra eam virgam
auream qua tenebat manu etc. Exod.
xvii° Accede et tange sceptrum. ps. Fac
mecum signum in bonum etc. Tercio conveniens
fuit ut per lignum de exilio revocetur
ad patriam. Est enim navis per quam
homo per mare huius seculi transit ad
portum paradisi. Sap. xiiii° Exiguo
ligno credunt homines animas su-
as. et transeuntes mare per ratem li-
berati sunt. per quam homo non involvitur
fluctibus viciorum. Et infra ibidem Cum
perirent superbi gigantes spes orbis
terrarum ad ratem fugiens etc. per quam
xpus ad patriam suam devenit. Math. ix°
Ascendens ihesus in naviculam transfretavit
et venit in civitatem suam. Luc. ulti.
Oportuit xpm pati et ita intrare in gloriam
suam. Secundo lignum autem fuit planta-
tum in lybano. libanus est mons
altus ubi nascitur thus miri odoris.

qui erat candidus siue albus interpretatur. Conueniens igitur lignum crucis in libano fuit plantatum, quia fuit altum Ezechiel xvij. Exaltaui lignum humile. Ecclesiastici xxiiij. Quasi cedrus exaltata sum in libano. Quia fuit odoriferum Cant. j. Cum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Quia fuit album Joel j. Ficum meam decorticauit, albi facti sunt rami eius. Hec autem dicuntur de ligno crucis per effectum. Homo quidem erat nimium humiliatus. Psalmista Humiliatus sum usquequaque. Fetore peccati infectus Joel j. Computruerunt iumenta in stercore suo. Nigredine deformis Tren. iiij. Denigrata est super carbones facies eorum. Est igitur lignum crucis altum, quia hominem nimis humilem exaltauit. Prouerbiorum iiij. Arripe illam scilicet sapienciam in cruce contemplans et exaltabit te. Ideo ipsam passionem christus vocat exaltacionem Johannis xij. Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Est odoriferum, quia hominem peccato fetidum deo reconciliauit Romanos v. Cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius. Genesis viij. Odoratus est dominus odorem suauitatis, et ait: Nequaquam ultra maledicam terre propter homines. Est candidum siue album, ut hominem nigrum dealbaret. Apocalipsis vij. Lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni. Tercio ipsum lignum crucis fuit positum pro ponte in fluuio. Mare periculosum est mundus, in quo multa periclitabantur. Ideo christus dominus parauit homini nauem, thabulam et pontem. Nauis est baptismus in quo homo innocenciam recuperat, per quam securus ad patriam festinat. j Petri iij. In diebus Noe cum fabricaretur archa in qua pauce, id est octo anime salue facte sunt per aquam, quod et nos nunc similis forme saluos facit baptisma etc. Sed quia istam nauem homo sepe frangit, ideo deus sibi thabulam penitencie post passum naufragium preparauit. ij Paralipomenon v. Nichil erat in archa nisi due thabule. In archa enim ecclesie post fractam nauem innocencie sunt tabule penitencie, que penitencia dicitur in plurali, quia debet agi de commissis et obmissis. Ideo dicit Jeronimus quod penitencia est secunda thabula post naufragium. Sed quia homo sepe perdit tabulam penitencie, ideo deus preparauit sibi pontem crucis sue. In quo quidem ponte ut homo securus transeat corpus suum patibulo extendit. Psalmista Extendens celum, id est christum celestem, sicut pellem. Corpus extensum clauis configi voluit. Deinde pila lapidum id est diuersorum suppliciorum subesse fabricari permisit Johannis viij. Tulerunt lapides iudei ut iacerent in eum. Quarto lignum crucis a Salomone fuit absconditum in profunda humo, ad signandum quod misterium crucis erat iudeis absconditum, cum illud pro scandalo haberent, futurum erat gentilibus et prophetis altum et profundum, ad illud non attingerent, sed stulticiam reputarent. In cordibus autem fidelium erat per magnam reuerenciam reconditum, cum ipsum dei virtutem et sapienciam crederent. De hijs ibi dicitur j ad Corinthios j. Predicamus christum crucifixum, iudeis quidem scandalum, gentibus autem stulticiam, ipsis autem iudeis atque grecis dei virtutem et dei sapienciam. Quinto lignum crucis mansit in aqua probatice piscine. Dicitur autem probatica a probaton, quod est ouis, quia ibi Nazarei hostias abluebant. Piscina autem dicitur, quia quelibet aqua collecta habens pisces piscina vocatur. Conueniebat igitur ibi lignum crucis mansit, ad signandum quod in illo ligno immolanda erat vera ouis in sacrificium. Ysaie liij. Sicut ouis ad occisionem ducetur etc. Ibi lauande erant anime nostre a sordibus viciorum. Apocalipsis j. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ibi assandus erat christus verus piscis igne passionis. Psalmista Igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas. Sexto lignum crucis fixum fuit in monte caluarie. Caluaria autem est os humani capitis

Dicitur aut locus caluarie quia rei
decapitabantur ibidem. Conueniens
igitur lignum crucis in monte calua-
rie positum fuit, quia homo, qui ca-
put suum perdidit per illud lignum
recuperauit. Xpus namque est caput
hominis. Racio est caput anime, vir
aut est caput mulieris. Istud triplex
caput homo perdidit, quia nec homo
obediebat, nec ratio racionem vincebat
et femina dyabolum sibi caput fecit. Per
lignum aut sancte crucis xpus factus est
caput ecclesie. Col. jo. Ipse est caput cor-
poris ecclesie etc. Ipsa vero racio facta
est caput anime, ut scilicet animam a
recte illuminet et regat. Eccl. ijo.
Sapientis oculi in capite eius. Ipse
vir factus est caput anime, ut eam
instruat, dirigat et informet. Eph.
vo. Vir caput est mulieris, sic et xpus
ecclesie. Caput enim dyaboli mulier per
virginem contriuit. Gen. iijo. Ipsa con-
teret caput tuum. Septimo fuit occulta-
ta, sed hodie de visceribus terre reuela-
ta. Non enim decens erat, quod sub terra
iaceret. Primo quia est candelabrum
nostre illuminationis. Dicit autem
lucerna non debet abscondi. Ita et cande-
labrum comparari. Lucerna enim in
candelabro lucens xpus est in cruce
pendens. Mt. vo. Neque accendunt lucernam
et ponunt eam sub modio sed super cande-
labrum etc. Secundo quia est vexillum
nostre triumphalis debellacionis. Vexil-
lum aut non debet abscondi sed contra hostes
eleuari. Ysa. lijo. Super montem caligi-
nosum i. dyabolum leuate signum. In
isto vexillo hasta est lancea, funis i-
psa crux, tela est caro xpi purissi-
ma in cruce extensa, pictura aut
est facta de rubeo sui sanguinis. Cap.
viijo. plinicus rubea et rubicundum
faciens suo colorem. Ysa. lxiijo. Quare
rubrum est indumentum tuum etc. De nigro
sui liuoris. Ysa. liijo. Liuore eius sa-
nati sumus. De albo aque de latere
emanantis. Cant. vo. Dilectus meus candi-
dus et rubicundus. Istud igitur vexillum
non erat abscondendum, sed super celsa

figendum. Ysaie xxijo. Figam illum
paxillum in loco fideli, et suspendam
super omnem gloriam domus patris eius
vasorum diuersa genera. Omne vas
paruulum a vasis cratherarum usque ad omne
vas musicorum. Consuetudo fuit antiquitus
quod res perdita in palo suspendebatur.
Sic et in xpo tamquam in paxillo omnia
sunt suspensa et restaurata. Eph. jo.
In xpo instaurare omnia, que in celis
et que in terris sunt. In ipso ergo suspenditur
omnis gloria patris sui et omnes fideles.
Sed quidam altius, quidam minus alte.
Job xijo. Si exaltatus fuero a terra omnia
traham ad meipsum. Suspenditur ergo
vas paruulum i. simplices layci. Vasa
cratherarum i. diuini predicatores vinum sa-
cre scripture inebriantes. Vas musicorum
i. contemplatiui deo dulcem sonum redden-
tes. Tercio quia est clauis celestis
reseracionis. Clauis aut non debet teneri
abscondita sed semper parata. Ysa. xxijo.
Dabo clauem domus dauid super hu-
merum eius etc. Quarto quia est scala no-
stre ascensionis. Scala aut non debet
esse abscondita sed semper erecta. Hec est sca-
la de qua dicitur Gen. xxviijo. Vidit
Jacob scalam stantem super terram et
cacumen illius tangens celos. Octauo
lignum crucis commendatur ab utili fru-
ctificatione, ut dicitur Ezech. Fructum suum
dabit etc. Hoc enim lignum commendabile
est quantum ad folia, quantum ad flores,
quantum ad fructus et quantum ad liquores
emanantes. Siquidem folia sunt xpi
verba, flores sunt virtutes, fructus
est pendens corpus, liquor est sanguis
effusus. Folia igitur huius ligni valent
ad medendum. Ezech. xlvijo. Et erunt
fructus eius in cibum, et folia eius
in medicinam, sicut quando anima qui
dixit: Hodie mecum eris in paradiso.
Cum gulam curando dixit Sicio etc.
Flores valent ad mutandum. Cant. ijo.
Flores apparuerunt in terra nostra i. in
corpore. Sed in nobis aduenit tempus pu-
tacionis vitiorum. Fructus valet ad refi-
ciendum. Cant. vijo. Ascendam in palmam

z apphendi fructy eius. Lign̄ ad po-
tand Joh. vj°. Caro mea vere ē cib,
z sangis meus vere ē potus/ Cuiꝰ
sc̄ carn xp̄i nobis in passioē pacati con-
tribet/ humilitate commendat/ obedienā
implet/ caritate perficat/ huius vir-
tutis gemme: quatuor cornua cr̄ucis
ornatur/ z est supeminēs caritas
a dextris/ obedientia a sinistris/ pacientia
in profunda humilitas in alto/

Quasi cedrus exaltata
sum in lybano: q̄si cypressus
in mōte syon/ q̄si palma
exaltata sum in cades. Et infra.
Quasi olyua speciosa in campis.
Ecc̄i xxiiij°/ In cruce domini quatuor
ligna fuisse dicunt. Ita pes crucis
siue truncus. qui in terra figebatur/ dicitur
fuisse de cedro. Stipes qui in altum
eregebatur de cypresso/ Brachia siue
transuersale lignum de palma/ Tabu-
la/ supposita in qua erat titulus de
olyua. De ista conpluri diu lignorum
sic dicit Aug. in li° de gr̄a veteris
z noui testamenti. Non frustra tale
genus mortis elegit/ vt latitudinis
z altitudinis z longitudinis z profundi-
tatis/ de quibus aplus loquitur magister con-
stet. Ita latitudo est in eo ligno/ quod
transuersum desuper figitur/ hoc ad bona
opera pertinet/ quia ibi extenduntur ma-
nus/ longitudo est in eo/ quod ab ipso
ligno vsque ad terram conspicuum ē/ ibi
quodammodo stat z persistit z perseuerat
quod longanimitati tribuitur. Altitudo
est in ea ligni parte/ q̄ ab illa q̄
transuersa figitur. sursum versus celum
relinquitur/ hoc est ad caput crucifixi
quia bonum sperantium superna expectatio ē
Iam vero illo ex ligno. quod fixum
occultatur in terra/ vnde totum illud con-
surgit/ significat profunditatem gratuite gra-
cie. Ista autem quadruplex diu lignorum
notatur in premissis vbis eo ordine
quo enumerata sunt. Ista autem quatuor li-
gna in cruce dominica non fuerunt casu
posita/ sed a diuina ordinacione sic dis-
posita. Et id racionem horum videamus/

Cedrus commendabilis est/ quantum ad sui
altitudinem: quantum ad fructus qualitatem
z quantum ad succum siue liquorem. Al-
titudo eius tanta ē vt sicut dicit Rabanus
Altissima est omnium arborum regionis
ac domina/ per quod signatur altitudo crucis.
Que quidem alta fuit in celo ad a-
periendum. Ysa. xxij°/ dabo clauem do-
mus dauid super humerum eius z aperiet
z non erit qui claudat etc. vnde exponit
glosa de cruce/ Secundo fuit alta in
inferno ad percutiendum quia dyabolum
percussit. Num. xxiiij°. Consurget virga
de ysrael/ z percuciet duces moab
i. demones/ quia moab interpretatur
ex patre. Et filium de quo dicitur
Vos ex patre dyabolo estis. Tercio est
alta in mundo quia est scala ad
ascendendum. Gen. xxviij°/ Vidit
Jacob in sompnis scalam stantem super
terram z cacumen illius tangens celum
angelos quoque ascendentes z descendentes
per eam z dominum innixum scale. Ista sca-
la fuit super terram. quia redemit ho-
mines/ sed cacumine eius tangebat ce-
los/ quia reconciliauit homines deo z
angelis/ huic scale dominus fuit in-
nixus. quia cruci fuit affixus. An-
geli quoque i. angelici viri per hanc scalam
ascendunt per contemplacionem/ sed descen-
dunt per operacionem. Quarto erit al-
ta in iudicio/ quia erit signum ad te-
stificandum/ testificabitur enim contra malos
quomodo iuste sunt dampnati. Ys. xiij°. Su-
per montem babilonis leuate signum.
Testificabitur eciam pro bonis quomodo miseri-
corditer sunt saluati. Ys. iiij° leuate
signum in syon i. in sanctos/ qui diu
spectati sunt per fidem z deuocionem
Ysa. lxvj°. videbunt gloriam meam
z ponam in eis signum/ Secundo commenda-
bilis est cedrus quantum ad fru-
ctus sui qualitatem/ Cuiusquidem eius po-
ma in aliqua sui parte dicuntur esse
dulcia/ in aliqua acetosa/ z in ali-
qua inter dulce z acetosum media.
Per quod figuratur quod in cruce Christi diuinitus

ex toto plena fuit dulcedine / quia
carne et anima paciente nullum sensit
dolorem. Vnde cum puer dixit Sil-
uester. Cum arbor huius solis splen-
dore incendit / totum quidem arboris
suscipit splendor. Vero ab incisione
humanis expersit / sic carne paciente
nulli passioni deitas subiacuit. Ter-
cio ex toto fuit plena dolore et amari-
tudine. Ysa. i. A planta pedis vsque
ad verticem non est in eo sanitas. Ter-
cia vero et fuit plena dolore / in-
quantum natura sue relicta paciebatur.
Et fuit plena dulcedine / inquantum
leticia deitatis fruebatur. Ps. Con-
scidisti saccum meum / i. corpus meum di-
uinitate xpi / erat dolor inquantum pa-
ciebatur / et circumdedisti me leticia / erat
gaudium quo fruebatur. Tercio cedrus
commendabilis est, quantum ad suam siue
emanacionem liquoris de arbore. Ille li-
quor caligine oculorum detergit
vermes aurium occidit / morsus ser-
pentum curat / tineam fautum sedat
carnes a putredine seruat. Hic li-
quor i. sanguis huius cedri i. crucis
detergit caliginem cecitatis / quia est
collirium dei. Apoc. iii. Collirio in-
unge oculos tuos vt videas. Occidit
vermem remordentis consciencie / quia est
electuarium dei / Eccl. xxxviii. Altissimus
de terra creauit medicinam / et vir pru-
dens non abhorrebit illam. Expellit
venenum temptatoris dyaboli / quia est
tyriaca dei, quod signatum est Num. xxi.
in serpente eneo quem fecit moyses ad cuius
aspectum a morsibus sanabantur. Ille enim
serpens in palo positus signabat xpm
prout fuit in cruce affixus / sicut dicitur
Ioh. iii. Sicut exaltatus est serpens
in deserto ita exaltari oportet filium
hominis etc. Deprimit tumorem superbie
quia est emplastrum dei. Istud
autem emplastrum confectum est de spe-
cie aromatica diuinitatis / de herba car-
nis mortalis / de flore anime redo-
lentis / et desuper infuso liquore sanguinis.
Preseruat a fetore mortalis culpe / quia
est balsamum dei. Eccl. xxiiii. Sicut

balsamum non mixtum odor meus. Cuius
enim sanguis fuit purissimus / non so-
phisticatus per aliquem humorem admix-
tus. sed sanguis verus et preciosus. Quintum
lignum fuit cypressus. Est autem cypressus
lignum arbor. Tumore (?) respirate venu-
sta / odorifera et virtuosa. Hec arbor
que fuit valde venusta / in ramis
suis enim rami fuerunt inebriati (?). Tunc
quidem fuerunt gemmati / per omnem virtutum
decorem / vnde dixit beatus Andreas
Salue crux que ex membris domini quasi
ex margaritis ornata. Fuerunt albi
per innocencie candorem. Iohel i. Albi
facti sunt rami eius. Fuerunt rubei
per sanguinis aspersionem. Ysaie lxiii.
Quare rubrum est indumentum tuum etc.
Fuerunt nigri per liuorem. Apoc. vi.
Sol factus est niger tamquam saccus ci-
licinus. Secundo cypressus est arbor odori-
fera cuius odor guttantes (?) restat. fe-
torem expellit / et serpentes tollit et
occidit. Hec et crux xpi fuit odorifera
cuius odor placauit deum. Cant. i.
Cum esset rex in accubitu suo. Nardus
mea dedit odorem suum. Gen. viii.
Obtulit Noe holocausta super altare
odoratusque est dominus odorem suauitatis
Et ait. Nequaquam vltra maledicam terre
propter homines. Secundo purgauit mundum
Licet enim mundus fetore plenus / sed
tamen odor de cruce emanauit / qui
ipsum expulit. Ita vt omnes dicere
possint Cant. i. Trahe me post te
et curremus in odore vnguentorum. Tercio
occidit dyabolum. Ideo odor eius a serpentibus (?)
miratur / qui occidit omnes. Eccl. xxiiii.
Sicut mirra electa dedi suauitatem
odoris. Tercio cypressus est arbor vir-
tuosa / habet enim cum suo succo lacrima
virtutem glutinandi / fluxum veniarum (?)
restringendi / et dolorem capitis sa-
nandi. Hic et sanguis crucis hominem
deo conglutinauit per amorem. Ysa.
xli. Glutino bonum est. Iere. xxxi.
In caritate perpetua attraxi te et
dilexi te. Hoc vinculum docet nos Apostolus
semper tenere. Col. iii. Super omnia ca-
ritatem habete quod est vinculum

pfectionis Secundo guapiaz carle
restringit p afflictionem z asperitatem
d ospdicatorem Valde enim durus est
qui se a lasciuijs suis non restringit
qui in domino suo tanta fuisse aspe-
ritatem z afflictionem conspiciat Ideo dr
Jer. xxxi° Postquam conuertisti me egi pe-
nitenciam z postquam ostendisti michi
percussi femur meum Tercio dolorem
tribulacionis mitigat p paciencie et confor-
tacionem Hebr. xij° Recogitate enim
qui talem a peccatoribus aduersus se-
metipsum sustinuit contradictionem ut non
fatigemini animis vestris deficientes
J petri iiij° xpo igitur passo in carne
z vos eadem cogitatione armamini Ter-
cium lignum fuit palma tunc quidem
commendabilis est quantum ad arborem
quantum ad folia z quantum ad fructum
Arbor autem ipsa licet in stipite sit a-
spera est tamen in ramis rotunda z
fructum dulcedine sapida z est victo-
rie ostensiua vnde olim victores
de ramis eius coronabantur Sic et
crux xpi licet valde fuit aspera tamen
in suis ramis i in xpi membris ha-
buit rotunditatem vnde potest dicere illud Cant
j° Nigra sum sed formosa ecce aspe-
ritas ecce rotunditas In fructu dul-
cedinis suauitatem Cant ij° fructus
eius dulcis gutturi meo In effectu
victoriosam potestatem Joh xij° Si exal-
tatus fuero a terra omnia traham ad
meipsum Secundo commendabilis est quantum
ad folia Eius enim folia sunt longa
in lateribus parata in medio pla-
na sursum eleuata continue viren-
cia Per folia intelliguntur verba
in cruce prolata Quorum quedam fuerunt
longa i vsque ad inimicos protensa
vt est illud Luc xxiij° pater dimit-
te illis etc Quedam acuta z cor pe-
netrancia vt est illud Joh xix°
Mulier ecce filius tuus Tunc enim veri-
ficatum est illud quod dicitur Luc ij°
Et tuam ipsius animam pertransibit gladius
Quedam fuerunt plana z suauia vt
illud Luc xxiij° Hodie mecum eris in

paradiso Quam suaue verbum Et propter
velocitatem quia hodie z propter so-
cietatem quia mecum Et propter loci
felicitatem quia in paradiso Quedam
fuerunt sursum ad deum eleuata iuxta
quod fuit quoddam verbum pre compassionis
vt est illud Mt xxvij° Hely hely
lamma zabathani i deus meus deus
meus vt quid dereliquisti me Quedam
deuote orationis vt est illud Luc xxiij°
pater in manus tuas commendo spiritum
meum Quedam magne dilectionis vt est
illud Mt xxiij° pater dimitte illis etc
Omnia autem hec verba sunt continue
virencia s in cordibus nostris per de-
uocionem z recordacionem perpetuo per-
mansura Luc xxj° Celum z terra
transibunt verba autem mea non transibunt
Tercio autem commendabilis est quantum ad fru-
ctum quia facit fructus suaues z dele-
ctabiles Notandum autem quod palma non
facit fructum nisi in terra arida nisi
sit radicibus coniuncta nisi masculo vi-
cina vt saltem mediante vento
odore masculi perfundatur adeo vt
si masculus incidatur femina vires
fructificandi amittere dicitur Item
non facit fructum nisi plurimum an-
tiquata Dicitur enim quod palma ge-
nerosa non fructificat ante centum
annos z tunc habet vires perfectas per
hoc datur intelligi quod ipsa crux xpi
fructificat in anima que est arida
ab humore terrene opulencie In
tali enim mente z deus habitare eligit
ps In terra deserta z in via ina-
quosa sic in sancto apparui tibi
Et dyabolus talem mentem fugit Mt
xij° Ambulat per loca arida querens
requiem z non inuenit Secundo i
anima que est coniuncta celesti resul-
gencie Deus enim omnibus lucem gracie
sue immittit Job xxv° Super quem
non fulget lumen gracie illius multi
tamen hac refulgencia carent de quibus
Job xxiiij° Ipsi fuerunt rebelles lumini
Tercio in anima que est vicina xpo per imi-
tacionem vite Jac iiij° Appropinquate deo

z appinquabit vobis Epħ v° Esto-
te imitatores dei / Nito in anima
q est antiquata p longanimitate p-
seuantie Jac v° Exemplu accipite
fratres exitus mali z longanimitatis
z paciencie pphetas zc ps Expecta dum
vltus age / Nrtu ligum sunt olyua.
Que quide comendabilis est . quitu
ad arborem / quitu ad fructu . z quitu
ad liquorem / Quitu ad arbore / qa
est viridis continue / quia nec in esta-
te nec in yeme / virore suu amittit
Secundo . quia est signu reconsiliacois
exhibite / vn olyum legati concordie mit-
tebant cum olyua pace danda s
vn columba in signu diuine recon-
siliacionis olyua portauit Tercio e ma-
ni festissima victorie Nam olym de
ramis olyuarum victores coronabat
Sic cruce z passio xpi vinc3 d3 in
nobis p continuu affectum / vt nec in
hyeme adu'sitatis nec in estate pspe-
ritatis vnq obliuiscam / Eccl'i . pro°
fideiussoris tui ne obliuiscaris / dedit
eni pro te animā suam / Sed d'ulter
pt eqqi / Obliuioni datus sum tanq
mortuus a corde / Secundo reconsili-
auit nos deum Ephi ij° faciens pace
p crucem interficiens inimicicias in
semetipso / Colo . vij° pacificans per
sanguinem crucis eius siue q in celis
siue q in terra sunt / Tercio paucis vicit
dyabolum Joh xij° Nunc iudicium est
mundi nunc princeps mundi huius eicietur
foras / Et ego si exaltatus fuero ad
terra omnia traha ad meipm Secundo
comendabilis est quitu ad fructum .
Est enim fructus primo eius viridis . deinde
rubeus . Vltio niger Sic z xpus
qui fuit quasi fructus huius olyue fuit
viridis per virtutum fulgore / Luc . xxiij°
Si in viridi ligno hoc faciunt . in ar-
ido quid fiet / postmodum fuit ru-
beus p sanguinis effusionem / Can v°
Dilectus meus candidus z rubicundus
Vltio niger per morte Ge . xxx°
In thaphnis ingrediat dies / xpus
eni qui fuit verus dies . niger factus
est in thaphnis i in cruce / vbi dixit

Consumatum est / Thaphnis enim int'-
ptatur consumacio / Tercio comendabilis e
quitum ad liquorem . qui est oleum .
Est aut oleum zm ysidorum / pabulu
luminis / medela vulnus . z refectio esu-
rientis . Sic z liquor sanguinis xpi
illuminat / qz collirium est . Apoc iij° Col-
lirio vnge oclos tuos vt videas . Istud
collirium sigtum est p lutum . quod
xpus fecit ex sputo sicut dicit Joh ix°
quo oclos ceci liniuit z illuminauit s
Scdo sanat quia medicamentu est
Eccl'i . xxxviij° vnguentarius faciet pig-
menta suauitatis zc Aug9 Effusus
est sanguis medici / z factus e medica
mentum / Tercio reficit / quia cibus
z potus est . Joh vj° Caro mea vere e
cibus z sanguis meus vere e potus /
Produxit dominus deus de humo
omne lignum pulcrum visu et
ad vescendum suaue / lignum eciam
vite in medio paradisi / lignum qz scie
boni z mali . Gen ij° prinquam hec ver
ba de inuencione ligni sancte crucis / expo-
namus possumus dicere q ibi duo tangu
Primum est sancte crucis inuencio siue
reuelacio . cum dicit / produxit dns ds
de humo / Scdm est inuente siue re-
uelate comendacio . cu dicit Omne lignum
pulcrum visu zc / Circa primum Nota
q ipa sancta crux no debuit sub
humo oclrari / sed debuit reuelari
Quatuor enim sunt q ocultari non
dent / Primum est sanguis dei Job xvj°
Terra ne operias sanguinem meum Scdm
sunt margarite dei / Margarite aut
dei sunt reliquie sctorum dei / q non
sunt oclrande . sed diligenter inquiren-
de . Mt xiij° Simile est regnum celorum
homini querenti bonas margaritas zc
Et dnr sancti margarite / quia de ro-
re celestis gracie creati sunt / vt sit
filij dei Joh j° dedit eis ptate filios
dei fieri zc / Tercium qd no est oclrand
sunt virtutes dei sit mirabilia z benefica
dei Thob xij° Opa dei reuelare
z confiteri honorificu est . j Petri ij° Virtu
tes annuncietis eius qui de tenebris

vos vocauit in admirabile lumen suum.
Quartum quod non est occultandum est sa-
pientia dei. Eccli. xx° Sapientia absondita
et thesaurus inuisus, que vtilitas in
vtrisque. Quia igitur ista quatuor non
sunt occultanda. Et ista quatuor in cruce
christi inueniuntur. Ideo non debuit occultari
sed reuelari. Ipsa enim est margarita
dei, ipsa est virtus dei, ipsa est sapientia
dei. De primis duobus dicit christus Mathei vij° No-
lite sanctum dare canibus. Neque mittatis
margaritas vestras ante porcos. Sanctum
dicitur quasi sanguine tinctum. Crux ergo
que erat sancta id est sanguine tincta et
margarita, non debuit dimitti canibus
et porcis id est iudeis. sed potius debuit
a christianis. De aliis duobus vltimis, quod
scilicet sit virtus dei et sapientia dei dicitur
j Cor. j° Nos autem predicamus christum cru-
cifixum. Et infra. Ipsis autem vocatis
iudeis atque grecis, christum dei virtutem
et dei sapientiam, scilicet quia infidelibus est
scandalum et stulticia. fidelibus autem virtus
et sapientia. Et racio huius diuersitatis.
est dispositio cordium. Sicut enim propter
diuersas palati dispositiones idem cibus
vni est dulcis. alteri amarus, sic eadem
res vni est stulticia. alteri vero sapientia.
Quia igitur crux fuit tincta sanguine
dei, dimissa est nobis in monimentum.
Quia erat margarita dei, dimissa est
nobis in ornamentum. Quia erat virtus dei, di-
missa est nobis in fulcimentum. Quia
erat sapientia dei, dimissa est nobis in do-
cumentum. Primo igitur quia erat tincta
sanguine dei, dimissa est nobis in moni-
mentum siue signum. De cuius tinctura
potest exponi illud quod dicitur Ysa. lxiij°
Quare ergo rubrum est. Istud autem moni-
mentum siue signum valet nobis ad tria.
Primo videlicet ad dominice passionis recor-
dacionem. Exo. xiij° Erit quasi signum
in manu tua et quasi monimentum ante
oculos tuos. Ideo christus non est passus
in loco depresso vel occulto, sed eminenti
et euidenti vt ab omnibus videretur et
eius memoria nostris cordibus figeretur.
Ideo etiam in ecclesiis et in domibus cru-
ces erigimus, vt passionem christi ad memo-
riam nobis reducat. Sed de multis potest
conqueri dicens. Obliuioni datus sum
tamquam mortuus a corde. Secundo valet
ad demonum effugacionem. Ysa. xiij° Super
montem caliginosum leuate signum. De-
mon enim dicitur mons propter superbiam
et caliginosus propter ignoranciam. Augustinus
Vbi signum crucis cum fide et timore
dei perspexerit, nichil ibi nocere poterit
inimicus. Crisostomus Vbicumque demones
signum crucis viderint, statim fugiunt
timentes baculum quo plagam acceper-
runt. Tercio valet ad excitandum de-
uocionem. quod signatum est Gen. xxviij°
vbi dicitur quod Iacob in titulum erexit.
et desuper oleum effudit. Erectio illius
tytuli signat erectionem crucis. Ille autem
oleum desuper fundit, qui mentis
deuocionem addit. Hoc etiam signatum est
Iudic. vj° vbi dicitur quod ad tactum
virge id est crucis dominice ignis deuo-
cionis eleuatur, consumens carnes id est omnes
carnalitates. Secundo quia erat marga-
rita dei, dimissa est nobis in ornamen-
tum. Dicitur autem margarita, quia mar-
garita proprie id est christum, qui de spiritu sancto
spiritus generatus fuit, ex cuius membris
tamquam margaritis ornata fuit. vt
dicit Andreas. Secundum Bonaventuram autem, christus
in passione sua quadrupliciter fuit or-
natus scilicet in capite quia fuit coronatus.
In facie quia fuit velatus. in manu
quia habuit sceptrum arundineum. In toto
corpore quia habuit vestimentum
purpureum. Isto quadruplici ornatu
sponsam suam ornauit. per crucem quam
sibi dimisit. Dimisit enim sibi eam
in sertum quo coronaretur. Ysa. xxviij°
In die illa erit dominus corona glorie
et sertum exultacionis residuo populi
sui. In lauacrum quo in facie munda-
retur. Apoc. j° Lauit nos a peccatis
nostris in sanguine suo. Ideo dicit Ag-
nes. Sanguis eius ornauit genas
meas. In sceptrum quo in celeste pal-
lacium introducitur quod signatum est Hester
v° vbi dicitur quod beneficio virge
id est pallacium regis intrauit. et quasi

voluit impetravit in vestimentum pur-
pureum / quo caritate inflamaretur
Exo. xxvi. Facies operimentum de pel-
libus rubricatis / pelles que sunt de a-
nimalibus mortuis / intelligitur meditacio
mortis / Per colorem rubeum intelligitur
caritas. Sancti enim viri de medi-
tacione mortis / et fervore caritatis quoddam
operimentum faciunt / quo se quasi sub di-
vino tabernaculo tegunt. Tercio quia erat
virtus dei dimisit nobis eam in ful-
cimentum. per quam nos a dyabolo defen-
dimus / et ipsum expellimus Expellimus
enim eum per nomen crucis ut dicit Crisostomus
in libro de laudibus pauli / Demones
sanctum nomen crucis audientes in fu-
gam recedunt i. per signum crucis
Unde dicit Augustinus super Iohannem Quid
est signum christi nisi crux christi Signum
crucis a nobis expellit exterminato-
rem si cor nostrum recipiat salva-
torem / Hoc signatum est Ezechiel ix. ubi
dicitur Qui in signum thau exterminato-
rem arcebat fides et memoria crucis
Unde dicit Augustinus in libro de verbis
domini / hostem visibilem mentis fe-
riendo. invisibilem hostem crucis arcen-
do / hoc signatum est Numeri xxi. ubi dominus
ait Moysi Fac tibi serpentem eneum
et pone eum pro signo / et quicumque
percussus aspexerit eum / vivet sic
quia erat sapientia dei dimisit eam
nobis in documentum Docet enim
ipsa sancta crux / quatuor lectiones
Prima est. ut sapienter sequamur christum
scilicet ut quilibet secum habeat in conti-
nuacione signum Mat. xvi. Si quis vult
post me venire. abneget semetipsum
et tollat crucem suam et sequatur me.
Secunda est ut innocenter transeamus
mundum hoc signatum est Gen. xxxii.
ubi dicitur In baculo meo transivi Ior-
danem istum / et nunc cum duabus
turmis regredior / una est turma
virtutum / alia est turma bonorum operacionum
/ cum quibus duabus turmis sancti viri
auxilio baculi crucis mundum innocenter
pertransierunt / Tercia ut sapienter conversemur
semper Quod signatum est i. Re. xiiii.

sapientia

ubi dicitur Quod Ionathas extendit summi-
tatem virge / quam habebat in manu. et
intinxit in favum mellis / convertit ad
os suum / et illuminati sunt oculi eius / Quarta
ut cum ipsius crucis devocionem sentimus
premium / Hoc signatum est Apoc. xi. ubi
dicitur Quod datus est angelo calamus
similis virge ad metiendum templum
et altare / Per templum intelligitur
corpus sanctorum / per altare anima ipsorum
quod virge calamo mensuratur / quia sicut
devocionem crucis mensurant premia e-
terne retribucionis Sexto ponitur crucis
commendacio. cum dicit Omne lignum pulchrum
visu etc. / Erat quod secundum quod in paradiso
terrestri erat triplex diversi ligni / scilicet lignum
commune. cui dicit Omne lignum pulchrum
ad vescendum suave / lignum vite cui
dicitur / lignum etiam vite Et lignum scientie
cum dicit / lignum quoque scientie boni et mali
Per istud igitur triplex lignum / scilicet quod vi-
te et scientie / sancta crux intelligi
potest / Primo per lignum commune quod notatur
cum dicit Omne lignum pulchrum visu.
et ad vescendum suave / De quo quidem
ligno tamen dicitur sic quod erat diversum. ut
tolleret fastidium / Ideo dicit Omne lignum
quod erat pulchrum ut delectaret visum /
Ideo dicit pulchrum visu / quod erat suave
ut attingeret gustum / Ideo dicit ad
vescendum suave / lignum igitur sancte
crucis significatur per lignum commune / primo quia erat
diversum i. ex diversis lignis constitutum.
Ibi enim fuit Cedrus. cypressus. palma /
et oliva. In quibus significatur quadruplex
efficacia ligni sive memorie crucis
Prima est. quia malas cogitaciones
fugat / quod significatur in cedro. qui fugat
serpentes / Secunda est. quia in tribulacione
constanciam prestat / quod designatur per cy-
pressum. quod sicut dicit Glossa super illud
Eccli. xxiiii. Quasi cypressus in monte
Syon. nullum ventum impressum coma
amittit Tercia est quia de hoste trium-
phat. et ipsum superat Quod significatur per pal-
mam / quod victores consueverunt coronari.
Quarta est / quia acritudinem penitentie tem-
perat Quod significatur per olivam / cuius liquor

dolore volucrum dulcorare convenit In
hiis quatuor casibus signo sancte crucis
nos convenimus communire / scilicet cum aliqua
mala cogitacio se ingerit / vel cum aliquod
periculum subito / vel cum aliquod fantas
dyabolicum sensibus nostris se obiciat vel
cum aliquis dolor nos arripit Secundo
ipsa crux signatur per lignum venustum / quia fuit
pulcra ad videndum / fuit enim pulcra
in passione / quia sanguine rubricata
Et de hoc potest exponi quod dicitur
Sap xiiij° / plinieus rubrica et rubi-
cunda facians fuco colore et illinens etc
Secundo est pulcra in mundo quia ab im-
peratoribus honorata unde dicit glossa Au-
gustini super illud ps Confirmat ac in-
stos dominus / Crux finita in pena /
manet in gloria / et a supplicio latronum
transit ad frontes imperatorum / qui sic
tam honore dat penis suis / quid fa-
ciet fidelibus suis · Tercio fuit pulcra
in celo · quia litteris aureis insignita
unde Constancio in celo · cum hiis litteris au-
reis / in hoc signo vinces / Quarto erit
pulcra in iudicio / quia solis radios
refulgenter unde dicit Crisostomus In in-
dicio crux et cicatrices radiis solis e-
runt lucidiores // Tercio ipsa crux signatur
per lignum commune · quia est suavis ad
delectandum / Delectat enim memoriam ad re-
cordacionem ps Memor fui dei et delec-
tatus sum / Delectat racionem ad con-
sideracionem Hebr xij Aspicientes in au-
ctorem fidei et consummatorem Ihesum Ideo
monet propheta Respice in faciem xpi-
sti / Delectat voluntatem ad devocionem
Cant ij° fructus eius dulcis est gut-
turi meo / Secundo signatur per lignum
vite / Circa quod sciendum quod est quadruplex
mors / prima est nature Eccl ij° Moritur
doctus similiter et indoctus Secunda culpe
Apoc iij° Nomen habes quod vivas et
mortuus es / Tercia yehenne Roman
vi° Stipendia peccati mors / Quarta
gracie Col iij° Mortui estis et vi-
ta vestra abscondita est cum xpo in
deo / Crux igitur recte dicitur lignum vite /

Primo quia destruxit mortem nature
per resurreccionem j Cor xv° / per hominem
mors / et per hominem resurreccio mor-
tuorum / Et sicut in Adam omnes mo-
riuntur / ita et in xpo omnes vivifica-
buntur Secundo destruxit mortem
culpe / per eam delectorum Col ij° Et vos
cum mortui essetis in delictis / convi-
vificavit vos cum illo donans vobis
omnia delicta etc / Tercio destruxit mor-
tem yehenne per infernum expolia-
cionem Osee xiij° Ero mors tua o
mors · ero morsus tuus inferne Quar-
to mortem gracie fecit per iustifi-
cacionem Col ij° Si mortui estis
cum xpo · quid adhuc tamquam viventes
in mundo decernitis Vel dicitur lignum vi-
te · sive quia ibi pependit vita Deut
xxviij° / Erit vita tua quasi pen-
dens ante te · Sive quia inde venit
vita / Prov iij° lignum vite est hiis
qui apprehenderint eam Sive / quia in
cordibus nostris semper det vitam Job
xiiij° lignum habet spem si precisum
fuerit rursum revirescit scilicet in cordibus
fidelium Vel dicitur lignum vite / quia
mortem destruxit · et vitam reddit / unde
cantat ecclesia Qui mortem nostram mo-
riendo destruxit et vitam resurgendo
reparavit // Tercio signatur per lignum sciencie
boni et mali Crux enim fuit sciencia boni
et mali · xpo et homini / xpo dupliciter primo
quia ibi expertum est mali penalis
angustie / et boni gloriose victorie /
pena enim crucis fuit pena magne
angustie et doloris Tum propter ner-
vositatem · quia confixio fit in loco
nervoso · et maxime sensibilibus / scilicet
in manibus et pedibus Tum propter pon-
derositatem / quia ipsum pondus corporis
pendentis continue auget dolorem ·
Tum propter diuturnitatem / quia non statim
moriuntur sicut hii qui cum gladio inter-
empti / et quantum ad hoc fuit xpo ipsa
crux / lignum sciencie mali Racione cuius
per ipsam acquisivit sibi / sive reddit
accelerationem / nominis sui dilatacionem
et glorificacionem et iudiciariam potestatem

Phil. ij°. Factus est obediens usque ad
morte᷑ morte᷑ aut᷑ crucis / ppt᷑ qd᷑ ⁊ ds
exaltauit illum᷑ animā sꝫ educēdo de
lymbo / ⁊ corpus de tumulo ecce accele-
racō rēnis Et dedit illi nom̄ qd᷑ est
super omne nom̄ / ecce dilatacō ⁊ glo-
rificacō nominis Vt in nomine eius omne
genu flectat᷑ ⁊c / ecce accepcō iudiciarie
ꝑtatis Et quātum ad hoc / ipsa crux
fuit lignum scīe boni Scdo fuit scī-
encia boni ⁊ mali Quia ꝑ crucē di-
dicit Quid int᷑ bn̄ficiū sit qd᷑ nobis
contulit / ⁊ malum qd᷑ a nb̄ recepit Istā
duplicem sciām tangit ꝓpha dicens
Retribuebat michi mala / ecce mala
qd᷑ a nb̄ recepit / ꝓ bonis / ecce bn̄ficiū
qd᷑ nobis contulit Tercio homini fuit
scīa boni ⁊ mali / Et hoc dupliciter Pmo
quia ꝑ crucē homo didicit / quid sit int᷑
malum delicti ⁊ bonū doni / hanc cog-
nicōem tangit Aplus Roman v°. Non
sicut delictum / ita ⁊ donū Si enim v-
nius delicto multi mortui sunt multo
magis gracia dei ⁊ donū in plures
habundauit Scdo fuit homini scīa boni
⁊ mali / quia ꝑ crucē cognouit / quid
sit int᷑ bonū qd᷑ deseruit / ⁊ malū
qd᷑ incurrit / eo q̄ oportuit xp̄m pati
Et ꝓ boni recuperacōe / ⁊ mali remo-
cione / Hoc dupł cognicōes tangitur
Ysa. liij°. vulneratus est ꝓpter iniquitates
nostras / attritus est ꝓpter scelera
nr̄a Ecce quia passus est / ꝓpter mali
remocōem qd᷑ incurrimus / disciplina
pacis nr̄e sup eum / ⁊ liuore eius sanati
sumus Ecce quia passus est ꝓpter bo-
ni recuperacōem qd᷑ hō deseruit s
Michi autem absit
gloriari nisi in cruce domini nr̄i
Gal vj° Omnes quidā qui
gloriant᷑ in suis malicijs ps Quid glo-
riaris in malicia Quidā in diuicijs
ps In multitudine diuiciarum suarum
gloriant᷑ Quidā in delicijs Job xxj°
Tenent tympanum ⁊ cytharam ⁊ gaudent
ad sonitum organi / ducunt in bonis dies
suos ⁊c / Quidā in scłari potencia
Quidā in religione simulata / de quibus
primo aplus dicens Volunt carnē

di vt in carne vr̄a glorient᷑ Aplus at
his omnibus rebus / dicit se tantū in cruce
domini gloriari / Michi absit gloriari ⁊c
In quibus vbis duo tangit / pmo in quo
non sit gloriandū / cum dicit michi absit
gloriari Scdo in quo sit gloriandum / cū
subdit / nisi in cruce domini nr̄i ihesu xp̄i
Circa pmū Notandum est quod non est
gloriandum in rebus pūt dicit᷑ Jer ix°
Non glorietur sapiens in sapiencia sua et
non glorietur diues in diuicijs suis Ex
quibus vbis constat / quod non est gloriandum
de aliqua gracia spūali / cum dicat᷑
Non glorietur sapiens in sapiencia Nec de
aliqua re corruptibili / cum dicat Et non
glorietur fortis ⁊c Nec de aliquo dono
tpali / cum dicat Et non glorietur diues
in diuicijs suis Pmo igit᷑ non est
gloriandum de aliqua gracia spūali
quā quis videtur habē de hoc / s quod
bonus sapiens estimat᷑ / cū dicat᷑ non
glorietur sapiens ⁊c / Et hoc multiplici
de causa / Pmo / quia nichil hō hīc
quod non accepit / j Cor iiij° Quid habes quod
non accepisti / si aut accepisti / quid
gloriaris quasi non acceperis Scdo
quia ꝓ vna gloria mille defectus
habere cognoscit᷑ / Job ix° Si voluit
contendere cum eo non poterit rn̄dē vnū
pro mille Tercio quia omnes iusticie ho-
minis in conspectu dei iniusticie esse
videntur᷑ / Ysa. lxiiij° Quasi pannus men-
struate vniuerse iusticie nr̄e / Augꝰ
Ve eciā laudabili vite hominum si remo-
ta miā iudicetur / Quarto quia hec
gla qua quis bonus credit᷑ ex bonorum
opinione causatur / Tales sunt boni-
tate ymaginatiua ficta ⁊ apparente
Bonitas aut ymaginaria / non est
vera bonitas / sicut nec alchimica dicit᷑
pulcra quod sic cū aliquis ymaginetur
Vn dicit᷑ Sap. Apud sapientes sb
honesta apud vulgus simulacra rerum
honestarum Similiter nec bonitas fi-
cta ⁊ opinata ē vera bonitas / sicut
nec mortes amici quod fugit᷑ pacem Vbi
enim gla sm̄ Aug / est iudicium bonorum
bis de aliquo opinantium Similiter nec
bonitas apparens est vera bonitas.

Sedes enim de bonitatis est in corde
ubi nõ videt nisi deus / Preterea enim
stultus esset qui gl'aretur de eo / q' pub
licet ab aliquo dicitur Hic est stultus
qui gl'iatur de hoc / q' tanq' bonus
commendat' Tanto aut' hec laus e' magis
contempnenda, quanto ab indignis et inglo-
riosis fieri consuevit Seneca Tam turpe e'
laudari a turpibus q' laudari ob tur-
pia / Secundo nõ est gl'andum de ali-
qua re ꝯtemptibili de eo sz q' aliquis
e' fortis et potens ad iniuriandum vel
malefaciendum Vñ notant' cum dicitur
Et non gl'etur fortis in fortitudine
sua. De talibus dicit' ysaie v°. Ve
qui potentes estis ad bibendum vinum
et viri fortes ad miscenda ebrietate
Talis enim gl'atio est ignominiosa
qd patet multiplici rõne / primo q'
peccatum aiaz inquinat Joel j° Compu-
truerunt iumenta in stercore suo. Illa
enim peior inmundicia q' pcti / quia il-
la sola deo fetet et usqz ad celum talis
fetor ascendit Joel ij° Ascendet fe-
tor eius et ascendit putredo eius. Qui
igit' de pcto gloriat' / de hoc q' in clo-
acam cecidit gl'ari videtur. ps Quid
gl'aris in malicia Scdo peccatum dya°
assimilat Dyaẜ enim est niger Apoc
vj° Ecce equs niger et qui sedebat sup'
eum habebat stateram / Hec aut' statera
est dolosa. quia semp vna plus po-
derat q' alia. et sup ea que plus po-
derat ponit peccata / et sup ea q' minus
ponit bona. que quis facit Tales si-
milit' nigri efficiunt' Tren v° De-
nigrate sunt sup carbones facies e-
orum Tercio gra siue virtus hominem
deo assimilat Anima sicut xpus fuit
candidus p innocenciam / sic sancti vi-
sunt candidi puritatis gracia Qui
igit' factis gl'ari de hoc q' xpo assimi-
lant' est gl'osum. quia efficiunt' can-
didi et pulcri Et sic peccatoribus gl'ari de
hoc q' dyalo assimilant' e' ignominiosu
quia efficiunt' turpes et nigri / Quarto
peccatum aia a sua na et operacione dege-
nerat Nã sua na q' generat' anima bel-

lina Ps. Comparatus sum iumentis et
similis factus sum illis Et sui operacioe
qm pducit opa vicior' / sicut tra
q' consuevit semper bonos fructus fe'
spinas incipit generare Et mulier q
fetum naturalem vel monstruosum pdu-
xit / a sua operacione degenerare videtur.
Gl'ari aut' de hoc / q' quis mutatur
iumentum / vel de hoc q' opus fac' in
nale et monstruosum. est ignominiosum
Prou / letantur cum malefecerint et exul-
tant in rebus pessimis / quorum vie per-
verse et infames gressus eorum // Tercio
nõ est gl'andum de aliquo bono tpali
qd notant' cum dicit' Et nõ glor' di-
ues &c. De nulla re tpali gaudendum
est / sicut de diuiciis de pulcritudine
corporis / de nobilitate generis / de vestibus
preciosis / de sumptuosis edificiis / De
hys omnibus gl'ari vanum et notum
est Non enim gl'andum est de diuiciis /
ex eo / q' diuicie faciunt animam sitibun-
dam inflatam / spinosam. ponderosam /
et infirmitatibus multis dispositam.
faciunt animam sitibundam. ex eo / Cum
auarus quanto magis acquirit / tanto ma-
gis sitit / Eccles v° Auarus nõ implebi-
tur pecunia faciunt inflatam p superbiam
et elacionem j Thi vj° Diuitibus huius
seculi precipe non sublime sapere / Ubi
dicit Aug / Non accusat aplus di-
uicias. sed morbum diuiciarum i. super-
bia / q' est vermis diuitum. faciunt
animam spinosam / sicut ait dominus
mat xiij° / ubi diuicias vocat spinas.
Ipe enim diuicie male acquisite et ma-
le retente sunt quodammodo via ignis
eterni / et animam pungunt labore ac-
quirendi / timore conseruandi / et dolore
perdendi faciunt animam ponderosam
pecunia enim immoderate amata et illi-
cite acquisita / est sic mola ad collum
ligata. q' animam in infernum demergit
j Thi vj° Qui volunt diuites fieri &c
Et infra Que mergunt homines in inte-
ritum / Istud aut' omnibus allemanis est /
vñ dicit Aug Ecce fuit tunc habz
omnis paupertatem / et tu habes omnis su-
perfluitatem Omnis paupertatis e' nõ

habere. Omnis diuiciarum est plus habere quam oportet habere. porta cum illo non habere porta ille tecum plus habere vt fiat equales sarcine vestre. et alter alterius onera portate. Sicut anima infirmitatibus multis disponitur, et quanto materia morbi est maior, tanto infirmitas est periculosior. Seneca. Dicis pecuniam perdidi, o te felicem, si cum pecunia avaritiam perdidisti, si tamen manet, eo felicior es, quo tanto morbo materia subducta est. Nutriunt enim diuicie sepe materiam superbie. prouerbiorum xviij. Diuicie effabiliter inde gule atque luxurie. Jeronimus contra Jouinianum. Tolle epulacionem et libidinis luxuriam. nemo querit diuicias quarum omnis vsus aut in ventre aut sub ventre est. Boecius primo, quod stultum est gloriari de diuicijs, sicut stultum esset, si quis gloriaretur de eo, quod ceteris inflatior esset. Vel de eo qui comburendus ad sui combustionem plus spinarum haberet. Vel de eo qui submergendus maiorem molam ad collum haberet. Vel de eo qui magis corruptis humoribus habundaret. Secundo non est gloriandum de pulcritudine corporis quintuplici racione. Primo quia due ponuntur prouerbiorum vltimo fallax est gracia et vana est pulcritudo. Est enim fallax ad decipiendum, et ideo gloriari de hoc tale esset, ac si quis gloriaretur de hoc, quod meliorem arte deceptoria haberet. De qua arte deceptoria dicit Crisostomus Si aliqua femina se ornando oculos hominum ad se attraxerit, eciam si nulli plagam intulerit, penam patietur extremam. Venenum enim confecit, eciam si nullus qui bibat inuentus sit. Est eciam vana, quia ad nichil vtilis est. Immo quinque est nociua videnti. Crisostomus Si diuine velis oculos pulcris faciebus infigere capiens omnino, et semel vel bis vel ter forsan potes continere. Nunc autem flamma semel accendit, eciam visa muliere absente format apud se ymaginem turpium accionum, a quibus multociens procedit ad opus. Est eciam quinque nociua habenti. maxime cum pulcritudo datur insipienti. prouerbiorum xio Circulus aureus in naribus suis. mulier

pulcra et fatua. Tercio alie racionibus tanguntur in Machabeorum ijo Gloria eius stercus et vermis est. hodie extollitur et cras non inuenietur. Corpus enim pulcrum est sicut saccus aureus plenus stercore. Et ideo dicit Gloria eius stercus. Est sicut pomum speciosum plenum vermium multitudine. Et ideo dicit vermis est. Habet enim intra se materiam, vnde vermes post mortem de eius corpore generantur. Est sicut lilium vireus quod cras in clibanum mittitur per se. Et ideo dicit hodie extollitur, et cras non inuenietur. Jacobi jo Exortus est sol cum ardore et arefecit fenum et flos eius decidit, et decor vultus eius deperijt. Tercio non est gloriandum de nobilitate generis triplici de causa. Primo quia sepe talis ex parte nobiliori est seruus. Johannis viijo Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Tullius Cum omnis seruus stultus sit, et omnis sapiens liber putetur. Nec imperator hoc homine est dignus, quod aut alicubi liberi imperabit. qui non potest cupiditatibus imperare, sapiens non est. quo sibi aliquis de nobilitate generis blanditur, si ex meliori parte sui famulus sit. Multo indignius est mente seruire quam corpore. Secundo quia multorum dominorum seruus est. Secundum Augustinum peccator seruus est tot dominorum, quot viciorum. Tercio quia cito ignobilium propinquorum caterua computandus est. De quibus Job xvijo putredini dixi pater meus es, mater mea et soror mea vermibus. Quarto non est gloriandum de vestibus preciosis triplici de causa. Primo quia vsus vestium est introductus ex peccato. Sicut enim sol indiget alio ornatu quam lumine suo. ita vt dicit propheta Amictus lumine sicut vestimento. Et sicut lilium non indiget alia veste quam suo colore. ita vt dicit Mathei vjo Considerate lilia agri. Et infra. Dico vobis. Nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Ita homo autem peccatum veste innocencie ortus fuit Nec veste alia indiguisset. Ideo dicit Bernardus Qui de vestibus gloriatur. similis est furi de cautio gloria, quia propter

petim Vide introductum corpus vestium
Sedo quia homo cito induendus est
sacco vel cilicio Job xvi° Saccum consui
super cutem meam et operui cinere car-
nem meam. Ratio quia usus preciosarum
vestium non caret culpa. Et ideo non
carebit pena. Quod non careat culpa dicit
Greg. super id quod habetur xi° homines mol-
libus vestiuntur Nemo quippe i lu-
xu atque studio vestium preciosarum desiderat
Certe si hec culpa non esset Nequaquam
Petrus Apostolus feminas a preciosarum ve-
stium appetitu compesceret. Dicens Non in
veste preciosa. Pensate ergo que culpa
sit hoc etiam viros appetere, a quo curavit
pastor ecclesie et feminas prohibere. Quod
non careat pena. Habetur Luc xvi° de
illo divite qui induebatur purpura et
bysso. qui postmodum in flamma cruciatus
est. Nimis non est gaudendum de edifi-
ciis sumptuosis Boni enim de talibus non
dent gaudii quia sunt ei domini sua-
rum. Hebr xiii° Non habemus hic ma-
nentem civitatem sed futuram inquirimus
Mali nichil prodest sumptuosa edificia
habere quia habent habitacionem suam
in inferno Neutri curare debent quia
cito omnia sunt desolata ps Desola-
tionem domus illorum inferni Secundo
ponit in quo sit gaudendum cum dicit Ni-
si in cruce domini nostri Ihesu Christi In cruce
Christi gaudendum est triplici de causa
scilicet quia nos illuminavit quia
ipsa est candelabrum ecclesie Unde dicit
Aug. tractans illud Joh. viii° quod habetur v° Ne-
mo accendit lucernam etc. Ista domus
totus est mundus lucerne accensio est
verbi incarnacio candelabrum crucis est
lignum lucerna in candelabro lucens
est Christus in cruce pendens Secundo
nos infirmos et vulneratos sanavit
quia scilicet est lignum spiritualis resine Jere
viii° Numquid resina non est in Gala-
ad Super quod verbum dicit Crisostomus Resi-
na non aliud quam de ligno ac confecta
In cuius figure manifeste medicina
crucis intelligitur demonstrata quia ille
medicus qui de celo descendit salutem
humanam per crucis sue medicinam sana-

Aug. De medicina omnibus consulente
omnia tumencia comprimente omnia tha-
bescencia reficiente omnia depravata cor-
rigentem omnia superflua resecante
omnia necessaria custodientem Tercio
nos debiles et infirmos corroborat
quia scilicet est fulcimentum infirmi-
tatis nostre ps Virga tua et baculus tuus
ipsa me consolata sunt Damascenus Crux est
baculus infirmorum

## Arasti in conspectu meo

inesam adversus eos qui
tribulant me Impinguasti in oleo
caput meum et calix meus inebrians
quam preclarus est. ps Licet beatus Johannes
ex hac luce non migravit per martirium
ferri sustinuit tamen aliud triplex martirium.
quod notatur in verbis premissis Primum
est quia fuit exilio relegatus quod no-
tatur cum dicitur pasti in conspectu meo me-
sam etc. Secundum est quia fuit in fer-
ventis olei doleo positus quod notatur
cum dicitur Impinguasti in oleo caput
meum Tercium est quia fuit veneno po-
tatus. quod notatur cum dicitur Et calix meus
inebrians quam preclarus est. Et sic Christus
in exilio paravit sibi convivium in fervent
olei dolio balneum et in veneno sua-
ve potum Primum ergo martirium est quia
fuit exilio relegatus cum dicitur pasti
in conspectu meo mensam Ibi enim Christus
crebre allocucionis et celestis visionis
sibi delicias instituit Osee ii° Du-
cam eam in solitudinem et loquar ad
cor eius Adversus ergo igitur tribulatores
suos Christus sibi mensam paravit Ha-
buit autem beatus Johannes tres tribula-
tores scilicet mundum persequentem dyabolum im-
pedientem et carnem aggravantem Con-
tra mundum persequentem id est Domicianum et eius
infideles qui ipsum in exilium direxerunt
sibi deus mensam et multa fercula paravit
Et ut hoc melius pateat Nota quod
infideles ipsum hodie quod cupiunt expellunt
scilicet flagellando tonsurando in fer-
venti oleo comburendo et ipsum
expellendo Contra hec exhibuit incomoda

xpus ostendit ei quatuor fercula sibi / et
alys sanctis in celesti convivio preponen-
da. / Primum enim est cum dolore z tribla-
cione z penalitatum plena evacuacio. Et
istud ferculum dabitur sibi quia / primum
incomodum / quo fuit afflictus z quasi
flagellatus. Istud ferculum ostensum fuit
sibi Apoc. vij°. Non esuriet neque si-
ciet amplius. Neque cadet super illos
sol neque ullus estus. Et absterget deus
omnem lacrimam ab oculis eorum. Non
enim habebunt aquam tribulacionis hyma-
ta. Ideo dicitur Non esuriet neque siciet
amplius. Nec aliquam perscrutacionem illa-
tam. / Et ideo dicitur Neque cadet super
illos sol. Nec ullus estus. Nec aliqua
afflictionem assumptam / ut est fletus z
gemitus penitencie. Ideo dicitur Absterget
deus omnem lacrimam ab oculis eorum.
In quo notatur maxima dignitas
sanctorum / quia non committet hoc an-
gelis / sed ipse manu sua sanctissima
lacrimas ipsorum absterget. Secundum
ferculum est corone celestis decoracio.
Et istud dabitur quia secundum incom-
modum / quo ipse fuit ex derisione
in capite tonsuratus. Istud promis-
sum est Apoc. ij°. Esto fidelis usque
ad mortem z dabo tibi coronam vite. Ipse
enim deus coronas sanctis imponet.
Non alicui angelo imponendas committet.
Ideo dicitur Dabo tibi. Ipse reges
eos constituet. Ideo dicitur Coronam. Ipse
perpetuo eos regnare faciet. Ideo dicitur
Vite. Tercium ferculum est in flumine
paradisi refrigeracio. Et istud dabitur
sibi / quia tercium incomodum quo fuit in
oleo fervente adustus. Istud promissum
est / Apoc. vij°. Agnus qui in medio
throni est reget illos z deducet eos
ad vite fontes aquarum. Istud celestis
fluminis refrigeracio ostensum est
sibi Apoc. xxij°. Ostendit michi flu-
men aque vive splendidum tamquam
cristallum etc. Quartum ferculum est
celestis civitatis perpetua habitacio. Et
istud dabitur sibi quia quartum incomo-
dum quo fuit in exilium deportatus / huius
civitatis habitacio manifestata fuit /
Apoc. xxj°. Ostendit michi civitatem sanctam

iherusalem de celo a deo habentem claritatem dei.
Et ibidem vidi civitatem sanctam iherusalem no-
vam descendentem de celo a deo paratam
sicut sponsam ornatam viro suo. / Et au-
divi vocem magnam de celo dicentem
Ecce thabernaculum dei cum hominibus etc.
Secundo quia dyabolus impediverat parat
sibi mensam in qua sibi z alys sanctis
quatuor fercula ministrabit / que sunt re-
fecciones / quas de ipso tyranno sancti ha-
bebunt. Primum est potestatis refrenacio
ne audeat sevire. Apoc. xx°. Vidi
angelum descendentem de celo habentem
clavem abyssi z cathenam magnam
in manu sua. z apprehendit draconem
serpentem antiquum qui est dyabolus
z sathanas z ligavit eum. Secundum
est temporis abbreviacio ne diu seviat. Apoc.
xx°. Oportet illum solvi modico tempore.
Eiusdem xij°. Descendit dyabolus ad
vos habens iram magnam / sciens quod mo-
dicum tempus habet. / Tercium est sua deiecio
ne de cetero seviat. Apoc. xij°. Pro-
iectus est draco ille magnus. qui
vocatur dyabolus z sathanas. Quartum
est perpetua dampnacio ut de sua ma-
licia penam luat. Apoc. xx°. Dyabolus
qui seducebat eos missus est in stagnum
ignis z sulphuris. De hys quatuor
consuevit magnum gaudium generari / scilicet
vel quando aliquis tyrannus a sua potestate
refrenatur / vel cum tempus sibi abbreviatur
vel quando potestas omnis sibi tollitur.
vel quando dolor sibi adhibetur. / Tercio
quia carnis aggravantem preparavit sibi
mensam / in qua quatuor sibi fercula mi-
nistravit. Hoc eo scilicet quod carnem vicit z vir-
ginitatem servavit / Primum est singularis
modulacio / Apoc. xiiij°. Cantabunt quasi
canticum novum ante sedem z ante quatuor a-
nimalia z seniores z nemo poterat
dicere canticum nisi illa centum xliiij° mi-
lia / Hij sunt qui cum mulieribus non
sunt coinquinati / virgines enim sunt.
Secundum est xpi perpetua associacio / Hij se-
quuntur agnum quocumque ierit. Tercium est
glose sancti coronacio / Unde super dictum est
habentes nomen eius z nomen patris eius

sceptum in floribus suis Certum est eius
cum xpo cohitatus decoratus Apoc iij°
habes pauca nomina que non inquinauit
vestimenta sua et ambulant mecum in
albis quia digni sunt. Certum meum
est quia fuit in dolio feruentis olei inmis-
sus. Quod notatur cum dicitur Impin-
guasti in oleo caput meum sicut eum
impinguatus quia exiuit inunctus
potius quam assatus. Notandum autem quod est
triplex oleum quo fuit inunctus. Primum
est male quo inunctus fuit cum scilicet
in dolio missus fuit et sic lesus exi-
uit. Et sicut impletum est quod dicitur
Joh vltio Sic eum volo manere donec
veniam. Sicut enim fuit sine corru-
ptione mentis et corporis sic voluit xpus
vt esset sine violenta corruptione mor-
tis. Posuit autem ipsum Domicianus
potius in oleo feruenti quam in aqua bu-
lienti quia aqua buliens penetrat
interiora. Oleum vero feruens petunt
interiora et ossa. Juxta illud Ps. Intrauit
sicut aqua in interiora eius et sicut oleum
in ossibus eius. Certum est oleum
spirituale quo fuit vnctus in mente
1 Joh ij° vnctio eius docet nos de
omnibus. Fuit autem ita plene vnctus
vt de ipso posset dici illud Ps. Vnxit
te deus deus tuus oleo leticie pre conor-
tibus tuis. Pro nunc quia fecit inde
apotecari illius vngentarius de quo dicitur
Eccli xxxviij° Vngentarius faciet pig-
menta suauitatis et vnctiones conficiet
sanitatis. Certum est oleum sacramenta-
le quo fuit inunctus in capite. Cum
fuit patriarcha et archiepiscopus consecratus.
Ps. Sicut vngentum in capite quod de-
scendit in barbam barbam Aaron. Quod
descendit in oram vestimenti eius. Per
Aaron summum sacerdotem xpus intel-
ligitur. qui etiam est caput nostrum Col j°
Ipse est caput corporis ecclesie. Istud ca-
put fuit inunctum vngento diuine
et gratie singularis. Sicut Act x° vnxit eum
deus spiritu sancto et virtute. Ab isto ca-
pite descendit vnctio gratie et doctrine
in barbam id est in aplos qui fuerunt te-
nere magis viriles et fortes. Descendit

etiam in vestimenta id est in certos doctores
et prelatos qui sunt vestes ecclesie quia si
boni sunt ipsam exornant si mali sunt
ipsam deturpant. Certum martirium est
quod fuit veneno potatus. Quod notatur
cum dicitur Calix meus inebrians quam
preclarus est. Iste calix dicitur inebrians
preclarus quia xpus ipsum venenum pota-
bile fecit. Et Johannes cum auidi-
tate et desiderio ipsum bibit. xpus autem
bibit duplicem calicem. scilicet sanguineum vnum
quem mandauit Jacobo. qui primus post xpum san-
guinem suum fudit. Aliud mandauit Jo-
hanni qui amarum venenum bibit.
Et sic impletum est quod dixit xpus
istis duobus aplis. Mt xx° Calicem
quidem meum bibetis etc. dicitur etiam
iste calix quo Johannes venenum bibit
non tantum inebrians sed etiam preclarus
ex eo quod scilicet tam preclara miracula inde
contigerunt. Vnum quia nullam beato
Johanni lesionem intulit. Mr vltimo
Si mortiferum quid biberit non eos
nocebit. Secundum quia duos ex vene-
no mortuos suscitauit. Mt x° Mortuos
suscitate. Tertium quia ex hoc populus
gentilis conuersus fuit et deum glorificat
Mt v° videant opera vestra bona et glorifi-
cent patrem vestrum qui in celis est. Sicut
hic est deus ex malis tamen bona eli-
cit vnum est electorum probacio. Quod notatur
in hoc quod venenum beato Johanni nullam
lesionem intulit. 1 Cor xj° Oportet
hereses esse. vt qui probati sunt mani-
festi fiant in vobis. Eccli ij° In igne
probatur aurum et argentum. homines
vero receptibiles in camino humilitatis.
Secundum est malorum correptio. Quod notatur
in hoc quod mortui surrexerunt. Ps
Multiplicate sunt infirmitates eorum
postea accelerauerunt. Tertium est dei
gloria et laudacio. Quod notatur in hoc quod
populus conuersus fuit et deum laudauit. Joh xj°
Infirmitas hec non est ad mortem sed
pro gloria dei. vt glorificetur filius dei per eam.
Et scriptum quod iste pene temporales non sunt
male sed bone. ex quibus tot bona pro-
uenerunt. patet etiam quod sunt bone quia

sunt a summo bono. a quo non potest esse nisi
bonum. Amos iij°. Si erit malum in
civitate quod dominus non fecerit. ysa. xlv°.
Ego dominus creans bonum et faciens ma-
lum cum sunt in summo bono id est in xpo. ysa.
j°. A planta pedis usque ad verticem
non est in eo sanitas. Ducunt ad su-
mum bonum. Osee vj. In funiculis ada
traham eos. Bern. mala que nos hic
premunt ad deum nos compellunt.

Dura consolacionem lugentibus
syon et dabo eis coronam pro
cinere. Oleum gaudij pro luctu.
pallium laudis pro spiritu meroris. ysa. lxj°.
primo. per syon que interpretatur specula-
cio intelligitur beatus Johannes Ewangelista
qui speculatus est secreta celestia.
cui dominus quatuor beneficia contulit quae
ponuntur in verbis premissis. scilicet beneficium
consolacionis. coronacionis. exultacionis et
laudacionis. Et ista beneficia recepit
contra quatuor mala que hoc protulit
Primum enim malum quod hodie protulit est.
quia fuit hodie graviter flagellatus.
Et contra ad hoc recepit beneficium con-
lacionis. quod notatur cum dicitur ponam
consolacionem lugentibus syon id est contra fletum
flagellacionis. dabo sibi beneficium mul-
tiplicis consolacionis. Valde enim contra
flagellacionem suam consolari poterat
cum ad memoriam reducebat illum quem
sibi specialem familiaritatem ostenderat Et
quidem ostensio familiaritatis in tribus
fuit. primo in eo quod in sinu suo re-
cubuit. fecerat ihesus sicut mater delica-
ta filium suum carissimum in suo recu-
bere facit. et ei blandiens signa et ca-
rictionis ostendit. ysa. lxvj°. Quo-
modo si cui mater blandiatur ita et ego consola-
bor vos. Secundo in hoc quod matrem
suam sibi recommendavit tamquam carissimam
quam ipsum sue consolacionis uberibus pasceret.
ysa. ultimo. Sugatis et repleamini ab
uberibus consolacionis eius. Tercio in hoc
quod ipsum in pace non per dolorem mortis
finiendum predixit Jo. xxj°. Consola-
bor eos et letificabo a dolore suo propter
hijs omnibus potuit dicere cum apostolo ij
Cor. j°. Benedictus deus et pater domi-

ni ihesu xpi. qui consolatur nos in omni
tribulacione nostra. Secundum malum est quod
fuit hodie ex derisione in capite tor-
turatus. et contra ad hoc recepit beneficium
coronacionis. Quod notatur cum dicitur dabo co-
ronam pro thoris pro cinere id est vituperacionis.
Recipit autem et ipse hic triplicem
coronam. primo scilicet sydeream inquantum scilicet
fuit apostolus. Cumulus enim apostolus est una
stella. in corona ecclesie ista est illa mu-
lier de qua dicitur Apoc. xij°. Mulier habebat in
capite coronam stellarum xij id est duodecim
apostolorum. Secundo habuit coronam au-
ream. inquantum scilicet fuit vir invictus
Eccli. xlv°. Corona aurea super mitram
eius etc. Sicut enim aurum est impetibile
Sic nec ipse frangi potuit nimiis deri-
sionibus vel flagellis. Rom. viij°. Certus
est ut mors dilectio Cant. viij°. Quis nos
separabit a caritate xpi tribulacio etc.
Tercio habuit coronam de lapide precioso
ornatam. inquantum scilicet fuit confessor preciosus
ps. posuisti in capite eius coronam de la-
pide precioso. Instar enim lapidis pre-
ciosi habuit lucidam vitam virtuosam
doctrinam et solidam perseveranciam. Quarto
habuit coronam de floribus confectam. inquantum
scilicet fuit virgo incorrupta. ysa. xxviij°.
Erit dominus exercituum corona glorie et ser-
tum exultacionis. Sertum enim est
corona de floribus confecta. In quo serto
fuit lilium puritatis. rosa caritatis
et viola humilitatis. Tercium malum est
quia fuit hodie in ferventis olei dolio
assatus. Contra hoc habuit beneficium exul-
tacionis. quod notatur cum dicitur Oleum
gaudij pro luctu. Nam pro luctu olei
ferventis habuit gaudium exultacionis
quia in eo multiplicatur exultacio. primo
exultatur a superiori propter certitudinem sue sa-
lutis. Luc. x. Gaudete quia nomina
vestra scripta sunt in celis. Secundo ab infe-
riori propter victoriam mundane vanitatis
j Joh. v°. hec est victoria que vincit
mundum. fides vestra. Tercio ab inte-
riori propter replecionem sapiencie celestis
Eccli. xv°. Cibavit illum pane vite
et intellectus et aqua sapiencie salutaris po-

tauit illum / Certo ab extion ppt
integritatem carnis Apoc vij° Amicti
stolis albis i corporibus impollutis / et
palme in manibus eorum i victorie in o-
peribus eorum / et clamabant voce magna di-
centes Salus deo nostro / qui sedet super
thronum et agno / Quarto malum est quod
hodie fuit in exilium relegatus / et quia
ad hoc recepit bursam laudacionis /
ut dicatur pallium laudis pro spiritu meroris
Merito enim quem habuit vel habere po-
tuit de sua exultacione / quasi est in dei
laude gloria / et honorem / Jeremie xv°
factum est verbum domini in gaudium
et leticiam cordis / laudare quidem
potuit deum de celestium revelacione
Apoc j° Significauit deus mittens
per angelum suum servo suo Johanni
Secundo de iusta tyranni dejectione /
qui eodem anno / qui in exilium missus
fuit / a senatu fuit occisus Ps letabitur
iustus cum viderit vindictam etc Ter-
cio de sua honorabili revocacione / quia
omnes sibi occurrentes clamaverunt Benedic-
tus qui venit in nomine domini Jeremie xxxj°
Convertam luctum eorum in gaudium et
consolabor eos et letificabo a dolore
suo / Quarto de sue dilecte resuscita-
cione Quia Drusianam resuscitauit /
et omnibus gaudium fecit / et demum evadens
periit Ita quod quilibet tunc dicere potuit
illud Ps Tunc repletum est gaudio
os meum et lingua mea exultacione /

Dominus

petrus vidit illum discipu-
lum quem diligebat ihesus
sequentem / qui et recubuit
in cena / super pectus eius Et dixit do-
mine quis est qui tradet te etc Et
infra Sic eum volo manere donec
veniam Joh xxj Tu presenti vita ma-
gnum est esse famulum et domicellum
regis / maius est esse amicum regis / Ad-
huc maius est esse cubicularium regis /
Maximum est esse advocatum familie
regis / permaximum est esse consiliarium regis
Supermaximum est esse consiliarium regis / Is-
ta sex in beato Johanne fuerunt que
in predictis verbis notantur / Ipse
primo fuit famulus et discipulus Christi cum
dicitur / Vidit illum discipulum Secundo
amicus Christi / cum dicitur Quem dili-
gebat ihesus / Tercio fuit quodammodo cu-
bicularius cum dicitur Qui et recubuit
in cena super pectus eius / Quarto fuit
advocatus familie Christi / cum dicitur Et di-
xit supplendum est ad suggestionem petri
qui eum et aliorum discipulorum ad votum
fecit / sicut etiam habetur Joh xiij° Quinto
fuit secretarius Christi quod notatur in hoc quod
interrogauit eum dicens / Domine quis
est qui tradet te / Sexto fuit consiliarius
Christi / cum dicitur Sic eum volo manere
donec veniam / Primo ergo fuit famulus
et discipulus Christi cum dicitur Vidit illum
discipulum / Circa quod sciendum / quod
Christus tamquam verus magister habuit discipu-
los quos in scolis suis docuit / maxime
quatuor lectiones / Prima lectio fuit / omnem
amorem carnalem / proprium et terrenum re-
linquere De duobus primis amoribus
dicitur Luc xiiij° Siquis venit ad me
et non odit patrem suum et matrem etc quoad
amorem carnalem / Adhuc autem et animam
suam / quoad amorem proprium / non potest
esse meus discipulus De tercio amore
scilicet terreno dicitur ibidem infra Qui non
renunciauerit omnibus que possidet non potest
meus esse discipulus Istam lectionem beatus
Johannes servauit / De quo dicitur Math
iiij° Illi autem statim relictis retibus
quo ad amorem terrenum et patre / quo
ad amorem carnalem / sicuti fuit eum
quo ad desertionem amoris proprij
Quia ita se non propter se sed propter
Christum amauit / Secunda lectio est car-
ne sua mortificare Luc xiiij° Qui
non baiulat crucem suam et non venit
post me non potest meus esse discipulus
Istam secundam lectionem beatus Johannes servauit
qui carne sua adeo mortificauit / quod
etiam virginitatem custodiuit / ut ait Jeronimus
in libro contra Jovinianum / Ut brevi ser-
mone multa comprehendam doceamque cuius
privilegij Johannes fuit / immo in Johanne
virginitas a domino virgine / mater virgo
virgini discipulo commendatur / Tercia lectio
est / deum et proximum diligere Joh xiij°
In hoc cognoscent omnes / quia mei estis

discipuli / scilicet dilectionis humilitas admirationis.
hanc lectionem dilectionis Johannes habuit
sicut maxime patet ex hoc / quia de
amore xpi crebro et libenter locutus
fuit Sic enim dicit / Math xij^o Ex ha-
bundancia cordis os loquitur / Sed dicit
Crisostomus quia mos est amatium ut amore
suum silencio tegere negant / Tercia
lectio est dei precepta servare Joh.
xiij^o Si manseritis in sermone meo
vere discipuli mei eritis etc Istam
lectionem Johannes servavit / quia non
solum precepta / sed eciam dona ejus con-
silia custodivit Secundus fuit amicus
xpi / quod notat cum dicit Quem
diligebat ihesus / Dicit autem Johannem
dilexisse non ipsum solum / vel plus
quam ceteros / sed quia majora signa
dilectionis ei ostendit / quam ceteris Et
licet multa signa dilectionis ei osten-
derit unum tamen precipuum fuit / quod scilicet
matrem in sui custodia dimisit / Ter-
cium secundum / quod xpus in hac vita
quinque possedit / scilicet corpus spiritum / a-
nimam dilectam / modicam temporalem substan-
ciam carissimam et universalem ecclesiam
Ista quinque que in hoc mundo xpus pos-
sedit / quinque custodibus commendavit / Pri-
mam corpus suum commendavit Joseph
sepeliendum Ex hiis verbis relin-
quitur exemplum / quod non est contra xpianam pie-
tatem querere preciosam sepulturam /
Thob. iiij^o Cum acceperit deus animam
meam / corpus meum sepeli Sed
aut sancto viro non obest sepultura
deformis / ita malo preciosa sepultura
non prodest unde dicit Crisostomus super id
Math xxiij^o Ve vobis scribe et pharisei
qui edificatis sepulcra prophetarum etc
O insipiens homo / quid prodest post
mortem ista memoria / si ubi es
torqueris / et ubi non es laudaris /
Animam dilectam commendavit patri
Luc. xxiij^o Pater in manus tuas /
commendo spiritum meum Ver hic fecit xpus
se / quod tali recommendacione indigeret
Anima enim xpi semper erat in manu
dei Sap. iij^o Justorum anime
in manu dei sunt / multo forcius anima

xpi Et non tantum ejus anima
erat in manu dei / sed eciam ipse xpus
erat in sinu dei Joh j^o Unigenitus filius
dei / qui est in sinu patris ipse vobis
enarravit Et non tantum erat in sinu
dei / sed eciam in corde dei ps Eructavit
cor meum verbum bonum Valde ergo
xpus in morte securus esse potuit / quod
sic erat in manu dei / in sinu dei / et
in corde dei Et ideo recommendacione
non indigebat / sed ideo fecit / ut exemplum
nobis daret in ultimo articulo mortis / de
recommendacione anime curam sollici-
tam habeamus Tercio modicam substanciam
quam habuit Jude que sciebat furem esse
et latronem ut ex hoc exemplum nobis daret
quod de rebus temporalibus modicam curam
habere debemus Tum quia non saciant /
Aug. Quantas divicias injustum est
putare divicias / quod quanto fuerint am-
pliores non afferunt saciatatem / sed
inflammant cupiditatem / Tum / quia
falsam leticiam / et veram tristiciam ge-
nerant Aug. Divicie cum offerun-
tur falsam leticiam tribuunt / et cum perduntur
veram tristiciam conferunt / Tum quia
parum durant / et cito tornare faciunt
Prov. xj^o Qui confidit in diviciis cor-
ruet / justi autem quasi virens folium ger-
minabunt / Quarto matrem carissimam
commendavit Johanni / Ex hoc autem
quod Johannes ipsam in curam accepit
quatuor privilegia sibi provenerunt /
Unum quod factus gabrielis archangeli
socius / Petrus Damianus Johannes ar-
changelo gabrieli ad custodiam
matris dei socius est datus / ut et ille
integram virginitatem virginis invi-
sibiliter custodiret / et iste forinsecus
fragilitati feminee obedienciam sue ministracionis
exhiberet / Secundum / quia factus
est dei thezaurarius / inquantum scilicet
thezaurum dei solliciter custodivit.
Eccl. iij^o Sicut qui thezaurizat ita
qui honorificat matrem suam / Tercium
est quia factus est viro magis unus
Petrus damianus Quanto Johannes fa-
miliarior cum virgine vixit / quanto
uberior verbo invenitur / Quartum

est quia factus est quodammodo frater
et adoptiuus. Petrus damianus. Cum
ab ipsa veritate Johannes marie di-
ctus est filius / quadam speciali gratia fr(ater)
est saluatoris. Christo vniversale
Collegium commendauit petro / et quo-
dammodo speciales sunt effecti. Quia Johannes
accepit in curam matrem christi / petrus
matrem omnium christianorum / primo quodam-
modo et ad curam petri similiter pertinebat
Inquantum ipsa ecclesie nobilissimum membrum
erat. Petrus damianus. Commisit dominus
petro claues ecclesie / delegauit Johanni
custodiam marie / maria est mater christi
ecclesia christianorum. Deinde subdit. Tibi da-
bo claues regni celorum inquit. Sicut
et beata maria celum non fuit / in cuius
vtero tota diuinitatis plenitudo per-
mansit / Tercio quodammodo fuit cubicula-
rius christi cum dicitur. Cenit et recubuit
super pectus eius / Vnde quod no-
tandum / cor pectus christi est sicut fons
dei. Ps. Apud te est fons vite. Hic
celarium paradisi. Can. j° Introdu-
xit me rex in celaria sua / sic men-
sa angeli in qua se pascunt / Luce
xxij° Edatis et bibatis super mensam
meam in regno meo. Sicut thala-
mus beatorum. Deutro xxxiij° Amatissimus
domini habitabit confidenter qui in thalamo
tota die morabitur. Hic gazophyla-
cium omnium thesaurorum. Col. ij° In quo
sunt omnes thesauri sapientie et scientie
dei absconditi. Inquantum igitur beatus
Johannes recubuit super pectus christi
posuit os / ad fontem dei / Introiuit
in celarium paradisi / sedit ad mensam
angeli / ingressus est in thalamum
beatorum / et in gazophylacium omnium
thesaurorum / Posuit quidem os ad fo-
ntem dei / vnde hausit aquam sapientie
salutaris. Eccli. xv° Aqua sapientie
potabit illum. Ideo ad ostendendum sue
sapientie excellenciam dicit Orig.
tus paulus raptus est vsque ad tercium
celum iste super omne celum. pau-
lus raptus in paradisum / iste in paradi-
sum paradisorum. Paulus audiuit ar-
chana verba que non licet homini loqui.
Johannes audiuit verbum per
quod facta sunt omnia / quod sibi licuit
loqui scribere et predicare. Secundo
in celarium intrauit paradisi in quo
bibit vinum diuini amoris. Can. ij°
Introduxit me rex in cellam vina-
riam / ordinauit in me caritatem.
Ideo quidem bibit quod quodammodo e-
brius factus fuit. Hic enim ebrius non
sentit verbera. Iuxta illud prouerbiorum xxiij°
Verberauit me sed non dolui traxerunt
me et ego non sensi. Sic et iste pre
nimia ebrietate diuini amoris supplici-
a pro christo suscepta sentire non
videbatur. Vnde dicit dyonisius in epistola
quam scripsit ei. Non aquado ita in-
saniam / quod putem vos aliquid pati
sed et corporum passiones solum
iudicare ipsas sentire credo. Tercio
sedit ad mensam angeli in qua comedit
panem vite celestis. Non enim suf-
ficit bibere aquam sapientie et vinum
suauitatis interne / nisi etiam
comederet panem vite. Eccli. xv° Ciba-
bit illum pane vite et intellectus / Et licet
panis mutetur in comedente Johannes
tamen comedendo panem vite totus mu-
tatus est in vitam. De hoc autem quod
mutatus est in vitam / dicit dyonisius
in epistola quam sibi scripsit. Aliquos
videmus deos factos / qui virtutis
consecuti actiones ab affectu quidem
recedunt malum / et ex presenti vita
incipiunt futuram vt debet angelos
in medio hominum conuersari. De hoc etiam
dicit Orig. Vnde nisi Johannes esset
super omnia eleuatus et totus deus factus
non ascendisset in celum. Quarto
intrauit in thalamum beatorum in quo
indutus est stola glorie / parum enim
esset si christus ipsum potasset et pauisset
nisi etiam induisset. Ideo etiam dicitur
Eccli. xv° Stola glorie induit eum.
Ista autem glorie stola fuit et candida per
virginitatem / et purpurea per caritatem

Prov. ult. Gressus et purpura indumentum eius. Quinto ingressus est in gazophilacium thesaurorum. Duplex enim est thesaurus sapientie et thesaurus leticie. De primo autem dicit petrus damianus Iohannes secretorum divine sapientie gratiam accepit ex illo celesti gazophilacio, in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi. De secundo dicitur Eccli. xv. Iocunditatem et exultationem thesaurizavit super eum. Isti autem sunt thesauri virtutum et bonorum operum, qui ducunt thesauri leticie ad differentiam malum thesaurorum, qui sunt thesauri timoris et doloris. Spirituales autem thesauri non habent timorem sed requiem et securitatem. Mt. xi. Tollite iugum meum super vos Et sequitur Et invenietis requiem animabus vestris. Non habent dolorem sed suavitatem. Ideo subditur Iugum enim meum suave est. Non habent laborem sed facilitatem. Ideo dicitur Et onus meum leve. Sexto fuit advocatus familie Christi. Quod notatur cum dicitur Et dixit sibi Symon petrus. Cum enim petrus in persona aliorum discipulorum vult interrogare et inde conticuisset ipsum tunc interrogare non fuit ausus, quia dominum volens avertere a sua passione ab ipso fuit graviter obiurgatus. Studeamus igitur in celesti curia habere intercessorem, quem petrus ad Christum voluit habere mediatorem. Septimo factus est secretarius Christi. Quod notatur in eo quod dixit Domine quis est qui tradet te. Quod enim deus volebat timebat et dubitabat Iohannes tamquam secretarius ad Christum accessit. Eccli. vi. Amicus in domesticis tuis fiducialiter agit. Eius etiam secretarius fuit, quia Christus sua secreta et profunda misteria sibi maxime revelavit. Que quidem secreta et profunda misteria didicit in quadruplici scola. Prima est scola angelica. Apoc. i. Significavit deus que oportet fieri cito loquens per angelum servo suo Iohanni. Secunda scola est virginea, quia cum fuit custos virgini deputatus, ideo ab ea plurima est edoctus. Eccli. xv. Obviabit illi quasi mater honorificata. Tertia est scola beate trinitatis ad quam volavit et ascendit, cum verbum in principio esse vidit. Ideo per aquilam significatur. Ezech. xvii. Aquila grandis magnarum alarum venit ad libanum i. ad altitudinem trinitatis et tulit medullam cedri i. misterium verbi incarnati. Quarta scola est dominici pectoris, de quo fluenta divine sapientie hausit. Quod notatur cum decantatur fluenta evangelii de ipso dominici pectoris fonte potavit. Octavo fuit conviva Christi. Quod notatur cum dicitur Sic eum volo manere scilicet in carne donec veniam scilicet vocare ipsum ad convivium. Unde cantatur Apparuit cum suis Iohanni dominus Ihesus Christus cum discipulis suis et ait illi Veni dilecte mi, quia tempus est ut epuleris in convivio meo cum fratribus tuis. De isto autem convivio ad quod vocatus est Iohannes dicitur Luc. xxii. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum etc. Ex quo apparet quod illud celeste convivium habet misteriorum sublimitatem cum dicitur Et ego. Ferculorum diversitatem cum dicitur dispono i. diversa pono. Convivantium ordinabilitatem cum dicitur scilicet dispono i. in diversis locis pono, scilicet convivantium singulorum. Convivantium nobilitatem cum dicitur vobis scilicet apostolis. Cibi ipsius preciositatem cum dicitur regnum. Plenam sacietatem cum dicitur ut edatis et bibatis. Mense dignitatem cum dicitur Super mensam meam, quia stabunt cum deo ad eandem mensam. Loci amenitatem cum dicitur In regno meo.

## Confitemini alterutrum peccata vestra et orate

pro invicem ut salvemini. Jacobi v°

Volens beatus Jacobus nos ad eternam invitare salutem scilicet confessione et oratione in premissis igitur verbis nos hortatur ad tria. Primo ad puram confessionem cum dicit Confitemini alterutrum peccata vestra. Secundo ad devotam orationem cum subdit

Et orate pro inimicis. Tercio ad nostre sa-
lutis preparacionem cum subiungit: Ut
salvemini. Hortatur igitur nos ad puram
confessionem, cum dicit: Confitemini alterutrum
peccata vestra. Pura autem confessio est
que omnes debitas circumstancias habet,
que quidem sunt septem, quas ponit
propheta dicens: Dixi confitebor adversum
me iniusticias meas domino, et tu re-
misisti iniquitatem peccati mei. Prima cir-
cumstancia est quia ipsa confessio debet esse
premeditata, non subita, cum dicat: Dixi.
Prius enim quilibet peccata sua debet sibi dicere
per recogitacionem, et postmodum sacerdoti per
confessionem. Ysa. xxxviii°: Recogitabo
tibi, id est iterum cogitabo et iterum, omnes
annos meos, id est omnia peccata que feci in
omnibus annis meis. Et hoc non ad delec-
tandum, quia in amaritudine anime
mee. Secunda circumstancia est quod debet
esse accusatoria non excusatoria, cum
dicat: Confitebor, non excusabo. Ps.: Non
declines cor meum in verba malicie ad
excusandas excusaciones in peccatis. Super
quod verbum dicit Augustinus: Multis modis
fiunt excusaciones in peccatis. Aut enim quis
se excusat dicens: Non feci. Aut si feci
non male feci, aut si multum male,
non mala intencione, aut si mala inten-
cione, aliena persuasione. De hoc eciam
dicit Augustinus super Ps.: Multi qui inve-
niuntur in peccatis dicunt: Hoc non feci,
vel non est peccatum, sed deus sic voluit.
Alii dicunt: Fatum hoc, dyabolus fecit istud.
Augustinus: Deus in sinu cordis tui in-
dulgencia patris erit dare; excusans
peccatum claudis sinum, excusando pec-
catum excludis medicinam peccati. Tercia
circumstancia est quia debet esse de bonis non
malis non de bonis, cum dicit: Adversum
me, id est dicam ea que me accusant,
non que laudant. Hoc non servavit
phariseus, qui obmissis peccatis suis con-
fitebatur bona sua dicens, Luc. xviii°: Deus
gracias ago tibi, quia non sum sicut
ceteri homines; ieiuno bis in sabbato. Et
ideo fuit reprobatus. Publicanus
autem peccata sua plurimum confitebatur
dicens: Deus propicius esto michi peccatori. Et
ideo fuit iustificatus. Quarta circumstan-
cia est quia debet esse integra non dimi-
nuta, cum dicit: Iniusticias meas
in plurali. Deus enim confessiones semiplenas
non acceptat, sed aut de tota culpa
aut de nulla veniam dat. Gracia
magna dei venia non dimidiabit, aut
nichil aut totum perdonando dabit.
Hec confessio semiplena signata est
in Anania et Saphira, Act. v°: Qui
partem agri apostolis putaverunt, et partem
absconderunt. Et ideo maledictionem ac-
ceperunt. Nichil enim prodest omnia fo-
ramina navis obstruere et unum apertum
relinquere, vulnera sanare et unum insa-
natum relinquere. Non minus omnia
hostia castri claudere et unum apertum
dimittere. Quinta circumstancia est quod
debet esse de peccatis propriis et non de alieno-
rum, cum dicit: Meas. Quod est contra illos qui
in confessione peccata sua dimittunt et
aliena dicunt. Talis fuit confessio Ade
et Eve. Prima causa fuit peccatum Eve uxo-
ris confessus. Et uxor peccatum serpentis.
Contra quod dicit Prov. xviii°: Iustus prior
accusator est sui. Iob ult.: Ipse me
reprehendo et ego penitenciam ago. Sexta
circumstancia est quod debet esse secreta et non
manifesta, cum dicit: Domino non alteri
viro. Prima non debet quis alteri di-
cere peccata sua, nisi vicario vero domini
id est sacerdoti. Quod est contra multos qui
peccatum suum ad iactanciam publi-
cant. Contra quos dicit Augustinus: Peccatum
duplicat qui peccatum publicat. Sep-
timo quia debet esse cum spe veniam
obtinendi. Et ideo subditur: Et tu remi-
sisti impietatem peccati mei. Iudas
enim peccatum suum confessus fuit dicens Mt.
xxvii°: Peccavi tradens sanguinem
iustum. Sed tamen non est veniam consecutus
quia non fuit cum spe venie obtinen-
de, sed cum desperacione salutis habende.
Secundo hortatur nos ad devotam o-
racionem, cum dicit: Orate pro invicem
in omnibus autem viris, quod pro inimice fa-
ciunt precipue petere regnum gracie
et glorie. Mt. vi°: Querite primum
regnum dei et iusticiam eius. Hec enim

dus libenciꝰ dat domiꝰ. De te-
palib; aut ad sustentacōz eꝯ sine
nostra petitōe prouidebit. Jdo subdit
Et hec oīa adiicient vobis. Te-
palia aut petenda sunt cū modera-
mine ꝛ tiore ꝛ cōdicōe. Spūalia aūt
ꝛ etiā cum desiderio ꝛ feruore. Pꝛ eñ
temporalia cum moderamine petenda
sunt dicit Aug. Quādo petitis te-
palia cum modo petite ꝛ cū tiore
illi cōmittite / vt si prosunt det si sciat
obesse nō det / Quid eñ obsit vel
psit· scit medicꝰ nō egrotus. Jdem
sup illud ij Cor xij°. Virtus in infir-
mitate perficit. Exaudit dyabolū
Job temptandum petentē / ꝛ nō exaudit
aplūs petentē stimulū amouendū s
Exaudiuit quē disposuerat dampnare
ꝛ nō exaudiuit / quē disposuerat sal-
uare. Vnd infirmus multa petit a
medico· que non dat / Robertus go
Respondit cū deus alios exaudit ad
voluntatem sed nō ad vtilitatem
sicut exaudiuit demone / qui Job
petiit temptare. Et sicut exaudiuit
demones qui petiuerunt mitti por-
cos vt habetur luc viij°. Alios exau-
dit ad vtilitatem sed nō ad volun-
tatem· sicut paulum / petente stimulum
amoueri nō exaudiuit ad volun-
tatē / ymo ei dixit vt dicitur ij Cor
xij°. Sufficit tibi gratia mea
Exaudiuit aut ad vtilitatē / Vñ ait
Nam virtus in infirmitate perficitur
Aliquos exaudit ad voluntatē ꝛ vti-
litatē sicut aplōs· qui missionē sancti
spūs postulabant Act j°. hij omnes
erant perseuerantes· vnanimiter i orōe
ꝛc vñ tā[illegible] etiā Dicentibus aplis
demū demisse nunciat. Alios nō ex-
audit ad voluntatē nec ad vtilitatē
sicut patet in Anthiocho ij Machab-
beorum ix°. Orabat aut demū a quo
nō esset miam cōsecuturꝰ. Spūalia
vō ꝛ etiā demū petē cum desiderio
ꝛ feruore. Tales petenda ee· docebat
prophēta· d· Clamaui in toto corde meo ex-
audi me domine. In eo qd dicit Cla-
maui in toto corde meo· ostendit sim

desiderium ꝛ feruorem. Sed q̄ petat sic
desideranter sic feruenter subdit Justifica-
tiones tuas requiram. Clamaui ad te
saluū me fac· i· peto gratiā me iusti-
ficantem / ꝛ gloriā me saluatem. Et
signanter dicit In toto corde. In corde
eñ sunt intellectus ꝛ affectus. Ille i-
orat in toto corde / qui orat ꝛ cum
attencōe ꝛ cum affectōe / qui ꝛ attēte
intelligit q dicit / ꝛ afficitur ad ea
q dicit / Talis erat aplūs qui dice-
bat j Cor xiiij°. Orabo spū orabo
ꝛ mente. Talis fuit clamor moysi
cui domiꝰ / Nichil ore dicenti ait
Exodi xiiij°. Quid clamas ad me /
Quidā sunt qui orant cum medio cor-
de qui sc ad ea· que dicunt hnt in-
tellectum / sed nō hnt affectum. De quib;
dicit Osee x°. Diuisum est cor eorū
nunc interibunt / Quidā vō sunt· qui
orant cum nullo corde. De quib; dicitur
ysa· xxix°. Appropinquat populus iste
ore suo· ꝛ labijs suis glorificat me / cor
aut eius longe est a me / Vbi hor-
tatur nos ad nostre salutis procuracio-
nem subdet vt saluemini / Circa quod
Notandum qd ad salutem obtinendā
tria neccia sunt q disponunt. Secundo q
inducunt. Tercia que compellunt
Disponunt aut plura / Primum est verbum
dei libenter audire. Est eñ verbum dei
in corde hominis / sicut semen qd ip-
fructificare facit Mar iiij°. Vltro terra
fructificat primum herbam / deinde spicam
deinde plenum fructum in spica / Primo
namque germinat herbam · i· timore pu-
erili. Timor domini principium sapientie.
Deinde spicam · i · primas dum[illegible] ꝛ asperam
Job xl°. Aqua [illegible] in famulis et
[illegible] Deinde plenum fructum in spica · i · cari-
tate. Prima dicitur Roman xiij°. plena
legis est dilectio vel bona opera / q nō
habebat plena ille de quo dicitur Apoc
iij°. Non inuenio opera tua plena· l
prima. Verbum igitur dei multum valet
ad salutem sicut consilium medici multum valet
prouerb xxiiij°. Erit salus vbi multa
erunt consilia. Ex defectu aut huius fac-
multa mala fecit Osee iiij° Non est

scia Et ideo maledictu et mendaciu et
homicidiu et furtum et adulteriu inun-
dauit. Secundu est bonas societates
habere. Tales enim mutuo se iuuant
et plus cum adiuuantes. Prouerbiorum xxvij° Fer-
rum ferro acuitur et homo exacuit faciem
amici sui. Hebr. x° Consideremus inuicem
in prouocatione caritatis. Sicut autem
malas societates periculum est quia
tales inducunt ad vicia et peccata. Prouerbiorum
xiij° Qui cum sapientibus graditur
sapiens erit amicus stultorum similis ef-
ficietur. Bone enim societates se mu-
niunt contra demones. Acies enim mili-
tum quando ordinate et stricte vadunt
hostes vincunt. Sic eciam qui bone cari-
tate sunt uniti hostes vincunt quia
mutuo se defendunt. Cant. vj° Terribilis
ut castrorum acies ordinata. Prouerbiorum xviij°
Frater qui a fratre iuuatur sicut ciuitas
fortis. Male autem societates aciem
diuidunt et interrumpunt. Job xxx° Qu-
asi rupto muro et aperta ianua irruerunt
super me etc. Bone eciam societates
mutuo se disponunt ad suscipiendum
Christum. Math. xviij° Ubi sunt duo vel tres
congregati in nomine meo ibi sum in
medio eorum. Male vero societates
disponunt ad suscipiendum dyabolum. Apoc.
ij° Scio ubi habitas ubi est sedes sa-
thane. Tercium est operibus misericordie insistere
per hoc enim Cornelius se disposuit. De
quo dicitur Act. x° Oraciones tue et
elemosine ascenderunt in conspectu dei.
Ideo merito dicitur Math. v° Beati miseri-
cordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Prou.
Claudit riuus et fons non siccabitur. Quamdiu
enim riuus misericordie ad proximum flu-
xerit fons diuine misericordie ad nos ce-
sare non poterit. Quartum est corpus
per abstinenciam macerare. Sicut enim a-
ger incultus spinas et urticas producit
Sic caro nostra non macerata vicia
et peccata gignit. Prouerbiorum xxiiij° Per
agrum pigri hominis transiui et per vineam
viri stulti et ecce totum repleuerant ur-
tice etc. Sicut autem abstinencia multum
prodest ad sanitatem corporis sic eciam
anime. Eccli. xxxvij° In multis escis

erit infirmitas. Ibidem propter crapulam
multi perierunt. Venerie voluptates
inuitant precipue corrupta que more la-
tronum propter hoc nos amplectuntur ut
strangulent. Secundo sunt quedam
que ad salutem nos inducunt scilicet deus
angeli ministras creature et naturale
desiderium anime. Deus namque nos in-
ducit quia pro nostra salute multum
fecit. Reliquit enim suum regnum et venit
ad nostrum exilium. Reliquit suos he-
redes et filios id est angelos et venit ad ini-
micos. Reliquit seipsum et dedit se ad
mortis supplicium ipse tamen tangitur
Jere. xij° Reliqui domum meam dimisi
hereditatem meam dedi dilectam animam
meam in manus inimicorum eius. Multum
igitur homo facere debet pro salute
propria quando deus tantum fecit pro salute
aliena. Secundo nos inducit angelus
quia pro nostra salute procuranda sol-
licite laborat dum assidue nobis mini-
strat. Hebr. j° Omnes enim sunt admini-
stratorij spiritus id est in ministerium missi
propter eos qui hereditatem capiunt sa-
lutis. Non enim a nostro ministerio se excu-
sant propter multitudinem ut ait
qui dicit Multi sunt qui ministrant
nos a ministerio vacare possumus Et
ideo dicitur Omnes. Nec propter ministrorum
nobilitatem ut dicat Nos summus
spiritus et ministri dei non decet nos aliis
ministrare. Et ideo dicitur Administra-
torij spiritus. Nec propter illorum quibus
ministrant vilitatem ut dicant homo
est putredo et filius hominis vermis.
Et ideo tam vilibus nos ministrare
non decet. Et ideo dicitur In ministerium
missi propter eos qui etc. Tercio nos
inducit ministras creature quia omnes
creature naturaliter suam salutem desiderant
et procurant. Ideo dicitur Job xij° Interro-
ga iumenta et docebunt te et volatilia
celi et indicabunt tibi. Loquere terre et
respondebit tibi et narrabunt pisces maris.
Mittit nos scilicet vir ad considerandum
irracionabilia que sic suam salutem consi-
derant ut saltem nos exemplo talium
provocati nostram salutem queramus

Quidem hac de causa, omnis lepus fugit ex quo pirum videt. Et ideo dicit Iuvenalis inveta. Aves fugiunt cum homo lapidem mittat. Ecc. xxij° Mittens lapidem in volatilia deiciet ea. Item columbe iuxta aquas clarissimas residet, ut umbram accipitris contemplet. Can. v° dicitur de columbis: Que resident iuxta fluenta plenissima. Aves etiam cetera animalia secundum Solinum in casu pedicas et retia non incidunt. Et ideo dicit: Volatilia celi et indicabunt tibi. Sunt etiam quedam flores et quedam arbores que pro conservanda salute advenientes hora vespertina se claudunt, mane autem se aperiunt et ad solis ortum se expandunt. Et ideo dicitur loqui terre et renascentibus. Pisces etiam pro sua salute conservanda hamum fugiunt quo adducuntur. Et ideo ait Et narrabunt eum pisces maris. Pudeat igitur opinio non posse in homine quod natura potest in ove, potest in volucre, potest in flore, potest in pisce.

Tertio nos inducere debet naturale desiderium anime. Naturaliter enim anima salutem eternam desiderat, quia ad hoc est a deo creata, sicut dicit Aug. Facta est rationalis creatura ut summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, et amando possideret.

Tertio quedam ad istam salutem nos compellunt. Deus enim compellit nos primo adversitate aqua immittendo. Luc. xiiij° Compelle intrare. Aug. Felix necessitas que ad meliora nos compellit. Seneca: Infirmitati mee gratias ago que cogit me non posse que non debeo velle. Secundo peccatum desiderium impediendo, sicut patet in Balaam. Num. xxij°. Cuius iter domini impedivit. Et ideo dicitur Job v°. Qui dissipat cogitationes malorum vel malignorum ne possint implere manus eorum quod ceperant. De talibus dicitur Osee ij° Sepiam viam tuam spinis et sepiam eam maceria. Tertio manus auxilii porrigendo. Si enim in magnum puteum quis cecidisset et surgere negligeret aut non posset et aliquis sibi manum porrigeret et elevaret quodammodo ipsum violenter educeret. Sic etiam Christus illis qui in consuetudinem peccatorum ceciderint et surgere negligunt manum gratie porrigit et ipsos inde educit. Quod sic factum est. Gen. xix°. In violenta eductione loth de sodoma id est de peccati consuetudine. Jeremie xxxj° Apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra egypti.

Orate pro invicem ut salvemini. Jac. v° Quamvis omni tempore sit orandum, precipue tamen diebus et temporibus constitutis. Inter ceteros autem dies ordine statutos sunt dies isti, in quibus ecclesia celebrat letanias. In hiis igitur diebus pro invicem orare debemus ut salvemur id est ut salutem temporalem, spiritualem et celestem consequamur. Propter hanc enim triplicem salutem rogationes sive letanie ab ecclesia sunt institute. Et ut hoc melius pateat tria nobis de hiis letaniis sunt videnda. Primo quare sunt. Secundo quare isto tempore sunt. Tertio quales sunt. Primo igitur videndum est quare sunt. Circa quod notandum quod sunt propter mala removenda et bona adipiscenda. Sed malum duplex est scilicet culpe et pene. Ideo letanie bis in anno sunt scilicet in festo beati Marci, que dicuntur letanie maiores et iste institute sunt contra malum culpe, et tribus diebus ante ascensionem, que dicuntur letanie minores, et ille institute sunt contra mala pene. Sunt igitur letanie maiores institute Rome a beato Gregorio contra quatuor mala culpe que olim in Romanis plurimum habundabant scilicet avaritie, luxurie, gule et superbie. Et ideo deus contra avaritiam immisit eis aquarum habundantiam omnia crescentia destruentem. Job xij° Si continuerit aquas omnia siccabuntur, si emiserit eas subvertent terram.

Contra luxuriam immisit in eos fetorem
horribilem aerem inficientem et ho-
mines suffocantem. Hec etiam olim
pena fetenti sodomitas puniuit. Gen.
xix° pluit dominus super Sodomam et
Gomorram sulphur et ignem. Contra
gulam immisit in eos inflaturam in in-
guine subito suffocantem. Eccli. xxx-
vij° propter crapulam multi perierunt
qui autem abstinens est adiciet vitam.
Contra superbiam misit in eos sagit-
tas igneas ab aere venientes. Job
vj° Sagitte domini in me sunt quarum
indignatio ebibit spiritum meum. Contra
ista quatuor mala ergo prime institu-
te sunt letanie. Alie autem letanie
minores videlicet institute sunt Vien-
ne a beato Mamerto episcopo quia quatuor
mala pene [illegible] erant enim audiebantur
nocturni sonitus quibus homines terrebantur.
Job xv° Sonitus terroris semper in au-
ribus illius. Secundo fiebat terre motus
quibus domus destruebantur. Luc. xxi° Ter-
remotus magni per loca erunt. Tercio
descendebat ignis de celo qui domos
comburebat. Job primo Ignis dei descen-
dit de celo. Quarto erant lupi feroci-
tes a demonibus agitati a quibus
homines devorabantur. Sap. xvi° Su-
pervenit illis seva bestiarum ira. Contra
hec igitur quatuor mala pene institute
sunt minores letanie. Ex his igitur
patet quod omnia elementa ulta sunt
dei iniurias. Quia ut dictum est aqua
concupiscentia totum submersit. terra suo
motu tremorem intulit. aer fetore cor-
rupit. Ignis de celo corruit. Istud autem
magis in inferno declarabitur. Nam tunc
tam dampnatos in carcere detinebit. Ysa.
xxiiij° Congregabuntur in congregatione
unius fascis in lacum et claudentur ibi in
carcere. Aqua frigoribus pungebit. Ig-
nis ardoribus cremabit. De his
autem duobus dicitur Job xxiiij° Ad ni-
mium calorem transeat ab aquis nivium
et usque ad inferos peccatum illius. Aer lucem
denegabit. Sap. xvij° Nec siderum
limpide flamme illuminare poterant
illam noctem horrendam. Mat. xxij°
ligatis pedibus et manibus mittite eum
in tenebras exteriores. Secundo insti-
tute sunt propter bona adipiscenda. scilicet bonum
temporale. spirituale et celeste. Isti sunt
illi tres panes quos debemus petere a Christo
amico. De quibus dicitur Luc. xi° Amice
commoda michi tres panes. Et bonum
enim temporale reficit sacros ad sustentationem.
Bonum spirituale reficit ad perfectionem.
Bonum celeste reficit ad plenam sati-
etatem. Propter hoc Christus subdit Pe-
tite scilicet temporalem sustentationem et
accipietis. Querite scilicet spiritualem iustifi-
cationem et invenietis. Pulsate scilicet ad
celestem mansionem et aperietur vobis.
Secundo videndum est quare letanie
hoc tempore fiunt. Ad quod dicendum quod
fructus terre isto tempore teneri sunt et de
facili malis accidentibus aeris leduntur.
Hoc etiam tempore magis fervere carnalis
concupiscentia consuevit. Hoc insuper tempore bella
amplius gerantur. Christus etiam hoc tempore
in celum ascendit et adventum spiritus sancti ex-
spectatur. Fiunt igitur hoc tempore leta-
nie ut fructus terre conserventur quos
demones per tempestates et alias cor-
ruptiones aeris destruere volunt. Contra
quos campanas pulsamus. cruces por-
tamus et sanctorum suffragia imploramus.
Quia campane sunt tube dei. letanie
et cruces sunt iacula quibus demones im-
pugnamus. Hiis etiam debemus armis in leta-
niis uti ut demones expellamus
scilicet tubis vexillis et crucis iaculis.
Similiter [illegible] qui tempestate gravatur
videmus his tribus armis contra demo-
nes pugnamus. Nam et campanas
pulsamus et cruces tempestati opponimus
et orationi instamus. Secundo ut concu-
piscentia refrenetur. Concupiscentia enim
nutrit mentem et inflamat carnem.
Et ideo quia habemus duplicem morbum
duplex adhibemus remedium scilicet or-
ationum et ieiuniorum. Nam secundum Jeronimum
Oratione sanatur pestes mentis. ieiunio
vero pestes carnis. Tertio ut bella
pacificentur. Ps. Auferens bella usque
ad fines terre. Ysa. xlviij Utinam
attendisses mandata mea. facta fuisset
pax tua sicut flumen et copiosa et perpe-
tua. Quarto ut orationes nostre a
Christo ascendente facilius exaudiantur.

Vnde in Euangelio ponitur exhortacio ad
orandum. In epistola vero ponitur virtus
et efficacia orationis. Clamant enim fideles
peccatores sicut fortiter. i Ioh ii° Aduoca-
tum habemus apud patrem Ihesum Christum iustum.
Deus siquidem noster ad aures parentis, qui
potest et vult iuuare. Bernhardus. Puto quod
corpus spernere me non poterit, ob corpus
filius, caro de carne mea. Cum regem
regum filius suscepit, qui nos potest
saluare. Solent regum filii larga
dare munera. Cum suscipiunt regna,
corpus in ascensione regnum accepit, et
tale largum existit. Vnde cantat de ipso
ecclesia largum in manu eius ad dandum se
et largiendum. Quinto vt ad recepti-
onem spiritus sancti quilibet disponat. A-
postoli enim post ascensionem se disposu-
erunt per orationem. Act primo. Hii erant
omnes perseuerantes in oratione cum mulieribus
et Maria matre Ihesu. Et per carnis
maceracionem. Vnde dicit Apostolus in
persona sui et aliorum i Cor ix° Casti-
go corpus meum et in seruitutem re-
digo. Et nos similiter in hiis leta-
niis orationi insistimus et ieiunia ob-
seruamus. Tercio videndum est quales
iste letanie sunt. Circa quod sciendum est
quod sunt cum sanctorum suffragiis que
ibi implorantur, cum campanis que ibi
pulsantur, cum crucibus et vexillis insi-
gnitis que ibi portantur. Sunt igitur
primo cum sanctorum suffragiis que
ibi implorantur. Quare autem sanctorum
suffragia imploramus et orationi insista-
mus plures sunt cause supra assignate.
Secundo sunt cum campanis que ibi
pulsantur. Circa quod sciendum quod multiplex
est campana. Sunt enim campane
materiales que pulsantur. Et iste sunt
tube dei quibus hostes deterrentur. Amos
iii° Si clanget tuba in ciuitate et
populus non expauescet. Sunt cym-
bala dei quibus laudatur. Ps Laudate
eum in cymbalis benesonantibus. primo
Paralip xxix°. Ceperunt tunc laudes
domino et tubis clangere. Sunt preco-
nes dei quibus populus conuocatur. Num x°
Fac tibi duas tubas, quibus conuocare
possis multitudinem populi. Campane

enim successerunt in nouo testamento loco
tubarum. Pulsantur igitur tunc campane
vt tuba demonum effugentur, vt deus
laudetur, vt populus ad orandum inuitetur
et vocetur. Secundo sunt campane spiri-
tuales et isti sunt predicatores. De quibus
dicitur in Ps In omnem terram exiuit so-
nus eorum. Et isti triplicem sonum e-
mittunt. Olim namque tube vocabant
populum ad prelium et ad festum, sicut habetur
Num x°. Sic et predicatores vocant ad pre-
lium contra temptaciones dyabolicas fraudis.
Vocant ad conuiuium sicud cum deo in
corde, et vocant ad festum solempnitatis
eterne. De hoc triplici sono predicatorum
dicitur Prouerb. ix° Misit ancillas suas
Glossa vt vocarent ad arcem, scilicet
ad spirituale prelium. Et ad menia ci-
uitatis, scilicet ad celeste festum. Ve-
nite comedite panem meum etc. quantum
ad spirituale conuiuium. Tercia est cam-
pana celestis, scilicet ipsum celum et omnia
que in ipso sunt. Ps Celi enarrant gloriam
dei. Hec quibus tamen creata creatura
vniuersitate triplicem sonum reddit. Na
sua magnitudine clamat dei pote-
ciam, sua ordinacione dei sapienciam. De
hiis duobus Sap. xiii° A magnitudine
enim speciei et creature cognoscibiliter poterit
horum creator videri. Sua vtilitate
clamat dei bonitatem. Gen primo Vi-
dit deus cuncta que fecerat et erant valde bo-
na. Quarta est campana supercelestis,
scilicet corpus. i Thess iiii° In iussu et in
voce archangeli et in tuba dei descendet
de celo. Ista autem tuba scilicet corpus dabit
triplicem sonum. Vnum quo omnes ad
iudicium congregabit dicens Surgite mortui
venite ad iudicium. Alium quo super
omnes examinatos sinam diffinitiuam
promulgabit dicens malis, Discedite a me
maledicti etc. Et bonis Venite bene-
dicti patris mei etc. Tercio sunt cum crucibus
et vexillis insignitis que ibi deferuntur.
Ideo autem deferuntur ibi cruces vexilla
insignita vt per hoc ostendatur quod per crucem
passionem victor extitit. Nam et
crux notat passionem, vexillum vero
victoriam. Habuit enim passionem
quintuplicem victoriam quod notatur per hec

secundo Humiliavit semetipsum factus
obediens usque ad mortem / mortem autem
crucis / propter quod et deus exaltavit illum
et donavit illi nomen quod est super omne
nomen ut in nomine ihesu omne ge-
nu flectatur celestium terrestrium et infernorum
Ipse enim per crucem vicit mortem sentien-
tem / Unde dicitur propter quod et ideo exal-
tavit illum scilicet in resurrectione Crucis non
exaltari voluit in cruce per mortem / ideo
exaltari meruit in resurrectione per
immortalitatem Romanos vi° christus resur-
gens ex mortuis iam non moritur Se-
cundo vicit dei iusticiam punientem / cum
dicitur donavit illi nomen etc. Iusticia
dei omnes fuerat puniebat / sed datum
est sibi / nomen quod omnes salvat Actuum iiii°
Nec enim nomen aliud est sub celo
datum hominibus in quo oporteat nos
salvos fieri / Tercio vicit celum / quia
ipsum aperuit / cum dicitur Celestium
Hebreos ix° Introivit semel in sancta
Ibidem Introivit in ipsum celum ut
appareat ante vultum dei pro nobis / Quarto
vicit mundum / quia ipsum fidei subiu-
gavit / cum dicitur Terrestrium Iohannis xvi°
Confidite / quia ego vici mundum Iohannis
xii° Nunc princeps huius mundi eycietur
foras Tercio vicit infernum / quia ip-
sum spoliavit Unde dicitur Et infernorum
Colossenses ii° Expolians principatus et pote-
states traduxit confidenter palam trium-
phans illos in semetipso.

Orate pro invicem ut salvemini
Multum enim valet deprecatio
iusti assidua / helyas homo
erat etc. Volens mater ecclesia isto tem-
pore ad orationem nos inducere / assumit
verba beati Iacobi / in quibus nos ad o-
racionem inducit Et salubriter expor-
tando cum dicitur Orate pro invicem
Et utilitatem ostendendo cum dicitur
Multum enim valet etc. Et exemplum expo-
nendo / cum ait helyas homo erat etc.
Circa primum sciendum exhortacionem notandum
est / quod non debet tantum pro nobis / sed etiam
pro aliis orare debemus Et ideo dicitur
Orate / Et huius racionem assignat Crisostomus
super matheum dicens libenter audit deus / quando ora-
mus non solum pro se / sed etiam pro
alio orat / Pro se orare necesse est / pro al-
tero autem gracie / pro se orare necessitas

rei cogit / pro alio autem fraternitatis ca-
ritas hortatur Dulcior autem ante deum
est oratio / non quam rei necessitas transmit-
tit / sed quam caritas fraternitatis commen-
dat Oportet autem eum qui pro se vult
fructuose facere orationes quatuor condiciones
habere / quas ponit dyonisius septimo
ecclesiastice ierarchie / Primum est desiderium
rei habende / quia oportet quod valde illud
desideret / Unde ait Vilescunt omnia sub in
hoc seculo orantes secundum hunc modum
si aliquis sancta desiderans dicitur / Secundum
est status gracie / quia oportet eum in
statu gracie sit / Unde subdit Ad par-
ticipacionem ipsorum sacrorum debet habere
Tercium est cognitio sue insufficiencie
Unde subdit Cum sue cognitor parvitatis
veniens ad aliquem sanctorum virorum ro-
gat ipsum fieri susceptorem et coadiutorem
Quartum est peticio rei digne / Unde sub-
dit Consequitur omnino quod petit dignissima
dona / Circa secundum quo inducit nos ad
oracionem utilitate eius ostendendo ter-
ostendit / primo quod oratio multum valeat
cum dicitur Multum enim valet deprecatio
Secundo cuius oratio valeat / cum ait Iusti
Tercio qualis oratio valeat / cum dicitur assi-
dua / Quod oratio multum valeat patet
per helyam / qui precibus suis celum clau-
sit et aperuit Gregorius Magna virtus
orationis / que effusa in terris in celo
operatur Ad hoc autem quod oratio in celum
ascendat et in celo operetur / debet habere
quatuor comites sive quatuor alas /
que ipsam in celum deducant / Primus
est profunda humiliacio Ecclesiastici xxxv°
lacrime a maxilla ascendunt usque
in celum et dominus Oratio humiliantis
se nubes penetrabit et donec appro-
pinquet non consolabitur / et non discedit donec
altissimus aspiciat Secundus est de-
vota lacrimacio Ecclesiastici xxxv° Lacrime
a maxilla ascendunt usque in celum
et dominus exauditor delectabitur in illis
Psalmus posuisti lacrimas meas in conspectu
tuo / Sunt tamen lacrime dolorum et lacri-
me cordis / plorat oculus lacrimando
plorat cor dolore ac compassione
Trenorum ii° Effunde sicut aquam cor
tuum Quem ignis non potest flere oculus.

ploret corde et suspiret ei. Alia est
desiderii feruens incensio. Apoc. viii°.
Ascendit fumus incensi de oracionibus
sanctorum, de manu angeli coram deo. Fumus
autem aromatum est desiderium feruens
procedens ex corde pleno odore virtutum.
Quorum odorem miratur sponsus in
sponsa. Can. iii. Que est ista que ascendit
per desertum sicut virgula fumi ex
aromatibus mirre et thuris. Alia est
bonorum operum exercitacio. Thob.
xii°. Cum orabas cum lacrimis et sepeli-
ebas mortuos, ego obtuli oracionem
tuam deo. Secundo ostendit cuius
oracio valeat, cum dicit Iusti. Est autem
iustus qui dat deo obedienciam, proxi-
mo misericordiam et sibi sanctimoniam. Talis nam-
que iusti oracio exauditur. Primo namque
exauditur oracio illius iusti qui dat
deo obedienciam. Aug. Cicius auditur
vna oracio obedientis quam decem
milia contemptoris. Ysidorus. Si id quod
deus precipit facimus, id quod petimus
sine dubio obtinemus. Secundo exaudi-
tur oracio illius iusti qui dat proximo
misericordiam. Ysa. lviii°. Frange esurienti
panem tuum etc. Et sequitur: Tunc invo-
cabis et dominus exaudiet, clamabis
et dicet: Ecce assum, quia misericors
sum dominus deus tuus. Eccli. xxix°. Con-
clude elemosinam in sinu pauperis et hec
pro te exorabit ab omni malo. Econtra
dicit Prov. xxi°. Qui obturat au-
rem suam ad clamorem pauperis, et
ipse clamabit et non exaudietur. Tercio ex-
auditur oracio illius iusti qui habet sancti-
moniam. Oracio enim peccatoris, qui in est
in actu et voluntate peccandi, non
exauditur. Ps. Iniquitatem si aspexi in
corde meo non exaudiet dominus. As-
picere iniquitatem in corde est duobus
modis. Aut aspicere ad dolendum, et ta-
lem aspectum exaudit dominus. Aut
ad complacendum et delectandum, et talem
non exaudit. Ysa. primo. Cum multi-
plicaueritis oraciones non exaudiam.
Manus enim vestre plene sanguine sunt.
Econtrario illum non exaudit, qui sibi

non obedit. Prov. xxviii°. Qui
declinat aurem ne audiat legem,
oracio illius erit execrabilis. Gregorius
Dyalog. Quid mirum si postulantes
tarde a deo exaudimur, qui preceptis
domini tarde aut nullo modo audimus.
Tercio ostendit qualis oracio valeat, scilicet
assidua, id est perseuerans, cum dicit assidua.
Nos enim sumus quasi civitas obsessa, cor
variis plenum molestiis, visum exer-
citui et palatum insipidum. Quia igitur
sumus quasi obsessi, indigemus sub-
sidio. Quia cor prelium molesta-
tum, indigemus dei auxilio. Quia
visum exercitui, indigemus celesti
consilio. Quia palatum insipidum, indigemus
feruenti desiderio. Quia igitur assidue
hec mala patimur, ideo assidue orare
debemus. Quamdiu quidem civitas a demonibus
obsidetur. Ambrosius. Denique hec ego ci-
vitas munita et civitas obsessa.
Munita per Christum, obsessa per dyabolum. Re-
det obsidionem vero, cui Ihesus ad-
iutor est. Munitur enim gracia spiritua-
li, sed celestibus nequiciis obsidetur.
Virgilius. Non est tunc hostem fortem
qui habet principem forciorem. Quia quo-
diu sic est obsessus, ideo ipsam ora-
cionem tamquam nuncium precursorem petendo ad
deum mittere debet. Vnde dicit Glo. super illud
Ps. Intret in conspectu tuo oracio
mea. Magne virtutis pure oracionis hoc
notatur, quod quasi quedam persona ad deum
intrat et mandatum illic peragit
quo caro peruenire nequit. De isto
autem vnitas oracionis tria dicuntur in Ps.,
scilicet quod dirigatur, quod appropinquet et quod intret.
Dirigitur autem per attencionem, sicut sagitta
dirigitur ad aspectum signi. Appropinquat
vero per feruorem. Auis enim nimis
impinguata volare non potest. Intrat
autem per elemosinam. Est enim elemosina sicut portu-
narius, qui si ei amarus fuerit, hostium
ei claudet, si amicus, aperiet. Prov.
xviii°. Donum hominis dilatat viam eius
et ante principes spacium ei facit. Hinc
est quod dicitur Hester xv°. Hester ingre-
diens ad regem, id est oracio, que debet esse abscon-
dita a laude humana. Quia Hester

abscondita interpretatur Comitabatur
duabus puellis scilicet elca et crinnio Et
alteri scilicet elemosine innitebat Na
ipsa elca hostes expellit Ecci. xxix
Super scutum et lanceam pro inimicis
pugnabit Altera scilicet crinnia defluens
in terram vestimenta colligebat quia
affectus carnales abscidit et resecat
Secundo cor nostrum variis plagis per-
urgetur Et ideo indigemus dei auxi-
lio maxime quia cum illo hoste pu-
gnaturi sumus De quo Job xli Non
est potestas super terram que comparetur ei
Istud autem auxilium oratio procurat Hoc
significatum est actuum xxi Aut putas quod
non possumus rogare patrem meum et
exhibebit michi modo plus quam xii legio-
nes angelorum Augustinus. Vespertina oratio
ascendat ad te domine et descendat super
nos misericordia tua Sequitur Sed dicit quia cum
nostra oratio ad deum ascendit eius
misericordia ad nos descendit Tercio sumus
visum consecuturi ideo indigemus
celesti consilio Istud autem consilium postu-
lat nostra oratio ii Paralip. xx Cum
ignoramus quid agere debeamus hoc
solum habemus residui ut oculos nostros
dirigamus ad te Quarto sumus palatium
inspecturi Ideo indigemus fiducia
desiderio Augustinus Cur petere querere pul-
sare nos compellit qui novit quid
sit nobis necessarium Prius quam petamus nisi
quia voluit excitare nostrum deside-
rium in orationibus quo possimus ca-
pere quod preparat dare Idem Si ali-
quis donum tardius dat commendat do-
na sua non negat diu desiderata dul-
cius obtinentur cito autem data vile-
scunt Serviat tibi deus quod non vult
cito dare ut et tu magis discas et
magis desideres Exemplum tamen scilicet eorum
Helye notandum Cum enim essent omnia deser-
vata et omnia terre nascentia desicas-
sent ad eius orationem celum pluviam
dedit terra germinavit et habundancia
multa fuit per quod significatur quod per orationem
deus de celo dat pluviam gratie qua
cor aridum perfunditur devotione et ma-
gna datur abundancia operationis bo-

ne Ipsa enim terra i. anima que desecta fit
fecunda Et terra illa producit illi
tres panes de quibus dicit Luc. xi
Amice commoda michi tres panes
quia amicus meus venit de via et A-
micus de via venit quando animus la-
bore affectus de ipso labore active ad
quietem contemplative transit et per
importunitatem orationis impetrat tres pa-
nes in refectione animi virium scilicet rationalis
concupiscibilis et irascibilis Nam si tempta-
tur spiritu erroris quo ad rationalem
spiritu fornicationis quo ad concupiscibile
Spiritu ire et discordie quo ad irascibile
petat tres panes i. harum trium virium
refectionem ut scilicet ratio refloreat di-
vina sapientia concupiscibilis temperancia
et irascibilis tranquillitate et pacientia

Petite et accipietis
Luc. xi Sacrosancta mater
Ecclesia a salvatore edocta hiis
diebus petitiones suas facit dum leta-
nias et rogationes instituit In quibus
quidem letaniis commendabiliter procedit
Primo namque implorat misericordiam sancte trinitatis
Secundo adiutorios ad ipsam trinitatem Tercio
petitiones format ad ipsam trinitatem
Implorando autem misericordiam trinitatis Primo
implorat eam lingua scilicet greca cum
dicit kyrieleison xpeleison Ideo quia ipsa lingua
greca prima ad fidem venit et prius
in sacra doctrina floruit Secundo implorat
in lingua greca et latina cum dicitur
Xpe audi nos Ideo quia in medio tempore
lingua greca et latina simul viguerunt
et in simul floruerunt sicut patet tempore
doctorum Tercio in lingua solum
latina cum dicitur pater de celis deus etc.
Ideo quia istis temporibus lingua greca
a sacra doctrina videtur cessare et la-
tina solum efflorere Tercia autem lingua
scilicet hebrea in ipsis letaniis non ponitur
quia omnino cessat a sacra doctrina a fi-
de vera ab operatione sancta et a lau-
de divina petendo igitur etiam misericordiam
trinitatis Primo petit misericordiam patris
cum dicitur Pater de celis deus etc. Ut nos
sua potencia fortificet ad bonum operan-
dum Philipp. iiii Omnia possum in eo
qui me confortat Secundo misericordiam filii

tum subdit· ihesus redemptor mundi etc
ut sua nos sapientia illuminet ad
bonum cognoscendum ps Cognoscamus
in terra viam tuam / Tercio numquam
tum dicit Spiritus sancte deus etc ut
nos sua gratia habiliter ad boni co-
gnitum diligendum et operandum ps Gratia
tua subsequatur me etc Secundo
ecclesia petit adiutores ad ipsam trinita-
tem tunc incipit dicere Sancta maria
ora pro nobis / Petendo autem adiutores primo
petit matrem regis / tunc dicit Sancta
maria ps Astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato etc / Ubi triplex eius
prerogativa ponitur Prima est quod fuit
ab omni peccati tenebra expurgata cum
dicit Sancta maria que interpretatur
illuminata Secunda quia fuit mater
dei facta cum dicit Sancta dei genitrix
Tercia quia fuit virgo incorrupta cum
dicit Sancta virgo virginum / Secundo
ecclesia petit ministros et famulos regis
tunc dicit Sancte michael / de quibus
ministris dicitur Hebr io Omnes sunt
administratorii spiritus A quibus petit co-
gnoscere deum et hoc a michaele
qui interpretatur quis ut deus Sed
quia ecclesia nescit nomina aliorum
angelorum / Ideo omnes simul compre-
hendens dicit Omnes sancti angeli
et archangeli etc / Item omnes sancti be-
atorum spirituum ordines etc Tercio
petit propinquos regis i patriarchas
et prophetas de quorum stirpe ortus
est christus Ro. ixo Quorum patres ex
quibus est christus secundum carnem / tunc
incipit Sancte Johannes baptista etc Quar-
to petit principes et amicos regis scilicet
apostolos cum incipit dicere Sancte pe-
tre etc De quibus dicit in ps Constitues
eos principes super omnem terram
Item Joh xvo Vos autem dixi amicos
etc Quinto petit milites regis
i martires tunc dicit incipit Sancte
Stephane etc Qui quidem fuit christi
milites strenui et ideo assumpti sunt
exercitum / Apoc xixo Exercitus qui sunt
in celo sequebantur eum etc Sexto
petit filios regis i ipsos confessores
qui fuit pacifici scilicet deo et proximo

Mt vo Beati pacifici quoniam filii dei
vocabuntur Septimo petit filias et
sponsas regis i virgines De quibus dicitur
in psalmo Audi filia et vide et inclina
aurem tuam / Osee iio Sponsabo
te michi in fide etc / Petimus igitur
suffragia virginis ut ab ea impe-
tremus mentis et corporis puritatem Cant
iiiio Tota pulchra es amica mea etc
Angelorum ut ab eis impetremus o-
bedientiam et caritatem ps Qui facit
angelos suos spiritus et ministros suos
ignem urentem / Patriarcharum ut
ab ipsis impetremus fidei firmitatem
Hebr xio Fide qui vocatur Abraham
obedivit in locum exire / Prophetarum ut
ab ipsis impetremus divinorum illumina-
tionem ii Pet io Non enim voluntate
humana allata est aliquando prophecia
sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti
dei homines Apostolorum ut ab ipsis
impetremus sapientie dei cognitionem De
quibus dicit in ps In omnem terram
exivit sonus eorum / Martirum ut ab
ipsis impetremus constantiam et fortitudinem
Hebr xio Fortes facti sunt in bello /
Confessorum / ut ab ipsis impetremus
sobrietatem Tit iio Sobrie et iuste
et pie vivamus in hoc seculo· Virginum
ut ab ipsis impetremus castitatem
ii Cor xio Despondi enim vos uni
viro virginem castam exhibere christo
Tercio ecclesia format suas petitiones
ad ipsam trinitatem In quibus petitio-
nibus ecclesia primo petit remotionem
omnium malorum Secundo collationem omnium
bonorum Tercio ponit conclusionem omnium
tunc in fine dicit Agnus dei qui tollis
peccata mundi etc / Petendo autem remotionem
omnium malorum / primo petit remotionem
Deinde addit adiunctionem tunc dicit
Per misterium sancte trinitatis etc Pe-
tendo autem remotionem malorum Primo
petit remotionem mali pene / et pene
duplicis scilicet eterne cum dicit A dampnatione
perpetua etc· et temporalis cum ait A ful-
gure et tempestate etc Secundo ponit
remotionem mali culpe Est culpe que nos
deordinat a proximo cum dicit Ab
ira et odio etc Et que nos deordinat a
deo, ubi est error et infidelitas cum dicit

Necessitate cordis etc. Et q̄ nos decor-
dinat a nobis. Et hec queda ē pte-
rita. q̄ remoueri appetit/ cum dicat
preteritus esto etc. Quedam est futura
ad quā sz pparam̄ z disponim̄ p tempta-
cōes. quā remoueri petit/ cū dicat
Ab infestacōib; demonū etc. Tercia
est pñs. Et hec queda est/ in cogita-
cōne z delectacōe quā remoueri petit c
dicit Ab inmūdis cogitacōnib; etc.
Quedam in consensu z ope/ quā re-
moueri petit cū ait Ab omī inmūdicia
mentis z corporis etc. Queda in peri-
closa consuetudine/ quā remoueri petit
cum dicit Ab inmīnētib; pctōrū nostrorū
periclis. Deinde vt causs exaudiat. ad-
dit adiuracōnes. cum dicit per mi-
sterium sancte incarnacōnis tue etc.
Redimimus autem enim p incarnacōez suā
in qua nos sibi fecit ppinquos Et
ideo non det nos despicere/ sed exau-
dire. Eph. v°. Nemo carnem suam
odio habet. sed nutrit z fouet eam sic
xpus ecclesiam. Redimimus passione
suam in qua nos redemit in seruos
suos. Et ideo det nostri misereri Deut°
xxxij°. Et in seruis suis miserebitur
Redimimus etiam enim per resur-
rectionem suam. in qua fecit nos fra-
tres suos/ quia eadē veste inmortalita-
tis qua se induet z nos similiter in-
duet. Ideo p' r̄surrēm aplōs fratres
suos vocauit dixit Joh xx°/ Vade
autem ad fratres meos z dic eis etc. Et
ideo tamq̄ fratres patri suo nos det
pacificare. ps ppter fratres meos z
proximos meos loquebar pacē de te
Redimimus per ascensionem suam
in qua fecit nos amicos/ quia tunc
ianua ciuitatis celestis apperuit/
z illuc fructos introduxit. Ideo amicos
alios non det despicere/ sed secum
adducere. Joh xiiij° Iterum veniam
z accipiam vos ad meipm. Redimimus
p missionem sancti spiritus/ per quā fecit
nos filios suos. Roman viij°. Ipse
enim spiritus testimonium reddit spiritui nro
q̄ sumus filij dei etc. pater autem filiorū
nō dz oblivisci. sed eorū misereri ysa.
xlix°. Numquid obliuisci pt mr filiorū

Redimimus per aduentum ad iudiciū
In quo faciet nos coheredes suos. Et
ideo coheredes suos det in possessiōe
tenere. mt xxv°/ Venite benedicti
patris mei possidete paratum vobis
regnum. Secundo etiam petit col-
lacōem omnium bonorum Sed quia
pctōres exaudiri non merentur
Ideo antequam petitiones pponat/ se ab oīb;
pctīs mundari postulat. d. pctōres
te rogamus audi nos/ petendo at
pmo petit p viuis. Scdo p defunctis
cum dicit Vt omnib; fidelib; defunctis
petendo autem p viuis/ pmo petit
p platis. Secundo p subditis Tercio
pro vniuersis. pro prelatis/ autem
pmo petit pro uniuersali platorum cum
dicit Vt ecclesiam tuam sanctam etc. Scdo
p plato/ vniuersali. cum ait vt do-
mnum apostolicum etc. Tercio p platis
ptcularibus z secularib; cū dicit vt
epōs z prelatos etc. Quarto p platis
tpalibus cū ait vt regib; z pnci-
pib; nostris etc. Quinto p platis cor-
palibus. i. pro parentib;/ cū dicit/
Vt animas nostras z parentum nostrorum etc.
Secundo petit p subditis/ Quorū quida
indiget diuina consermacōe/ pquā pe-
tit cum ait/ Vt loca nostra etc. Quidā
sunt qui habundāt bono tpali. sed
indiget bono spūali z celesti. pquā
petit cum dicit Vt regularib; disci-
plinis etc. Tercio gnāliter petit pro
omnibus tam subditis q̄ platis.
Quedam autem sunt. quib; omnes
indiget quo ad deum sz discrecōe
maturā. Istud petit etiam. cū dicit
vt obsequium seruitutis etc. Queda
quib; indiget quo ad proximū sz
pax z concordia Istud petit cū ait
vt pacem nobis dones etc. Queda
quib; indigent quo ad seipos. Indi-
get enim omnes bono tpali. spūali
z celesti. Bonum tpale petit cum dicit
vt fructus terre dare etc. Bonum autem
spūale duplex est sz bonum gracie
Istud petit cum dicit vt oculos mē-
tis etc. Bonum pseuerancie Istud petit
cum ait/ vt misericordia z pietas tua etc.
Bonum celeste petit cum ait vt men-
tes nostras ad celestia desideria erigas

etc. Postquam etiam petit pro vivis, petit pro defunctis cum dicit Ut omnibus fidelibus defunctis etc. Ultimo facit gratiarum actionem cum ait Agnus dei etc. Ubi petit quod christus qui est verus agnus parcat nobis mala culpe. Et hic in primo agnus. Quia de ipso agno dicitur Joh. i° Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Exaudiat dando bona gratie. Et in hoc secundo agnus quia de ipso agno dicitur Apoc. v°. vidi agnum stantem habentem oculos septem qui sunt septem dei i. septem dona spiritus sancti missi in omnem terram. Et misereatur dando bona gratie. Et in hoc tercio agnus. Quia de ipso agno dicitur Apoc. vii° Agnus qui in medio throni est reget illos et deducet eos ad vite fontes aquarum. Vel potest esse eadem ratio quare hic dicitur ter agnus dei quod est quare similiter dicitur ter in missa. Agnus enim grece dicitur ab agnon quod est pium latine. vel dicitur ab agnoscendo quia in magno grege solo balatu agnoscat matrem suam cum prius. quia passione sustinuit. ipso in ea patrem agnovit obedientia et matrem curam quando scilicet ipsam Johanni recommendavit. Unde dicitur etiam in missa. Agnus qui agnovisti patrem miserere nobis. Agnus qui agnovisti matrem miserere nobis. Agnus qui te pro p[eccator]ibus obtulisti ut nos deo reconciliares dona nobis pacem.

## Qui descendit

ipse est et qui ascendit super omnes celos. Eph. iiii°. Quia humilitas est via ad gloriam iuxta illud Job xxii° Qui humiliatus fuerit erit in gloria. et aqua gravium tamen facit ascendere ad sublimitatem. quantum fecit descendere per humilitatem iuxta illud ps. Ascendunt usque ad celos et descendunt usque ad abyssos. Et valle humilitatis semper consuevit summa esse mons sublimitatis. Ideo apostolus volens describere ascensionem prius ponit humilem de-

scensionem. Ponit enim primo humilem Christi descensum cum dicit Qui descendit. Secundo ponit gloriosum ascensum cum dicit Ipse est et qui ascendit etc. Istam autem humilem descensum et gloriosum ascensum describit Gregorius in libro Ysaac tractans illud verbum Cant. secundo Ecce iste venit saliens in montibus etc. dicens. Saltum quendam venit christus in hunc mundum apud patrem erat in virginem venit ex virgine in presepe transiliit descendit in Jordanem ascendit in crucem. descendit in tumulum surrexit ex tumulo et sedet ad dexteram patris. Ecce scala que habet septem gradus per quam christus humiliter descendit in mundum et gloriose rediit et ascendit in celum. Primus igitur gradus est quo de sinu patris venit ad virginis uterum. Istum tangit cum dicit Apud patrem erat in virginem venit. Et iste fuit gradus nimie humilitatis magna quidem humilitas est quando dominus induit vestem servi maior quando conservat et similem se facit suo. faciendo scilicet opera servilia maxima quando portat penulam cum servo. Superma[x]ima quando moritur pro servo. Istam tam excellentem humilitatem ostendit Apostolus Phil. ii° Semetipsum exinanivit formam servi accipiens. Ecce quia conservavit et similem se fecit servo in operibus servilibus. quia scilicet voluit legi subiacere voluit circumcidi voluit in templo presentari voluit servus ministrare. In similitudinem hominum factus. Ecce quia portavit penulam cum servo. Et habitu inventus ut homo. Ecce quia induit vestem servi. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. Ecce quia mori voluit pro servo. Secundus gradus est quo de utero venit in presepium. Istum tangit cum dicit Ex virgine in presepe prosiliit. Et iste fuit gradus nimie asperitatis. Non enim est magna asperitas duro hic lecto maxime homini tenero et vestimentis vilibus suffarciato. Ideo qui ista

ea genuit / quia 2 lectus est durus
et racius est tener et delicatus. Et
pannis vilibus involutus / cui nigra
asperitas esse videtur. Ista causa tangit an-
gelus cum dicit Luc. ii°. Invenietis
infantem. Ecce puer quod tener et delica-
tus / pannis involutum. Ecce quod pannis
vilibus involutus. Positum in presepio.
Ecce quod durum lectum. Tercius gradus est quo
de utero venit in mundum / scilicet per mani-
festacionem. Istum tangit cum dicit.
Descendit in Jordanem. Tunc enim
primo se mundo manifestavit et per patris
vocem et per columbe speciem et per
Johannis testificacionem. Et iste gradus
quo in mundum venit fuit mire pau-
pertatis. Ipse enim pauper fuit et in vita
quia non habuit domum ad habitandum.
Et in morte quia non habuit in cruce
tabulam ad reclinandum / sed pilatus pri-
mo fecit eam affigi. Et post mortem
quia non habuit sepulcrum proprium ad con-
dendum. Ideo dixit Mat. viii°. Vulpes
foveas habent et volucres celi nidos. Fi-
lius autem hominis non habet ubi caput suum re-
clinet / Acsi diceret. Nec habeo foveas
sicut vulpes id est sepulcrum in quo possim
post mortem quiescere. Nec habeo nidum
sicut volucres / id est domum in qua possim
in vita habitare. Nec habeo cervical in
quo possim in cruce caput reclinare.
Quartus gradus est quo de mundo
ascendit in crucem. Istum tangit cum
dicit. Ascendit in crucem. Et iste gra-
dus fuit mire caritatis. Joh. xv°.
Maiorem hac dileccionem nemo habet / quam ut
animam ponat quis pro amicis suis.
Ibi enim fuit totus igne amoris plenus
et totus caritate succensus / et per sangui-
neum sudorem / et per vestium denu-
dacionem / et clamorem vehementem. et
per corporis ruborem / et per sanguinis
impetuosam effluxionem. Ideo a pecto-
re velut fons cum impetu emana-
bat sicut patet in musco / Quintus gradus
est quo de cruce descendit in tumulum
et inde in limbum. Et iste gradus
fuit mire pietatis. Magna enim pie-
tas a. nunc fuit / quod illos patres

qui erant in limbo desolati visitare
voluit. Ysa. ix°. Populus qui ambulabat
in tenebris vidit lucem magnam ha-
bitantibus in regione umbre mortis.
lux orta est eis / letabuntur coram te
sicut qui letantur in messe / sicut exul-
tant victores capta preda quando divi-
dunt spolia. Isti enim erant desolati
propter dampnum quia scilicet privati erant
visione divina. Ideo dicitur populus qui
ambulabat in tenebris. propter statum
quia non turbabatur, sed ibi stabant sicut
dicitur habitantibus / propter umbrosum et
obscurum locum. Ideo dicitur In regi-
one umbre id est in regione umbrosa.
Cum enim deberent esse in celo empi-
reo. erant in loco infimo et tenebro-
so. propter horribile consorcium / quia ca-
rebant societate angelorum / habebant
vicinitatem demonum. Quia limbus
creditur fuisse inferno vicinus. Ideo
subdit mortis. Demones enim dicuntur
mors. quia fuit causa mortis. Sap.
ii°. Invidia dyaboli mors introivit
in orbem terrarum. Sed opus deso-
latos propter dampnum lucis sic visione
illuminavit. Ideo dicitur vidit lucem
magnam. Desolatus propter diurnum sta-
tum retribucione suorum operum letificavit.
Quia portavit eum consultacione mani-
pulos suos. Ideo subditur letabuntur
coram te. sicut qui letantur in messe.
Desolatos propter vicinitatem con-
sorcii victoribus demonum fecit consocia-
tos angelorum. Ideo subditur Sicut exul-
tant victores etc. Sextus gradus est quo
de tumulo resurgens in mundum rediit
Et iste est gradus mire felicitatis.
Roman. vi°. Christus resurgens ex mor-
tuis iam non moritur etc. Ideo ipse post
passionem suam ruptis vinculis
mortis infirmitatem in virtutem mor-
talitatem in eternitatem commutavit. Tra-
sit in gloriam. Septimus gradus est quo
ascendit in celum et sedet ad dexte-
ram patris. Iste fuit gradus mire ma-
iestatis. Certi seu gradus indicat
humilem descensum. Iste vero ultimus
ostendit eius gloriosum ascensum.
Iste autem ascensus fuit gloriosus / et propter

modum quo ascendit Et ppt tum
ad quem ascendit Ascendit quide
deducentib nubibz, comitantib a-
nimalib, assistentib, angelis spiritib
Nubes quidem precedebat, ut viam
pararent a demonib de aere expelle-
rent Quidam comitabat ut sibi
assistent Quidam sequebat ut obsequiu
exhiberent Omnes aut ut devote
iubilarent ps Ascendit deus in iubi-
lacione Fuit etia gloriosus ppt tum
ad que ascendit Quia ascendit usqz
ad dexteram dei Dextera aut dei e
equalitas dei Dextera dei sunt po-
ciora bona dei Dextera dei e virtus
et ptas dei Xpus aut est dns nr
frater nr et iudex nr Inquantu e
est dominus nr sedet ad dextris dei
i in equalitate dei ps dixit dominus
dns domino meo sede a dextris meis
Inquantu est frater nr et verus homo
sedet ad dextris dei i in pocioribus
bonis dei et pocori patrimonio Ecc
viijo Ecce video celos apertos et filiu
hominis stantem a dextris virtutis dei
Inquantum est iudex nr sedz a dextris
dei i in potencia dei quia deus dedit
sibi ptatem omne iudiciu faciendi
Joh vo ptatem dedit ei iudiciu face
Mt vltio Data est m omnis ptas
in celo et in terra Modicu aut nob
pdesset scire scalam et gradus qb
xpus descendit et in celum ascendit
nisi ipm per eande scalam et gdus
similit nos imitari contigerit Nec
voluit xpus alia scalam p se here
et alia nobis porrigere sed eandem
nobis porrigit per qua ipse descen-
dit pariter et ascendit Si igit
volumus in celum ascende per gdus
supradictos descende vel pocius ascede
studeamus Primus igit gradus est
humilitatis per quem in celu ascen-
dimus luc xviijo Qui se humiliat
exaltabit Duo ponit xpus scz hu-
miliacionem et exaltacionem hec aut ubi
taliter commisit ut homo se humiliet et
deus exaltet Ideo dicit Qui se humili-
at exaltabit Cu aut quis iu t or-

dinem pruter ideo aufert qd sui e
scz exaltacionem deus accipit sibi qd eat
hominis s humiliacionem quia ipse eu
humiliat Et ideo subdit Qui se exal-
tat humiliabit Superbia em hoiem
deicit ps deiecisti eos dum allena-
rent Aug9 in libro de Civ te dei
Dum extollerent deiecti sunt Ipm
quippe extolli iam deici e humilitas
vero elevat et extollit Aug9 ibide
Titam et vere viam in celum mo-
lit humilitas levans cor ad deum
contra deum Idem in lib 9fess
Descendite ut ascendatis ad deum
Cecidistis em contra deum Secdus gdus
est pnie et asperitatis Mt iijo Agite
pniam appropinqbit em vobis re-
gnum celoz Sunt quidam qui pe-
nitenciam tantum hnt in corde Ecc
ijo Cogitavi a vino abstrahe car-
nem mea Quida qui hnt i ore
Mt xxvo Dicunt em et no faciunt
Quida in exterioi gustacone Mt vijo
Veniunt ad vos in vestimentis oviu
Pauci vo in operacone Ideo xpus
non dixit pniam cogitate Nec
pniam dicite Nec pnitenciam oste-
dite sed pniam agite Tercius est
gradus paupertatis et contemptus mundi
Et iste gradus hic in celum levat
Mt vo Beati paupes spu quoniaz
ipsorum est regnu celorum Ezech
viijo Elevavit me spus inter celu
et terram Non dixit posuit me in terra
Quia hoc est avaroz ps Oculos su-
os statuit declinare i terram Nec dixit
Elevavit me i celum quia hoc e pfe-
ctorum et est gradus excellencie ad
que non omnes tenent Phil iijo No-
stra conversacio in celis est sed dixit
inter celum et terram quia hoc e oium
et est gradus sufficiencie ad que oes
tenent Quem gradum Aplus describit
1 Cor vijo Qui hent uxores sit
tanq non habentes et qui utunt hoc
mundo tanq no utantur Quartus est
gradus caritatis Iste hic in celum sibi
elevare Joh iiijo fficet in eo fons
aque salientis in vitam etnam Ideo
dicit Dyonisius Amor hic ex place

uum scilicet elevativa quia nos ad deum elevat. Inclinativa quia nos ad deum inclinat. Unitiva quia innuit unit et coplat. Ambrosius. Zelum habet caritas et alas igitur habet caritas. Caritas zelum dicitur habere quia sic malos gstant arguere. Alas dicitur habere quia nos in celum facit volare. Benignitas alas dicitur habere quia facit nos ferventer amare. Est habendum autem cor sursum per aciem induitam per capillorum erectionem. Homo enim est arbor reversa habens radices id est capillos sursum et ramos id est brachia et pedes deorsum. Ideo autem habet radices id est capillos sursum ad significandum quod est planta celestis que in celo debet plantari. Et in vita per meditationem et post vitam per habitationem. Induitam per faciei elevationem et per ne'um susceptionem. De hoc ita dicit Augustinus in libro de disciplina christiana. Vociferamus os sursum et cor deorsum. Primo verum audi et verum fac. Fac sursum cor ne mentiaris in domo disciplinae. Quando cum audis videbis sed sit verum quod videbis. Quid autem est sursum habere cor nisi diligere dominum deum tuum. Quintus gradus est pietatis et iste habet ad celum similiter elevare. Christus de monte oliveti in celum ascendit. Thess. iiij^o Pietas autem ad omnia valet promissionem habens vite que nunc est et futurae. Non dixit beati sapientes. Ymo ve qui sapientes estis ad bibendum vinum. Nec beati divites. Ymo luc. vj^o Ve vobis divitibus. Sed dixit Beati misericordes. Et ratio huius est quia appetitus sapie in adam habuit casum. Appetitus potentiae in lucifero habuit papiti. Appetitus divitiarum in divite in homeo aggravante habuit inopinatum supplicium. Appetitus deliciarum in divite epulone habuit infernale supplicium. Appetitus vero misericordiae habet divinae miserationis effectum. Matth. v^o. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sextus est gradus

paciencie. Paciencia enim facit quodammodo animam impassibilem. Dum ad iniurias paciens non movet. Et iste gradus habet similiter in celum elevare. Hebr. x^o Per pacientiam curramus ad propositum nobis certamen. Sed dixit dominus luc. xxj^o In pacientia vestra possidebitis animas vestras. Sunt quidam tanquam cera. Quidam tanquam lapides. Quidam tanquam spine. Cera si tangitur statim cedit. Lapis si tangitur non cedit tamen non ledit. Spina si tangitur non cedit sed ledit. Sic sunt quidam instar cere qui tacto aliquo flagello adversitatis vel aliquo verbo correctionis statim cedunt qui se emendat et corrigunt. Quidam instar lapidis qui licet non cedat id est non se corrigant tamen non ledunt quia verba contumeliosa in se reprehendentes non inferunt. Primi autem sunt qui animas suas pacientia possident. Secundo quia non murmurat. Quidam sunt spine qui ut plurimum non cedunt id est se non corrigunt. Ymo pungunt quia verba blasphemie et contumelie inferunt. Primi ac sunt quia animas suas pacientiam possident. Secundo quia non murmurant sed se emendat. Secundi autem non possidet animas suas sed potius possident quia si non murmurant et blasphemat tamen se non corrigunt nec emendat. Tertii animas suas non possident sed sensualiter a dyabolo possidentur. Septimus gradus est contemplationis quo quis celestia contemplatur. Et iste est ultimus gradus quo scilicet homo in celum ascendit in vita per meditationem sic et post mortem ascendet per eternam habitationem. Iste ac gradus quo quis cogitatione et aviditate in celesti patria gustat quanta tranquillitate sit ad deum. Joh. xvj^o In mundo pressuram habebitis in me autem pacem. Augustinus in libro confessionum de fuga seculi exponens id propheticum. Tu es refugium meum a tribulatione mea que circumdedit me. Ergo inquit quia deus

refugium est. Cum deus in celo est. Vn-
de illuc fugiendum est, ubi pax et
securitas. Secundo generat in homine se-
curitatem quietam ad scriptum Job vii.
Elegit suspendium anima mea. Su-
per quo Gregorius dicit. Gregorius In alto quippe
mente fixerat iam hostis ad hanc
irrumpere non audebat. Ambrosius in libro
de bono mortis. Inter laqueos am-
bulamus inter plumas vsum tem-
ptacionis. qui vult ergo securus ab
hiis esse mente ascendat in celum.
Ambrosius in libro de bono mortis. Avis
que descendit ex alto frequenter aut
laqueis capitur. aut visco fallitur aut
quibuscumque nexibus irretitur. Sic quod
anima nostra caueat ad ista mundana
descendere. quia laqueus est in auro.
viscus in argento. nexus in predio.
Quam aurum petimus strangulamur. dum
argentum querimus in visco eius heremus
dum predium inuadimus, alligamur.
Tercio generat despectionem quandam ad
mundum. Raban in iii. Omnis qui vi-
derit te resiliet a te. Ille autem qui e
in alto. liberum habet aspectum, et libere
potest videre et cognoscere mundum. Talis
igitur qui sic videt mundum non solum
resilit a mundo nichil in eo possidendo
sed eciam resilit a mundo ipsum mente
despiciendo. Nisi enim eleuet se
supra mundum non potest de mundo iu-
dicare. Nisi enim quis altas eleua-
tus ea que inferius sunt sibi esse mi-
nora videntur. Hugo in libro de co-
puncione cordis. Nisi quis ad celso-
rum celsitudine volatu anime
diuino munere conscenderit. non
potest despicere Nec ea que generantur.
terris, liber eius est de supernis de-
esse aspectus.

Quis ascendet in montem do-
mini aut quis stabit in loco
sancto eius. Innocens manibus
et mundo corde qui non accepit in
vano animam suam. Nec immerito pro-
phota in hiis verbis primo facit questio-
nem cum dicit Quis ascendet in monte
domini etc. Secundo subdit visionem cum ait
Innocens manibus et mundo corde. Ad
questionem secundum est, Nam ciuitatem
celestem non vocat vallem, sed montem
quadruplici de causa. scilicet propter sanitatem
securitatem. amenitatem et puritatem.
Ciuitas enim posita in monte sanior
est quam posita in valle. In monte enim
puritas aeris, in valle exalacio
mali vaporis. In hoc igitur ciuitas
sanctorum dicitur esse in monte posita
ostenditur quod sit sanissima. Est autem
sana et ione medici et ione sui. et
ione habitatoris Ratione medici quia
Salus autem iustorum a domino et protector
eorum in tempore tribulationis. Sequitur
enim tam perfectum medicum habet, quod sa-
nitate restituet et restitutam conseruet
perfectus medicus esset. Sic ille medicus
sanitatem restituat Ideo dicitur Salus
autem iustorum a domino Ipse in sanitate
conseruat Ideo subdit Et protector eorum
in die tribulationis Ratione sui, quia est
ibi aer sanissimus qui corrumpi non
potuit, ysa. lx. Occupabit mu-
ros tuos salus, quia ciuitatis sancte
erit ipse deus. Et dicit muros in
plurali, quia est murus ione deitatis
Et animale ione humanitatis. ysa.
xxvi. Saluator ponetur in ea murus
et antemurale. Ambrosius quo est intra
istos muros erit sanus. quicunque ex-
tra erit mortiferus et infirmus. Extra
autem erunt dampnati Et ideo dicuntur mitti
in tenebras exteriores Ratione habitatoris
quia nullus ibi erit egrotatus Apoc.
xxi. Absterget deus omnem lacrimam
ab oculis sanctorum. Secundo propter
securitatem. Ciuitas enim in monte
sita ab hostibus est secura, Sed de hac se-
curitate dicitur ysa. xxxii. Sedebit
populus meus in pulcritudine pacis
in tabernaculis fiducie et in requie o-
pulenta. Pulcra pax est. que vi-
ctoriosa est Victoria autem secundum Augustinum
non est, nisi subiectio repugnan-
tium. quod tunc factum fuit, pax et
victoria igitur in illa ciuitate subiugati sunt omnes repugnantes.

scilicet caro mundus et dyabolus Ideo u-
bi erit pulcritudo pacis Sed quia
potest esse pax et non plena securitas
Ideo addit in thabernaculis fiducie
Talia enim thabernacula que sunt paci-
fica et secura sunt valde desidera-
bilia et dilecta Ps Quam dilecta thaber-
nacula tua domine virtutum Sed quia
ad pacem et securitatem civitatis re-
quiruntur reges et rerum habunda-
cia Ideo sequitur In requie opulen-
ta De hac opulencia dicitur in
ps Gloria et divicie in domo eius Tercio
propter amenitatem Civitas enim
in excelso posita est valde amena
et propter liberum aspectum et propter al-
titudinem turrium Nam propter liberum
aspectum habitatores longius vident
propter altitudinem turrium ipse civita-
tes in excelso posite delonge vi-
dentur Habitatores civitatis superne
libero aspectu fruuntur de quo dicitur in
ps In lumine tuo videbimus lumen
Bernhardus Quid est quod non videant qui
videntem omnia vident Ibi enim sunt
altissime turres id est ordines sanctorum di-
verse altitudinis Nam una turris
altissima est ordo apostolorum ordo mar-
tirum etc De quibus turribus dicitur in
ps Fiat pax in virtute tua etc Secundo
propheta subdit ascensum cum dicit In-
nocens manibus etc Ponit autem scalam
habentem quatuor gradus per quam ad ip-
sum montem de quo supra quilibet ascende-
re potest Primus gradus est studium
bone operationis cum dicit Innocens
manibus Secundus mundicia cordis cum
dicitur Et mundo corde Tercius despectio
vanitatis cum dicitur Qui non accepit
in vanum animam suam Quartus dilectio veritatis
cum dicitur Nec iuravit in dolo pro-
ximo suo Per hos quatuor gradus
Christus de mundo isto in celestem montem
id est in celum empireum ascendit Pri-
mus gradus est studium bone operationis
quod notatur cum dicitur Innocens manibus
Innocencia vero operis consistit in nullum
ledendo et in omnibus faciendo Sic
Christus nullum lesit j petri secundo.

Cum malediceretur non maledicebat
cum pateretur non comminabatur Secundo opera
bona omnibus scilicet opus potencie in
miraculorum operatione Act x° Qui per-
transiit benefaciendo et sanando omnes
oppressos a dyabolo quia deus erat cum
illo Opus sapiencie in predicatione Luce
iiij° Aliis civitatibus oportet me evan-
gelisare regnum dei quia ad hoc
missus sum Opus caritatis infi-
nite id est passionum perpessione quas licet
in tota vita sua perpessus fuit in fi-
ne consummationem dedit Ioh xvij° Opus
consummavi quod dedisti michi Eiusdem
xix° Consummatum est Secundus gradus
est mundicia cordis Cum dicitur
Et mundo corde Per istum gradum Christus
ascendit quia mundiciam perfectam ha-
buit quod patet et in suo principio
quia sine peccato et de mundissima matre
nasci voluit Et in suo medio quia
mundiciam predicavit Mt v° Beati
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt
Et sicut dicitur Eiusdem xii° Ex habun-
dancia cordis os loquitur Et in suo
fine quia pedes discipulorum lavit
per quod significatur lotio animarum Et post
suum finem quia munda syndone in-
volvi voluit per quam munda conscientia
designatur in qua Christus quiescere
appetit Ideo sponsa invitans eum
dicit Cant 1° lectulus noster floridus
Tercius gradus est despectio vanitatis
cum dicitur Qui non accepit in vano
animam suam Per istum gradum Christus
ascendit quia mundum cum omnibus va-
nitatibus suis despexit Ipse quidem
despexit mundi divicias quia elegit
paupertatem Ps persecutus est hominem
inopem et mendicum et corde mortificare
Scitis gratiam domini nostri ihesu christi
qui egenus factus est cum dives es-
set ut illius inopia divites essemus
Despexit delicias quia elegit
asperitatem Ps Operui in ieiunio
animam meam et posui vestimentum
meum cilicium etc Despexit honores et
elegit vilitatem Ps propter te sustinui

nui obprobrium z operuit confusio faciem meam / Tercius gradus est dilectio veritatis cum dicit Nec iuravit in dolo proximo suo / Per hunc gradum xpus ascendit / quia veritatem dilexit z veritatem docuit / Qualiter autem veritatem dilexit z docuit / dicit Mt xxij° Magister scimus quia verax es et viam dei doces in veritate / z non est tibi cura de aliquo Non enim respicis personas hominum / Sunt quidam qui non habent veritatem in lingwa sed diligunt mendacium Contra quos dicit Scimus quia verax es / Quidam qui non habent veritatem in doctrina / sed docent propter temporale commodum Contra quos dicit Et viam dei in veritate doces Quidam qui non habent veritatem in iusticia / sed vivunt ad humanum favorem Contra quos dicit Non est tibi cura de aliquo / Quidam qui non habent veritatem in iusticia sed iudicant propter humanum favorem vel timorem / Contra quos dicit Non enim respicis personam hominum / Si igitur nos in celum ascendere volumus / per hos gradus ascendere debemus / Primo enim debemus habere studium bone operacionis / hic enim gradus consistit ut mala vitemus z bona opera faciamus / Sicut autem bonum opus ponit hominem in scala paradisi Iuxta id ps Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo / Qui ingreditur sine macula z operatur iusticiam etc / Sic malum z ociositas ponit hominem in scalam inferni / Ociosis enim non competit celum / quia id debetur operariis sicut dicit Mt xx° Voca operarios eos z redde illis mercedem / Nec competit ei paradisus terrestris / quia homo positus fuit ibi ad operandum ut habetur Gen ij° Nec competit ei locus purgatorii / quia ibi purgantur qui aliquid laboraverunt ps In labore hominum non sunt z cum hominibus non flagellabuntur / Ideo competit ei locus inferni / quia qui non flagellantur in purgatorio cum hominibus / flagellabuntur in inferno cum demonibus

Secundo debemus habere mundiciam cordis / que quidem ponit in gradu paradisi / Mt v° Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt / Ideo propheta postquam dixit Domine quis habitabit in tabernaculo tuo etc subdidit Qui ingreditur sine macula etc Est autem macula originalis venialis z mortalis / Illi qui ingrediuntur cum macula originali Non ingrediuntur dei tabernaculum / sed in limbum / Illi qui sunt in macula veniali Non ingrediuntur statim in dei tabernaculum sed in purgatorium / Illi qui sunt in macula mortali / non habitabunt in dei tabernaculo / sed in inferno / Designat propheta quis homo in dei tabernaculo habitaret Dicit Qui ingreditur sine macula scilicet originali veniali z mortali // Tercio debemus habere despectum mundane vanitatis / Qui quidem despectus mundi ponit nos in tercio gradu scale paradisi Luc vj° Beati pauperes quia vestrum est regnum dei / Debemus enim despicere mundum quantum ad divicias / quia sunt spine que nos pungunt Et tamen de aliquibus dicitur Job xxx° Esse sub sentibus delicias computabat / Habere sub pedibus suis sentes est prudencia / Tales sunt domini diviciarum / qui licet habent divicias eis tamen dominantur z possunt / Esse autem sub sentibus / z habere super se sentes est avaricia Tales sunt servi diviciarum / Tales enim licet divicias iuste acquirunt / tamen cupide retinent Nec eas ut decet distribuunt / Habere autem sentes supra inmo circa se et intus et extra est summa miseria / Tales sunt qui assiduis cogitacionibus molestantur / qui in continuo timore z labore consistunt qui male acquirunt male retinent / male expendunt Secundo deinde despicere mundum quo ad honores quia venti sunt / qui cito evanescunt Job xxx° Elevasti me z quasi super ventum ponens allisisti me valide / Iuxta ventum esse tutum est / cum vento esse id est a vento agitari mirum est / super ventum

esse periculum est. Iusta vetu ee
e ee in statu subiectionis, et tales
stant sunt a vento dyab[olice] temptacionis
et mundi ambicionis. Sup ventu
esse est ee in appetitu ambicionis.
Sed qui sunt iusta petra non cadunt
quia in uno stetunt tanto singuli.
Cum vero ee est ee in statu miserie
ne placionis. Tales sunt plati q
petunt prodesse non pee. Tales ec
sunt positi in vento placionis, tu
non stetunt ventu ambicionis. Sup
ventu aut ee est ee in appetitu
ambicionis, tales sunt plati q ap-
petunt pee et non prodesse. Et ideo
valide allidunt, et quanto altior ascen-
sus tanto periculosior casus. In cuius
persona Iob loquitur d. Sup ventu
ponens allisisti me valide. Tercio
demus despicit mundi quantum ad deli-
cias, quia sunt luxur que fete fa-
ciunt. Ioel i°. Computruerunt iumenta
in stercore suo. Quo hec in car-
nales voluptates, faciunt hominem al-
esse brutum. Ideo dicit iumenta. Ps.
Comparatus est iumentis insipientibus et
similis factus est ill. Esse fetidi ideo
dicit Computruerunt. Ysa. xxxiiii°.
De cadaueribus eorum ascendit fe-
tor. Esse immundi ideo d[icit] In stercore suo.
Eccli. ix°. Omnis mulier que est fornic-
aria quasi stercus in via conculcabitur.
Quarto demus hic amore veritatis,
Que quidem ponit hominem in alto
et perfecto gradu paradisi. Iac. iii°. Si
quis vero non offendit, hic perfectus
est vir. Ioh. viii°. Cognoscetis veri-
tatem et veritas liberabit vos. Sed veritas
hodie est multum odiosa. Gal. iiii°.
Ergo inimicus factus sum vobis verum di-
cens. Obsequium amicos veritas o-
dium parit. Molesta est veritas si que-
dem exacerbat odium quod est venenum
amicicie. Sed obsequium multo mole-
stius, quod peccatis indulgens in pre-
cipicium amicum ferri sinit. Maxima at
in eo culpa est qui et veritatem asper-
natur et in fraudem obsequio impelli-
tur. Aures veritati clause sunt, ut

ab amico verum audire negat. Huius
salus desperanda est. Et moriendum igitur
et monendi proprium est vere amicicie
et alterum facere libere non aspere, alterum
pacienter suscipere. Seneca. Nosse
tibi quid omnia possidentibus deest, scilicet
qui verum dicat. Veritas adeo vi-
lipenditur hodie, ut sibi ab aliquibus
proponatur falsitas, ab aliquibus vanitas,
ab aliquibus umbra et pictura veritatis.
Falsitatem veritati preponunt qui multi-
loquio deseruiunt et impudicicie va-
seruiunt. Eccli. perdita castitas in de-
liciis, veritas in multiloquio, caritas
in hoc seculo nequam. Vanitatem preponunt
veritati qui temporalia diligunt. Quos
reprehendit propheta d. Ut quid diligitis
vanitatem et queritis mendacium. Picturam
et umbram veritati preponunt qui
simulate et ypocrise vivunt, qui magis
diligunt sanctitatem apparentem quam
veritatem. Quos dominus reprehendit
d. Mat. xxiii°. Ve vobis ypocrite qui
estis similes sepulcris dealbatis.

Qui descendit
ipse est et qui ascendit sup
omnes celos, ut ad impleret
Eph. iiii°. Tria domini ascensio
in verbis premissis tanguntur. Primo
enim ponit initium humilitatis cum dicit
Qui descendit. Secundo premium subli-
mitatis, cum dicit Ipse est qui ascendit
super omnes celos. Tercio finale fruc-
tum utilitatis cum dicit Ut ad-
impleret omnia. Circa primum notandum est
quod humilitas est via ad graciam
et consequenter ad gloriam. Et hoc multiplici
racione. Primo racione sue gravitatis.
Humilitas enim facit cor gravem et effos-
sum, et per consequens ydoneum. iiii°
Reg. iii°. Facite in alveo torrentis
huius fossas, et alveus iste replebitur
aquis. Aqua enim gracie impletur
cor effossum et gravem, non motuosum
vel inflatum. Ps. Qui emittit fon-
tes in convallibus. Istas foveas habuit
Christus, qui fuit effossus in manibus
et pedibus. Ps. Foderunt manus meas
et pedes meos. Fuit effossus in latere

Joh. xix° Unus militum aperuit lancea
latus eius etc. Fuit effossum in corde
per dolorem. Jeremie xviij° Foderunt
foveam anime mee etc. Anima igitur
sic fuit effossa. Ideo multis aquis gra-
ciarum sunt replete, adeo quod ipse fove-
e verse sunt in fontes. De quibus
aquas graciarum haurimus. Ysa. xij°
Haurietis aquas in gaudio de fonte sal-
vatoris etc. Dedit tamen sue vacuitate.
Quia cum natura nichil patitur vacuum
quin illud repleat. Sic nec gracia
humilitatem que se sibi infundit. Hoc
figuratum est iiij° Reg. iiij°, ubi dicitur
Quod Heliseus implevit vasa va-
cua. Ideo dicit in ps. Auferes spi-
ritum eorum, quo scilicet se et mundum dili-
gebant, et deficient a se scilicet et mundo
et in pulverem suum revertentur, se
scilicet humiliando. Et dispositis Emitte spi-
ritum tuum et creabuntur etc. Quanto enim
quis magis deficit ab amore mundi
tanto magis crescit in amore dei.
Et quanto in aliquo amor mundi est
maior, tanto amor dei est minor. Ysa.
xxviij° Coangustatum est stratum
scilicet cordis ita ut alter decidat et
pallium scilicet amoris utrumque operire
non potest, deum scilicet et mundum. Aug.
Minus te domine amat qui tecum
aliquid amat quod non propter te amat.
Non enim mirum si homines tunc ama-
bant mundum, qui non poterant habere
celum, si tunc amabant corpus, cum
non pateret eis corpus nisi ad infernum.
Sed modo stultus est qui dimittet
regnum patris sui celestis propter
hereditatem terrenam. Cum sue merces
xpo quilibet fidelis debet dicere cum
propheta Quid enim michi est in celo
et a te quid volui super terram. Istam
vanitatem xpus habuit, quia mundum
despexit. Joh. xv° Si mundus vos
odit, scitote quia me priorem vobis
odio habuit. Ipse enim nec habuit divi-
cias ad possidendum. ij Cor. viij°
Cum dives esset egenus pro nobis fieri
voluit, ut eius inopia divites essemus,

Nec domum ad habitandum. Mt. viij°
Vulpes foveas habent, volucres celi
nidos, filius autem hominis etc. Nec ci-
bos ad manducandum. Ideo oportebat
ut invitaret. Luc. vij° Rogabat
illum quidam phariseus etc. Et ideo
omni gracia repletus. Tercio ratione
inclinationis. Humilitas enim inclinat
os anime ad fontem gracie. Et ideo meretur
haurire. Ja. Pet. v° Deus superbis
resistit, humilibus autem dat graciam.
Prov. ij° Inclina cor tuum ad co-
gnoscendum prudenciam. Xpus igitur
se inclinavit. Et ideo et graciam et gloriam
haurire meruit. Inclinavit autem se na-
scendo. Ps. Inclinavit celos et descendit,
moriendo. Joh. xix° Inclinato ca-
pite emisit spiritum. Inclinat se cottidie
nostre iustificacioni intendendo.
Joh. viij° Inclinavit se ihesus et digito
scribebat in terra. Tunc digito in terra
scribit, cum dona sancti in anima
nostra imprimit. Quarto ratione apercionis.
Humilitas enim cor nostrum aperit. Et
ideo ad se trahit. Ps. Os meum
aperui et attraxi spiritum. Idem Dilata
os tuum et implebo illud. Quod scilicet os
xpus apertum habuit. Et ideo impleri
meruit. Jeremie l. Aperuit dominus
thesaurum suum. Quinto notatur primum
sublimitatis cum dicitur Ipse est qui
ascendit super omnes celos. Xpus
namque descendit infra celos materiales
quia in terra conversatus. Baruch iij°
Post hoc in terra visus est et cum hominibus
conversatus est. Joh. vj° Descendit de
celo etc. Descendit infra celos ra-
cionales, quia infra homines factus.
Ysa. liij° Vidimus eum et non erat
aspectus, et despeximus eum despec-
tum et novissimum virorum etc. Ps.
Ego autem sum vermis et non homo, oppro-
brium hominum et abiectio plebis. De-
scendit infra celos intellectuales,
quia infra angelos minoratus est. Ps.
Minuisti eum paulominus ab angelis.
Descendit etiam infra celum super-
substanciale, inquantum servili forma indutus

Phil. ii° Qui cum in forma dei
esset, non rapinam arbitratus est esse
se equalem deo, sed exinanivit semet-
ipsum formam servi accipiens. Secundo quia
sicut infra celos descendit, sic etiam super
celos ascendit. Primo super celos natura-
les. Ps. A summo celo egressio eius.
Ac ipse cum in puerili vita in infimo
loco sedere voluit. Et ideo in die
ascensionis in summo loco exaltari
dignus fuit. Secundo ascendit supra
celos rationales, quia caput ecclesie con-
stitutus. Ephe. i° Omnia subiecit sub pe-
dibus eius. Et ipsum dedit caput super
omnem ecclesiam, que est corpus ipsius.
Tertio ascendit supra celos intelle-
ctuales, quia angelorum dominus ordina-
tus. Ps. Adorate eum omnes angeli
eius. Ephe. i° Constituens ad dexteram
suam in celestibus super omnem princi-
patum et potestatem etc. Unde iste venit
saliens in montibus, quo ad angelos su-
periores, transiliens colles quo ad an-
gelos inferiores. Quarto ascendit
super celum supersubstantiale, quia ad patris
dexteram exaltatus. Marci ultimo Assumptus
est in celum et sedet ad dexteris dei.
Sedere autem ad dexteram dei secundum deitatem
est equalem esse patri. Sedere autem
secundum humanitatem est frui potioribus
bonis sanctitatis et potiori modo. Tertio
notatur fructus finalis utilitatis cum
dicitur ut adimpleret omnia. Circa quod
notandum quod in terra olim erat quadruplex
defectus. Qui notantur Gen. i° In principio
creavit deus celum et terram. Terra autem
erat inanis et vacua etc. Primus erat
defectus habitationis gratie. Secundo notatur
cum dicitur In principio creavit deus celum et terram
etc. Terram dedit hominibus, celum re-
servavit sibi. Secundus erat defectus scientie
quia homo viam patrie nesciebat,
quod notatur cum dicitur Et tenebre erant
super faciem abyssi. Ps. Viam ci-
vitatis habitaculi non invenerunt. Joh.
xiiii° Domine nescimus quo vadis
et quomodo possumus viam scire. Tertius erat de-
fectus gratie, quod notatur cum dicitur Erat
inanis. Eccl. xxx° Homo acedio-
sus sine gratia quasi fabula vana.
Quartus erat defectus misericordie. Terra enim erat
vacua dei misericordia et plena eius iustitia.
Secundo quia nullus ascendebat in celum
sed omnes descendebant ad infernum.
Qui notatur cum subditur Et vacua.
Re. iii° Aspexi terram et ecce vacua
erat et nihil. Quintus erat defectus
perseverantie, quia fragiles erant
ad perseverantiam boni et ad tollerantiam
mali. Qui notatur cum dicitur Abyssi, quia
caruit sine base fortitudinis. Christus ergo
ascendit ut hos defectus per ascensionem
suam adimpleret. Primo enim ascendit
ut celeste ianuam aperiret. Et sic ad-
implevit defectum habitationis gratie.
Ps. Quod enim a seculo erat celum clausum
aperuit et nobis ad habitandum dedit.
Heb. ix° Per proprium sanguinem semel in-
troivit in sancta eterna redemptione
inventa. Secundo ascendit ut viam
in celum ostenderet. Et sic adimplevit
defectum scientie. Mich. ii° Ascendit pan-
dens iter ante eos. Aug. Via factus
est tibi salvator. Surge et ambula,
habes quo, noli pigrescere. Tertio as-
cendit ut Spiritum Sanctum mitteret et adim-
plevit defectum gratie. Joh. xvi°
Si enim non abiero paraclitus non ve-
niet ad vos. Quarto ascendit ut
pro nobis intercederet et ad patrem ad miseri-
cordiam inclinaret et adimpleret defectum
misericordie. Heb. ix° Introivit in ipsum ce-
lum ut appareat vultui dei pro nobis.
Est enim advocatus noster, qui tem-
perat dei iustitiam et impetrat misericordiam
ut nos efficacius impetret. Habet potes-
tatem in obtinendo cum sit dei filius
et recipit quod pater. Joh. xvii° Omnia
que habet pater mea sunt. Habet sapientiam
in allegando. Col. ii° In quo sunt
omnes thesauri sapientie et scientie dei abs-
conditi. Habet voluntatem in adimplendo.
i Tim. ii° Qui vult omnes homines
salvos fieri. Habet perseverantiam in per-
sistendo. Heb. vii° Semper vivens
ad interpellandum pro nobis. Habet iustitiam
in prosequendo, quia ut bonorum

ptes repelleret Set maiorem admitteret
1 Joh 2o Advocatum habemus apud
patrem ihesum xpm iustum/ Quanto
sperare possumus/ quia tale advocatum
habemus/ vz sic potentem sic sapien-
tem/ sic clementem sic perseverantem
/ et insuper diligentem Inclinat autem
advocatus patrem ad miam per tres
modos sz per signa pietatis Unde Rey-
Ambrosius et Eusebius patri suscepta vulnera
mutat Secundo per reverenciam
dignitatis Quanto enim persona que
rogat maioris est culminis/ tanto cicius
obtinet effectum sue peticionis/ Heb
vo Exauditus est pro sua reverencia/
Tercio per meritum sue sanctitatis Meruit
enim per meritum passionis a patre pro
peccatoribus exaudiri Ysa liij Si po-
suerit pro peccato animam suam videbit lon-
gevum semen et voluntas domini in manu
eius dirigetur/ Quinto ascendit vt
corda discipulorum promissione facti spe
confortaret/ et adimpleret de spiritu
perseveranter Ps liquefacta est terra
i corda tenera discipulorum que erant li-
quida et mollia et fragilia Sed ego
confirmavi columnas eius/ xpus enim
columnas eius firmavit i discipulos
Sed confirmacionem virtutis et fortitudinis
spiritu sancto refirmavit Ps Vo domini
celi firmati sunt et spiritu oris eius
omnis virtus eorum/ Vel impleuit
omnia sz celestem ruinam angelorum
reparando Ps Judicabit in nacionibus
implebit ruinas. Terrestria cor-
da discipulorum sancto spiritu adimple-
do/ Act ijo Repleti sunt omnes spiri-
tu sancto. Infernalia sanctos qui erant
in lymbo eripiendo Eccli xxiiij
Penetrabo inferiores partes terre et inspi-
ciam omnes dormientes/ et illumina-
bo omnes sperantes in domino/

Psallite domino qui
ascendit super omnes celos celi
celi ad orientem/ Ecce dabit voci sue
vocem virtutis etc. In verbis istis quatuor
determinantur/ Primum est qualiter ascendit
cum dicitur psallite domino qui ascendit

Secundo quo ascendit cum dicitur Super
celum celi/ Tercio vnde ascendit/ cum dicitur
Ad orientem/ Quarto propter quid ascendit
Cum subinfertur Ecce dabit voci sue etc.
Circa primum igitur sz qualiter ascendit
Sciendum est/ quod ascendit cum iubi-
lacione angelica Ideo propheta alloquens
angelos dicit psallite deo etc. Ps
Ascendit deus in iubilacione et dominus
in voce tube Idem/ laudate eum in
sono tube. laudate eum in psalterio
et cythara Sequitur vbi ostenditur quod
angeli eum laudaverunt cum melodia
que fit in voce Ideo dicit Ascendit in
iubilacione Cum melodia que fit in
flatu cum subditur Et dominus in voce tube.
Cum melodia/ que fit plausu Ideo dicit
laudate eum in psalterio et cythara.
Secundo ascendit innitatam vocatione
paterna Ps dixit dominus domino meo
Can ijo Veniteras ad me/ Dilecte mi
Veniteras dicto. cum dote subtilitatis.
Et isto dicit Similis esto capree que
scilicet habet subtilem et acutum visum
Veniteras cum dote agilitatis/ Ideo
subdit hinnuloque cervorum Glosa propter
agilitatem currendi Veniteras cum dote
immortalitatis Ideo subdit Super mon-
tes i super corpus infirmum et stabile
i immortale et impassibile/ qui erat
sunt Bethel que dicitur domus dei/ quia
in xpo tota deitas habitavit// Tercio
ascendit virtute propria/ Ysaie lxiijo
Gradiens in multitudine virtutis sue.
Alij sancti in celum non gradiuntur
sed ab angelis in celum deducuntur
Luc xvio Factum est vt moreretur
mendicus et portaretur ab angelis in sinum
abrahe. Alij non ascendunt in mul-
titudine i virtute plenitudinis/ quia
formalis plenitudo virtutum et graciarum
est in xpo Joh jo De plenitudine
eius omnes accepimus Alij non ascen-
dunt cum virtute sua/ sed virtute di-
vina/ xpus autem propria virtute ascendit
Joh iijo Nemo ascendit in celum sz
propria virtute/ nisi qui descendit de celo
Quarto ascendit cum nube lucida/ ad

inmendum · q ascendebat vt int nos
z patrem mediator fieret / vt pluui-
as gratiaru nobis effunderet / vt q incen-
tiua peccatorum nobis refrigerium pra-
beret / Quinto ascendit cum societate
decora / quia scilicet cum angelis z animabus
Deuteronomium xxxiii° In baculo meo transiui
iordanem istum i mundum et
nunc cum duabus turmis regredior
propter hanc tam pulcram z decoram so-
cietatem canitur Celica / Domus pulcra
exaltata est super sidera etc In qua
est z cum qua Christus fuit multiplex pulcritudo
scilicet pulcritudo deitatis carnis anime
societatis angelice z animarum Est igitur
exaltata pulcritudo deitatis / quia
hodie manifestauit suam potentiam / pulcri-
tudo sue carnis / quia induit inmortalita-
tem / pulcritudo anime / quia induit im-
passibilitatem / pulcritudo angelica
quia restaurauit suam integritatem
pulcritudo humana i animarum sanctorum / quia
hodie associate sunt gloriam felicita-
tem / Ideo quintuplici modo z nos spiritualiter
in celum ascendere debemus / Primo
per mentis exultationem Psalmus Iterum ca-
nite ei qui ascendit Et sancti sedent
exultatione in conspectu eius / Secundo per
diuinam vocationem siue inspirationem / Homo
enim propter tamquam brutum tantum terre-
na sapit / sed diuina inspiratio oculos eius
aperit z intelligentiam dat vt ce-
lestia cognoscat Job xxxii° Inspira-
tio omnipotentis dat gratiam z intel-
ligentiam / Tertio per feruentem dile-
ctionem · que est propria vita anime / que
ipsam in celum extollit Job iiii° /
fiet in eo fons aque viue salientis
in vitam eternam / Quarto per sanctam co-
uersationem / Hec est nubes lucida · que
a terris eleuatur z in celis conuersatur Philippenses
iii° Nostra conuersatio in celis est Isaie
propheta sanctorum conuersationem admirans
ait Ysaie lx° Qui sunt isti / qui vt
nubes volant / Quinto per bonam
operationem / Bona enim opera animam in
celum eleuant / ymmo eam super associ-
ant Apocalipsis xiiii° Opera enim illorum
sequuntur illos · / Secundum est quo
ascendit cum dicitur Super celum celi
Circa quod sciendum quod est multiplex celum
Primum est celum aereum super quod Christus
ascendit per dotem subtilitatis / z le-
uitatis Quia in omne corpus ponde-
rosum hic descendere z leue ascendere
Ideo Christus per dotem leuitatis quam
corpus induit / super celum aereum
ascendit Psalmus Volauit super pennas uen-
torum Secundum est celum sydereum / in
quod Christus ascendit per dotem agilitatis
Ut enim dicit Rabi moyses vsque ad
celum sydereum sit via septem milium
septingentorum annorum i tantum spacium
quantum quis in septem milibus septin-
gentis annis de via plana iret /
Constat quod Christus super illud celum
sydereum per dotem agilitatis ascen-
dit · quia tantum spatium in mo-
mento penetrauit / Psalmus Exultauit vt gygas
ad currendum viam / Tertium est celum
cristallinum super quod Christus ascendit per
dotem inmortalitatis / Celum enim cri-
stallinum factum est ex aquis que sunt
super firmamentum / quas deus fundauit
quasi in cristallum eas conuertit / ita
quod numquam resolui de cetero possunt Sic
sunt corpora glorificata que diuina virtute
adeo sunt consolidata / vt numquam de-
inceps resolui possunt · Quia igitur corpus
Christi incorruptibile factum erat Ideo
in regione corruptibilium ipsum
manere non debebat / sed ad celum ascen-
dere appetebat i Corinthios xv° Oportet cor-
ruptibile hoc induere incorruptionem
z mortale hoc induere immortalitatem
Quartum est celum empireum super
quod Christus ascendit per dotem claritatis
Empireum enim dicitur ab empir quod
est ignis Non quidem dicitur igneum
ratione caloris · sed splendoris Cum
enim corpus glorificatum sit maxime cla-
ritatis / appetit regionem clarissimam
que est celum empireum / Quia igitur
corpus Christi induerat claritatis dotem
Ideo in regione obscura mundi · non
debuit commorari / sed ad celum cla-
rissimum sua claritate illustratum

Apoc xxvij° Civitas illa non eget
sole aut luna vt luceat in ea. Nam
claritas dei illuminabit illam / et lucer-
na eius est agnus. Quartum celum
est racionale / super quod xpus ascendit
per iustam potestatem. Est aut celum ra-
cionale ipsa societas sanctorum / ysa. lxvj°
Celum sedes mea est. Anima enim
iusti sedes est sapiencie. Super hoc ergo
celum xpus ascendit quia omnium
sanctorum princeps et caput a deo est
constitutus. Ephe. j° Ipsum dedit caput
super omnem ecclesiam non solum mili-
tantem / sed eciam triumphantem. Quin-
tum est celum intellectuale. Super
quod ascendit xpus per gloriam maiesta-
tis. Est aut celum intellectuale cho-
rus omnium angelorum. super quos xpus
ascendit. ps. Ascendit super cherubin.
/ Septimum est celum supersubstanciale / super
quod xpus ascendit in potencia dei-
tatis. Est aut celum supersubstanciale. emi-
nencia deitatis / de quo dicitur ysa. xiiij°
In celum conscendam etc. Vsque ad istud
celum xpus ascendit. quia in equalitate
patris consedit. ps. A summo celo egressio
eius. et occursus eius vsque ad summum
eius. De ascensu ad istud celum dicitur
Joh. iij° Nemo ascendit in celum
nisi qui de celo descendit. etc. // Ter-
tium est vnde ascendit. quod notatur cum
dicitur ad orientem. Nota quod secundum
... xpus non ascendit ex parte oc-
cidentis vel ex parte alterius regionis.
sed orientis. Et hec racio potest esse.
... regio orientalis olim erat odio-
sa / quia ibi fuerat ortum prima
prevaricacio. erat maledicta / Quia ibi
ortum fuerat prima maledictio. erat
immunda / Quia ibi primo ortum fuit
sanguinis effusio. Non ista tria
mala. deus orientali plage tam ma-
gna fecit privilegia / Primum est quia
deus ab oriente magos vocavit / vt que
erat odiosa propter primam prevaricacionem
fieret graciosa propter primam gentium vo-
cacionem / Secundo / quia ab oriente
ad videndum est venturus / vt que

regio orientalis erat maledicta / quia
ibi inflicta fuit a deo prima male-
diccio / in iudicio audiatur eciam benediccio.
Illum dicentis venite benedicti patris
mei percipite etc. // Tercio quia ab orien-
te ascendit / vt quia regio orientalis
erat immunda / ex sua ascensione ibi facta
fieret munda. In oriente quidem ele-
menta omnia facta sunt immunda / scilicet
terra per effusionem sanguinis innocentis
Ignis. quia in oriente ortum fuit
cultus ydolatrie / et quia sacrificia inter-
debantur / ideo igitur immundus erat. Aer
eciam infectabatur ex fumo sacrificiorum.
Aqua eciam immundiciam contrahebat / quia
ibi hostias abluebat / sed xpus munda-
uit terram per sui sanguinis effusionem
mundavit aquam per contactum sue mun-
dissime carnis / mundavit aerem
per gloriam sue ascensionis mundavit
ignem per missionem sancti spiritus / propter
istas causas scilicet ab oriente quo ad
magos prima iustificacio venit.
quia ab oriente xpus ascendit. Nota
ab oriente ad iudicium est venturus / pa-
ni. non ad occidentem vt iudei / non
ad meridiem vt sarraceni non ad aqui-
lonem vt ydolatre multi / sed ad
orientem adorant / Sunt tamen adhuc
alie due raciones / quare xpiani ad
orientem adorant / quas ponit Damascenus
Prima est / vt patria nostram nos re-
quirere studeamus ostendamus. Secunda est
vt ad xpum crucifixum respiciamus
dicit enim sic deus paradisum in edem
in oriente plantavit vnde hominem
transgressum expulsum fecit. Antiquam
igitur patriam requirentes et ad ipsam
respicientes / denique ad orientem a-
doramus. Sed dominus crucifixus ad orien-
tem respiciebat / et ita adoramus ad
ipsum respicientes. Quartum propter
quid ascendit. Cum dicitur Ecce dabit
voci sue vocem virtutis etc. Ascendit
enim vt celum clausum aperiret. Et
ista est vox illa virtutis / quia xpus
ascendens per angelos emisit dicens. Tollite por-
tas principes vestras. et elevamini porte eternales. et introibit rex glorie

Sc

Ita qd secundum Qz ianua padisi
xpus aperuit p suam incarnacioem
p baptmi susceptioem p sua pdica-
tioem p passionem per sua ad in-
feros descensioem z p sua ascensioe
Et vt hoc melius videat secundum
qz alquis aditus pt intelligi esse
clausus multis modis Primo per
inhibicioem quado sz aliquis rep
inhibet ne per talem aditum siue
viam aliquis vadat Isto mo clausa
fuat padisi ianua Na sicut dicit
Ambro Deo edictu fecit vt nullus
celum ascendat donec in aliquo hoie
tanta inueniat humilitas quanta in
primo homine fuit elacio Isto igit
mo xpus ianua apuit p suam
incarnacioem Tunc em maior fuit
in saluatore humilitas q fuit in
preuaricatore superbia Nam sicut adam
supbiuit vt ipse homo fieret deus
Sic xpus se humiliauit vt cpius
deus fieret homo Ideo humanum genus
pt clamare z dicere Apite m por-
tas iusticie Et dicuntur porte iusticie
Quia homo eas sibi aperiri me-
ruit ex eo q xpus p eo plane
satisffecit Secundo dicit clausus aditus
qn ianua cu claue e confirmata pq
qz homo peccauit celi hostium clausum
fuit z nulla clauis inueniri potuit
que ipm apire posset Et ptinuo
ad hoc xpus aperuit in baptismi
susceptioe z institutioe Baptismus em
est clauis quia celum apit ba-
ptisatis In cuius signum celu aptu
est super xpm baptisatum Tercio
dicit aditus clausus qn lapidibus
z spinis est plenus via cuiuslibet ad
celum erat plena lapidibus superbie
Ecci. xxj° via pctorum cplatata
lapidibus spinis auaricie Prou
xxiiij° p agrum pigri homis tra(n)si-
ui z ecce totum repleuerant vrtice
operuerunt superficiem eius spine lu-
xuria lupunc Osee ij° Dnus mlier
q est formicaria qi spis in via qd-
tabit Contra aut ad hoc xpt apuit

ianua padisi p suam doctrina z pdi-
cacioem Remouit em obstacula sup-
dicta quia pdicauit humilitate Mt
xj° Discite a me q mitis sum et
humilis corde Docuit paupertatem
Mt v° Beati pauperes spu quoniam
ipsorum est regnum celorum Animat
ad mundicia z castitate Mt v° Bti
mundo corde qm ipi deum videbunt
Quarto aditus dicit ee clausus p mu-
nitoem qn sz ibidem armati alqi
collocantur Via padisi erat munita
angelica custodia flamma apposita z
rumphea bis acuta De q mu-
nicoe dicit Gen iij° Collocat dns
an padisum voluptatis cherubin
z flammeum gladium atqz versatilem ad
custodiendum viam ligni vite
Contrarium ad hoc xpus ianuam padisi
apperuit p suam passioem Effudit
em sanguinem tamqz celeste attrame-
tum in quo instrumentum pacis inter
hominem z angelum confitetur z re-
mota est prima munitio sz angelica
custodia Col j° Pacificans p sangu-
inem eius siue q in celis siue que
in terris i angelos z homines Secundo
effudit sanguinem tamqz aquam sal-
uificam quo ille ignis extinguit et
sic ablata est scda munitio sz fla-
ma apposita Tercio effudit sanguinem
tamqz sufficiens precium quo diuine
iusticie satisfactio daret z ablata
e tercia munitio sz rumphea bis
acuta q erat diuina iusticia q inci-
debat pecto originali z actuali Ca
xpus diuine iusticie plene satisfecit
z sufficiens preciu dedit j Cor vj°
Empti estis precio magno Quinto
aditus dicit clausus p profunde fouee
interpositoem In via dei eundi ad
celum erat qdam maxima fouea
intermedia sz limbus ita q omnes
anime sctorum in hanc fouea cadebat
nec vltra ire poterant Ysa xxxviij°
Qui fugerit a facie formidinis i
formidolose mortis cadet i foueam

limbi deprimentis. In hac enim fo-
vea anime sanctorum patrum usque
ad christi adventum abscondebatur. Ysa. vo.
Ingredere in petram, abscondere in fossa
humo. Quatuor autem ad hoc christus
aperuit ianuam passus paradisi per sua
ad limbi descensionem. Tunc enim
sanctos patres inde eduxit, et fovea
clausit et replevit, ut nullus sanctus
illic cadere posset. Zach. ix°. Tu quoque
in sanguine testamenti tui emisisti
vinctos de lacu in quo non erat
aqua. Secundo aditus dicitur clausus
quem nullus penitus ingreditur. Licet ianua
paradisi in passione fuit aperta, quia
tunc peccatum fuit solutum, tamen clausa
esse videbatur, quia nullus per eam in-
grediebatur. Quintum autem ad hoc christus
eam aperuit in sui ascensione. Tunc
enim ipsam apertam manifestavit,
quando eam intravit, et per eam sanctorum
animas introduxit. Mich. vo. Ascen-
dit iter pandens ante eos.

Videntibus illis ele-
vatus est et nubes suscepit
eum ab oculis eorum. Act. i°.

In hiis verbis ostenditur quod christus ascen-
dit patenter, cum dicat videntibus illis.
Secundo ascendit sublimiter, cum autem ele-
vatus est. Tertio ascendit honorabiliter
cum subdit: Et nubes suscepit eum.
Ascendit igitur patenter, quia videntibus
discipulis. Circa hoc autem notandum quod
christus quedam misteria sua voluit esse
occulta, et quedam manifesta. In christo
quidem quatuor misteria considerantur, scilicet
misterium incarnationis, passionis, resurrectionis
et ascensionis. Duo prima fuerunt ma-
gne humilitatis, duo sequentia fuerunt
magni honoris. Primum tamen scilicet misterium
incarnationis sive nativitatis fuit quoddam
honorificum, quia natus est de sponsa,
et hoc fuit occultum. Fuit quoddam
abiectum, quia in presepio colloca-
tus, et hoc fuit manifestum. Similiter
misterium passionis fuit quoddam honorificum,
quia mortem superavit et vicit, et hoc
fuit occultum. Fuit quoddam abiectum

quia consputus fuit et crucifixus, et hoc
fuit omnibus manifestum. Christus enim
sua honorifica occultabat, et sua abiecta
manifestabat, ut exemplum hic nobis relin-
queret. Quod homo suos profectus debet abscon-
dere, ne inde vane glorietur, et suos de-
fectus manifestare, ut inde humilietur.
Sic apostolus sua occulta magnifica occul-
tabat. Dicit ii. Cor. xii°. Parco autem ne
quis me existimet supra id quod videt
in me. Sua infirma manifestabat,
dicit: Ne magnitudo revelationum ex-
tollat me, datus est michi stimulus
carnis mee etc. Reliqua duo vero mi-
steria scilicet resurrectionis et ascensionis
fuit magni honoris, sed unum scilicet resurrectio
cedebat christo ad honorem proprium, et ideo
fuit occulta, quia eius resurrectio
nulli hominum nota fuit, sed ex post
facto manifestata est. Aliud miste-
rium scilicet ascensionis cedebat ad hono-
rem patris et ad edificationem discipulorum,
ideo manifeste ascendit. Per quod
datur intelligi quod homo debet occultare ea
que sunt ad honorem sui. Math. vo. Ne-
sciat sinistra tua quid faciat dextera
tua. Manifestare autem que sunt ad
laudem dei. Thob. xii°. Opera dei
revelare et confiteri honorificum est,
et que sunt ad edificationem proximi.
Math. vo. Sic luceat lux vestra coram
hominibus etc. Per hoc igitur quod christus
ascendere voluit videntibus discipulis,
datur intelligi quod ipsam ascensionem
ante oculos cordis nostri semper debemus
habere, et oculos cordis semper ad celum
levare. Ad quod inducimur non tantum
exemplo discipulorum, de quibus dicitur: Cumque
intuerentur in celum etc., sed etiam
institutione ecclesie, documento nature
et beneficio stupende gratie. Institutio
ecclesie ad hoc inducere nos debet, que quidem
in honorem dominice ascensionis processionem
solemnem in omni civitate fieri ordinavit,
ut sic fideles memoriale dominice ascen-
sionis semper haberent, et de ipsa omni
tempore cogitarent. Secundo ad hoc invitat
celum, quia erat plenus valde.

in memoria ascensionis / sic nunc di-
es domini Deus multiplicavit festi-
tatibus festorum solemnitas quiete sit ces-
savit et processio ad diem dominicam trans-
lata fuit. Sexto inducimur ad hoc
documento nature / homo enim non habet
in corpore figuram ad terram curvam
sed ad celum erectam / ut ex hoc de-
intelligi quod non debet terrena diligere
sed celestia desiderare / Unde Ovidius
Pronaque cum spectent animalia cetera
terram Os homini sublime dedit
celumque videre / possit ut erectos
ad sidera tollere vultus. Si autem post
ascensionem homines celum non aspi-
ciebant mirum non erat quia illud a-
miserat / nec illud intrare vale-
bat. Ideo si cognatus videbat celum
videbat dolorem suum. Nunc autem
vident gaudium suum Luc. x° Gaude-
te et congaudete quoniam nomina vestra
scripta sunt in celis. Sic miles de
castro expulsus / videndo castrum
habet tristiciam / sed in possessionem
receptus / videndo habet leticiam / 7°
inducimur beneficio grande gratie qui
cum dominicam ascensionem devote
meditatur divinam gratiam promeretur
quod figuratum est iiii° Reg. ii° / Ubi
Helyas sublevandus in celum dixit
Helizeo / Postula quod vis et dabo
tibi antequam tollar a te / Cui Ely-
zeus / Obsecro ut fiat spiritus tuus
duplex in me. Cui Helyas rem dif-
ficilem postulasti / tamen si videris me
quando tollar a te / erit quod petisti / si
autem non videris / non erit. Suble-
vatio Helye figura est ascensionis
dominice. Sicut Helyas sublevandus
dixit pete quod vis / Sic Christus ascen-
surus dixit petite et accipietis. Illi
autem qui vident per fidem et devotionem
Christum ascendentem spiritum gratie re-
cipiunt. Qui autem non vident / non
recipiunt. Recipiunt autem spiritum duplicem
i. ad duo s. ad remissionem peccatorum
et ad munera virtutum / Christus autem
quodammodo habuit spiritum duplicem / quia

non habuit ad remissionem peccatorum quia
nullum peccatum habuit / quod prius sibi
remitti oportuit / habuit tamen spiritum ad
munera virtutum et omnium gratiarum
Tercio ostenditur quod Christus ascendit
sublimiter cum dicitur Elevatus est.
De cuius sublimi elevacione dicitur in
ps. Elevata est magnificentia tua
super celos Deus. Denique ait ad ipsum
elevari dicendo ei Cant. i° Trahe
me post te et curremus in odore unguen-
torum. Ad quam elevacionem scala quatuor
graduum indigemus / Primus gradus
est terrena despicere / per hunc gradum ele-
vatus est Ezechiel qui ait Ez. viii°
Apprehendit me in cincinno capitis
mei et elevavit me spiritus inter celum
et terram / Per celum intelliguntur cogi-
taciones et contemplaciones celestium / per
terram cogitaciones et affectiones terrenorum
Deus autem non requirit ut homo elevetur
per omnes capillos i. per omnes
cogitaciones ut nullam cogitacionem
habeat de terrenis / sed per cincinnum i.
per partem capillorum / ut medium e-
levetur in celum celestia s. cogitan-
do vel contemplando et medium sit in
terra necessaria providendo. Istud causa
innuit in hoc / quod non dixit se ele-
vatum in celum / sed inter terram et
celum. Secundus gradus est operibus
misericordie vacare / postquam enim quis ter-
rena despexit contrarium ad superfluita-
tem / secundum gradum debet ascendere
et operibus misericordie intendere per hunc
gradum ductus est Abacuc qui por-
tatus est ab angelo in capillo ca-
pitis sui usque in Babilonem por-
tans Danieli prandium quod paraverat
ipse messoribus [illegible] Dan. xiiii°
per quod datur intelligi quod homo
cura de natis debet tribuere et pauperes
eciam remotos interdum requirere ele-
mosinis et instans aliis insistens por-
rigere. Tercius gradus est deum et
proximum perfecte diligere. Qui enim
mundum despicit qui operibus misericordie
intendit ad tercium gradum ascendat
ut deum et proximum diligat / per

hunc gradum ascendit Helyas
qui in curru igneo in celum ascen-
dit / Currus igneus caritatis est.
Currus / cuius quatuor rote sunt qua-
tuor modi diligendi scilicet ex toto corde / ex
tota mente. ex tota anima / et ex
omnibus viribus. Vel quatuor ro-
te sunt quatuor diligenda scilicet deus amicus
inimicus et nos ipsi / Quartus gradus
est dei contemplacionis in se ipso. Qui
enim mundum despicit / opibus non
intendit / deum et proximum diligit
ad quartum gradum per contemplacionem
ascendit in celum / Per hunc gradum
ascendit Paulus / qui in tercium celum
et usque in paradisum raptus est ut
dicitur ii Cor. xii^o. Tercio ascendit
honorabiliter. quod notatur cum dicitur
Et nubes suscepit eum. Suscepit
quidem eum non propter debitum
necessitatis / sed propter obsequium hu-
militatis / ut ex hoc ostendatur quod
omnis creatura parata sit obsequi crea-
tori. Secundum autem quod multiplex
est creatura. que sibi ascendenti ob-
sequium prebuit. Primo creatura in-
sensibilis obsequium sibi prebuit pre-
tue recordacionis / Nam sic dicitur
in historia scolastica / loco unde Christus
ascendit vestigia impressit / et eadem
vestigia semper custodit. Secundo
creatura racionalis sibi prebuit obse-
quium revenende associacionis. / quia
anime sanctorum quos secum duxerat.
cum revenerunt associaverunt. Psalmus Ascen-
disti in altum cepisti captivita-
tem / Tercio creatura intellectua-
lis sibi prebuit obsequium iubilacionis
Omnia angeli ipsum in celum cum
iubilo deduxerunt Psalmus Ascendit deus
in iubilacione et dominus in voce tu-
be. Quarto creatura celestis sibi
prebuit obsequium / quod quadruplex
intelligitur. Nam aer prebuit sibi ob-
sequium pure suscepcionis / quia pur-
gata omni immundicia demonum ipsum
suscepit Rom. Deificata de omnio
quinitatem immensum aer et omnis illa vo-

luntas demonum pacem turbare Christo
ascendente diffugit / Nubes obse-
quium baiulacionis Act. i^o Nubes sus-
cepit eum ab oculis eorum / Celum
sidereum obsequium reseracionis / Psalmus
Elevamini porte eternales et introibit
rex glorie. Celum empireum obse-
quium perpetue mansionis Ysa. lxvi^o Ce-
lum sedes mea est. Istud obsequium
nos sibi exhibere debemus scilicet recordacionis
ut eum in memoria semper teneamus Cant.
viii^o / pone me ut signaculum super
cor tuum. Associacionis. ut ab eo ubi
habitare volenti nos non subtrahamus
Apoc. iii^o Ego sto ad hostium et pulso
Siquis audierit vocem meam et ape-
ruerit michi ianuam introibo ad illum
et cenabo cum illo et ipse mecum Mat.
xviii^o Ubi duo vel tres in nomine me-
o congregati sunt / ibi sum in medi-
o eorum / Heb. x Non sumus subtra-
cionis filii. Iubilacionis ut eum semper
laudemus / Psalmus Semper laus eius in
ore meo. Pure suscepcionis ut ei
puri cordis hospicium preparemus / In-
vitat Eccla. Adorna thalamum tuum
syon et suscipe regem Christum. Baiu-
lacionis ut per eum sanctam vitam
portemus. i Cor. vi^o. Glorificate deum
et portate in corpore vestro. Reseracionis
ut ei cor nostrum aperiamus / Cant. v^o A-
peri michi soror mea. Mansionis
ut per eum semper cordis nostri ho-
spicium teneamus Ioh. xiiii^o Ad
eum veniemus et mansionem apud eum
faciemus.

Ecce duo viri astiterunt iuxta
illos in vestibus albis. qui
et dixerunt / Viri galilei quid
statis aspicientes in celum etc. Act.
primo. Isti duo viri fuerunt duo angeli
qui apostolis in forma viri apparuerunt
ut scilicet eos mestos de domini
absencia confortaret / ut Christum vere
in celum ascendisse doceret / et ut
ipsum rediturum ad iudicium predicaret
Sancti enim angeli Christo obsequium
exhibuerunt / non solum in eius nativitate
vel resurrectione. sed eciam in sua ascen-
sione De quibus maxime leguntur

seipsorum manifestacio siue reuelacio
ipsorum admiracio deductio iubilacio
Primum igitur est ipsorum manifestacio
siue reuelacio. Lex enim diuine boni-
tatis est vt illuminaciones suas in-
fluat superioribus superiores, medijs me-
dij, infimis infimi nobis ipsis. Ista
lex seruata est circa reuelacionem diuine
ascensionis. Prime enim ipsius eam re-
uelauit angelis superioribus ipsum inter-
rogantibus et dicentibus Ysa. lxiij°
Quis est iste qui venit de edom
Ipse ait Ego qui loquor iusticiam et
propugnator sum ad saluandum Cum
ecia superioribus angelis ipsum interro-
gantibus et dicentibus Quare ergo est
rubrum vestimentum tuum Respondit
Torcular calcaui solus. Deinde ma-
iores angeli ipsum medijs reuela-
uit ps. dicta dei ciuitas vin i. supe-
rior ierarchia mediat annunciat as-
censionis sacramentum Quod autem iste
sit verum sequitur Exultauit vt gigas
ad currendam viam a summo celo egressio
eius et occursus eius vsque ad summum eius
Cant. ij° Ecce iste venit saliens in
montibus, quo ad angelos superiores
transiliens colles. quo ad medios.
Deinde medij reuelauerunt eum in-
ferioribus interrogantibus Quis est
iste rex glorie Responderunt dominus
virtutum ipse est rex glorie Deinde
ipsi inferiores reuelauerunt eum nobis
Quando in forma viri apparentes
dixerunt hic ihesus qui assumptus est
a vobis. Secundum est eorum admi-
racio. Admirabantur quidam sancti
angeli videntes, quia terra ascende-
bat super celum, mortale super an-
gelum, homo vsque ad deum Vnde
quidem admirari potuit videntes
terram i. corpus terrenum ascendere super
celum. cum terra sit descendere non as-
cendere tenens locum infimum non
supremum. Vnde dictum fuit prover.
xxx° Celum sursum et terra deorsum.
Sed hodie dici potest terra sursum et celum
deorsum. Secundo admirari potuit
videntes quod homo ascendebat super
angelum, homines angelis sedere placet
ps. Ascendit super cherubin et volauit.
Ysa. iiij° Erit fructus terre sublimis
Tercio admirari potuit videntes
quod homo ascendebat vsque ad deum
i. vsque ad dei equalitatem. Act. vlt.
Dominus quidem ihesus assumptus est in
celum et sedet a dextris dei Dan.
viij° venit vsque ad eum qui sedebat
in throno. Potuit etiam sancti an-
geli admirari de tali corporis qualitate
de tam pulcra specie. de tanta po-
testate vnde dicitur Ysa. lxiij° Quis
est iste qui venit de edom tinctus
vestibus de bosra Ecce quam mirabilis cor-
poris qualitas Iste formosus in sto-
la sua, ecce quam formosa species. Nec
enim sertorum sunt decora vestis xpi
gradiens in multitudine virtutis
sue. Ecce quanta potestas. Tercium est eorum
deductio. Sancti enim angeli ipsum
in celum deduxerunt. Augustinus Effecta
ab angelis vectum currum et poli secre-
ta suscipiunt que refundunt sancti-
tatis diuine comitatum inmensum acer.
Deducebat autem ipsum angeli in si-
gnum obediencie tamquam deum. ps. Ange-
lis suis deus mandauit de te etc. In
signum reuerencie tamquam episcopum. Hebr.
iiij° habentes pontificem magnum
qui penetrauit celos ihesum filium dei
In signum victorie tamquam pugilem
victoriosum Ysa. xix° Clamabunt
dominum a facie tribulantis et mittet
eis saluatorem et propugnatorem qui
liberet eos. Deducebat etiam eum tam-
quam regem ad solium vt iudicium acci-
peret Apoc. iij° Ego vici et sedi cum
patre meo in throno eius. et ideo
timendus quia iudex vester et testis vester
Ierem. xxix° Ego sum iudex et testis
Iob xvj° Ecce in celo est testis meus
et conscius meus in excelsis. Dedu-
cebat enim tamquam sacerdotem ad tem-
plum vt pro nobis patrem intercederet
Et ideo deuote respondemus. quia aduo-
catus noster. i. Ioh. ij° Aduocatum habemus
apud patrem ihesum xpm iustum etc.
Tenemus hominem quem assumpsit

Deducebat vt mystice

z gravissimum genus mortis qd pro
nobis pertulit quotidie volun patri
no offert / vt misereatur nostri Aug
de doctrina xana Credita a mor-
tuis domini resurrectio / z in celum
ascensio magna fiducia firmat spem
nostram Deducebat ipm tanqz
sponsum ad thalamum / vt nos ad
se traheret z nos amplexibus suis in-
naret Et ideo diligendum z deside-
randum z cum sponsa rogandum
Can j° Trahe me post te · z c · i o · v
t / Tertium est iubilacio Angeli
enim ipm cum multa iubilacione
ad celum deduxerunt / fuit aut iu-
bilacio z sonus melodie / aliqn voce
sicut in cantu / aliqn in flatu sicut
in tuba / aliquando pulsu · sicut
in cythara / Vt igitur ostendat
qz angeli in xpi ascensione ha-
buerunt omnia genera melodie / Et
ideo aliquando dicitur Et ibi fuit sonus
cum voce qui est cantus psalmus
Jubilate deo in voce exultacionis
Aliquando fuit ibi sonus cum flatu
Ascendit deus in iubilacione z dominus
in voce tube Aliquando fuit ibi so-
nus cum pulsu · ps laudate eum
in psalterio z cythara / Hys tribus modis
z nos pro sua ascensione laudare
debemus s voce graciarum accionis
Ecc · xliij° Benedicentes deum ex-
altate illum quantum potestis /
maior est enim omni laude / flatu de-
vocionis Ephe v° Cantantibus et
psallentibus in cordibus vestris deo
j Cor xiiij° Orabo spu orabo et
mente · psallam spu / psallam et men-
te / Et pulsu bone operacionis Mt
v° / videant opera vestra bona · z
glorificent patrem vestrum · qui
in celis est ·

Dominus quidem ihesus postqz
locutus est eis assumptus est
z sedet ad dexteris dei / Mr
vlt° / Ostendit in hys verbis de do-
minica ascensione / qz fit multe pie-
tatis cum dicit dominus / multe piet
cum dicit ihesus · Multe familiaritatis
cum dicit Postqz locutus est eis · Mul-
te sublimitatis / cum dicit Assumptus
est in celum Et multe maiestatis
cum dicit Et sedet ad dexteris dei ·
Primo igitur fuit multe pietatis / cum
dicit Dominus Multe siquidem hac-
tenus ostendat se dnm maris / qui
super mare ambulavit / z eorum q
sunt in mari sicut qn stateram in ore
piscis inveniendam predixit / Mt xvij°
Et quando magnam multitudinem
piscium capi precepit · vt habetur luc v°
Et Joh xxj° Ostendat se dnm terre
qui in eius passione tremuit / z
eorum q sunt in terra / quando infirmos
sanavit z mortuos suscitavit O-
stendat se eciam dnm inferni · qui
vectes ferreos confregit z eorum q sunt
in inferno / qui demonem alligavit
z sanctos patres inde eduxit / Re-
stabat / nisi vt ostenderet se dnm aeris
z celi / Hodie quidem dnm aeris · z
eorum que sunt in aere · celi z eorum
q sunt in celo / se ee dnm ostendit /
Aeris cum ipa virtute per aera as-
cendit Eorum que sunt in aere
cum eum nubes lucida baiulavit
Celi cum celum sibi aperuit Eorum
q sunt in celo · qn ipi angeli iu-
bilaverunt eum ducentes ad celum ·
Secundo fuit multe pietatis · cum
dicit Jhesus qui interpretatur salvator ·
Ex quo datur intelligi / qz non solum
nostram salutem operatus est vivens z
moriens in mundo · sed eciam ipam
operatur ad dexteram dei sedens in celo ·
Semper vivens ad interpellandum pro nob.
Pulcra permixtio potencie · clemencie
z sapiencie / potencie in hoc cum dicit
Dominus / clemencie / in hoc qd dicitur
Jhesus / Et sapiencie in hoc cum subditur
postqz locutus est eis / ipos scilicet instruen-
do z docendo · Olim deus non osten-
debat suam potenciam · quia permit-
tebat nos opprimi Ideo dicebat propheta
Ostende potenciam tuam z veni vt
salvos facias nos · Nec suam misericordiam
quia permittebat nos dampnari Unde

I

ppheta ꝯqrebat d. Ubi sunt mie tue antique. Nec sua sapiam, q̄a pmittebat nos decipi. ij Cor. xjº Timeo aut ne sicut serpēs seduxit evam astutia sua etc. Sed hodie ostendit potenciam suam, quia scilicet animas potenter ad celum deduxit ps Ascendisti in altum cepisti captivitatem. Sua clemencia, quia apud patrem pro nra salute interce-dit. a quo ppter sua reuerenciā exaudit. Ps. Ministrauit dominus fetum suum. dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. Suam sapiam, quia sapienter instruxit, cum aplis dixit mr vlt. Euntes in mundum vniversum pdicate euangeliū omni creature. Tres sunt magne familiaritatis Cum dicat postquam locutus est eis ostendit aut eis tria signa magne familiaritatis. pmm est, q̄ cū eis comedit tanquam dulcis amicus ppter eorum ꝯsolacionem Act. jº Comedens precepit eis ab ihrlimis ne discederent. Solent enim amici ab inuicem discessuri inuicem epulari. Vn vt dulcis amicus dicebat. luc. xxijº Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam paciar. Scdo eis benedixit sicut dicit luc. vlt. tanquam corporis ppter corp tuicionem j pet. ijº Conuersi estis ad pastorem et epm animarum vrarum. Ubi enim est benedictio tamquam epi. non pt nocere aduersitas mundi. Eccl. iijº Benedictio patris firmat domos filiorum. Tercio quia eis locutus fuit. tanquam magr verus pro eorum correctione et instructione. Inter cetera enim vba, que in celum ascendens locutus fuit, maxime locutus fuit vba correctionis siue increpacionis et instructionis. Correctionis siue increpacionis cum dicat mr vlt. Exprobrauit incredulitatem eorum et duriciam cordis. Ubi dicit glo. Audiuimus discipulos increpante xpo, quod durius sonat etiam exprobrante. Et quamquam, sed ea hora, qua corporalem presenciam eis subtracturus videri po-

terat magis ab increpacione precauere debuisse. Noli igitur indignari si aliquando vtrarius contra te increpauit. Scdo locutus est eis vba instructionis quia eos ad fidem instruxit, et signa fidei euidenter edocuit. Sicut aut signa aut eos qui crediderint hec sequentur. Hec signa intelligi pnt literaliter et spiritualiter. Inquantum literaliter accipiuntur fiebant enim in primitiua ecclia, modo aut non sic passim fiunt. Et racionem huius reddit Gregorius in Omel. 8. Hec miracula necessaria in exordio ecclie fuerunt, vt enim ad fidem cresceret multitudo fuerat nutrienda, quia cum nos arbusta plantamus, tamdiu eis aquas affundimus, quousque ea in terra conualuisse videmus atque semel radicem fixerint, irrigacio cessabit. Notandum aut, q̄ miracula q̄ fecit xpc, et que boni faciunt tamen secundum Aug. sup Jo. Non tantum habent admiracionem sed etiam habent vtilitatem. Utpote infirmos sanare et huiusmodi alia que fecit xpus. Habent etiam temporis necessitatem. quia tunc omnes infideles erant Et ideo xpus miracula, ppter conuersionem infidelium faciebat. non tantum ppter infirmos quos sanabat. Miracula aut q̄ facit dyabolus vel faciet antichristus vel falsi xpiani habent sicut vt dicit idem Aug. admiracionem, vt volare per aera. statuas facere ambulare, ꝯmisceri flamme et non comburi et huiusmodi. qualia Symon magus fecit Non autem habent vtilitatem. Etsi videatur habere aliquam vtilitatem, non fuit tamen ppter necessitatem quia ille qui sic facit est infidelis. secundum Aug. In statu igitur primitiue ecclie fiebant miracla Non tantum ppter ipsa admiracionem, sed quia hoc suadebat vtilitas. cum multiplicibus languoribus adhuc erant oppressi. Et suadebat necessitas. cum omnes erant infideles et in errore positi In statu autem moderno ecclesie aliqua miracula inter paucos fiunt. Racio enim fuit. quia non requirit

In quo differunt miracula xpi et scorum et miracula dyaboli

nitatis. cum ad fidem xpi sunt conversi. Aliquando tamen fiunt, quia suadet utilitas. quia et homines amplius confirmantur in fide et nutriuntur in devotione. In ultimo autem statu ecclesie scilicet tempore antichristi miracula non fient a bonis, et hoc propter tres causas, quas assignat Ysidorus in libro de summo bono dicens. Ob hanc utilitatem cessabunt ab ecclesia miracula et virtutes, ut per hoc sanctorum claceat patientia et reproborum qui scandalizabuntur levitas ostendatur, et persequentium audacia ferocior efficiatur. Secundo hec miracula intelligi possunt spiritualiter et quantum ad hoc sepe fiunt. Hec autem aliter exponuntur a Gregorio aliter a Bernhardo. Gregorius namque sic exponit. Sancta ecclesia quotidie facit spiritualiter, quod tunc per apostolos corporaliter faciebat. Nam cum sacerdotes per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, et habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt nisi demonia eiciunt. Et fideles quique, qui iam vite veteris secularia derelinquunt, sancta autem misteria insonant conditoris sui laudem et potentiam quantum valent narrant quid aliud faciunt nisi novis linguis loquuntur; qui dum bonis suis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt, et dum pestiferas suasiones audiunt sed ad operationem pravam minime pertrahuntur, mortiferum est quod bibunt. Qui quotiens proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt, eis tota virtute occurrunt. et exemplo sue operationis illorum vita roborant, quid aliud faciunt nisi super egros manus imponunt ut bene habeant. Ponit autem Gregorius ibidem horum miraculorum multiplicem differentiam, ostendens excellentiam istorum ad prima. Nam ista sunt spiritualia illa corporalia. per hec anime sanantur per illa corpora. hec virtute vite et sanctitatis fiunt, sed non ostendunt, illa ostendunt, sed non faciunt. Hec nisi a bonis habentur, illa etiam a reprobis perpetrantur. Matthei vij°. Multi dicent michi in illa die Domine domine in nomine tuo prophetavimus, et tunc confitebor eis quia non novi vos. Hec sunt secreta, illa magis periculosa; hec sunt occulta, illa magis hominibus manifesta. Et ideo de illis apud deum maior fit retributio, quo apud homines minor est gloria. Bernhardus autem hec signa spiritualia sic describit dicens. Primum igitur fidei opus per dilectionem operantis est compunctio cordis, in qua plane exeunt demonia, cum affectu cordis eradicantur peccata. Sequitur oris confessio, in qua linguis loquentur novis, cum recedunt vetera de ore eorum. Nec vetusta prothoplasti nova loquuntur declinandum in verba malitie ad excusandas excusationes in peccatis. Sed ne recidivum patiantur necesse est ut serpentes tollant, id est venenatas persuasiones extinguant. Et si forte aliqua radix peccati pullulat, que cum velociter extirpatur, quidquid mortiferum non eos nocebit, quia iuxta exemplum salvatoris quia cum gustaverint noluit bibere, id est cum senserit noluit sentire, quia nulla dampnatio hiis qui sunt in Christo Jhesu. Recuperare sensus atque consensu et cum molesta et periculosa sit corrupte et infirme affectionis lucta. Super egros manus imponent et bene habebunt, id est egras affectiones bonis operibus operient et hoc remedio curabuntur. Christo fuit multe sollempnitatis cum dicitur assumptus est in celum. Non enim fuit translatus sicut Enoch, nec subvectus sicut Helyas, nec raptus sicut Paulus, sed fuit assumptus id est a seipso sumptus. Per hanc autem quadruplicem dictam ostenditur quadruplex gradus ascendendi ad deum. Primus quo quis transfertur de culpa ad gratiam. Et iste fit per translationem Enoch, de mundi malitia in paradisum terrestre

IIIIor gradus ascendendi ad deum

Gratia enim dicitur paradisus Ecc. xl°
Gratia dei sicut paradisus in benedictionibus.
Significatur etiam per transitum fi-
liorum israel de egipto in desertum.
Secundus gradus quo quis subuehitur
de gratia incipiente in gratiam pro-
ficientem siue de virtute in virtutem.
Et iste significatur per subvectionem helye
in curru igneo. Gratia enim et virtus
est sicut currus igneus quia ad deum
nos perducit et ad amorem dei et proxi-
mi nos accendit. Designatur etiam
per filiorum israel transitum qui postquam
in deserto fuit de mansione in man-
sionem conscenderunt. Tertius gradus est
quo anima virtutibus decorata ele-
vatur in deum per contemplationem
et deificationem et iste significatur per raptum
pauli in celum tercium et in paradisum.
Designatur etiam per transitum filiorum israel
qui de mansionibus transierunt in terram
promissionis. Quartus gradus est quo
quis transit de contemplatione vie
in contemplationem patrie. Et iste significatur
per assumptionem christi in celum. Si-
gnificatur etiam per transitum filiorum
israel quem fecerunt de terra promis-
sionis in iherusalem sed ad eam possi-
dendam postmodum per multa cer-
tamina transierunt. Quinto fuit in locum
maiestatis cum dicitur Sedet a dextris
dei id est potentie siue virtutis. Sedere
autem est regnantis, est quiescentis, est
permanentis. Qui enim sedet non transit
vel cito discurrit sed permanet et presens
existit. Christus igitur inquantum est deus
sedet id est regnat a dextris dei id est in
equalitate dei. Ps. Dixit dominus
domino meo: Sede a dextris meis. In-
quantum est homo sedet id est quiescit
a dextris dei id est potioribus bonis dei et
potiori modo. Inquantum est advocatus
apud patrem sedet id est semper presens ex-
istit a dextris dei id est in potentia dei
quia numquam inde discedit. Et quicquid
vult inde obtinere potest. Primum igitur
est nobis ad magnam iocunditatem
quia scilicet frater noster regit et equalis est dei.
Cant. plenum omni iocunditate vide-

re hominem honoris conditorem. Secundum
est nobis ad magnam felicitatem
quia frater noster in potioribus bonis
dei. Si enim in potioribus bonis dei
locum sibi accepit manifestum est
quia ibi nobis locum dabit. Johannis xij°
Vbi ego sum illic et minister
meus erit. Tercium est nobis ad ma-
gnam securitatem quia scilicet frater
et advocatus noster apud deum semper pro nobis
presens existit et quicquid vult apud deum
facere potest. Valde enim securus posset esse
qui advocatum in curia regis vel
imperatoris haberet et qui etiam numquam inde
discederet quicquid vellet obtinere posset.
Sic enim advocatus iste noster numquam
a vultu dei discedat. Dicitur Hebr. ix. In-
troivit in ipsum celum ut appare-
at vultui dei pro nobis. Quod vero quicquid
vult facere possit testatur ipse Mt. ult.
Data est michi omnis potestas in celo
et in terra.

Eduxit eos foras in bethaniam
et elevatis manibus benedixit
eis. Et factum est dum be-
nediceret illis recessit ab eis et ferebatur
in celum. Et ipsi adorantes regressi sunt
in iherusalem cum gaudio magno. Luc.
ult. Circa dominicam ascensionem quatuor
determinantur. Primum est unde ascendit
cum dicitur Eduxit eos foras in be-
thaniam. Secundum qualiter ascendit,
cum dicitur Et elevatis manibus benedixit.
Tertio quo ascendit cum dicitur Et fe-
rebatur in celum. Quartum quare ascendit
quia scilicet nos ad se in celum traheret,
quod apostoli cum gaudio expectabant.
Et ideo subditur Et ipsi adorantes re-
gressi sunt in iherusalem cum gaudio ma-
gno. Circa primum scilicet unde ascendit
Notandum quod ascendit de monte oliveti
iuxta bethaniam. Qui quidem mons oliveti
dicitur mons luminum. Tum quia de nocte
ex parte occidentalis illuminabat
ignis templi. Tum quia ex parte
orientalis primo excipiebat radios
solis. Tum quia habebat copiam olei
quod est fomentum luminis. Recte quidem
competit homini christo ascendenti. Competit

ascensius homi/ competit loco i celo
ad quod ascendit/ et competit mie
opi quod exhibetur/ xpo quidem
ascendenti competit/ quia fuit mos
Ysa. ij°/ Erit in novissimis dieb;
patus mos domi etc./ et fuit mos
tum luminum quia eo fuit lumen
carnis/ Caro enim sua fuit luminosa
quia purissima et nulli pcto sbiecta
Ysa xix° Ascendit deus sup nubem
levem/ fuit lumen aie quia fuit
lucie dune sapie plena/ Col ij° In
quo sunt omnes thauri sapie et sac
dei abscondit/ Fuit lumen deitat
I Thi vj° lucem hitat inaccessi-
bilem/ De hoc tripli lumie dicitur
Sap vij° Candor e enim lucis etne
quo ad lumie metis Speculum sine
macla quo ad mundicia carnis Et
ymago bonitatis illi quo ad lumie
deitatis Ab isto tpa lumie illumi-
mur et inflamamur Eccl xliij° Tri-
plicit sol comurens motes radios
igneos exsufflans etc. Montes enim
i viri pfecti eminetes in vita il-
luminant et inflamant radio mundi-
cie qui fulsit in carne/ splendore sa-
pientie qui fulsit in mete/ et luce
fontalis gratie/ qui est in deitate.
Scdo competit ascensio homi/ Q-
enim vt in celum ascendat/ oz eu
tpe lumen hre. s. lumen osc/ sa-
me. et vite. Ps Quis ascendit in
monte domi etc. Innocens manib,
ecce lumen vite Et mundo corde
ecce lume osce/ Qui non accepit
in vano aiam sua/ ecce lux fame/
Tercio competit loco. i. celo/ ad
qd ascendit Ipa enim civitas celest
illuminat a tripli lumie. scz a luce
celesti Apoc xxj° Civitas illa no
eget sole neqz luna vt luceant
in ea/ Nam claritas dei illuiabit
illam Scdo a lumie inferiori i. ass-
pa quia tota lucida et luminosa.
Apoc xxj° platee civitatis auru
mundum tamqz vitru pluadum.
Tcio a luce inferiori i. a scis ibi
gentis/ quoz quilibet lucebit vt
sol. Mathei xiij°. Fulgebunt
iusti sicut sol in regno pris eoz/
Tercio competit opi mie/ Mia enim
mons tam luminum dicitur. Mos dei
quia facit hominem eminete i. deo silez
Luc vj° Estote micordes. sic pater vr
micors est. Tam luminum dicitur/ qa
dat lumen gre Eccl xvij° Elemo-
sina viri quasi sacculus cu eo/ et gram
quasi pupilla osvabit/ Dat lum
dune sapie/ hoc signum est luc vltim
vbi dicitur Q in fractione panis oculi
discipuloz apti sunt Dat lumen glie
Thob ij° Ipa est que facit invenire
vitam eternam/ De mote igit oli-
veti i. de eminentia pietatis et mie
in celum ascendit/ quia micordes
miam osequent Et hoc multiplr tce
Pmo rone instrumenti evangelii Mat
v°. Beati micordes qm ipi miam
osequent Scdo rone obligationis
et debiti/ Micors enim hit deum deb-
torem et quodam° sibi obligat pu xix°.
Fenerat domino qui misert pau-
peris Eccli xxix° Qui accipit
mutuo servus est fenerantis. Tcio
rone indeficientis fontis. Ps Mia
enim dnia sicut rivus Q diu fluit
rivus mie humane ad proximu
fluere no cessabit fons mie divine
ad recipim. Rugio fluit rivus et fons
stabilit/ Certo rone dune simili-
tudinis. quia p miam ho efficitur
similis deo. Et ideo mia hominis so-
ror est mie dei Et io deus miam
humana amat et diligit vt sorore
suam Eccl xiij°. Omne animal dili-
git simile sibi. Sed notand est q no
tantum in mote olyveti/ sed etiam i
Bethania q est in latere motis oly-
veti eos duxit. p quod dat intel-
ligi q in celum meret ascendere no
tantum micordes/ sed etiam obedientes
Sicut enim inobedia hominem de pa-
diso expulit/ sic obedia ipm illuc
reducit Mat xix°. Si vis ingredi
ad vita serva madata/ p hac dupli-
cia xpus in celum ascendit/ qa
a mortem sustinuit ex sua visceria

mia z ex paterna obedia ex qua
morte gloriam ascensionis promeruit
Phil ii° factus est obediens usque ad
mortem propter quod z deus exaltavit illum
z dedit etc. / Certa secundum qualiter ascen-
dit Noudum cum ascendit cum pulchra z ho-
norabili processione / quam nos eundem
Eduxit eos foras. / Secundo cum ma-
nuum z oculorum elevacione cum dicitur Ele-
vatis manibus / Tercio cum clemeti
benedictione cum dicitur benedixit eis
Ascendit enim primo cum honorabili z pl-
acita processione / Hec quidem processio
pulchra z venerabilis fuit tunc illorum
qui occurrebant quia ibi fuit quicquid
pulchrum fuit in inferno scilicet captivi
liberati / Universi quicquid pulchrum erat in mundo
scilicet apostoli z discipuli / Secundo fuit placa-
tione illis cum occurrebant / Quid
occurrebant domino regi summo pontifici
a eterno iudici victorioso pugili / Ut
verum regem deducerent ad solium
maiestatis ysa vi° Super solium da-
vid z super regnum eius sedebit. / Om-
nium pontificem deducunt ad templum
paterne pietatis / hebr ix° Christus
assistens pontifex etc. / Et sequitur Introi-
vit semel in sancta eterna redemptione
inventa / Eternum iudicem deducunt
ad sedem iudicarie potestatis / Mt xxv°
Cum venerit filius hominis in maiesta-
te sua z omnes angeli cum eo / tunc
sedebit super sedem maiestatis sue.
Victoriosum pugilem deducunt ad
bravium victorie triumphalis / Apoc
iii° Ego vici z sedi cum patre meo
in throno eius / Secundo ascendit cum
manuum z oculorum elevacione / Consue-
tudo enim christi fuit / cum quando aliquid benedi-
cebat oculos ad celum levabat / Et
hoc igitur ostendit cum denuo ele-
vare ad deum nostra opera z intentionem
operacionem / Mt vi° Si oculus tuus
simplex fuit etc. / Corda nostra per affe-
ctionem / Ps Ad te levavi oculos me-
os qui habitas in celis. Mt vi° ubi
est thesaurus tuus ibi est z cor tuum
Vita nostra per dei laudacionem / Ps Re-

pleatur os meum laude tua. / Tercio
ascendit cum clemeti benedictione / Vo-
luit autem eos benedicere triplici de cau-
sa / Primo ut signa amoris eis ostenderet
Nam recessurus ab eis per passionem
signa amoris eis ostendit / cum simul
cum eis comedit z eorum pedes la-
vit / Similiter recessurus ab eis per
ascensionem signa amoris eis ostendit
cum cum eis comedit z eos benedixit
/ Secundo ut consolacionem eis preberet
Magna quidem consolacio eis erat / cum
sciebant se a christo esse benedictos / Ps
enim dya[bolus] qui est maledicta / Ps Male-
dicti qui declinant a mandatis tuis
In futuro amplius maledicenda / Mt
xxv° Discedite a me maledicti etc.
Pars autem dei in presenti est benedicta
Prov x° Benedictio domini super caput
iusti / Et in futuro magis benedicenda
Mt xxv° Venite benedicti patris mei etc.
Tercio ut securitatem daret / Non
enim nocere potest adversitas humana
quos firmavit benedictio divina / Eccl
iii° Benedictio patris firmat do-
mos filiorum / Certa tamen quo ascen-
dit scilicet in celum empireum / Non sicut
Enoch z helyas / qui ascenderunt in
terrestrem paradisum / In hoc autem ascen-
sus christi virtute deitatis z obsequio
angelis in celum ascendit / quatuor no-
va z mirabilia facta sunt / Primum
quia est mutatus ordo nature / Nam cum terre
enim celum ordinatum est / ordinatum
est celum super terram / sed hodie locata
est terra super celum / Secundo quia mutus
est locus creature angelice / Celum
enim empireum quod primo est creatum
maior angelis est repletum / hoc fuit
totaliter evacuatum / quia omnes ange-
li in eius obsequium processerunt / Quidam
eorum testificantes z dicentes / Act i°
hic ihesus qui assumptus est a vobis
in celum sic veniet etc. / Quidam
comitantes z dicentes / Tollite
portas etc. / Quidam admirantes z di-
centes ysa lxiii° Quis est iste qui
venit de edom / Tercium est / quia mutata
est condicio nature / quia christum plus

in pulverem quttebat / et contra ex contri-
tis in sua compunccia resplvebat
Sed hodie causa quod resolvebatur compin-
gitur et fundatur Job xxxviij° Qui
fundabatur pulvis in terra et glebe
compingebantur hodie causa quod vertebatur
in terram / versa est in auream
glebam Job xxviij° Glebe illius
aurum. Versum est / quia iuncta e
lex divine iusticie Quia dictum est
Gen ij° Quacumque hora comederis mor-
te morieris Ecce iam causa non mo-
ritur / mors illi ultra non dominabitur
sed postquam ipse mortuus. Ro. vj° Christus
resurgens ex mortuis iam non mo-
ritur etc. Causa quartum quare ascendit
ut scilicet nobis de sua ascensione spem
et fiduciam preberet Cumque autem de eius ascen-
sione nostram futuram ascensionem sperare
debemus / primo propter caput nostrum
glorificatum, quod quidem sibi membra
coniungit. Deforme enim esset caput sine
membris / et qui recepit caput hospi-
cio suo / et membris hospitium non nega-
bit Joh iij° Nemo ascendit in
celum nisi qui descendit de celo, scilicet
caput cum membris Secundo propter
fidelem socium / qui nos ad innuendo
ad se trahit Deut° xxxiij° Ipse
scilicet celi auxiliator tuus Sed si
trahi volumus manus sibi exten-
damus. Ps Tenuisti manum dexteram
meam / Bernardus Scio me non posse ve-
nire ad te, nisi gradiendo post te
et hoc nisi adiutus a te. Ideo precor
te ut trahas me. Cant j° Trahe
me post te Tercio propter sapientem
advocatum qui pro nobis allegaciones
proponet j Joh ij° Si quis peccaverit
advocatum habemus Jhesum Christum iustum
etc. Hebr vij° Semper vivens ad inter-
pellandum pro nobis Sicut enim in mundo
fuit cum peccatoribus iuxta illud Baruch
iij° In terra visus est et cum hominibus
conversatus est Sic modo apud patrem
est pro peccatoribus iuxta illud Roman viij°
Qui est a dextris dei qui etiam inter-
pellat pro nobis In iudicio autem erit contra
peccatores / Unde et tyrannos quos modo sunt

in fiducia conculcacionis. tunc erunt
in testimonium iuste dampnacionis iuxta illud
Apoc primo Videbit eum omnis oculus
et qui eum pupugerunt // Quarto propter
ductorem providum. qui nobis viam
ostenderet Mich° ij° Ascendit pan-
dens iter ante eos Ostendit quidem
viam depresse humilitatis / qui habet ascen-
sum non tortuosum quem habet superbia
Luc xiiij° Qui se exaltat humiliabitur etc.
Ostendit viam floride mundicie. que
ducit usque ad dei visionem iuxta illud
Matth v° Beati mundo corde etc. Non
feteutis concupiscentie / que ducit hominem
usque ad brutalem condicionem / Ps Com-
paratus est iumentis insipientibus et similis
factus est illis. Ostendit viam pietatis
que ducit hominem usque ad divicias cele-
stes iuxta illud Matth v° Beati misericordes etc.
Non crudelis avaricie, que ducit homi-
nem usque ad inopiam infernalem Qua
inopiam sensit ille dives / de quo
dicitur Luc xvj° Qui guttam aque habere
non potuit Quinto propter fratrum
in terra collegium / qui nos nutus suis
provocant. quia pro nobis solliciti sunt
super ipsa ascensione apud deum semper
intercedunt / iuxta illud ij Mach j°
Fratribus qui sunt per egyptum iudeis
Salutem dicunt fratres / qui sunt iherosolimis
et pacem bonam / et tunc hic sumus orantes
pro vobis Ps Levavi oculos meos ad mon-
tes i. ad sanctos in celi gloria exal-
tatos unde veniet auxilium michi j°
Mach vj° / ut refulsit sol in clipeos
aureos et eneos et resplenduerunt
montes ab eis. Sol quidem divine
glorie totaliter resplendet in sanctos qui
sunt clipei triangulati propter fidem tri-
nitatis / et aurei propter fulgorem cari-
tatis / et enei propter longanimitatem
spei / Montes autem resplendent ab
eis / quia sancti viri in vita alii
sed adhuc in exilio positi eorum suffra-
giis et nutus adiuvantur et illuminantur
Secundo ascendit ut celeste ianuam
aperiret Nam in magis curiis multe
ianue aperiuntur / que consueverunt esse clause

Re ad regis quia iam de facili acceditur
post peccatum Vnde clausa fuit ianu-
a paradisi Sed signum est in clausione
paradisi terrestris in quem ingressu fu-
turos clausit. sunt tres porte clau-
se. Prima erat angelica custodia Secunda
rumphea bis acuta Tercia ignis vehe-
mencia De istis tribus clausuris dicitur
Gen iii° Eiecit deus adam et collocavit
ante paradisum voluptatis cherubin
et flammeum gladium atque versatilem
ad custodiendam viam ligni vite Ista
autem signabat tria propter que homo in
celum venire non valebat Primo quia
factus fuit inimicus nature angelice et
hoc notabat angelica custodia Secundo
quia non poterat satisfacere divine
iusticie Et hoc notabat rumphea
bis acuta Iusticia enim dei dicitur
rumphea bis acuta quia hominem
motus peccati in corpore et anima incidebat
Tercio quia obligatus erat pene eterne
quod notabat ille ignis positus ante
paradisum ministerio angelorum Christus
autem dicitur aperuisse ianuam celestem
Aliquid in baptismo aliquid in passione
aliquid in ascensione In baptismo aperuit
quantum ad unam clausuram quia re-
movit scilicet vehemenciam ignis Aqua
enim baptismi extinguit omnem materiam
ignis infernalis Et ideo in baptismo
Christi celum apertum fuit ad signandum
quod una clausura ianue celestis re-
movit In passione aperuit quantum ad
aliam clausuram scilicet rumpheam bis
acutam id est divinam iusticiam Tunc enim
sufficienter precium solvit quod divine iusti-
cie satisfecit Et ideo dicitur potuit a-
gere tamquam hominis Aperite michi por-
tas iusticie In ascensione autem aperuit
quantum ad aliam clausuram scilicet angelicam
custodiam quia pacem cum angelis
et hominibus fecit et in sua ascensione scilicet
utrosque in celum introduxit Et ideo angeli
qui eum sequebantur dixerunt cherubin qui
custodiebat hostium paradisi ut sibi
hostium aperirent dicentes Attollite portas principes
vestras et elevamini porte eternales et introibit rex glorie.

## Ante translationem testimonium habuit

In translacione sancti Dominici

Enoch placuisse deo Hebr. xi° Hoc
festum translationis beati dominici cele-
bramus qui deo placuit et de hoc
multiplex testimonium habuit Qui per
Enoch recte signatus est Commenda-
tur in verbis premissis a tribus Primo a
sui sancta dedicatione cum dicitur Enoch
Secundo a miraculosa translatione
cum dicitur Ante translationem testimonium
habuit Tercio a divina approbatione cum
dicitur placuisse deo Primo igitur
commendatur a sui sancta dedicatione cum
dicitur Enoch quod interpretatur dedicatio.
Quidam autem sunt qui dedicant se dyabolo
et sua deo sicut fuit cayn De quo
dicitur Gen iiii° et in alia translatione
Nonne si recte offeras et non recte di-
uidas peccasti Ipse enim recte obtulit
quia de fructibus terre munera deo dedit.
sed non recte divisit quia sua obtu-
lit deo et se dyabolo Quidam dedicant
suam senectutem deo et suam iuven-
tutem dyabolo De quibus dicitur Osee vii°
Comederunt alieni id est demones qui
sunt alieni a vita beata robur eius
id est iuventutem et ipse nescivit id est nescire
se ostendit et cani effusi sunt in
eo et ipse ignoravit quia tales in
senectute vix conversi sunt Quidam
dedicant deo exteriorem conversationem
et dyabolo interiorem intencionem De quibus
Mat vii° Attendite a falsis prophetis
qui veniunt ad vos in vestimentis
ovium intrinsecus autem sunt lupi ra-
paces Beatus autem Dominicus dedicavit
se deo per virginitatem et sua per paupertatem
deo fuit vere Nazareus qui deo se
dedicavit deo se per virginitatem perfect
vovendo et capillos id est temporalia
abiciendo Secundo dedicavit se deo
totam etatem scilicet pueritiam iuventu-
tem et reliquam suam etatem Pueri-
tiam quidem ex eo quod dum adhuc
esset puer lectum dimittebat Secundo

congruo sibi potuit, quamvis sanctus erat magnus, qui tam magna faciebat, tam parvus. Prov. xx: Ex studiis suis intelligitur puer, si munda et recta sint opera eius. Dedicavit etiam sua iuventutem, quia iuvenis lascivias vitavit, et libros vendens pauperibus erogavit. Dicebat enim illud Eccli. xxv: Que in iuventute tua non congregasti, quomodo invenies in senectute tua. Dedicavit etiam deo totam suam reliquam etatem, quia ipsam in ordine laudabiliter consummavit. Sap. iiii: Consummatus in brevi complevit tempora multa. Tercio dedicavit deo et sua interiorem intencionem et exteriorem conversacionem. Erat enim de numero illorum de quibus dicitur Mt. vi: Si oculus tuus, i. intencio, fuerit simplex, totum corpus tuum, i. opera tua et conversacio tua, lucidum erit. Secundo commendatur a miraculosa translacione, cum dicitur: Ante translacionem testimonium habuit. Habuit autem testimonium ante translacionem dum solum viveret in mundo, habet testimonium post translacionem sicut modo est in celo. Habuit testimonium ante translacionem de quo dicitur Ioh. v: Tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus et aqua et sanguis. Hic beato Dominico adhuc viventi in terra testimonium dedit spiritus karismatum, quia repletus fuit spiritu omnium graciarum. Eccli. xv: Replevit eum dominus spiritu sapiencie et intellectus. Et quia fuit plenus, ideo aliis effudit. Eccli. xxiiii: Qui implet quasi Phison sapientiam et quasi Tigris in diebus novorum. Proprium enim illorum fluviorum est se diffundere et cetera irrigare. Secundo testimonium sibi dedit aqua lacrimarum, nam sicut dicitur in legenda sua: Specialem sibi deus graciam contulerat flere pro peccatoribus, miseris et afflictis, unde poterat dicere illud Ier. ix: Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo die ac nocte interfectos filie populi mei. Tercio testimonium sibi dedit

sanguis, i. nimium desiderium, ut dicitur de eo, sciebat desiderio ut martirium sicut sitiunt cervus ad aquas fluminum. Fuit enim de numero illorum, etsi non actu tamen affectu, de quibus dicitur Apoc. vii: Laverunt stolas suas et dealbaverunt eas in sanguine agni. Ideo poterat dicere illud Act. xxi: Ego enim non solum alligari, sed etiam paratus sum mori pro nomine domini Ihesu. Secundo habuit testimonium post translacionem, sicut modo dum est in celo, quia tres sunt qui testimonium dant in celo: pater, verbum et spiritus sanctus. Pater namque introduxit eum in thesaurum sue potencie. Ps.: Introibo in potencias domini. Item potens in terra erit semen eius. Prov. xxi: Thesaurus desiderabilis et oleum in habitaculo iusti. In beato igitur Dominico, qui habitaculum Christi est, thesaurus fuit ad ditandum et oleum ad miserandum. Habenti igitur thesaurum non deest facultas, habenti oleum non deest voluntas. Recte igitur in thesaurum paterne potencie est introductus, qui sic habebat potestatem ut ditare posset, sic et pietatem ut omnes ditare vellet. Filius statuit eum in speculum sue sapiencie ubi videt in speculo eterno. Sap. vii: Candor est enim lucis eterne et speculum sine macula. Bibit in fonte divino, videt in lumine claro. Ps.: Apud te est fons vite etc. Spiritus sanctus introduxit eum in fontem gratie et nunc in illud flumen aque vive splendidum tanquam cristallum. Si igitur existens in presenti vita tante fuit caritatis ut pro salute animarum paupertati, laboribus et periculis se exposuit. Tante pietatis ut pro redemptione captivi se vendere voluit. Tante largitatis quod omnia terrena deseruit et pauperibus erogavit. Nunc multo magis in fonte nunc introductus, cum hic sit ignis caritatis, ibi caminus. Ysa. xxxi: Dixit dominus cuius ignis in Syon et caminus in Ierusalem. Hic stilla, ibi flumen. Ps.: Fluminis impetus letificat civitatem dei. Hic vir

fragmentum lebalitatis. ubi tumulo
sue vjº ... bonam et et supe-
reffluentem dabunt in sinum vestrum. Ter-
tio habuit testimonium in translatione
quando scilicet corpus translatum est ex tu-
mulo. Etenim cum ex tumulo triplex
testimonium habuit. Primo a divina reve-
latione que facta fuit fratri super
hoc sollicite cogitanti. Cui dictum est:
Hic accipiet benedictionem a domino
et misericordiam a deo salutari suo. Deus quod
in benedictionibus eum prevenit bene-
dictionibus celi desuper, ut habetur Gen.
xlixº, propter gratie infusionem; bene-
dictionibus iacentis abyssi deorsum
propter odoris ex tumulo emanationem;
benedictionibus uberum et vulve propter
filiorum propagationem. Secundum ha-
buit ex odoris emanatione. Ille enim
odor emanavit in testimonium vir-
ginitatis. Cant. iº Nardus mea de-
dit odorem suum in signum sanctitatis.
Virgini enim fuit, quia plenus erat
aromatibus virtutum, ex quibus ema-
navit tam suave unguentum. Eccli. xl-
ixº Memoria Josie in compositione
odoris facta opus pigmentarii.
In eum predicatoribus vitatis. Ex
hoc datur intelligi, quod omnes predicatores
debent habere exemplum odoriferum
apud omnes. ij Cor. ijº Odorem
notitie sue manifestat per nos in
omni loco, quia Christi bonus odor su-
mus deo. Tercio habuit ex miraculorum
operatione, quia ibi multi a diversis
languoribus sunt curati. Marc. ultimo
Signa autem eos qui crediderint
hec sequentur: In nomine meo demo-
nia eicient etc. Tercio commendatur a divi-
na approbatione cum dicitur placuisse
deo. Ubi tria videnda sunt: primo quis
placere voluit; 2º quid placuit; 3º
qualiter se deo placere sciunt. Voluit
autem placere, quia erat minister dei, do-
mesticus et intercessor populi. Erat enim
minister dei. Si enim rex terrenus non
vult habere immundum ante se ministrum
vel fedum, multo fortius nec rex re-
gum, sed vult ut minister eius sit sine

macula et sine offensa. Ps. Ambulans
in via immaculata hic michi ministra-
bat. Eph. iº Elegit nos deus ut essemus
sancti et immaculati in conspectu eius. Se-
de aliquid conqueritur dominus Ysaie. D.
Hoc michi ad iracundiam provocat
me ante faciem meam semper. Hii
sunt domestici Christi. Clerici enim et
religiosi sunt ... domestici, quia
secum de una mensa comedunt, et de
eodem calice bibunt, et in eadem ecclesie
domo commorantur. Sed de ipsis dominus
conqueritur d. in Ps.: Qui simul mecum
dulces capiebat cibos, in domo dei
ambulavimus cum consensu. Tercio quia erat inter-
cessor populi. Clerici enim debent deo po-
pulum reconciliare, et ideo oportet eos pro
deo placere. Talis erat ille sacerdos
de quo dicitur Eccli. xliiijº In diebus
suis placuit deo, et in tempore iracundie fa-
ctus est reconciliatio. Nam sicut dicit
Gregorius: Cum is qui displicet ad inter-
cedendum mittitur, irati animus ad
deteriora provocatur. Bernhardus: Si non pla-
ces, non placas. Item de filiis ire
qui nondum reconciliati officium
reconciliationis sibi assumunt. Secundo
videndum est per quid placuit. Ad quod
dicendum quod placuit per ordinem quem
instituit, per animas quas convertit,
et per sensualitatem quam domini ser-
vire coegit. De hiis tribus dicitur
Eccli. xxvº In tribus beneplacitum est
spiritui meo, que sunt probata coram
deo et hominibus: Concordia fratrum;
hoc quantum ad ordinem quem in-
